


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
18 — M
32

Ad usum Cong.nis Sacerdotum

R. D. FABRITII SVRIANI CROTONENSIS

CANONICI V. I. D. ET SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORIS.

DE SACRAMENTIS TOMVS PRIMVS, ET SECVNDVS.

VBI OMNIVM SS. PATRVM, CVNCTORVMQ. THEOLOGORVM, AC Summistarum recensentur sententiæ; & vt plurimum tutiores eliguntur; ac S. Scripturæ, SS. Patrum, Conciliorũ, & antiquorũ Scriptorũ authoritate cõprobantur.

IBIQ. VTRAMQ. DOCTRINAM NEMPE SCHOLASTICAM, ET MORALEM simul connexam reperies.

CVM INDICE COPIOSO RES SELECTAS, ET VERBA notabiliora complectente.

OPVS CONFESSARIIS, ET POENITENTIBVS OMNINO NECESSARIVM; Episcopis, Parochis, Religiosis, & Presbyteris admodum vtile.



NEAPOLI, Ex Typographia Matthæi Nuccij. MDCXLVI.
SVPERIORVM PERMISSV.



IMPRIMATVR

Gregorius Peccerillus Vicarius Generalis

Fr. Ioseph de Rubeis Ord. Min.Conu. S. T. D. Eminentiss. & Reuerendiss.D.Cardin. Philamarin. Theolog.

ILLVSTRISS. ET ECCELL. SIG.

Giacomo Sauioni dice à V. E. hauendo da fare stampare vn Libro de Sacramentis, del Reu. D. Fabritio Suriano Canonico, desiderando farlo imprimere, supplica V.E. commetta à chi comanda, lo riueda, & ne facci relatione, acciò lo fauorischi dell'Imprimatur, e lo riceuerà à gratia, vt Deus.

Reu. V.I.D. Io.Dominicus Aulisius Videat, & Referat.

Sanfelicius Reg.

Visa retroscripta relatione imprimatur.

Zufia Reg. Sanfelicius Reg. Capycius Latro Reg.

ILLVSTRISS. ET EXCELL. DOMINE

Legi de mandato Excell. Vestræ librum, cui titulus, De Sacramentis Authore D.Fabritio Suriano Canonico. Et nihil in eo reperi, quod Regiæ porestati, aut iurisdictioni contradicat, vel Regni legibus repugnet. Quamobrem, poterit Excell. Vestra Imprimendi facultatem elargiri,si ita libuerit.Seruet Deus incolumem Excellentiam vestram omni fęlicitate redundantem. Neap. Die 23. Septembris 1645.

Dominationis Vestræ Illustriss. & Excellentiss.

Obsequentissimus Seruus

D.Io.Dominicus Aulisius, S.T.Doctor Collegialis Can. Neap.



AVGVSTISSIMAE VIRGINI MARIAE DEIPARAE, ANGELORVM DOMINAE; COELORVM REGINAE, TOTIVSQ. ORBIS IMPERATRICI.



Ibi (ò Beatissima Virgo, ac Dei Mater dignissima) has meas lucubrationes dicare, congruum duxi; vt cordis deuotionem, animiq; affectum, huius exigui muneris largitate panderem. Etenim tam prætiosis meritis onustam, & ad tantæ dignitatis fastigium eleuatam te prospicio; vt mei intellectus obtutus, nimio gloriosæ Maiestatis fulgore percussus, nec paululum ad tuam Celsitudinem extollere audeam; quanto magis de tua dignitate æquiualens encomium formare? Sed tam conuenientiæ regula, quam deuotionis affectus non permittit; vt debita laus sub silentij caligine omnino tegatur. Loquar igitur, sed cum nimis dixerim, nihil mè dixisse fateor. Tibi solum illa præclara verba conueniunt, quæ Cælestis Sponsus protulit; Tota pulchra es amica mea, & macula non est in tè. Nullam enim maculam, nec actualem, neque originalem contraxisti; nulla culpa tuam eximiam pulchritudinem fœdare potuit; & quod sublimius est; Omnipotens Deus tam copiosis diuinæ gratiæ tesauris te ditauit, ac omnium virtutum venustate exornauit; vt meritò Sancta Mater Ecclesia quotidie canere non cesset; Tota pulchra es amica mea, & macula non est in tè. Opposita autem iuxta se posita magis elucescunt; quapropter eo præclarius tuæ incorruptibilis puritatis decor inter mundanas caligines enituit; quo de-

for-

ormioribus criminibus totum genus humanum pollutum incedebat. Sed inperſcrutabile Summæ Trinitatis conſilium decreuit, vt Verbum æternum de Virginali vtero tuo carnem humanam aſſumens, & in patibulo Crucis amariſſimam mortem tolerans, reſtauraret, quod fuerat confractum, mundanam ditaret paupertatem, humanam nobilitaret ignobilitatem. Vnigenitus itaq; Dei Filius, hoc digniſſimum habitaculum in reparatione generis humani ſibi elegit; in hoc domicilio, naturam diuinam per vnionem hypoſtaticam, naturæ coniunxit humanæ; vt homines ad fruitionem ſempiternæ Diuinitatis poſſent aſcendere. Benedicta tu inter mulieres, quæ optatam ſalutem mundo perdito attuliſti. AEua peccando percuſſit, tu obtemperando profers medelam; Illa veneno ſi Serpentis ſuggeſtionibus acquieſcens, peccatum, & mortem introduxit; tu cunctos malignos ſpiritus conculcans, per partum ſalutis, gratiam, & gloriam intuliſti. Fructus Paradiſi voluptatis, quem Deus primis parentibus interdixit, peſtifera mortis venena vniuerſo generi humano propinauit; ſed Fructus ventris tui per cæleſtia Sacramenta quotidie nobis præbet antidothum ſalutis In illo prohibito fructu malignus hoſtis de proſtrato homine triumphauerat; Sed in hoc ſaluberrimo fructu, quidquid inſidioſè lucratus fuerat, amiſit; quia dum fideles illum Sacramentalium ſpecierum velamine obtectum, ſuauiſſimè deguſtant; à ſordibus peccatorum dealbantur; inæſtimabilibus diuinæ gratiæ theſauris re plentur, & Regni cœleſtis præmia adipiſcuntur. Ex tè Virgo beatiſſima tot, & tanta munera nobis profluxere, beatitudo noſtra ex tuo piiſſimo aſſenſu, quo Verbum æternum in virginalem aulam introduxiſti; originem traxit. Omnes igitur Angelici Spiritus te collaudent, cunctæ creaturæ tuam pietatem celebrent, inter quas me ſocium libenter conſtituerem; atque optarem, tot linguas in prolatione tuæ digniſſimæ laudis enodare, quot verba in hoc opere impreſſa conſpiciuntur. Accipe ergo hoc meæ mendicitatis munuſculum, ſummo deuotionis affectu oblatum, quo meæ perpetuæ ſeruitutis vincula pando. Demum tuæ Auguſtiſſimæ Maieſtati profundiſſima reuerentia me totum inclino.

D. M. V.

Humiliſſimus Seruus

Fabritius Surianus.



DE SACRAMENTIS

TOMVS PRIMVS

A

LIBER PRIMVS

F

CAPVT PRIMVM.

De diffinitione Sacramenti.



Mplissimam, lucu lentissimamq; materiam de Sacramétis, diuino suffragante auxilio pertractandam explicandamq; aggredimur, quæ siquidem sicut ad salutem animæ est necessaria, ità ad profectum sacrarum scientiarũ est vtilisma. Est quippe saluti necessaria, non enim absq; sacramentis quibus Sancta Ecclesia Catholica vtitur vitæ æternę præmia, quis consequi valet, sicut Veritas testatur dicens, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu non intrabit in Regnum Cœlorum.* Sacramenta itaq; fidelibus ianuæ cælestis aditum reserant sacramenta, ad ineffabilem dignitatem ipsos homines extollunt, quia nimirum omnes filij iræ nascimur, originalis culpæ fœdicate inquinari, qui tamen baptismi lauacro abluti, filij Dei efficimur, quod si filij vtriq; & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Sacramenta nos emundant ab omni inquinaméto peccati, ipsa nos purificant, & illius gratiæ participes nos efficiunt, qua promereremur assequi vitam æternam. Cum igitur tam digna, tamq; salubria existant, latam, fusamq; tractationem habere promerentur, quam peragere pro modulo viriũ meaũ Dei omnipotentis suffragante adiutorio conabor.

B

Paruum proœmium

C

Ioann.

D

E

Diffinitio Sacram.

Antequam autem ad vnumquodque Sacramentum specialiter, & particulariter deueniamus prius loqui de Sacramento in genere, seù in communi visum est cuius diffinitio, quia diuersimodè à diuersis Doctoribus traditur ideircò vnamquamq. hic sigillatim, distinctèq; apponere decreuimus.

G

Prima diffinitio est illa, quam affere *D. Augustinus lib. 10. de Ciuit. Dei cap.* 5. quam amplexi sunt *Magister sentent. 4. dist. 1. S. Thomas q. 60. art. 1. & 2. & omnes Theologi, vt refert. Filliucc. in tract. de Sacram. cap. 1. Sacramentum* (Inquit Augustinus) *est in quo subtegumento rerum sensibilium diuina virtus secretius operatur.*

Prima diffinitio.
Augustin.
Magist. sentent.
S. Thomas
Filliucius.

H

Secunda diffinitio est *Hugonis de S. Victor. in lib. 1. de Sacram. par. 9. cap. 2. quem refert Durandus lib. 4. dist. 1. q. 1. & Ioseph Angles ar. 1. Sacramentum* (ait Hugo) *est materiale siue sensibile elementum foris propositum ex institutione diuina significans, & ex sanctificatione spiritualem gratiam continens.*

Secunda diffinitio.
Hugo de S. Vict.
Durandus
Ioseph Angles.

I

Tertia diffinitio est *Magistri sentent. 4. dist. 1. quam pariter idem Durãdus loco cit. refert Sacramentum est* (inquit) *inuisibilis gratia visibilis forma, itàut imaginem gerat, & causa existat.*

Tertia diffinitio.
Magist. sentent.
Durandus.

Quarta est, *D. Thomæ in 3. par. q. 60. artic. 2. Sacramentum* (inquit) *est signũ rei sacrę in quãtũ est sanctificans homines.*

Quarta S. Thomæ

Quinta est, *Scoti dist. 1. q. 2. Sacramentum* (ait) *est signum sensibile gratiam Dei, vel gratuitum effectum ex institutione diuina efficaciter significans ad salutem hominis viatoris ordinatum.*

K

Quinta Scotus.

Sexta est *Toleti lib. 2. cap. 25. Sacramentum* (inquit) *est signum sensibile spiritualis diuinæ sanctificationis ad cultum ve*

Sexta. Toletus

ri Dei à Christo Domino institutum.

A Septima est *Filliucij in tract. de Sacram.cap.1.q.5. Sacramentum* (ait ille) *est inuisibilis gratiæ visibile signum homines aliquo modo sanctificans.* *Filliucius*

His positis diffinitionibus à diuersis scriptoribus compositis, nostram vltimo loco apponere congruum duxi, quam quidem lectori gratã futurã esse existimo. Et quãuis Sacramẽtũ exactã, atq; perfectã diffinitione diffiniri non possit, quia hanc solummodo applicare possumus rei, quæ sit vnum per se, eo modo, quo sunt Entia moralia Sacramentum autem est per accidens eo

B modo, quo artificialia, vnde ex hoc putauerunt Ocham, Maior & Ricchardus, Sacramentum non posse diffiniri. *Ocham.* Attamen quia habet sufficientem vnitatem estq; diffinibile, id circo imperfectam diffinitionem de eo ferre possumus. *Maior.* *Ricchard.* Probatur nam in Sacramento duo considerantur, nempe significatio & res significans hæc planè se habet. vt materia, & potentia, illa vero vt for-

C ma, & actus quapropter erunt aliquo modo vnum. Si est aliquo modo vnũ, Ergo est aliquo modo deffinibile ad modũ entis per se, hoc est imperfectè.

Postremam, itaq; diffinitionem de Sameto assignando, dico quod est, *Sacræ rei sensibile signum, suscipienti gratiam diuinam conferens, à Domino Christo institutum, & ad salutem hominis viatoris ordinatum, ipsum hominem per collationem gratię verè sanctificans.* Huius diffinitionis singulæ partes segre

D gatim probantur.

Primò dicitur (est sacræ rei sensibile signum) *Est* namq; signum non rei prophanæ, sed sacræ, tã ex parte rei significantis quã ex parte rei significatæ. Ex parte rei significãtis quidẽ, quia cæremonia in sacramento facta debet esse ad cultũ veri Dei ordinata, & cõsequenter dicitur sacra. Omnia .n. quæ ad cultum Omnipotentis Dei ordinantur, vel ipsi dicantur appellantur sacra, vt docet *D.* Thomas. Vnde illa vasa dicun *S.Thomas*

E tur sacra, quæ ordinantur, vt in eis fiat consecratio, & sumptio corporis Dominici, quo sacrificio maximopere Deus colitur. Similiter & illæ vestes nuncupantur sacræ, quibus personæ Ecclesiasticæ induuntur quando Omnipotenti Deo cultum, & honorem exhibent. Tum etiam ex parte rei significatæ nam si est sacra cæremonia, (vt diximus) qua Sancta Ecclesia Catholica solemniter vtitur in sanctificãdis hominibus, vtiq; non rem propha-

F nam, sed sacram significare potest. Qua videlicet cæremonia sacramentali sacramur, vnde ideò dicitur Sacramentum, quia eo sacramur, quemadmodum dicitur vestimentum ex hoc quod eo vestimur, & ornamentum ex hoc, quod eo ornamur.

Secundò dicitur, *sensibile signum,* Est namque cæremonia externa, & ideo visibilis, & sensibilis. His vtique signis sensibilibus vti debet Ecclesia,

G quæ est corpus sensibile, & sua mẽbra sensibilia sacrat, & sanctificat. Estautẽ signũ nõ naturale, sicut fumus est signũ naturale ignis, vestigium est signum Animalis, *Aurora* est signum solis, & vmbra est signum corporis, sed est signum gratiæ ex consilio, & instituto agentis per rationem positum.

Tertio dicitur (suscipienti gratiam diuinam conferens) Vnumquodq; Sacramentum enim gratiam confert su-

H scipienti, nisi ipse suscipiens obicem ponat, quod est peccatum mortale; Vnus itaq; ex effectibus Sacramẽtorum est gratiæ collatio; vnde *Durandus lib.4. dist.1.q.4.* dicit, quod ex Sacramentis sequuntur duo effectus in anima; primus effectus est caracter in Sacramentis imprimentibus caracterem, vel aliquis alius ornatus animæ in Sacramentis non imprimentibus caracterem. Secundus est gratia respectu primi effectus (scilicet caracteris, vel alterius ornatus) est in Sacramentis quædam virtus à *Durandus*

I Deo influxa, quæ est causa effectiua per modum agentis instrumentalis, sed respectu gratiæ solum est causa dispositiua dispositione, quæ est necessitatis, nisi sit impedimentum ex parte recipientis. Item quod sacramenta nouæ legis, gratiam contineant, quam significant, eamq; non ponentibus obicem conferant, est de fide. *Concil. Trident. sess.7. can.6. de Sacramentis.* Idemque probat *Suarez disput.7. sect.1.* *Concil.Tri.*

Quarto dicitur (à Domino Christo institutum) illud enim discrimen adest inter sacramenta veteris legis, & inter

K sacramenta nouæ legis, nam illa erant à Deo instituta (est enim Deus etiam Saluator & instructor veritatis) at nostra sunt à Deo per Christum Dominũ nostrum instituta; omnia numq; nouæ legis sacramenta Christus Dominus noster instituit, illa antiqua non efficiebant gratiam, sed in illis conferebatur gra-

A gratia ex fide venturi Messiæ, at nostra efficiunt gratiam quam significant, quia sunt instrumenta effectiua gratiæ (vt probat *Toletus lib. 2. cap. 25.* de hoc legendus est D. Thomas, qui optime, atque accuratè de Sacramentis veteris legis pertractat *4. dist. 1. ar. 5. q. 2. & 3.*

Toletus. *S. Thomas.*

Quinto dicitur (ad salutem hominis viatoris ordinarum) omnia namq; sacramenta nouæ legis à Christo nostro Saluatore instituta, non tantum animæ saluti sunt vtilia, sed etiam necessaria,

B non enim quis absq; baptismo poterit Regni cœlestis ianuam ingredi, vt idem Dominus ait, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu, non intrabit in Regnum cælorum.* Quia ergo saluti animæ sunt necessaria, ad hoc fuerunt à Domino instituta, vt homini viatori, animæ salutem conferant. Hinc infidelis homo dū adhuc in infidelitatis caligine immoratur, Deum verum nullo modo cognoscens; mortuus spirituali morte existit, quod si diuinæ gratiæ luce illu-

Ioa.

C stratus infidelitatis errorem deserens, ad sanctæ Ecclesiæ Catholicæ gremium confugiens, ecclesiastica sacramenta suscipiat, statim purificatur à sordibus peccatorum, vero Deo consecratur, & per infusionem gratiæ, quam Sacramētum Baptismi continet, & tribuit, verè sanctificatur; spiritualiterq; viuificatur.

Sexto, & vltimo dicitur (ipsum hominem per collationem gratiæ verè sāctificans) In hoc enim differt Sacramētum à sacrificio, quia videlicet sacrifi-

D cium refertur immediatè ad honorandum Deum, Sacramentum autem ad sanctificandos ipsius Dei cultores. *Filliuccius loc. cit.* Aduertendum est autem quod omnia sacramenta vel sunt naturæ, vel veteris legis, vel nouæ legis. Sacramentum legis naturæ vnum tantum fuit, idest matrimonium, quod diuina ordinatione institutum fuit in remediū peccati originalis, & fragilitatis humanæ, quod planè coniuges ipsos sanctificabat, nam ad hoc fuerat institutū, vt videlicet illud Sacramentum matri-

Filliuc.

E monij contrahentes suscipiendo, sanctificarentur. Quod autem sacramenta veteris legis pariter homines sanctificarent, probat *D. Thomas 4. dist. 1. ar. 5. q. 2. & 3.* Dicit enim quod homines veteris legis per sacramenta sanctificabantur sanctificatione figurali, per hoc enim sanctificari dicebantur quod applicabantur cultui diuino secundum ritum veteris legis, qui totus ordinabatur ad signandam passionem Christi. Hinc legimus in veteri testamento F Moysen sanctificasse sacramento Aron, & filios eius. *In lib. enim Leuit. cap. 8.* scriptum est, *Cumque sanctificasset Moyses Aron, & filios eius in vestitu suo, &c.* Ergo in veteri lege per sacramenta aliqua sanctificatio fiebat in hominibus saltem legalis. Quod autem sacramenta nouæ legis homines ipsos sanctificent, iam superius probatum est. Quod pariter probant omnes Theologi ex G *Bellarmino lib. 1. de Sacramentis cap. 9.* qui dicunt, duo præcipuè requiri in Sacramentis nouæ legis: primum, vt nō solum significent sanctificationem, sed etiam quæ tunc fiat, quando confertur Sacramentum. Secundum vt non solum significent sanctificationem, quæ tunc fiat quando confertur Sacramentum, sed etiam quæ fiat virtute ipsius Sacramenti; ita vt Sacramētum tanquam instrumentum concurrat ad illam gratiam conferendam. H

S. Thom. *Leuit. 8.* *Bellarm.*

CAPVT II.

De ijs, quæ interuenire debent ad constituendum Sacramentum.

Multa planè de necessitate requiruntur ad hoc vt, Sacramentum constituatur, & sine quibus Sacramentum fieri non posset, propterea de his præcipuè agere in præsenti capite necessarium, congruumq; duxi. I

Primo itaque quæro, quænam sint necessaria de ratione Sacramenti, ad hoc vt vere, & realiter constituatur. Respondeo tria. Primo requiritur, vt sit signum. Et hæc prima requisitio etiam tripliciter subdiuiditur. Primo vt sit signum sensibile, idest quod corporalibus sensibus possit percipi, atq; videri. Decet enim, vt Ecclesia, quæ corporalis K est, & sensibilis, signis corporalibus, & sensibilibus vtatur, vnde in confectione Sacramenti, quædam sensibilia signa adhibet, quæ sunt illæ ceremoniæ sacræ, & externæ in vnoquoque Sacramento concurrentes. Hinc aduertendum est, quod si hæc signa prætermitterentur, vtiq; non conficeretur Sacramentum, puta si non fieret ablutio aquæ in baptismo, vnctio infirmi in confirmatione,

A contactus materiæ in Ordine, & alia similia. Secundo vt sit signum rei sacræ tàm ex parte rei significantis, quàm ex parte rei significatæ, vt in præcedenti capite diximus; nam cum hæc ceremonia sit introducta ad significandam gratiæ diuinæ collationem, non debet rem prophanam significare. *Filliuc. de Sacram. tract. 1. cap. 1.* Tertio, & vltimo ve sit voluntarium, nempe ex libero consilio, & instituto agentis per rationem; ponitur autem voluntarium ad differétiam signi naturalis, quod non procedit B ex libero, & voluntario consilio, & instituto agentis, sed ex naturali necessitate naturæ sicuti fumus est signum ignis, vestigium est signum animalis, vmbra est signum corporis, & aurora est signum Solis.

Secundò requiritur vt eo vtenti aliquam sanctificationem conferat, nam adhoc principaliter Sacramentum est institutum, nempe vt homines sanctificet. D. *Thomas*, 3. *par. q.* 42. *ar.* 1. *Pisantius in commentar. super 3. par. D. Thomæ eod.* C *art. disput.* 1. Vnde, & quamuis solus Deus sit principalis, & effectiua causa gratiæ, attamen nouæ legis Sacramenta per modum instrumenti ipsam causant. Adhibentur namq; ex diuina ordinatione, & institutione hominibus, ad causandam in eis gratiam. Itaq; Sacramenta nouæ legis simul sunt instrumenta, & signa, & causæ indeq; illud verificatur quod de illis comuniter dicitur, quod efficiunt quod figurant. Ex quo etiam perfecte habent rationem Sacramenti, D in quantum ad aliquid sacrum non tantum per modum signi, sed etiam per modum causæ efficaciter ordinantur. Constat igitur Sacramentum esse verum, & physicum instrumétum Dei, effectiuum gratiæ in anima suscipientis per virtutem, qua ab ipso Deo mouetur ad hunc effectum supernaturalem peragẽdum, D. *Thomas loc. cit. & Pisantius eod. loc.*

D. Thomas Pisantius.

Tertiò, & vltimò requiritur vt sit signum rei sacræ idest gratiæ verè ipsum suscipientem sanctificantis, quæ gratia E est principalis effectus Sacramentorum, & dubium haud est, quin in omnibus Sacramentis nouæ legis gratia diuina conferatur, hominem sanctificans, quẽ siquidem effectum efficere non poterant, veteris legis Sacramenta, quæ (ve docet *Concilium Florentinum in liter. vnion.*) gratiam minimè conferebant eam tamen per Christum dandam verissimè significabant. Et hæc est vna ex

Conc. Flor. Toletus.

differentijs quæ inter Sacramenta nouæ legis, & veteris ponuntur. *Vide Tolet. lib. 2. c. 25.* Secundo quæro an determinata materia, & forma sint de essentia vniuscuiusque Sacramenti. F Respondeo, & dico primo. Quodcunq; Sacramentum nouæ legis de necessitate requirit, determinatam formam, & materiam habere; nam omnia Sacramenta ex rebus tanquam materia, & ex verbis tanquam forma realiter constant. Definitum est hoc in Concilio Florentino sub Eugenio IV. celebrato. Et probatur ex D. *Augustino, qui in homil.* 8. G *sup. Ioannem, ait. Accedit verbum ad Elementum, & fit Sacramentum.* Ità pariter docent S. *Thomas 3. par. q. 60. art. 6. & 7. Ioseph Angles de Sacrament. art. 2. & Syluester verbo Sacramentum 1.*, vbi dicit, quod Sacramenta in duobus consistũt, scilicet in verbis, & in re; ita quod tria sunt de substantia eius scilicet materia debita, puta aqua, & debita forma verborum, & intentio ministri copulantis formam materiæ. Idem docet *Magister sententiarum, quem Syluester eodem loco ad confirmationem suæ sententiæ citat.* H

In vnoquoque sacramento est necessaria determinata forma, & materia

Concil. Fl. Augustin. D. Thom. Ioseph Angles. Syluester. Magister sent.

Dico secundò. Adeo est in vnoquoq; Sacramento determinata materia, atq; forma, vt si quis non ea, sed alia vtatur, nequaquam Sacramentum conficere possit. Ratio est quia solus Deus, qui potest gratiam conferre diuinam suscipienti, potest etiam formam, ac materiã determinare, vnde vnusquisq; minister illa forma, & materia vti debet in Sacramentorum confectione, quam Ecclesia assignauit, & ipsa à Dei omnipotentis ordinatione, & institutione suscepit; alioquin nequaquam conficiet, & mortaliter peccat. Hinc colligitur, I quod si quis oleo lineaceo, vel infirmũ, vel puerum Episcopus vngeret, in primo, Sacramentum estremæ vnctionis minimè efficeret, neq; in secundò Sacramentum confirmationis. Sic pariter qui in pane ordeaceo, verba assignatæ formæ effunderet, vtiq; non conficeret, K nam necessario requiritur, vt sit panis triticeus, ita docent D. *Thomas Paludanus, Ricchardus, Scotus Durandus & Suarez, quos sequitur, & citat disp. 44. sect. 1.*

Determinatur ab Ecclesia tam forma, quã materia.

D. Thomas Paludanus Ricchard. Scotus Durandus Suarez

Dico tertiò, In vnoquoq; Sacramento res, dicitur materia, & verba, à ministro prolata, forma. Et ratio est quia quemadmodum materia est per se indeterminata ad plures formas, deter-

mina-

A minatur vero per formam ad certam speciem; ita pari modo res sensibiles in quocunq; Sacramento sunt per se indeterminatæ ad plura, & inter se diuersa, quæ nimirum significare possunt, determinantur autem per verba formæ ad significandam gratiam, vel gratuitum effectum. Ponamus vnum tantum exêplum in Sacramento baptismi, & sic de reliquis Sacramentis cõclusio fieri poterit. In baptismo planè res sensibilis, seu materia est ablutio aquę, quæ nimirum ablutio plura potest significare, B nempè emundationem sordium corporalium, vel refrigerationem caloris, vel aliquid aliud simile, vnde est per se indifferens, sed quando profertur forma, istius Sacramenti, scilicet: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, tunc per eam determinatur illa materia ad certam speciem, nempè ad significandam ablutionem peccati originalis. Nec præstandus est auditus *Durando, qui in quæst.3.dist.*1. dicit Sacramentum non cõstare rebus sed verbis tantum, nam contrarium definitum C èst in Concilio Florentino, constare scilicet ex verbis tanquam forma, & ex rebus tanquam materia. Hanc etiam opinionem non solum Durando, sed etiam Adriano tribuit *Alexander Pesantius sup.3.par.* D. *Thomæ q.*40. *art.*8. *disput.*1. contra quos ipse acriter disputat. Quod autem Sacramenta (inquit) constet rebus, & verbis patet inductione per singula Sacramenta, & quidem D in quatuor Sacramentis expressè habemus in scriptura scilicet in Baptismo de quo *Matt.* 28. *Baptizantes eos*, scilicet aqua, *in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*. In Eucharistia *Matth.* 26. vbi ponitur panis, & verbum, *Hoc est enim corpus meum*. Similiter vinum cum alio verbo, *Hic est Calix noui testamenti*. In confirmatione *Act.*8. vbi ponitur manus impositio, & oratio verbis efferenda; vel saltem ex traditione patet, quod idem dicendum est de oratione E quæ adhibetur in vnctione olei in Sacramento extremæ vnctionis *Iacob.* 5. In tribus autem alijs Sacramentis hæc ipsa etiam non obscurè ostenduntur, nam in Sacramento Ordinis sunt multæ res, & multa verba pro ordinum multiplicitate, & licet non habeantur ex scriptura, habentur tamen ex Patribus. In Sacramento pœnitentię ex illo *Ioan.* 20. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, colligi expressè actus pœnitentis. Deniq; in matrimonio est contractus quidam, qui res quædam est in esse moris, & consensus vel verba; omnia ergo Sacramenta nouæ legis constant rebus, & verbis. *Hæc* ex illo. F

Durandus. *Adrianus.* *Concil.Fl.* *Pesantius.*

Tertio quæro, Quid aliud requiratur de necessitate in Sacramentis nouæ legis. Respondeo, & dico primò. Duo requiri præter ea quæ iam diximus. Primò vt in vnoquoq; Sacramento sanctificatio significetur, & quæ tunc realiter fiat. Est comunis sententia Theologorum *ex Bellarmino lib.*1. *de Sacrament. cap.*9. Quod nimirum ipsamet verba in modum formæ prolata significant nam dicit Minister, *Ego te baptizo, Ego te absoluo, & c.* Secundò, vt non solum fiat sanctificatio in homine suscipiente, sed vt fiat virtute illius Sacramenti quod confertur; ita vt Sacramẽtum se habeat tanquam instrumentum, per quod Deus effectiuè gratiam, & sanctificationem confert. G

Bellarmin.

Dico secundò. Cum dicitur requiri vt conferant gratiam suscipienti, semper intelligendũ est nisi ipse suscipiens obicem, peccati mortalis ponat, nam tunc non requiritur de necessitate, vt Sacramentum conferat gratiam actu sed sufficit aptitudine, idest vt habeat aptitudinem, & habilitatem conferendi gratiam, & sanctificationem, cuilibet, qui obicem non ponit. Filliucius de Sacrament. tract.1. cap.1. q.7. Ille autem obicem ponit, qui cum conscientia peccati mortalis ad Sacramentum accedit; vnde tanquam indignus nec gratiam nec sanctificationem consequi promeretur. H I

Filliucius

Dico tertiò. Quamuis veteris legis Sacramenta nullam conferebant gratiam, sed illam tantum significabant, per Christum Saluatorem nostrum dãdam, tamen non sic dicendum est de Sacramentis legis nouæ, nam illam, vt iam diximus verè non ponentibus obicem tribuunt. Filliuc. loc. cit.

Quartò quæro an verba, quæ in Sacramentis, vt forma proferenda sunt, sint adeo determinata, vt quoad neutrũ possit quidquam addi detrahi, aut quomodocunq; immutari. Respondeo, & Dico primò. Iam, vt diximus in vnoquoq; Sacramento requiritur forma, quæ est quędam verborum aggregatio, & materia, quę est res sensibilis. Et vtraque tam materia, quam forma iam determinata est ab Ecclesia, imo ab ipso Christo, qui est verus Sacramentorum insti- K

A institutor; vnde nemo potest illam formam iam à Domino, & ab Ecclesia assignatam, mutare. Sic pariter dicendum est de materia, quemadmodum supra probauimus. Et rationem de hoc optimè reddit *D. Thomas 3. par. q. 20. art. 5.* *In vsu Sacramentorum duo possunt considerari* (inquit D. Thomas) *scilicet cultus diuinus, & sanctificatio hominis. Quorum primum pertinet ad hominem per comparationem ad Deum, secundum autem* B *pertinet ad Deum per comparationem ad hominem. Non pertinet autem ad aliquem determinare quod est in potestate alterius, sed solù id quod est in sua potestate. Quia ergo sanctificatio hominis est in potestate Dei sanctificantis non pertinet ad hominem suo iudicio assumere res, quibus sanctificetur, sed hoc debet esse ex diuina institutione determinatum. Et ideo in Sacramentis nouæ legis, quibus homines sanctificantur (secundum illud 1. ad Corinth. 6. abluti* C *estis sanctificati estis, oportet vti rebus ex diuina institutione determinatis.*

S. Thom.

1. Cor. 6.

Dico secundò vnusquisq; minister in confectione Sacramentorum debet vti illis verbis, seu illa forma, quæ iam ab Ecclesia est assignata, atq; à diuina institutione determinata; veluti in Sacramento Eucharistiæ *Hoc est enim corpus meum*; & in Sacramento Baptismi, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Et sic de reliquis Sacra- D mentis, quia vnumquodq; illorum habet determinatam formam. Vnde nihil addere, vel minuere, vel immutare debet. Quando autem mutatio in forma Sacramentorum, reddat nullum Sacramentum, quando vero non officiat, quo ad confectionem Sacramenti, in sequẽtibus dicemus.

Mutatio accidẽtalis non irritat Sacramentum.

Dico tertio mutatio verborum in forma Sacramenti, quando est accidẽtalis, tantum; vt scilicet tantum mutentur, voces, quæ tamen eamdem habeant significationem non inualidat Sacra- E mentum. Ita docent *Durandus lib. 4. dist. 3. q. 2.* *Pesantius in 3. par. D. Thomæ q. 40. art. 8. disput. 6.* & colligitur ex *D. Thoma d. q. 40. ar. 8. in corpore.* Et probat *Filliucius de Sacrament. cap. 6.* qui ait hanc esse communem opinionem, & sumitur ex *cap. Retulerunt de consecr. d. 4.* vbi mutatio facta in forma Baptismi, ex ignorantia cuiusdam ministri, fuit valida & efficax quoad Sacramenti cõfectionem iudicata, quia illa erat tantũ mutatio accidentalia. Hunc eundem casum narrat *Pesantius loc. cit.* qui legi- F tur in *Epist. Zachariæ Papæ ad Bonifacium.* vbi habetur, quod quidam Sacerdos valde imperitus volens Sacramentum Baptismi conferre, fecit aliquam mutationem in forma verborum, dixitq; *Ego te baptizo in nomine Patria, & Filia, & Spiritua sancta.* In quo casu Summus Pontifex determinauit esse verum Sacramentum, & illa verba fuisse sufficientia ad validitatem baptismi, & non fuisse ibi substantialia formæ im- G mutata, quia poterat intelligi quid vellet dicere tum ex coniunctione cum particula in nomine, tum ex actione baptizandi. Ratio autem cur mutatio accidentalis non inualidet Sacramentum, est; quia verba Sacramentorum habent efficaciam ex eo quod significant, manente ergo eadem significatione vocum, manet eadem virtus Sacramentorum. Itaq; qualiscunq; variatio siue mutatio circa voces fiat, dummodo ea- H dem significata maneant, semper est verum Sacramentum. Alioquin nisi in sermone hæbraico non possent sacramenta conferri, in quo nimirum formæ Sacramentorum fuerunt à Christo institutæ, vel potius promulgatæ, sed nũc per experientiam videmus quodcunq; Sacramentum posse in quacunq; lingua conferri siue latina, siue græca, siue hæbraica, siue quacunq; alia in qua quis natus est. ergo &c. I

Durand.
Pesantius.
D. Thom.
Filliuc.

Zachar.

Dico quarto si mutatio fiat circa substancialia non conficitur Sacramentum, *Durandus, S. Thomas, Pesantius, & Filliuccius locis citat.* Et ratio est, quia tam res, quam verba Sacramentorum sunt determinata à Deo, vel mediatè vt in lege naturæ per præcipuos Patriarchas, qui alios postmodum edocebant, & in lege Mosayca per Angelum vicem Dei gerentem; vel immediatè, vt in lege Euangelica à Verbo Dei incar- K nato; quapropter cum iam sint ex iure diuino determinata, non possunt ab homine immutari. Hinc pariter colligitur, quod si Summus Pontifex aliam materiam, vel aliam formam in Sacramentis statuere vellet, vtiq; non posset nec esset apta, ac valida ad conficiendũ Sacramentum, quia Summi Pontificis potestas non extenditur ad ea, quæ de iure diuino sunt præordinata, atq; instituta.

Durand.
S. Thom.
Pesant.
Filliuc.

Dico quinto peccat mortaliter, quicunque in materia vel in forma Sacramen-

A mentorum aliquid substantiale immutat. Et ratio est, quia Sacramentum, redderetur innalidum. Sic pariter peccat mortaliter qui in materia, & forma Sacramentorum, eum modum non obseruat, quem Ecclesia præscripsit, vel recepta consuetudo retinet. Est communis Theologorum opinio in 4. *sent. dist.* 3. *Paludan. q.* 1. *art.* 3. *Sotus dist.* 1. *q.* 1. *art.* 8. & *Fillinec. de Sacrament. tract.* 1. *cap.* 6.

Paludan. *Sotus.* *Fillince.*

B

CAP. III.

De significatione Sacramenti.

HOc vocabulum (Sacramentum) non vnam tantum significationem, sed plures, atque inter se diuersas habere potest; quapropter, omnes illas quæ ad nostrum propositum non faciūt sunt explicandæ, ac deinde ea, in qua C nos in præsenti tractatione nomen Sacramenti accipimus; vt hac effecta diligenter distinctione, studiosi lectoris mens in nullo confusionis retiaculo inuoluatur.

Quæro igitur primo. Quid hoc nomen Sacramentum significet. Respondeo, & dico primo diuersam significationem habere, tum apud prophanos, tum apud sacros Authores, tum etiam apud Theologos; quia nimirum ad diuersas res significandas hoc vocabulo D (Sacramentum) omnes isti coutuntur.

Sacramentum quid significet, apud prophanos. Dico secundo apud prophanos Authores hoc nomen Sacramentum, aliquod pignus, vel pecuniam in loco sacro depositam significabat, ex eo enim quod in loco sacro tale pignus, vel pecunia seruabatur, appellabatur Sacramentum. Vide de hoc *Varron. in lib.* 4. *de ling. latin.* Item omne quod aliquo iuramento affirmabatur, dicebatur pariter Sacramentum, ex eo enim quod iuramentum super re aliqua facta semper E fiat; hinc Sacramenti nomen assumpsit. Et ex hoc militare Sacramentum, ortū, & exordium duxit, vt in *l. sacramenta puberum C. si aduers. venditor. & cap. qui Sacramento* 22. *q.* 1.

Varro.

Quid apud sacros. Dico tertio apud sacros Authores triplicem habet significationem. Primo Sacramentum appellatur id quod vel in verbis, vel in re, aliquid diuinum misterium significat, ex eo enim quod in se illam rem diuinam, & sacram occultet, & contineat per significationem, hinc F Sacramentum appellatum est. Exemplū de hoc habetur in illis Adæ verbis *Genes.* 2. *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.* Quæ exponens D. Paulus Apostolus ad Ephes. 5. ait, *Sacramentum hoc magnum est in Christo, & in Ecclesia.* Secundo hoc nomen Sacramentum significat rem diuinam, atq; secretam, vnde dicitur Sacramentum, quasi sacrū secretum. Deinde ampliatum est, vt etiā secreta Regum significet, vt Tob. 12. *Sacramentum Regis* (inquit) *abscondere* G *bonum est.* Tertio significat illam ceremoniam, quæ Deo hominem cōsecrat, quemadmodum in scripturis Leuit. 8. & Exod. 28. *Huiusmodi consecratio, Sacramentum nuncupatur; idest res Deo consecrata.* Vide de his omnibus Bellarminum in lib. 1. de Sacram, cap. 8. vbi ait, *his tribus acceptionibus apud latinos, respondere apud Græcos significationem vocabuli* μυστήριον, *quod nimirum, tam rē sacram, quam signum rei sacræ, quam etiam ceremoniam consecrantem significat.* H

Genes. 2. *Ephes.* 5. *Tob.* 12. *Leuit.* 8. *Exod.* 28. *Bellarmin.*

Quid significet apud Theologos. Dico quarto apud Theologos hoc nomen Sacramentum accipitur, pro sensibili signo rem sacram continente, vel pro sacra quadam ceremonia aliquid sacrum significante. vel (vt ait D. Thomas) pro eo quod ordinatur ad significandam nostram sanctificationē. Theologi enim hoc nomen Sacramentum assumunt, vt est à Christo institutū, hic autem illud instituit, vt esset quædā ceremonia Christianæ Religionis, qua cum vtuntur fideles Christiani, illis cōferri gratiam diuinam, sanctificationē, atq; salutem animæ significetur. Vide *Suarez ad quæst.* 60. vbi in tali significatione fuisse hoc nomē tum à Concilijs, tum à Patribus, tum etiam à Theologis Scholasticis acceptum, testatur. I

D. Thom. *Suarez.*

Præterea *S. Thomas in* 3. *par. q.* 40. *ar.* 3. docet, quod Sacramentum secundum illam significationem, quam habet apud Theologos potest significare tria, videlicet ipsam causam nostræ sanctificationis, idest passionem Christi, secundo formam nostræ sanctificationis idest gratiam, tertio vltimum finem nostræ sanctificationis, idest vitam æternam. Sacramentum (inquit D. Thomas) propriè dicitur quod ordinatur ad significandam nostram sanctificationem. In quo tria possunt considerari, videlicet ipsa causa sanctificationis nostræ quæ est passio Christi, & forma nostræ sanctificationis, quæ consistit in gratia, & virtu-

S. Thom. K

A virtutibus, & vltimus finis sanctificationis nostræ, quæ est vita æterna. Et hæc omnia per sacramenta significantur. Vnde Sacramentum est, & signum rememoratiuum eius quod præcessit scilicet passionis Christi; & demonstratiuum eius, quod in nobis efficitur per Christi passionem scilicet gratiæ, & pronosticum, idest prænunciatiuum futuræ gloriæ.

Dico quintò, In Sacramento Eucharistiæ præter ea, quæ superius diximus, significatur etiam duplex res scilicet
B corpus Christi verum, & corpus Christi mysticum, idest Ecclesia. Est sen-
D. August. tentia *Diui Augustini in lib. sentent.*
D. Thom. *Prosper. & Diui Thomæ in artic. supra citato.*

Secundò quæro, vtrum omne signũ rei sacræ sit Sacramentum: Respondeo, & dico primo, quod quatenus Sacramentum accipitur prò signo rei sacræ homines sanctificante, & tunc affirmatiuè respondeo, scilicet omne
C signum rei sacræ esse Sacramentum.
Ita docet *D. Thomas in 3. p. q. 2. art. 2. &*
S. Thomas *Caietanus ibidem*. Et ratio est (secun-
Caietanus. dum eundem D. Thomam (quia diffinitio conuertitur cum suo diffinito, sed quidam diffiniunt Sacramentum per
Augustin. hoc quod est sacræ rei signum, & præcipuè hoc desumitur ex autoritate D. Augustini; ergo omne signum rei sacræ est Sacramentum. Deinde in corpore prædicti articuli ad hoc explicandum, subiungit sic dicens; *Signa* (inquit) *dantur hominibus, quorum est per*
D *nota ad ignota peruenire*. Et ideo propriè dicitur sacramentum, quod est signum alicuius rei sacræ ad homines pertinentis, vt scilicet propriè dicatur sacramentum, secundum quod nunc de sacramentis loquimur, quod est signum rei sacrę in quantum est sanctificans homines.

Quæro tertiò à quo fuerit inuentum hoc nomen (Sacramentum) Respondeo, & dico primo, hoc nomen fuisse apud antiquos in vsu, quemadmodum videri potest apud *Ciceronem in Epistol.*
E 100. *& Varron. lib. 4. de lingua latin. & in Iure Ciuili, l sacramenta puberum* C. *si aduers. vendit.*

Dico secundò. Hoc nomine pariter, vsa est Sacra Scriptura ad significandam, vt diximus) aliquam rem, diuinam hominibus latentem, eorumque cognitionem superantem. *Ita sap. 2. Nescierunt sacramenta Dei, Ephes. c.* F
1. vt notum faceret sacramentum voluntatis suæ 1. ad Timoth. 3. Magnum est pietatis Sacramentum. Corinth. 13. si nouerim mysteria omnia, vbi Augustinus legit, si sciero Sacramenta omnia, Ephes. 3. Secundum reuelationem notum factum est mihi Sacramentum sicut supra scripsi in breui, prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi. Ephes. 5. Sacramentum hoc magnum est. Tob. 12 Sacramentum Regis abscondere bonum est

Sap. 2. Ephes. 1. 1. Tim. 3. Cor. 13. Augustin. Ephes. 3. Ephes. 5. Tob. 12. Ephes. 3 Daniel. 2 Apoc. 1.

Item ad exprimendam aliquam rem occultam diuinam, atq; supernaturalem, in qua diuina mysteria secretè lateant, sacra Scriptura hoc nomine sa-
G cramenti vtitur. *Ita Daniel. 2. Mihi sacramentum hoc reuelatum est.* Et paulo inferius. *Vero Deus est reuelans mysteria quia tu potuisti explicare hoc sacramentum, & Apoc. 1. sacramentum septem stellarum.*

Dico tertiò. Etiam ss. Patres ad significandum aliquod fidei nostræ Christianæ mysterium, vel sacræ scripturæ
H archanum, hoc nomine vsi sunt. Sic *Tertullianus lib. de præscript. aduers. hæret. cap. 40. Pamelius ibid. Cyprianus epist.* 63. vbi ait omnia testimonia, & sacramenta sacræ scripturæ Christum prædixisse. *Ambrosius lib. 1. de sacramentis cap.* 4. vbi manna transitum iudeorum per mare rubrum, & his similia, sacramenta appellat, quemadmodum facit *Lactantius lib. 4. cap. 17. & Augustinus lib. 8. de Genes. ad liter. cap. 4. & 5. lib. 4 de symb. ad Cathecumen. cap. 1. & 19. contra faust. cap 11. Epist. 23. & lib. 2. de peccat. mer. & rem. cap. 26. Item S,* Leo *Papa in serm. de natiu. Domin.* Item ad significanda quædam specialia signa sensibilia, spiritualem gratiam continentia, atq; significantia, vsi sunt hoc nomine *Isidorus lib. 2. Ethymolog. cap. 18. Hieronymus in* Dialogo *contra Luceferian. &*
I *Ezech. 44. Victor. Papa epist. 2. Anastasius 2. in epist. ad Anastas. Imper. cap. 8. Nicolaus e. in suis rescriptis tit. 11. e. 5. Cyprianu. serm. de ablution. pedum: & serm. de bapt. Basilius lib. de Spiritusancto, Origen. homil. 5. in Numer. Dionysius de Ecclesiast. Hierarch. Cyrillus Hierosolimi. in*
K *Catechism. & Hugo de S. Victor. lib. 1. de Sacramentis par. 9.*

Tertullian. Pamelius Cyprianus Ambrosius Lactantius Augustin. S. Leo PP. Isidorus Hieronym. Victor PP. Anastas. 2. Nicolaus 2 Cyprianus Basilius Origenes. Dionysius. Cyrillus. Hugo Vict.

Dico quarto etiam Theologi hoc vocabulum communiter acceperũt ad significandum aliquod speciale signum sensibile, gratiam diuinam suscipientibus conferens, eamq; verè significans. Ita *Magister sentent. lib. 4. à princip.* S. Tho-

A *S.Thomas 3.par. q.60. Scotus dist.1.q.2. Durandus lib.4.dist.1.q.1. Vualdensis tom. 2.de Sacrament. Ruffens.in refutat.artic. Luth.art.1. Ruardus in articulis Luccanensib.art.1. Alanus lib.de Sacrament.in genere Eckius homil. de Sacrament. Tilet. in defensione Concil. Trident. Hosius in confess.cap.37. Lindanus lib.4. Panop.à princ. Bellarminus tom. 1. de Sacrament. Ioseph Angles in florib.Theologiæ, Alexander Alens. in 4.part. q.1.membr.1. & q.3.membr.1. Riccardus in 4.ar.1.Gabriel in 4. q.1. D.Bonauentura quæst.3.par.1.* B *Vega lib.7.super Concil.Trident.cap.vlt. Dionisius Cartusianus in 4.par. Suarez in 3.part. D.Thomæ, Vasquez ibid.Conin.de Sacramentis.Medina,Caietanus in 3.part. D.Thomæ,& alij.*

S.Thom. Scotus. Durandus. Vualdensis. Ruffens. Ruardus. Alanus. Eckius. Tilet. Hosius. Lindanus. Bellarm.

Dico quinto. Ad hoc idem significandum, prædictum nomen (Sacramentum) acceperunt omnes Summistæ. Ita *Syluester verb. Sacramẽtum Toletus lib.2. cap.25. Filliuccius de Sacramentis lib.1. cap.2. Nauarrus, Bonacina,* & alij, quos recensere, propria nomina exprimẽdo, & loca citando, & mihi molestum esset, C & lectoribus intolerabile redderetur. Itaq; qui plenam cognitionem habere desiderat de Sacramento prout ad significandum aliquod sensibile signum, gratiam continens, hominesq; sanctificãs accipitur, perlegat prædictos Theologos, ac Summistas supra citatos, nam apud SS. Patres vel nulla, vel breuis tractatio de illo fit; quemadmodum refert *Suarez super 3. par. D.Thomæ in princ.* Nam præter D. Ambrosium qui quosdã libros de Sacramentis conscripsit, & in D eis fere de baptismo, & Eucharistia solũ pertractat, & præter Hugonem Victorinum in opere quod de Sacramentis edidit, nullus alius ex Patribus præcipuam, ac peculiarem tractationem de Sacramentis efficit. A quo opere permulta assumpsisse Magistrum sententiarum, ac deinde *lib.4. par.* ea proferre, vbi Scholastici Theologi eandem materiam prosequuntur mihi compertum est.

Silucster. Tolctus. Filliucius. Nauarrus. Bonacina. Suarez. Ambrosius. Hug.Vict. Mag. sent.

E



CAP. IV. F

An si status innocentiæ perdurasset semper; vsi fuissent nè homines Sacramentis.

IN præsenti capite quæritur, an si semper ille status innocentiæ perdurasset, ita vt nullus homo peccasset, fuissent nè sacramenta, quibus homines vterentur. G Ratio autem cur hæc quæstio proponatur, est quia, sacramenta sunt instituta à Domino, vt suscipiantur à fidelibus in remedium peccati, sed in illo statu innocentiæ si semper durasset, homines non peccassent, ergo nec sacramenta instituta fuissent, quia Deus nihil frustra facit, nec illi vsi fuissent Sacramentis, cum nulla peccata commisissent.

1. opinio affirmat.

Sed in hac quæstione varia, & diuersa est opinio Theologorum, nam nonnulli affirmant, dicentes, quod licet in statu H innocentiæ tanta necessitas non futura esset, sicut nunc est, vt sacramenta susciperentur ab hominibus, non tamen defuturam fuisse sufficientem rationem, & causam, ob quam ipsa sacramenta instituerentur. Isti autem Theologi hoc affirmantes sunt *Scotus quæst. 3. art. 3. Alexander Alens. 4.par.quæst.1.memb.2. ar.1.& Durandus dist.1.quæst.2.num.9.*

Scotus. Alexand. Alens. Durand.

Nescio autẽ quibus argumentis hanc suam comprobent sententiam, sed quia hoc solum vnum potest esse principa- I lius, idcirco illud adducere opus est. Et est hoc. Matrimonium inter Adam, & Euam in statu innocentiæ fuit Sacramentum, cum de illo loquens, dicat *Apostolus Paulus Ephes.5. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & Ecclesia*, ergo in statu innocentiæ fuit aliquod Sacramentum.

Argumen.

Sed verius est in illo innocentiæ statu etiam si perdurasset, ita vt homines nullum perpetrassent peccatum; non fuissent sacramenta in vsu hominibus. Ita H tenet *Hugo de S.Victore lib.1. de Sacrament. par.9. cap.3.& 5. & in summa sententiar. tract.9. cap.1.* vbi siquidem edocet omnium Sacramentorum cong uẽtias non aliunde, quam ex peccato fuisse exortas. Hoc idem tenet *D.Thomas in 4.dist.1.ar.2.q.2. D.Bonauentura in 4. art.1.q.1.Riccardus art.1.q.1.Gabriel q.2. conclus.1.Maior.q.4. Paludanus q.3.conclus.2.Altisiodorus lib.4.summ.in principio*

Hug.Vict. S.Thomas. S.Bonau. Riccard. Gabriel. Maior. Paludan. Altisiod.

Caietan. Sotus. Ledesma. Suarez.

A *pio Caietanus Sotus, Ledesma, & Suarez*
in 3.part. D.Thomæ super quæst.61.art.2.
section.3:
Ratio autem, qua hæc opinio confir-
matur, est illa, quam *loc.cit.* adducit *Sua-*
rez. Sacramenta (inquit) instituuntur
propter supernaturalem perfectionem,
vel cognitionis, vel gratiæ; sacramenta
enim, vel sunt propter significationem,
quę ad cognitionem ordinatur, vel pro-
pter effectionem, per quam gratia con-
fertur, sed neutro modo in statu inno-
B centiæ homo perfici debuit, ergo non
est, cur tunc instituerentur. Probatur
minor, nam nobiliora perfici ab infe-
rioribus, non est ordo per se conueniēs
nisi, vel ex necessitate naturæ oriatur,
vt cum homo naturalem accipit à sensi-
bilibus cognitionem, vel cum propter
aliquam rationem occasione peccati
ortam; ita fieri expedit; sed vtraq; causa
ex his deficit in statu innòcentiæ, quo
ad institutioné Sacramentorū. ergo &c.
Ad argumentum autem à contrariæ
C opinionis Authoribus adductum du-
pliciter respondemus. Primo illa verba
D. Pauli, *Sacramentum hoc magnum est*,
non sunt accipienda quatenus signifi-
cant Sacramentum, prout à Theologis,
& à Summistis accipitur, nempe rem
sacram significans, & gratiam diuinam
suscipientibus conferens, eosque verè
sanctificans, sed sunt accipienda, quate-
nus quoddam diuinum secretum, ho-
minibus occultum significant, vbi diui-
na mysteria, atq; supernaturalia arca-
D na, latent; prout in præcedenti *cap.* latè
exposuimus. Et simili modo accipitur
illud *Daniel. 2. Sacramentum hoc mihi*
reuelatum est. Et *Apo.1. Sacramentum se-*
ptem stellarum. Vnde dicendum est,
Apostolum designare per illa verba vo-
luisse, illud diuinum mysterium incar-
nationis Dominicæ, & desponsationis
spiritualis inter Christum, & Ecclesiam
futuræ, nam Apostolus illa verba Adæ
exponebat, quibus dixerat, *Hoc nunc os*
ex ossibus meis, & caro de carne mea. Ex
E quibus verbis communiter Theologi
colligunt; Adæ fuisse reuelatum miste-
rium incarnationis Christi. Ita D.*Tho-*
mas in 4.dist.1.ar.2.quæstiunc.2. Hugo de
S.Victor. lib.1. de Sacrament. par.8.cap.
12.& 13.& Suarez loc.cit. Secundo po-
test responderi, non dixisse, Sacramen-
tum hoc magnum fuit, sed Sacramen-
tum hoc magnum est, ex quo apertè
colligimus in illo innocentiæ statu, qui
per breue tempus durauit, nullum fuis-

S.Thom. Hug.Vict. Suarez.

se Sacramentum; nec matrimonium in- F
ter Adam, & Euam contractum, erat
Sacramentum, sed post peccatum factū
est Sacramentum; in remedium videli-
cet infirmitatis humanæ, quatenus ar-
dor libidinis per coniunctionem ma-
trimonialem, absq; Dei offensa extin-
gueretur, & humani generis prolis mul
tiplicaretur.
Denique non valet si contraria pars
dicat, non existente peccato, & origi-
nali iustitia in homine perseuerante,
futurum fuisset, vt Deus institueret illa G
sacramenta, quibus nos vtimur, vel ali-
quod ex illis. Nam hoc in sacra scriptu-
ra non constat, vnde temerarium est
hoc absq; fundamento affirmare, cum
prorsus nos lateat, quid diuina proui-
dentia tunc esset factura, ad maiorem
humani generis salutem. Fortassis po-
terat Deus alia iuuamina inuenire atq;
conferre, vt homines spiritualibus di-
uitijs gratiæ diuinæ ditarentur. Accedit
quod Sacramentum baptismi tunc nul-
lo modo fuisset necessarium, quia ni- H
mirum in remedium originalis culpæ
diuinitus institutum est, & in tantum
valet ad mundandos homines, illosque
sanctificandos, eosq; vitæ æternæ hære-
ditate dignos efficiendos, quatenus ex
passione Christi habet illam ineffabilē
mirabilemq; virtutem. Sed si Adam, &
eius descendentes nūquam peccassent.
Christus in patibulo Crucis minimè
mortuus fuisset, quia vt, primi hominis
scelus deleret, Christus amarissimam
mortis passionem tolerauit, ergo quia I
baptismus illum valorem quem nunc
habet, tunc habere non potuisset, nec
homines culpam originalem habuis-
sent, qua emundaretur, hinc colligitur;
quod Sacramentum baptismi in illo in-
nocentiæ statu non fuisset in vsum ho-
minibus.

Baptismus in statu innocētia nō fuisset in vsu hominibus.

Idem dicendum est de pęnitentiæ Sa-
cramento, quod planè ex valore, & me-
ritis passionis Christi pariter virtutem
habet, & in remedium peccatorum
actualium institutum est, sed dato, quod K
nullus homo peccasset, ad quid quæso
huius Sacramenti vsus? Imò nec verum,
& validum Sacramentum esse potuisset,
quia necessario requirit materiam, &
formam, ex quibus constat, materia
autem est contritio pęnitentis, & ipsa
peccata; sed dato quod in hominibus
in statu innocentiæ non regnasset pec-
catum, quæ peccata plangere, vel con-
fiteri debebant? Ergo &c.

Nec etiam Sacramentum pœnitentiæ.

CAP.

A

CAP. V.

An si Deus incarnatus fuisset absq; eo quod homo peccasset, fuissent nè in statu innocentiæ sacramenta.

INter Scholasticos Theologos magna quæstio est, an si Adam nunquam B peccasset, vtrum Verbum æternum, idest Filius, carnem humanam in hoc mundo assumpsisset. Quam videlicet quæstionem pertractat *D. Thomas in 3. par. q. 1. ar. 3.* vbi dicit duas in hoc reperiri opiniones, vnam, affirmantem, alteram vero negantem. Ipse autem partem negatiuam probabiliorem putat; cui libenter adhæret eamque D. Augustini authoritate probat, qui *in lib. de verb. Domin.* exponens illud quod habetur *Lucæ 19. Venit filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat*, dicit, *Ergo si homo non peccasset, filius hominis non venisset.* Deinde Glosæ testimonium adducit, quæ videlicet illa verba *Apostoli Pauli 1. ad Timoth.* exponens *Christus venit in hunc mundum, vt peccatores saluos faceret;* ait. *Nulla causa veniendi fuit Christo Domino, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla medicina causa.* Sed nonnulli ex recentioribus partem affirmatiuam tenent, D & præcipuè (ni fallor) *Suarez in comment. super d. art. 3.* Qui asserunt, dato quod Adam nunquam peccasset, Christus carnem humanam assumpsisset. Verum circa hanc quæstionem quid ipse sentiam, exponere nolo, tum quia ad propositum nostrum non pertineret, tum quia vberrima, amplissimaque disputatio in hoc desideratur, atq; requiritur; quæ breuitatis causa prætermittitur.

Luc. 19. *1. Timoth.* *Opinio negans.* *D. Thom.* *D. August.* *Glosa.* *Opinio affirmans.* *Nonnulli recētiores.* *Suarez.*

Sed supponamus, quod Adamo non peccante, adhuc Christus incarnatus E fuisset (hoc autem nec affirmo, nec nego) vtrum in statu innocentiæ instituta fuissent à Deo sacramenta, quibus homines vterentur. Respondeo, &

Dico primo quod si loquamur de omnibus Sacramentis, scilicet de illis septem, quibus nunc Ecclesia vtitur, & hoc expressè negatur. Et ratio est, quia sunt aliqua sacramenta, quæ principaliter ad delenda peccata sunt instituta, vt est Baptismus, Pœnitentia, & Extrema vnctio; vnde non existente peccato F in statu innocentiæ, non est aliquid ob cuius finem tale Sacramentum applicetur. Vnde conclusio est, quod non fuisset, tunc, nec Sacramentum Baptismi, nec Pœnitentiæ, nec Extremæ vnctionis. Quid autem dicendum sit de confirmationis Sacramento, *Suarez* exponit; Negat enim tunc fuisse; Et ratio est, quia hoc Sacramentum præsertim ordinatur ad profitendam fidem, superando difficultates, pericula, persequutionesq; Tyrannorum, at in illo felicissimo, perfectissimoq; statu; huiusmodi G persequutiones, & dissentiones in fide minimè fuissent; ergo &c.

Suarez.

Dico secundo. Nec etiam Sacramentum matrimonij tunc fuisset in vsu. Et ratio est, quia hoc Sacramentum institutum est principaliter ad extinguendũ inordinatum ardorem libidinis; & vt, per illud gratia coniugatis conferatur, qua contra matrimonii possent toletare; sed tunc ardor inordinatus libidinis non fuisset in homine, quia caro in H omnibus imperio, & dominio rationis subiacebat, vnde aliquid inordinatum, præter rationis rectitudinem minimè concupiebat. Nec etiam fuisset aliquis labor, vel aliqua molestia in sustinendo matrimonio: vnde illa collatio gratiæ per Sacramentum, minimè fuisset necessaria. Ergo &c.

Obijcies; In lege naturæ hoc Sacramentum matrimonij fuit, quemadmodum in *cap. 1.* diximus, & docet *Filliucius de Sacram. cap. 1. q. 5.* sed in illo statu I innocentiæ per modicum tempus durante, erat lex naturæ quam obseruare primus homo tenebatur, ergo in statu innocentiæ vsus est Adam hoc Sacramento similiter vsi fuissent si ille innocentiæ status perdurasset. Respondeo, quod si ponitur in lege naturæ fuisse hoc matrimonij sacramentum intelligendum est de illo tempore post Adæ peccatum non autem ante peccatum, nam quamuis Adam, & Æua matrimoniali copula essent coniuncti, antequam peccarent, tamen illa coniunctio non erat per sacramentum; vnde & si dicatur fuisse verum matrimoniũ, tamen non potest dici fuisse verum sacramentum, vt in præcedenti cap. satis probatum est. Colligitur, *ex Hugone de S. Victore lib. 1. de sacrament. par. 9 cap. 1. D. Thom. in 4. dist. 1. art. 2. q. 2. Bonauentura in 4. dist. 1. art. 1. q. 1. Riccard. in 4. dist. 1. art. 1. q. 1. Gabriel. cad. dist. q. 2*

Obiectio. *Filliucius.* *Solutio.* *Hugo Vict.* *s. Thomas.* *s. Bonauen.* *Riccard.*

Gabriel. Maior. Paludan. Altisiodor. Caietanus. Sotus.

A *concluf.2.Maior.ead.dist.q.4. Paludan.q.3.conclus.2. Altisiodor. lib. 4. summa in princ.Caetano, Soto, Ledesma, & Suarez super 3.part.D.Thomæ q.61.art.2.disput.3.sect.3.circa medium.*

Ledesma. Suarez. De Sacramento Eucharistiæ, & Ordinis; quid dicendum.

Dico tertiò. Supposito; sed non concesso, quod Adamo non peccante, Deus adhuc carnem humanam assumsisset, nimis probabile est, quod in illo innocentiæ statu, tam Sacramentũ Eucharistiæ, quam Sacramentum Ordinis diuinitus fuissent instituta, quibus homines vterentur. Probatur primò quoad Sacramentum Eucharistiæ; Nam hoc Sacramentum est omnino à peccato independens, vnde nullo exi B stenre peccato, rite illo vti homo potest; quod dici non potest de Sacramẽto pænitentiæ, & baptismi, quorum vnum necessario requirit peccatum actuale, vt materiam remotam, alterum verò originale peccatum necessariò supponit, ad cuius ablutionem aqua baptismalis effunditur. Insuper per sacramentum Eucharistiæ feruor charitatis in anima excitatur, atq; augetur, & hic est huius Sacramenti præcipuus C effectus. Multa charismata spiritualia digne suscipientibus tribuuntur, quibus homo adiutus feruentius in via Dei progreditur, & ad vltimum finem consequendum rectius incedit. Vnde si Deus in statu innocentiæ incarnatus fuisset nimis probabile est, quod hominibus in gratia tunc existenribus, talia munera per huius Sacramenti susceptionem conc essisset. Nam status innocentiæ perfectior erat statu nostro, vnde non est melior conditio hominũ, nunc peccantium, sed istis hoc sacra D mentum conceditur in vsum; ergo cõcessum fuisset similiter, & illis. Ita Suarez loc.cit.

Suarez.

Obiectio. Obijcies Sacramentum Eucharistiæ videtur, quod habeat significationem ex Christi passione, sed si Deus; tunc incarnatus fuisset, non tamen Crucis passionem substinuisset; ergo, &c.

Solutio. Relpondeo, quod hoc sacramentum non haber talem dependentiam ex passione Christi, vt absq; ea institui non posset, atque existere, quia ante pas E sionem fuit à Domino institutum, & Apostolis datum, & fuit verum Sacramenrum.

fuisset etiã Sacramentũ Ordinis. Dico quartò. Probabile similiter est, de Sacrmento Ordinis, quod tunc fuisset; tum quia nullum præsupponit peccatum, ad cuius delerionem detur; tum etiam quia concesso, tunc futuram fuisse Eucharistiam, pariter debet concedi, & Ordinem sine quo Eucharistia, nec confici, nec ministrari po- F test. Vide Suar.loc.cit.

Suarez.

CAPVT VI.

An si homines in statu innocentiæ peccassent; ad delenda peccata, fuissent nè vsi Sacramentis, vel quo alio remedio.

G

IVxta nonnullorum opinionem, si ille status originalis iustitiæ.& primæuæ innocentię perdurasset potuissent homins in peccata prolabi, & sic gratiam Dei amictere. Ita docent *D.Thomas p.p.q.100.art. 2. Scotus in 2. sententiar.dist.20.q.1. Abulensis in Genes cap.6.& 7. Catharinus super 3.cap.Gen. & Perrerius in Commentar.super Genes. p.p.lib.5.q.4.* Et ratio est secundum Scotum, & D. Thomam, quia confirmatio hominis in gratia, vt non pos- H sit peccare, est proprium status comprehensorum, & statui viatorum repugnat, in quo quicunq; versantur eorum voluntas ad bonum, & malum flexibilis est, & mutabilis. Nam cum ipsum per se bonum, quod est Deus, non sit clarè visum viatori, atq, omne aliud bonum sit finitum particulare, & cui aliqua ratio boni desit, vtique id non potest voluntatem hominis necessario à malo auertere, & in bono confirmare, quemadmodum beatos essentia diuina clarè visa, quæ omne bo- I num in se continet, eminenter, plenissimèque satiare potest omnem humanæ voluntatis apperitum, necessario voluntatem à malo abstrahit, & in bono confirmat.

S.Thom. Scotus. Abulensis. Catharin. Perrerius.

in statu innocẽtia potuissẽt homines.

Hoc autem tanquam verissimo supposito, quod scilicet homines ex linea Adæ descendentes, etiam eo non peccante, potuissent peccare, quæritur an Sacramento Pęnitentiæ ad delendum peccatum vsi fuissent, vel quo alio re- K medio. Respondeo, & dico primo quod si peccassent, illud peccatum omnino fuisset volũtarium, cum non habuissent illam fragilitatem carnis, & inclinationem ad peccatum, quam nos nunc ha-

A bemus; vnde ex hoc aliqua dubitatio oriri posset vtrum Deus locum, & modum pœnitentiæ eis concessisset vel negasset, quemadmodum peruersis Angelis peccantibus denegatum est. Sed probabilius, atq; verius est, quod Deus peccantibus hominibus locum, & modum, & remedium pœnitentiæ eis concessisset, quia videlicet Adæ, & Aeuæ peccantibus optimè, & opportunè remedium pœnitentiæ fuit concessum. Sed tamen hoc remedium non fuisset Sacramētum pœnitentiæ, quo nunc nos vtimur, quia
B hoc nostrum Sacramentum ex passione, & meritis Christi virtutem habet ad delenda peccata. Sed tunc non fuisset passio Christi, quemadmodum in præcedenti *cap.* probatum est, ergo &c.

Dico secundo. In illo statu homines diuina adiuuante gratia, post peccatum poterant pœnitentiam agere, habendo scilicet contritionem, & dolorem de perpetratis criminibus, quæ videlicet pœnitentia sufficiens fuisset ad delenda peccata, & gratiam amissam consequēdam. Et hoc fuisset remedium, (absque
C vllo Sacramento) quo ad abluenda peccata vsi fuissent homines. Ita *Suarez disput.3. sect.3.*

CAPVT VII.

An si status innocentiæ perdurasset, fuissent necessaria hominibus sacramenta.

D

Sacramenta siquidē duppliciter sunt hominibus necessaria, vel in remedium peccati quatenus peccatum commissum, per Sacramentorum virtutem deleatur, vel ad maiorem hominis perfectionem, quatenus per applicationem Sacramentorum, dignè suscipientibus gratia diuina tribuatur, multaq; dona super naturalia animæ infundātur. Hoc
E explicato facilitèr datur responsio ad propositam quæstionem, An scilicet si status innocentiæ perdurasset, fuissent nè necessaria hominibus Sacramenta. Et respondeo negatiuè. Ita docent *S. Th.3.par.q.61.art.2. Henriquez lib.1.c.5.num.1. Nugnez Coninchus Corona de Sacrament. in genere num.10. Franciscus Pittignanus dist.1.quæst.3.art.5. Pesantius disput.2.super 3.par. D.Thomæ Vasquez ibid.cap.2.& Bonacina de Sacrament. disput.1.q.1.punct.3.& alij communiter.*

S. Thomas. Henriquez. Nugnez. Coninchus. Corona. Pittignan. Pesantius. Vasquez. Bonacina.

F Et ratio est quia Sacramenta in illo perfectissimo, ac felicissimo statu innocentiæ non fuissent necessaria hominibus neq; in remedium peccati, neq; ad maiorem animæ perfectionem. Non in remedium peccati, quia tunc homines difficillimè peccare potuissent. Imo (iuxta opinionem Scoti, & D.Thomæ) si primam tentationem illis illatam, superassent, statim in gratia confirmati fuissent; vnde nequaquam in posterum peccare potuissent. Neq; fuisset necessa- G rium Sacramentum aliquod ad maiorē animæ perfectionem, quia nimirum per iustitiam originalem, & per dona super naturalia, homines illuminati atq; illustrati, perfectam scientiam de via Dei, & de rebus spiritualibus diuinisq; habuissent, nec caro imperio rationis repugnasset.

Scotus. S.Thomas.

Opinatur, ac docet (*Suarez super 3. par. D.Thomæ disput.3 sect.3. quem sequitur Filliucius de Sacrament. nu. 36.*) incertum esse, vtrum si statu innocentiæ perseuerante fuissent Sacramenta. Quā opinionem refellit *Bonacina loc.cit.* Sed H ego excusare Suar. contendo. Suarez enim hanc incertitudinem posuit, stante illa opinione, quæ asserit, quod si Adā nunquam peccasset, adhuc Deus incarnatus fuisset. Vnde ipse non solum in quadam dubitatione ponit vtrum fuissent tunc Sacramenta, sed etiam probabile putat, quod fuissent Sacramentum Ordinis, & Sacramentum Eucharistiæ non autem cætera Sacramenta, vt in 5.cap. ostensum, atq; probatum est.

Suarez. Filliucius Bonacina

Quam opinionem non refellendam I existimo, imò & probabilem esse dico, quatenus supponitur incarnatio Verbi, absq; eo quod homo peccaret; & sic intelligendus est Suarez. Sed ego opinioni (*D.Augustini, S.Thomæ, & Glosæ*) adhærens, existimo, quod Adā non peccante, Deus minimè incarnatus fuisset, vnde in statu innocentiæ nullum fuisset Sacramentum. Et hæc est vera, atq; communior opinio, quam præfati Doctores locis citat. confirmant.

S. August. S. Thomas. Glosa.

Sed hæc regula suam pateretur exce- K ptionem, Si homo creatus fuisset in puris naturalibus absq; iustitia originali, nam tunc indiguisset Sacramentis, quorum si quidem virtute preseruatur anima à peccatis, & corroboratur, atq; confortatur, vt in via Dei feruenter perambulet, & ad cælestem Patriam festinet,

A stinet. Hanc exceptionem ponit (*Suarez disput.3.sect.3. quem sequitur Bonacina loc.cit.*

Suarez. Bonacina.

CAPVT VIII.

An in statu legis naturalis fuerint sacramenta.

B ANtequam ad propositam quæstionem respondeamus, pro præmissione sciendum est, quod ab origine mundi, vsque ad tempus hodiernum quatuot status hominum interfuerunt, quemadmodum *Imperator Iustinianus in institut. iur. ciuil. fatetur*. Primus appellatur status innocentiæ, in qua tantum Adam, & Æua per breuis temporis spatium permanserunt, nam fructum vetitum comedentes, & iustitiam originalem, & illius iucundissimi status perfectionem amiserunt. Secundus vo-
C catur status legis naturalis, & hic fuit ab illo tempore, in quo Adam peccauit, vsq; ad tempus Moysis in quo videlicet statu homines legem naturæ eorum mentibus impressam obseruabant. Tertius nuncupatur status legis scriptæ, seu legis Mosaicæ, in quo homines, legem diuinam, in præcepta decalogi diuisam acceperant, & in tabulis digito Dei conscriptam, cui in omnibus obtemperabant. Quartus appellatur status legis Euangelicæ, in quo nos legem di-
D uinam, in quatuor Euangelijs contentam, obseruare profitemur.

Imper. Iustin.

His præmissis quæritur, Vtrum fuerint sacramenta in statu legis naturæ. Respondeo, & dico primo fuisse saltem in illo statu duo sacramenta, Ità tenent, *Augustinus Beda, & alij quos refert, & sequitur Suarez disput.4. sect.2. & 4. Coninchus 3.par.q.60.art.3. Sayrus de Sacramentis lib.3.cap.3. quæst.2. art. 1. Valentia tom.4. disput.3. q. 2. punt. 2. Henriquez cap.5. nu.5. Pitignianus dist. 1. quest.7. art. 4. & Bonacina de Sacramentis in Genere disput.1.q.1.pun.3.posit.2.* Et ratio est, quia Deus propter
E suam nimiam bonitatem, infinitamq; charitatem, quam habet erga genus humanum, vult homines omnes saluos fieri; vndè necessariò deducitur, quod in statu legis naturalis talia remedia ipsis hominibus contulerit, quibus æternam salutem adipisci possent. Hæc autem fuere sacramenta, quorum

Augustin. Beda. Suarez. Coninchus Sayrus. Valentia. Hẽriquez. Pitigianus Bonacina.

primum fuit diuinitus institutum pro F
paruulis à Deo in remedium peccati originalis, in quo nascebantur. Est sententia *D. Augustini lib.5. contra Iulian. cap.9. Non est* (inquit) *credendum famulos Dei, quando quidem illis inerat Mediatoris fides, nullo sacramento eius opitulatos esse famulis suis.* Idem docet *Innocentius 3. cap. Maiores de Baptismo, S. Thomas 3.p.q.61.art.3. Filliucius de Sacrament. tract.1.cap.2.num. 40. Suarez super D.Thom. quest.60.art.2. disputat. sect.3. Sayrus de sacramentis lib.3. cap.3. quæst.2.art.1. Coninchus 3.p.q.60.artic.3 Valentia tom.3.disput.3.q.2.pun.2. Pittignanus dist.1.q.7. art.4. Henriquez cap. 5.num.5. & Bonacina de sacrament. in gener. disput.1,q.1.pun.3.proposit.2.*

Augustin. Innoc.III. S.Thom. Fillincc. Suarez. Sayr. Coninch. Valent. Pitign. Henriq. Bonacin.

G Secundum autem sacramentum possumus dicere fuisse illum cultum externum per sacrificia, & oblationes Deo omnipotenti exhibitum, per quem peccata adultorum condonabantur, *Bonacina loc.cit.* Er ratio est, quia sicut diuina prouidentia remedium inuenit vt peccatum originale puerorum per exteriorem professionem fidei delere- H
rur, sic quoque iustum fuit, vt aliud remedium reperiretur, quo peccata actualia adultorum tollerentur, & hoc fuit ille exterior cultus per sacrificia, & obla- I
tiones Deo exhibitus. Qui nimirum potest vocari sacramentum, hoc enim nomine *D. Thomas 3. p. in 4. dist. q.1. art.2. q.3.* eum vocat; tamen reuera non erat verum sacramentum. Ita docent *D. Thomas loc.cit. Durandus in 4. q.2. Sotus ibid. dist.1. quest.2. art.3. & dist. 2. q.1. art.4. Ledesma 1.par.4.q.2.art.3. et Suarez disput.4.sect.4.*

Bonacina. S.Thomas S.Thomas Durandus Sotus. Ledesma Suarez.

Dico secundò illa professio fidei, quæ Sacramentum erat, fuit diuinitus instituta ad tollendum peccatum ori- K
ginale; sed quia pueri hanc professionem proprio ore facere non poterant, eo quod vsus rationis erant expertes, idcirco à parentibus fieri solebat, qui actu externo profitebantur, & protestabantur omnes per Christi aduentum esse saluandos. Ac propterea paruuli in fide parentum dicebantur iustificari. Vtrum autem ad tollendum peccatum istorum paruulorum sufficiens fuerit interior fides parentum, vel præterea fuerit necessaria aliqua exterior actio in sequenti cap. differebitur.

A

CAPVT IX.

An in lege naturæ ad delendum peccatum originale infantium, sufficiebat interior fides parentum; vel etiam aliquis actus exterior necessariò requirebatur.

B

Prima opinio.

MAgna quæstio est inter Theologos, Verum in statu legis naturalis, ad delendum originale peccatum infantiũ, fuerit necessaria aliqua actio exterior ab ipsis parentibus facta, quorum fide paruuli iustificabantur, vel an fuerit sufficiens tantummodo interior fides ipsorum parentum. Et in hac quæstione duæ sunt opiniones, quarum Prima affirmat, hoc remediũ in solo actu internæ fidei parentum C constetisse; ità tamen vt per fidem non sola credulitas intellectus intellgatur, sed aliqua alia moralis actio interior à fide emanans, qua videlicet parens filium suum Deo offerret, vel pro eius spiritali salute ipsum Deum, deprecaretur, vel aliud huiusmodi ageret. Ità edocent *S. Bonauentura dist.1. art.2.q.1.& 2.& Ricchardus art.5. quæst. 1. & 2.*

Bonauent. Ricchardus

Secũda opinio.

Sed contrarium docet verior, atq; comunior opinio, quam ego libenter amplector, asseritq; ad delendum peccatum originale infãtium minimè suf- D ficere illum actum interiorem fidei à parentibus factum, sed præter hãc actionem fidei internam, fuisse necessariam aliquam actionem externam. Ita tenent *D. Thomas 3.par.quæst.60.art.3. & q.59. art.5.& q.70.art.4.ad 2. Alexander Ales. in 4. dist.1. ibiq; Scotus Durandus Paludanus Gabriel, Maior, & alij; Item Adrianus in 4. q.vlt. de Baptism. ad 2. Armachanus lib.5.de quæstion. Armen. cap.27. & Suarez super 3.par. D. Thoma q.60. art.3.disp. 4. sect.2. vbi dicit hanc esse cõmuniorem Theologorum opinionem; & Filliuc.loc.cit.*

S. Thomas. Alexand. Al. Scotus. Durandus. Paludanus. Gabriel, Maior. Adrianus Armachan Suarez. Filliuccius

Probatur autem hæc opinio primo E ratione, Nam in lege naturæ necessarius erat cultus externus, adhoc vt Deus honorificaretur, & coleretur; ergo per talem exteriorem sensibilemq; cultum fieri debuit paruulorum sanctifi- F catio. Et hæc est ratio, quam *Canus in relect. de Sacrament. in gener. cap.3.* sequitur, & amplectitur *Suarez loc. cit.*

Probatur ratione

Item probatur secundò authoritate, tum D. Cypriani, tum D. Augustini, *Cyprianus enim in lib. de car. Christ. oper. c. de circuncis. Christi*) sic ait, *Sane originale peccatum, quod à primis parentibus in totam generis huius successionem defluxit, omni tempore aliquibus remedijs oportuit expiari licet vim plenam, significantia non habuerint, donec ad rem ipsam ventum est quæ figurarum operiebatur velamine.* Similiter idem docet (*Augustinus* G *de Ciuit. Dei lib.15. cap.16. & lib. 2. de gratia Christi, seu de peccat. original. c.30.*

Probatur authoritate Patrum. Cyprianus. Augustinus

CAPVT X.

An illa exterior actio, seu cæremonia fuerit determinata à Deo, vel relinquebatur hominum arbitrio. H

IN præcedenti cap. sufficienter probatum est, quod ad Sacramentum, quo originale peccatum puerorum delebatur, non solum interior protestatio fidei parentum requirebatur, sed etiam aliqua exterior actio seu cæremonia, per quam ipse Deus colebatur. In præsenti capite autem non incongruè quæritur, Verum ista cæremonia, seu exterior cultus, sacraq; actio fuerit in- I stituta, & determinata à Deo vel eam homines ad suum beneplacitum, & arbitrium obseruabant. *Scotus in 4.dist.1. quæst.6. & 7.* tenet fuisse in statu legis naturalis institutum, determinatumq; à Deo signum sensibile sub quadam certa cæremonia sensibili à Deo definita, vt ea facta, seu paruulis applicata, illis peccatum originale condonaretur. Ratio autem, quam ad suæ sententiæ comprobationem adducit Scotus est, Quia K peccatum originale (inquit) semper fuit remissum per regenerationem in Christo, ergo per aliquod signum visibile; ergo oportuit hoc signum per diuinam institutionem esse determinatum, vt puerorum iustificatio maiorem haberet certitudinem, & fidei protestatio, clarior, & expressior existeret.

Prima opinio. Scotus.

In contrarium autem est verior, & com-

Secundaopinio. S.Thomas. Alexand. Alens. Paludan. Maior. Gabriel. Canus. Suarez.

A comunis sententia *D.Thom.q.60.art.3. in 3.par. & q.59. art.5. ad tertium Alexand. Alens.4.par.q.1.membr.3. art.3. & clarius quæst.5. memb.1. Paludau. in 4. dist.1.quæst.5.art.5. Maior. ibid. quæst.4. circa finem Gabriel.q.2.art.3.dub.1.Cau. in relection.de sacrament.in gener. par.3. & Suarez in 3.p. D. Thoma super quest. 60.art.3.disput.4.sect.* 3. Qui Theologi communiter asserunt contra Scotum, in lege naturæ quoddam sacramentum à Deo institutum quo originalis culpa infantium deleretur; non autem fuisse à Deo determinatam illam sacram, & exteriorem cæremoniam, sed ab homi-

B nibus iuxta eorum arbitrium definitã.

Prima ratio. *Suarez.*

Probatur primo hæc sententia, nam esse illam cæremoniam, seu exteriorẽ actionem definitam, non aduersatur veræ Sacramenti rationi, vt docet *Suarez loc.cit.* ergo cum contrarium non appareat in sacris scripturis, neq; in sanctorum Patrum scriptis, imò ex ipsis aperte colligitur ab hominibus fuisse determinatam, præfatam cæremoniam ergo supponendum atq; credendum

C est, quod non fuerit diuinitus instituta, atq; stabilita.

Secunda ratio.

Probatur secundò, nam hanc cæremoniam non fuisse à Deo determinatam, seu ab hominibus iuxta eorum liberum arbitrium institutam, tantum pertinet ad causam extrinsecam efficiẽtem sacramentorum, non autem ad rationem intrinsecam: vnde naturam Sacramenti nequaquam & nullo modo mutare potest. Exemplum de hoc habes si ponamus casum, quod Christus

D sacramentum baptismi instituisset, cum determinatione, vt baptizandi, aqua, non specificè, sed genericè sumpta, ablueretur; tunc quidem potuissent homines quacunque aqua siue naturali, siue artificiali in baptismo vti, nam sub genere aquæ, omnes aquæ, siue artificiales, siue naturales sint, includuntur; Et ratio est, quia harum aquarum differentia, tunc non pertinuisset ad rationem intrinsecam Sacra-

E mentorum, sed solum ad causam efficientem extrinsecam. Sic ergo dicendum est de illa sacra cęremonia.

CAPVT XI.

Vtrum in lege naturæ fuerint alia Sacramenta.

F

Prima opinio. *Canus.*

CAnus in relection. de Sacrament. in genere par. 3. tenet in statu legis naturæ plura Sacramenta fuisse, quæ erant vera Sacramenta. Suam autem sententiam dupplici ratione comprobat. Primo Nam in statu legis naturæ necessarius erat cultus Dei externus, qui nimirum non solum in vno actu, sed in pluribus, & diuersis actibus consistit, cum dicat *D.Thomas in 1.2. q.101. art.4.* quod ad perfectum Dei cultum quatuor necessariò requiruntur, scilicet sacrifieia, sacra, obseruantiæ, & Sacramenta; ergo in illo statu legis naturalis non fuit vnum tantum Sacramentum, quo infantes ab originali peccato mũdabantur, consistebatq; in vno tantum actu; sed plura Sacramenta fuerunt, in quibus per diuersos actus, & fidem profitebantur, & suam sanctificationẽ perficiebant.

G *Prima ratio.* *S.Thomas.*

H *Secunda ratio.*

Secundò arguitur, Quod antiqui Theologi quando de statu legis naturæ sunt loquti ibi fuisse Sacramenta testati sunt; ergo ex hoc, quod non numero singulari, sed numero plurali, in hoc explicando vsi sunt; optimè deducitur in lege naturæ non vnum tantum Sacramentum, sed plura Sacramẽta fuisse. Hi autem Theologi sunt) *Hugo de S.Victor. D.Thomas Scotus, Ricchardus, Paludanus in 4.sent.dist.1.& alij,* quos in præcedenti capite citauimus.

I *Hugo Victor. s.Thomas. Scotus. Ricchard. Paludan. Secũda opinio. Refellitur Canus.*

Sed in cõtrarium est comunis Theologorum sententia, quam ipse sequor; docet namq; in statu legis naturæ fuisse vnum tantum Sacramentum, quod verè erat Sacramentum, & fuit illa protestatio fidei, quam parentes exteriori quadam cæremonia faciebant, in qua fide ipsi infantes iustificabantur. Quod autem fuerit vnum tantum Sacramentũ, illud scilicet à nobis iam explicatum, clarè docent *D.Thomas in 4.d. q.1. art. 2.q.3. Durandus ibid q.2. Sotus d.1.q.2. art.3.& dist.2. q.1. art.4. Ledesma 1.par. 4.q.2. art.3. & Suarez in q.60.art. 3. disput. 4. sect.* 4. Si autem queras rationem, sub qua hæc sententia fundatur, lege *Suarez loc.cit.* qui plura de hac materia dicit, fusius eam pertractans.

K *S. Thomas Durandus. Sctus. Ledesma. Suarez*

Sed aduertendum est, quod non per hoc, quod dicitur in illo statu plura Sacra-

cra-

A cramenta non fuisse, non per hoc (inquam) asseritur, quod non potuerint esse, quia in eo perfectus Dei cultus esse potuit, ad quem non tantum sacra, sacrificia, & obseruantiæ, verum etiam Sacramenta saltem supposito peccato requiruntur. *S. Thomas. Filliucc.* *Ità D. Thomas 1. 2. q. 101. art. 4. & Filliuccius de Sacrament. in comun. cap. 3. nu. 42.*

Responsio ad argumenta. Ad illa duo argumenta Cani in contrarium adducta breuiter respõdemus. *Ad 1.* Ad primum. Illi diuersi, ac plures actus in perfecto cultu Dei requisiti, optimè fieri potuerunt in sacrificijs, obseruantijs, & ceremonijs legis naturalis, nam B tunc permulti homines iusti sacrificia, oblationes, & sacras obseruantias ad Dei cultum, & honorem perfecerunt, in quibus plures ac diuersi actus fieri contingebat ad diuinum cultum spectantes, imo & præcipuè in protestatione fidei ad delendum peccatum originale paruulorum, quod erat verum sacramentum; ergo nulla necessitas nos cogit, vt præter illud, alia sacramenta in illo statu fuisse fateamur.

C Ad secundum. *Ad 2.* Quandocunque tam SS. Patres, quam veteri Theologi dicunt in lege naturæ fuisse sacramenta, intelligendum est de illa protestatione fidei parentum, & de illo exteriori cultu per sacrificia Deo exhibito, & vtrique tribui potest nomen sacramenti, sed vnum fuit verum sacramentum, illa scilicet protestatio fidei per aliquam exteriorem actionem à parentibus facta. Ille autem exterior cultus per sacrificia, & oblationes Deo exhibitus, D quamuis possit sacramentum appellari (hoc enim nomine eum appellat D. *S. Thomas.* *Thomas in 4. dist. q. 1. art. 2. q. 3.*) tamen si strictè loquamur, reuera non fuit verum Sacramentum. *Durandus. Sotus. Ledesma. Suarez.* Ità docent idem *D. Thomas loc. cit. Durandus in 4. q. 2. Sotus ibidem dist. 1. q. 2. art. 3. & dist. 2. q. 1. art. 4. Ledesma 1. p. 4. q. 2. art. 3. & Suarez disput. 4. sect. 4.*

E

F

CAPVT XII.

Vtrum in lege scripta fuerint aliqua Sacramenta.

PRo lege scripta hic intelligendus est ille status, qui à tempore Moysis, vsq; ad aduentum Christi perdurauit. In quo an aliqua sacramenta fuerint; opportunè quæritur. Et respondeo affirmatiuè. G Est communis Theologorum, & Summistarum opinio, *S. Thomas. Sayrus. Valentia. Nuguez. Suarez. Filliucc. Bonacina.* D. *Thomas 3. p. q. 61. art. 3. ad 3. Sayrus de sacrament. lib. 3. cap. 4. ar. 2. Valentia tom. 4. disput. 3. q. 2. pun. 1. Nuguez 3. p. q. 70. art. 4. dificult. 1. Suarez disput. 5. sect. 1. Filliucc. de sacrament. in gener. tractat. 1. cap. 3. num. 43. & Bonacina de sacramentis in genere disput. 1. q. 1. punct. 3. proposit. 3. & alij communiter.*

Quæro secundò, quænam fuerint hæc sacramenta; H Respondeo, & dico fuisse Circumcisionem, sacrificium Agnum Paschalem, & expiationem. Ità docent ferè omnes Doctores supra citati in loc. cit. Circumcisionem autem fuisse verum sacramentum, quo culpa originalis infantium tollebatur, patet ex *Genes. 7.* *Genes. 7.* vbi sic habetur *Masculus cuius præputij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illius de populo suo.* Probatur etiam *ex capit. maiores de Baptismo.* I

Quæro tertiò, an hæc fuerint vera sacramenta. *Scotus.* Scotus quidem negat, hæc fuisse vera sacramenta quemadmodum refert *Bonacina loc. cit.* sed in contrariũ est communis Theologorum sententia asserens fuisse vera sacramenta. *D. Thom. Bellarm. Suarez. Sayrus. Valent. Filliucc. Bonacin.* D. *Thomas 1. 2. q. 102. q. 102. art. 5. Bellarminus de sacramen. lib. 2. cap. 3. Suarez disput. 5. sect. 2. Sayrus lib. 5. de sacramen. cap. 7. num. 3. Valentia tom. 4. disput. 3. q. 3. punct. 3. Filliuccius de sacrament. in comun. tractat. 1. cap. 3. num. 45. Bonacina* K *loc. cit. proposit. 3. & alij communiter.*

Conc. Flor. Cõc. Trid. Probatur primo, *ex Concilio Florentino in Decret. de Sacram. & ex Tridentino,* vbi sacramenta veteris legis proprio nomine sacramentorum appellantur, & inter illa, & hæc nostra differentiam ponit, ergo videtur supponere illa fuisse vera sacramenta.

Probatur secundò authoritate per multorum Patrum, qui de illis sacra-

A mentis veteris legis præcipuam mentionem faciunt, docentq; figuram sacramentorum legis Euangelicæ gestasse, prout ait *Apostolus Paulus* 1. *ad Corinth.*10. *Omnia in figura contingebant illis*. *Ita D.Dionysius Areopagita de cœlest.Hyerarch.par.*1.vbi ait Synagogam, sacramenta carnalia habuisse, quæ erãt futurorum vmbræ, atq; figuræ. Item *Eusebius Emissenus in homil. de transfig. Domin.vbi ex Epistol.ad hebr.cap.*9.tria distinguens tabernacula, sic inquie;

*1.Corin.*10 *Dionysius.* *Euseb.Em.*

B *Primum Synagoga, secundum in figura est, & veritate; tertium in veritate sola. In primo ostenditur vita, in secundo datur in tertio possidetur. Non enim Ecclesia, sacramenta sicut sacramenta Synagoga, medicinam docent & ostendunt, sed ipsa potius sunt medicina, & remissio peccatorum.* Idem docet *Ambrosius lib.de his, qui initiantur mysterijs cap.* 8. *&* 9.*& in lib.de sacramentis cap.*4.*&* 6.

Ambros.

Probatur tertiò. Est de fide in vete-
C ri lege fuisse aliquas cæremonias sacras à Deo institutas, vt ex lib. Exod.& Leuit. patet, sed hę ceremoniæ, quas nos volumus esse sacramenta) non solum sanctificationem legalem, quam verè dabant, sed etiam gratiam per Christũ dandam; significabant, vt probat *D. Thomas* 1.2.*q.*102.*art.*5. *& Suarez disp.* 5.*sect.*2. ergo erant vera sacramenta. Ex eo enim quod erant signa sensibilia sanctitatem legalem significantia, peout
D probant, *Bellarminus, Sayrus, Valentia Suarez, Filliuccius, & Bonacina locis supra cit.*vera potest dici fuisse sacramẽta; nam per hoc illis connenit definitio sacramenti; & cui connenit definitio, conuenit pariter, & definitum.

S.Thomas *Suarez.* *Bellarmin.* *Sayrus.* *Valentia.* *Suarez.* *Filliuccius* *Bonacina.*

Plura adhuc ad hanc probandam veritatem dicere possemus, sed quia nimia prolixitas, potius fastidium, quam aliquam vtilitatem in animo legentis generare assolet, idcirco breuitatis causa ea prætermittimus.

E

CAPVT XIII.

Queritur, in lege scripta quot fuerint sacramenta.

IAm satis in præcedenti cap. probatũ est in lege scripta, aliqua fuisse sacramẽta, sed quia quis interrogare posset, quot fuerint hæc sacramenta; idcirco in F præsenti cap. de numero illorum Sacramentorum pertractare intendimus. Quæro igitur primo quot fuerint illa sacramenta veteris legis. Respondeo, & dico primo fuisse tantum quatuor. Ita docent *D.Thomas* 1.2. *q.*102.*art.*5.*Suarez disput.*5. *sect.*2. *& Filliuccius de Sacrament. tract.*1.*cap.*3.*n.*45.

S.Thomas. *Suarez.* *Filliuccius*

Probatur, nam præter Circuncisionem, quæ erat verum Sacramentum (quemadmodum in præcedenti capit. probauimus) illa sacramenta veteris legis ad tria capita sunt reuocanda (pro- G ut docent *D.Thomas, Suarez, & Filliuccius locis citat.* Quædam.n.ad consecrandos Pontifices, & Sacerdotes fuerunt diuinitus instituta, & in his Sacramentum legalis sacerdotij continebatur, Alia vero, ad quemdam vsum, & participationem rerum sacrarum, beneficiorumque diuinorum recognitionem, & in his Sacramentum Agni paschalis continebatur; Alia autem ad expiationes, seu emundationes, legalium irregularitatum, & peccatorum, & in H his Sacramentum expiationis continebatur; quo videlicet Sacramento impedimenta Iudæorum remouebantur, & purificabantur, siue corporalia intrinseca essent, vt seminis, fluxus, *Leuit.*11.*&* 12. siuè extrinseca, vt corporis mortui contactus, *Num.*19. siue spiritualia, vt peccata, *Leuit.*4.5.*&* 16.

*Leu.*11. *Num.*19. *Leu.*4.

Dico secundo in his quatuor veteris legis Sacramentis, quatuor sacramenta nostræ legis verè figurabantur. In circuncisione namque figurabatur noster I Baptismus; in Sacerdotio legali nostrũ Sacerdotium, idest Sacramentum Ordinis, in agno Paschali Sacramentum Eucharistiæ, & in expiatione per sacrificia legalia, nostrum Sacramentum Penitentiæ.

Quæro secũdo vtrum matrimonium in lege Mosayca fuerit verum Sacramentum.

Respondeo, & dico primo non fuisse verum Sacramentum. Ita aperte docet *Suarez loc. cit.* Et ratio est, nam (vt ipse- K met inquit) non dum Verbi cum humanitate facta fuerat coniunctio, nec gratia, quæ concupiscentiam superat, data; nec nostrum Sacramentum matrimonij tunc spiritualem habuit figuram, quia per ipsum matrimonij cõtractum semper fuit aliquo modo adumbratum & quia cum non sit adeo perfectum, quem

Suarez.

A quemadmodum cætera sacramenta, nec singulis necessarium, idcirco non oportuit specialiter figurari.

Dico secundò. Neq; sacramentum Confirmationis neq; sacramentum extremæ vnctionis fuit in veteri lege, siue in rei veritate, siue in figura, Nam (quemadmodum docet D. Thomas) per Sacramentum Confirmationis datur plenitudo Spiritus Sancti suscipientibus illud, vt apertè possent fidem Christianam confiteri, & pro eius defensione contra Tyrannos, & persequutores fortiter pugnare, per sacra- B mentum Extremæ Vnctionis maximè præparatur, atque disponitur homo, vt omni secluso impedimento in ianuā Regni cælestis introire valeat. Igitur vt indicaretur, significareturque illam veterem legem, vacuam, & ægenam extitisse gratia diuina, & plenitudine Spiritus sancti, nec non insufficientem & impotentem ad perducendum hominem in gloriam Regni cœlorum, idcirco, hæc duo sacramenta non de- C buerunt in ea esse, neq; in rei veritate neq; in figura, neq; in aliqua imagine.

S. Thomas

Quæro tertiò, an præter hæc quatuor sacramenta; fuerint alia in veteri lege. Respondeo, & dico, præter hæc quatuor, quæ superius iam connumeraui mus, non fuisse alia sacramenta in lege scripta, quæ vera sacramenta (strictè loquendo) dici possent. Probatur, tum ex his, quæ iam diximus per singula sacracramenta discurrendo, tum quia in sacra scriptura aliud sacramentum ibi fuisse minimè exprimitur. Nisi D fortè dicatur fuisse alia sacramenta, quæ quamuis sacramenti nomen habere possint (sic enim ab Ambrosio, & Hugone de S. Victore appellantur) vt transitus hebreorum per mare rubrū, per quod nostrum Sacramentum baptismi præfigurabatur (quemadmodū docet Augustinus) tamen verum sacramentum non erat. & sic dicendum est de his similibus per quæ aliquod diuinum mysterium, hominibus occultum significabatur, quapropter ratione hu- E ius significationis; Sacramenta appellari possunt, quemadmodum, sacramētum appellata est formatio Auæ ex costa Adæ ab *Apostolo Ephes. 5. Sacramentum hoc magnum est* (inquit) *ego autem dico in Christo*. Quod planè ideò sacramentum ab Apostolo appellatur, nam ibi incarnatio Christi, & ortus Ecclesiæ præfigurabatur: sed reneta non fuit verum sacramentum. *Ità Henriquez cap. 5. num. 1. Suarez disput. 3. sect. 3. versic. solum Perez §. 10. ad finem, Rebellus l. 6. 2. quæst. 3. num. 10. & Sanchez lib. 2. disput. 3.* F

Ambros. Hugo Vict. Augustin. Henriquez Suarez. Perez. Sanchez

Hinc iuxta hunc sensum intelligendus est *Bonacina, qui in tract. de Sacramentis disput. 1. quæst. 2. pun. 3. proposit. 3.* præter illa quatuor sacramenta, quę nos iam assignauimus, in veteri lege alia fuisse dicit, quod ex mente D. Thomæ accipi refert, intelligendus est (inquam) tam ipse, quam D. Thomas, quam etiam quisquis alius Doctor plu G ra assignans de illis Sacramentis, quæ nomen sacramenti sibi vsurpare poterant, non ex eo, quod gratiam, & sanctitatem conferebant, & significabant, sed ex eo, quod in illis aliquod diuinum mysterium hominibus latens continebatur.

Bonacina.

CAPVT XIV.

An Sacramenta legis scriptæ fuerint hominibus necessaria ad salutē. H

IN præsenti cap. quæritur an illa sacramenta veteris legis, de quibus in præcedentibus capitibus tractatum est, fuerint hominibus necessaria ad salutem. Sed ante quam ad propositam quæstionem respondeamus, præmittendum est, quod (Necessarium) dupliciter dici potest. Primò absolutè, & I ex natura rei quo prætermisso, neque per diuinam potentiam absolutam, salus æterna acquiri posset.

Secundò dicitur (Necessarium) ex suppositione, scilicet supposita Dei institutione, quatenus Deus instituit, vt homines ex necessitate per sacramenta ad vitam æternam possent introire. Itē Necessarium ex suppositione subdiuiditur. Aliud enim est necessarium ne- K cessitate medij, & aliud necessarium necessitate præcepti, Vide de hoc *Suarez disput. 5. sect. 2. versic. secundo quæro, Filliuccium de Sacrament. tractat. 1. cap. 3. num. 41. & Bonacinam de sacrament. disput. 1. punct. 4. num. 1.*

Suarez. Filliuccius Bonacina

Dico igitur primò, sacramenta legis scriptæ fuerunt hominibus necessa-

A ria ad salutem, non quidem necessitate medij, quia nimirum nullum habebant effectum ad salutem necessariũ, sed necessitate præcepti, non quidem omnibus hominibus, sed Iudæis tantum, quibus fuerant circumcisio, sacrificia, legale sacerdotium, & expiationes imperata. Vnde à Deo erant necessaria Iudæis hæc sacramenta, vt si illa omisissent, ad locum salutis pervenire minimè potuissent, eo quod necessitate præcepti fuerant diuinitus astricti, vt illis sacramentis vterentur,
B per quæ ad locum salutis poterant pervenire. Quod autem fuerint hæc sacramenta necessaria ad salutem, docent, D. Thomas 3. p. q. 61. art. 3. Suarez loco cit. Pesantius super tit. art. D. Thomæ disp. 2. concl. 2. Filliuc. & Bonacina loc. cit.

S. Thomas. Suarez. Pesantius. Filliuccius. Bonacina.

Assignatur autem ratio à D. Thoma de hoc quam refert, *Alexander Pesantius loc. cit.* Quia (inquit) Deus tam in statu legis naturalis, quam in statu legis scriptæ volens præbere hominibus, talia remedia, quæ erant
C necessaria tam ad tollendum peccatũ originale infantium, quam ad delenda peccata actualia adultorum; & hæc fuere sacramenta. Vnde in lege scripta circumcisionis sacramentum instituit, quo infantes à peccati originalis macula mundarentur, ac etiam sacramentum expiationis per sacrificium factæ, quo adulti à peccatis actualibus diluebantur.
D Ratio autem, cur Deus instituerit in lege naturæ, & in lege scripta, iustificari homines lapsos per sacramenta, ab eodem D. Thoma adducitur, Quia cum Deus decreuerit nulli hominum gratiam dare, nisi per fidem Christi, qui ab initio viarum Domini, caput Ecclesiæ prædestinatus est; debebant homines lapsi in statu peccati, per aliquod exterius signum, hanc fidem Salvatoris venturi protestari, & per illud
E veniam, & iustificationem consequi; quemadmodum in superioribus diximus, quod scilicet in statu legis naturæ parentes, volentes suos infantes à peccato originali mundare, per aliquod exterius signum, fidem Christi venturi protestabantur.

D. Thom.

Dico secundò. Omnes Iudæos, qui circumcisionis sacramentum acceperant, fuisse astrictos ad obseruantiam cæterorum sacramentorum, & præceptorum illius veteris legis. Colligitur ex Paulo Apostolo Galat. 5. Testificor (in-

Galat. 5.

quit) *omni homini circumcidenti se; quo-*
F *niam debitor est vniuersæ legis faciendæ.* Cæteri verò populi si voluissent sacramentum circumcisionis suscipere, optimè potuissent, & per illud cæteris legis mosaycæ præceptis subiecti fuissent, vt constat *ex lib. Exod. cap. 12.* vbi populis extraneis facultas concedebatur, vt de carnibus Agni paschalis possent comedere, si circumcisionis sacramentum voluissent suscipere; & *ex Iudith cap. 14.* vbi Nachor fuisse circumcisum, & populo Iudaico annumeratum refertur.

Exod. 12. 14.

G Dico tertiò, sacramentum circumcisionis in veteri lege fuisse necessariũ hominibus adultis necessitate præcepti; infantibus verò necessitate medij, ita vt quandocunq; potuisset fieri protestatio fidei, & eius applicatio absque graui incommodo paruulorum, debuisset fieri, alioquin infantes, nec iustificati, nec à macula originalis peccati mundati decedebat. *Filliuccius de Sacramentis tract. 1. cap. 3. num. 44.* Vbi ad-
H dit quod si grauis necessitas imminuisset, quatenus infantes periculo mortis astricti ante octauum diem, non potuissent vlterius viuere; poterat adhiberi à parentibus illud remedium, seu sacramentum legis naturæ, ne per circumcisionem infantibus in periculo mortis constitutis occasio maioris periculi daretur.

Filliuccius

CAPVT XV. I

An Sacramenta legis scriptæ gratiam suscipientibus conferebant.

NOnnullorum opinionem refert, *D. Thomas 3. p. q. 62. artic. vltimo.*
K asserentium per sacramentum circumcisionis veteris legis, gratiam suscipientibus dari, quæ ad deletionem peccati sufficiens erat, non autem ad consecutionem æternæ gloriæ. Alij verò affirmant (quos recenset *Ioseph Angles de necessit. sacram. artic. vlt.*) per sacramentum veteris legis, idest per circumcisionem deleri culpam, & gratiam ad gloriam vtilem conferri, sed negat per illam carnis libidinem, & petulantiã coerceri. *Durandus verò dist. 1. quæst. 5.* in lege scripta sacerdotium legale gra-

S. Thomas. Ioseph Angles. Durand.

A gratiam contulisse suscipientibus illud docet.

Sed contrarium verissimum est, scilicet sacramenta legis scriptæ non potuisse suscipientibus gratiam ex opere operato conferre. Definitum est hoc *in Concil. Florentino, sub Eugenio IV. celebratum* vbi sic habetur. *Noua legis, (inquit) septem sunt Sacramenta, qua multum differunt à sacramentis veteris legis. Illa enim non conferebant gratiam hæc autem nostra, & continent gratiam,* B *& eam dignè suscipientibus conferunt.* Hoc pariter docent communiter Theologi; *D. Thomas d. q. 62. art. vltimo.* vbi ait nulla veteris legis sacramenta habuisse in se virtutem qua gratiã operarentur. *Item Alexander Alens. q. 7. memb. 7. & 8. D. Bonauentura q. 3. art. 2. Scotus d. 1. q. 6. Riecchardus q. 3. art. 6. in 1. d. Gabriel eadem d. q. 4. & Ioseph. Angles de sacramentis q. 3. art. vlt. conclus. 2. Suarez disput. 10. sect. 3.*

Concil. Fl. — *D. Thom. Alexand. Bonauent. Scotus. Riecchard. Gabriel Ioseph Angles Suarez.*

Aduertendum est autem, quod quando C dicimus sacramenta legis scriptæ nõ potuisse suscipientibus gratiam conferre, intelligendum est tantum ex opere operato, nè eumdem valorem, eamdéq; virtutem habuisse, quam nunc nostra sacramenta nouæ legis habene ostendatur. Ex opere operantis autem optimè gratiam suscipientibus conferebant; si videlicet ipsi suscipientes cum gratia, & fide illa sacramenta recipiebant. Ita *Scotus dicta d. 1. q. 6. Ioseph Angles d. q. 3. art. vlt. conclus. 1. & D. Thomas in 1. 2. quæst. 103. art. 2. & in 3. par. q. 62. art. vlt. & quæst. 70. art. 4.* vbi ait, quod in veteri D lege gratia non dabatur virtute circuncisionis, sed fide ministri.

Scotus. Ioseph Angl. D. Thom.

CAPVT XVI.

E *An in lege scripta Sacramẽtum Circuncisionis principaliter fuerit institutum in remedium originalis peccati.*

MAgna quæstio est inter Patres, verum Sacramentum Circuncisionis principalius fuerit à Deo institutum, & populo Iudaico ordinatum, ad tollendum originale peccatum; an vero vt, per illud, populus Iudaicus à cunctis alijs populis, & nationibus externis distingueretur, atq; discerneretur. Vnde SS. Patres in duas partes diuisi sunt, duas constituentes opiniones. F

Prima opinio affirmat, causam principalem cur Deus Sacramentum Circuncisionis instituerit, fuisse; vt per illã, populus Iudæorum à cæteris populis extraneis, & alienigenis nationibus distingueretur, atq; discerneretur; non autem vt peccatum originale per remedium circuncisionis tolleretur. Hanc opinionem sequuti sunt ferè omnes G Patres Græci, vt *Iustinus martyr in dialog. contra Triphon. Iraeneus lib. 4. contra hæres. cap. 30. Chrysostomus homil. 27. in Genes. & homil. 39. in fine, Cyrillus lib. 1. in Ioannem cap. 21. & lib. 11. contra Iulianum ad finem. Eusebius lib. 1. de præparation. Euangel. cap. 10. & lib. histor. cap. 1. Epiphanius hæres. 8. post medium, & hæres. 30. non longe à fine, Origenes homil. 3. in Genes. Theodoretus q. 67 in Genes. Damascenus lib. 4. cap. 26. Athanasius in illud. Omnia tradita sunt mihi à Patre* H *meo. Occum. ad Roman. 2. & 3. & Theophil. ad Roman. 4. De latinis autem Patribus, qui hanc tenent opinionem sunt Cyprianus lib. 1. ad Quint. cap. 8. Ambrosius epistol. 72. Hieronymus lib. 1. in epistol. ad Galat. cap. 3. Tertullianus lib. contra Iudæos cap. 3. Author libri nuncupati de altercatione Ecclesia, & Synagoga, qui in 6. tom. operum Augustini continetur, Isidorus lib. in Genes. cap. 13. Glosa, & Lyranus Genes. 17. & 20.*

1. opinio negat. — Iustinus. Iraeneus. Chrisost. Cyrillus. Eusebius. Epiphan. Origenes. Theodoret. Damasc. Athanas. Occum. Theophyl. Cyprianus Ambrosius Hieronym. Tertull. Author libr. Isidorus. Glosa. Lyranus.

Hæc autem sententia in duplici ratione habet fundamentum. Primo in verbis *D. Pauli ad Galat. 5. & 6.* vbi ait, Circuncisionem nihil valere; & *1. ad Corinth. 7.* dicit nihil esse. Ergo si ad nihil valet, non est introducta atq; instituta à Deo ad purificandos homines de peccati originalis fœditate, sed vt esset quoddam signum, quo populus ille electus à cæteris populis gentilibus discerneretur. Secundo fundatur in illo loco *Genes. 17.* vbi de Circuncisione habetur *Vt sit signum fœderis inter me, & vos.* Et K inferius, *Eritque pactum meum in carne vestra in fœdus æternum.* Ex quibus profecto verbis colligunt præfati Patres Circuncisionem fuisse à Deo institutam ad illum populum signandum, vt esset populus electus atq; peculiaris, ac propterea ratione gratitudinis deberet sacrificia, oblationes, & hæc similia Deo offerre, & versa vice ipse Deus de eo peculiarem, præcipuamq; protectionem teneret.

I 1. ratio. Galat. 5. 6. 1. Corin. 7. 2. ratio. Genes. 17.

A teneret. Vnde ex circuncisione quasi ex particulari signo tale pactum, & fœdus perpetuum cunctis nationibus innotesceret.

2. opinio affirmat. Secunda vero opinio affirmat Circuncisionem principaliter fuisse à Deo institutam, ad tollendum peccatum originale, quatenus in remedium huius peccati, sicut in lege naturæ introducta, atq; instituta fuerat illa exterior actio, qua parentes fidem Christi protestabātur, sic in lege scripta propter eumdem B finem circuncilio fuerit introducta atq; instituta. Hæc opinio quamuis nonnullis ex Patribus supra citatis, qui ante Augustinū extitere tribuatur, vt Athanasio Ambrosio, & Cypriano, tamen ex mēte Augustini, quasi ex primario fonte prodijt. Hoc enim docet *Augustinus 3. lib. contra Iulian. 18. quem sequuti sunt Gregorius 4. moral. cap. 2. & 3. S. Prosper epist. & lib. de promissionib. Dei 1. par. cap. 14. Beda lib. 2. in Lucam cap. 8. Isidorus lib. in Genes. cap. 13. Bernardus sermon. 3.* C *de Circūcisione, & serm. 2. de Assumption. Virgin. circa finem, Rupertus lib. 5. de Trinitat. & operib. eius in Genes. cap. 33. Hugo Victorius lib. 2. de Sacrament. par. 6. cap. 3. Quos Patres sequuti sunt communiter omnes Scholastici Theologi, vt Magister sententiarum in 4. dist. 1. ibique S. Thomas Scotus Bonauentura Durandus Riccardus Paludanus Gabriel, & Alexander Alensis 4. par. q. 7. membr. 7. art. 2.*

Augustin. Gregorius. Prosper. Beda. Isidorus. Bernardus. Rupertus. Hug. Vict. Magist. sēt. S. Thomas Scotus. S. Bonau. Durandus. Riccardus. Paludanus Gabriel. Alex. Alens.

Hanc autem opinionem censeo esse veriorem, quam prima, tum quia per illam Circuncisionem noster Baptismus D præfigurabatur, vt in superioribus diximus; vnde sicut hic baptismus principaliter institutus fuit à Deo ad tollendum originale peccatum in lege Euangelica; sic pari ratione in lege scripta, Circuncisio fuit instituta, vt idem peccatum auferret, vt sic figura aliquam conuenientiam, & similitudinem haberet, cum re figurata. Tum etiam, quia circuncisio erat verum Sacramentum veteris legis, (*vt in cap. 12. probauimus*) E vnde ad hoc institutū fuisse colligitur, vt scilicet aliquem peculiarem effectum in anima suscipientis operaretur, qui erat ablatio originalis culpæ. Insuper Iudæi non fuerunt peioris conditionis, quam homines status legis naturalis, cum potiora beneficia diuinitus acceperint, sed illis hominibus ad tollēdum peccatum originale fuit datum à Deo quoddam speciale Sacramentum, quo videlicet Iudæi, vti non poterant; ergo aliud speciale Sacramentum eis datum F est, idest Circuncisio, qua peccatum originale auferretur. Deniq; hæc sententia probatur ex *cap. maiores de baptismo, iu decreto Innocentij III.* Plura adhuc ad comprobationem huius posterioris sententiæ adducere possem, sed quia hæc sufficere lectori arbitror; idcirco in hac quæstione diutius immorari nōlo; vt, ad vtiliora, & necessaria procedamus.

Cap. Maiores de baptism.

CAP. XVII. G

Queritur quanam differentia inter Sacramenta veteris, & noue legis constituantur.

PEr multæ siquidem sunt differentiæ H quæ inter Sacramenta legis scriptæ, & legis Euangelicæ constituuntur, quas sigillatim hic enumerare non incongruum est. Prima differentia est, nā Sacramenta legis euangelicæ conferūt dignè suscipientibus gratiam ex opere operantis, & ex opere operato, illa vero legis scriptæ conferebant tantum gratiam, ex opere operantis non autē ex opere operato. Habetur hoc in *Concilio Florentino sub Eugenio IV. celebrato.* & docent communiter Theologi *D.* I *Thomas 3. par. quæst. 62. art. vltimo Alexander Alensis quæst. 7. membr. 7. & 8. D. Bonauentura q. 3. art. 2. Scotus dist. 1. q. 6. Riccbardus q. 3. art. 6. in 1. dist. Gabriel ead. dist. q. 4. Ioseph Angles de Sacrament. q. 3. art. vltimo conclus. 2. Toletus lib. 2. cap. 15. num. 4. Sotus q. 3. art. 6. conclus. 3. dist. 1. Valentia p. 3. Suarez disput. 10. sec. 1. 2. & 3. Bonacina de Sacramentis in genere disput. 1. quæst. 1. punct. 3. proposit. 3. nu. 13. & Victorellus in addition. super Toleti lib. 2. cap. 15. nu. 1.* K

Conc. Flor. D. Thom. Alexand. Alens. Bonauent. Scotus. Riccardus. Gabriel. Angles. Toletus. Sotus. Valentia. Suarez.

Secunda differentia est quia nostra Sacramenta habent determinatam verborum formam *D. Thomas 3. par. q. 60. art. 6. & 7. Augustinus homil. 8. super Ioannem, Angles. q. 1. art. 2. conclus. 1. & Concil. Florentinum sub Eugenio IV. celebratum.* Sacramenta vero veteris legis determinatam formam verborum minimè habebant, nullus enim poterat illā statuere, atq; determinare. *Ità docent Hen-*

Bonacina. Victorellus D. Thom. D. August. Angles. Conc. Flor.

Henriquez. Sayrus. Chamerota. Valentia. Viualdus. Suarez. Fillinccius. Bonacina.

A *Henriquez lib. 1. cap. 2. num. 1. Sayrus de Sacramentis lib. 5. cap. 7. quaest. vltima art. 5. Camerota de Sacramentis cap. 1. nu. 3. Valentia tom. 4. disput. 3. quaest. 6. pun. 1. Viualdus de Sacramentis in genere cap. 1. num. 11. Suarez disput. 6. sect. 2. Fillinccius de Sacrament. tractat. 1. cap. 1. nu. 17. & Bonacina loco cit.*

Sotus. Toletus. Victorellus. Sotus. D. Thom. Valentia. Suarez. Victorell.

Tertia differentia est, Quia nostra Sacramenta gratiam efficiunt, quam significant, illa vero dabant non sua virtute sed ex virtute fidei passionis Iesu
B Christi *Sotus. l. 1. Toletus loc. cit. & Victorellus loc. cit. Hinc collige quod* legis veteris Sacramenta nulla erant prædita virtute ad iustificantem gratiam conferendam, sed fidem, qua iustificabantur homines illi, significabant. Vide de hoc *Sotum quaest. 3. art. 6. concl. 3. dist. 1. D. Th. 3. par. q. 62. art. 6. Valentiam par. 3. Suarez disput. 10. sect. 1. 2. & 3. & Victorellũ loc. cit.*

Augustin. Ambrosius. Suarez. Bonacina.

Quarta differentia est, Nam nostra Sacramenta sunt in veritate, illa autem erant in figura, figurabant enim hæc
C quibus Ecclesia nunc vtitur. *Ità Augustinus Ambrosius, & alij Patres, Suarez disp. 5. sect. 2. & Bonacina loc. cit.* Vnde ait *Suarez*, quod per circuncisionem figurabatur baptismus, per Agnum paschalem, Sacramentum Eucharistiæ per legale sacerdotium, Sacramentum Ordinis, & per expiationes sacrificiorum, Sacramentum penitentiæ.

Quinta differẽtia est, quia hæc nostra sunt faciliora, quatenus per Sacramentum baptismi aquæ ablutione, ab origi-
D nali culpa emundatur absq; molestia: at in veteri lege non sine magna molestia, & dolore circuncidebantur infantes adhoc vt à peccato originali emundarentur.

Sexta differentia est, Nostra Sacramenta habent valorem introducendi hominem absq; vllo impedimento in gloriam Regni cælestis, quod præcipuè fit Sacramento baptismi, & Sacramento penitentiæ; vnde si quis verè bapti-
E zatus moreretur nullo peccato post baptismi susceptionem perpetrato, statim in gloriam celestem posset ascendere; & pariter quis confessus ità vt per nimiam contritionẽ de peccatis commissis, & quoad culpam, & quò ad pœnam in hac vita satisfecerit, illico Regni cælestis possessor, & hæres efficitur. Sed illa Sacramenta veteris legis, non poterant recto itinere, & absq; impedimento hominem ad Patriam sempiternam perducere quod patet exemplo SS. F
Patrum qui in lymbo ante Christi aduentum detinebantur, qui plane in gratia, & amicitia Dei decesserant, Sacramentis legis Mosaycæ vsi fuerant, ipsamq; legem obseruauerant, & tamen quia gratia adhuc non fuerat data abundè per Christum, (quemadmodum nunc datur Ecclesiæ per Sacramenta) idcirco non potuerunt recto itinere, & absq; impedimento in ianuam Regni cælestis introire.

Valentia. Sayrus. Hẽriquez. Viualdus. Chamerot. Suarez. Fillinccius. Bonacina.

Septima, & vltima differẽtia est, quia G
nostra Sacramenta efficiunt de attrito contritum, illa vero hoc facere minimè poterant. *Ita, Valentia tom. 4. disput. 3. q. 6. pun. 1. Sayrus lib. 5. de Sacramentis cap. 7. q. vltima art. 5. Henriquez lib. 1. cap. 2. nu. 1. Viualdus de Sacramentis in genere cap. 1. num. 11. Chamerota de Sacramentis cap. 1. nu. 3. Suarez disp. 6. sect. 2. Fillinccius de Sacrament. tractat. 1. cap. 1. nu. 17. & Bonacina disp. 1. q. 1. p. 3. proposit. 3.*

Deniq; quamnis istæ, & aliæ differẽtiæ inter Sacramenta nouæ, & veteris legis constituantur, tamen in vno no- H
mine vtraq; conueniunt, vt scilicet tam illa, quam ista, optimè Sacramenta nũcupari possint, quia, vt diximus in superioribus vera erant Sacramenta. Hinc collige, quod Sacramentum vniuocè de Sacramentis legis scriptæ, & legis Euangelicæ prædicatur. *Vasquez 3. par. quaest. 60. art. 4. disput. 128. cap. 5. num. 49. Coninchus disputat. 60. art. 4. dub. 1. Nuguez 3. par. q. 70. art. 4. dub. 20. Bellarminus de Sacramentis lib. 1. cap. 12. Sayrus q. 5. cap. 2. art. 6. Suarez sect. 2.* quamuis cõtrarium sentiat *Magister senten. in 4. dist. 1. & Chamerota cap. 1. dub. 4.* I

CAPVT XVIII.

An in veteri lege Circuncisio conferebat gratiam ex opere operato.

K

SAtis me probasse reminiscor, in *cap. 15.* quod Sacramenta veteris legis, gratiam ex opere operato suscipientibus minimè conferre poterant, vnde in præsenti cap. hanc subdere quæstionẽ, superfluum videtur, nè quod ibi dictum est hic iterum repetatur. Sed non incongruè hanc subiungere volui quæ-

stio-

A stionem, nam cum postmodum quosdã Authores perlegerim qui quamuis cõcedant Sacramenta veteris legis minimè potuisse, gratiam ex opere operato suscipientibus conferre, tamen Sacramentum Circuncisionis ab hac regula excludunt, cum existiment, illud dare potuisse gratiam, & ex opere operantis, & ex opere operato; quapropter vt, quod illic diximus defendatur, & quod isti dicunt impugnetur, ac resoluatur, aptè hanc quæstionem differendam, atq; discutiendam aggredimur.

Prima opinio affirmat.

B Quæritur itaq; an Circuncisio, vnum ex Sacramentis veteris legis, gratiam ex opere operato conferre potuerit. Partem affirmatiuam tenet, atq; acriter defendit *Phyliarcus de offic. sacerdotis 1. tom. lib. 1. cap. 5. de Sacramentis in communi.* Qui in fauorem suæ sententiæ citat *D. Thomam in 4. sent. dist. 1.* Hanc etiam opinionem sequti fuisse videtur, hi, qui non improbabile existimant circuncisionem contulisse gratiam per modum operis operati; quatenus ex Dei pactu gratia masculis conferebatur, non actione, & virtute ipsius circuncisionis; C sed ex sola Dei actione ad præsentiam Sacramenti; simulq; ex meritis passionis Christi, præuisis, atq; applicatis per fidẽ habitam ad eundem Christum. Et isti sunt *Sotus in 4. dist. 2. artic. 4. Henriquez lib. 1. cap. 3. nu. 1. Victoria de Sacrament. cap. 2. Nugnez q. 20. art. 4. difficult. 2. Bonacina de Sacrament. disput. 1. quæst. 2. punct. 3. § vnico propasit. 4. & Pitigianus dist. 1. quæst. 6. art. 5. conclus. 2. & 3.*

S. Thomas *Phyliarcus* *Sotus* *Hẽriquez.* *Victoria.* *Nugnez.* *Bonacina* *Pitigianus.*

Sed contrariam sententiam, ego teneo, quam videlicet veriorem, & proba- D biliorem esse existimo; quod scilicet nullum Sacramentum veteris legis, incluso etiam Sacramento Circuncisionis poterat gratiam ex opere operato suscipientibus conferre. Ità *D. Thomas in 3. par. q. 62. art. vltimo, & q. 70. art. 4.* aperte dicit nulla veteris legis Sacramenta habuisse in se virtutem, qua gratiã operarentur. Et nè videatur *D. Thomas* sibi contradicere, cum in *4. sent. dist. 1.* aliter edocuisse appareat, optimè illum locũ E *D. Thoma*, quem aduersarij in comprobationem suæ sententiæ adducunt, interpretatur, & reconciliat *Turrecrem. de Consil. d. 4. in cap. ex quo q. 6.* vbi edocet, dupliciter posse intelligi quod aliquod Sacramentum gratiam ex opere operato conferat. Primo quod tale Sacramentum, ex opere operato aliquam virtutem effectiuam gratiæ habeat, & hoc modo nulla Sacramenta veteris le- F gis, neq; ipsa circuncisio gratiam conferre poterat. Secundò, quod præter illud opus nullum aliud opus per se ex parte iustificandi requiratur; licet fortè per accidens, vt remouens, prohibens requiratur, & hoc modo circuncisionẽ contulisse gratiam ex opere operato dicendum est. Et iuxta hunc secundum modum intelligendum esse id quod *D. Thomas in 4. sent. dist. 1.* dixit ipse *Turrecrem. loc. cit.* testatur. Item hanc nostram opinionem cum D. Thoma locis citat. sequuntur Theologi Thomistæ *Suarez* G *disput. 10. sect. 2. Valentia tom. 4. disp. 3. q. 3. punct. 3. Sayrus lib. 5. de Sacramẽt. cap. 7. quæst. vnic. art. 1. Bellarminus lib. 2. de Sacramentis cap. 14. & 25. Coninchus quæst. 62. art. 6. de consil. dist. 4. in cap. ex quo q. 9. Cano in relectione de Sacrament. in genere par. 5. Ledesma in comment. sup. 3. par. D. Thomæ q. 62. art. 6. & Ioseph Angles, art. 5. conclus. 2. & alij.*

S. Thomas *Turrecremata.* *S. Thomas* *Valentia.* *Sayrus* *Suarez.* *Bellarmin* *Coninchus* *TurrisCrẽ* *Cano.* *Ledesma.* *Angles.* *S. Thomas* *Turrecremata*

H Probatur autem hæc sententia primò ex *Concilio Florentino sub Eugenio IV. celebrato vbi dicitur Sacramenta nouæ legis multum à Sacramentis antiquæ legis differre, quia nostra continent gratiã eamq; dignè suscipientibus conferunt illa verò non causabant gratiam, sed illam solum per passionem Christi dandam figurabant.* Hoc est validissimum propugnaculum, quo nostra sententia defenditur, & contraria destruitur, atq; reijcitur, quia hoc decretum *Eugenij IV.* de omnibus Sacramentis veteris legis ge- I neraliter loquitur, nullam exceptionẽ de circuncisione faciens. Hinc illa exceptio quam facit, *Scotus in 4. artic. 1. Alexander Alensis Durandus, & Paludanus citati à Suarez d. disput. 10. sect. 2.* excluditur, atq; reiicitur, nam ipsi concedunt sacramenta veteris legis non potuisse gratiam ex opere operato cõferre, sed volunt ab hac regula excludi, atq; excipi sacramentum circuncisionis. Vnde *Scotus* intuens, quod præfatum decretum, multum suæ sententiæ obstaret, ac contradiceret, illud alio sensu, quam ipsa verba sonant, K interpretari conatur. Dicit ergo hoc decretum tantum loqui de veteris legis Mosaycæ sacramentis sub quibus circuncisio minimè comprehenditur, quia est Sacramentum, ante legem Mosaycam introductum, nam non fuit ex Moyse, sed ex Patribus eo antiquioribus, *vt Ioann. 7. patet*, sed hæc interpretatio Scoti faciliter refellitur, nam

Concil. Fl. *Scotus.* *Gabriel.* *Alexandr. Alens.* *Durandus* *Paludanus* *Argumentum Scoti* *Soluitur Suarez*

(quem-

A quemadmodum docet *Suarez*) Eugenius IV. in illo decreto Concil.Florēt. loquutus est, eo modo de Sacramentis veteris legis, quo SS.Patres loqui assolent, sed isti communiter volunt sub Sacramentis veteris legis Circuncisionem comprehendi; nam quamuis circuncisio ante legem Mosaycam fuerit paulo antea introducta, tamen hoc factum est, vt lex Mosayca ex ipsa Circuncisione exordium sumeret, qua- *Suarez.*

B tenus Iudæi volentes ad participationem cęterorum Sacramentorum peruenire, prius per Circuncisionem, quasi per quandam ianuam deberent introire, quemadmodum apud nos Baptismus facit, per quod vnus quisq; introitum habet ad cętera Ecclesię sacramenta. Hinc successit quod sicut per legem *Mosaycam* Circuncisio habuit exordium, sic per Christi legem habuit finem, nam adueniente Christo, lex illa cessauit, & eodem tempore pariter ces-

C sauit Circuncisio.

Con.Trid. Probatur secundo ex *Concil.Tridentino sess.7. can.2.* vbi sic habetur, *Si quis dixerit ea ipsa noua legis sacramenta à Sacramentis antiqua legis non differre, nisi quia caremonia sunt alia, & alij ritus externi, anathema sit.* Ex quo proculdubio infertur, non potuisse illa sacramenta gratiam ex opere operato dare, quemadmodum hæc nouæ legis sacramenta; nam cum vtraq; conferre gratiam ex opere operantis potestatem

D habuerint, quæ ergo differentia inter illa, & ista assignari potest, quæ sit substantialis, & apta vt modus loquendi Tridentini Concilij verificetur?

Probatur tertio permultis rationibus. Prima est, sacramenta ex passione Christi habent virtutem, atque efficaciam, vnde passio Christi, vt causa actiua per illa operans se habet; sed passio Christi fuit prior nostris Sacramentis, & posterior antiquæ legis Sacramentis; vnde illa non potuerunt eamdem vir-

E tutem habere, quam nunc nostra habent, scilicet conferendi gratiam, & ex opere operantis, & ex opere operato, cum nullus effectus sit prior tempore, sua causa efficiente. Secundo si Circuncisio hoc munus, hancq; virtutem habuit conferendi gratiam ex opere operato, ergo & hoc similiter habere debuerunt cętera veteris legis sacramenta, quia quæ maior ratio datur, cur adultis, & paruulis circuncisis hæc gratia dari debuit, & non suscipientibus Sacerdotium legale, vel offerentibus hostias, vel comedentibus Agnum paschalem? sed omnia illa sacramenta non habuisse hanc virtutem omnes Theologi concedunt; ergo neque Circuncisionem. Tertio si Circuncisio vtramq; gratiam concedere potuisset; vel nulla vel parua differentia esset inter eam, & baptismum; ergo &c. F

CAPVT XIX. G

Queritur an fuerit necessaria ad salutem Circuncisio, & qua necessitate.

AD propositam quæstionem, sine vlla contradictione respondemus, in veteri lege adultis fuisse necessariam H ad salutem Circuncisionem, sine qua saluari non poterant, quia ad hoc tenebantur ex præcepto quemadmodum ex illis verbis *Genes.* 17. 14. colligitur, vbi dicitur *Masculus cuius praputij caro circuncisa non fuerit &c.* Vnde tenebantur ex necessitate præcepti adulti, hoc Sacramentum Circuncisionis suscipere. *Bonacina de Sacramentis in genere disput.* 1. *q.* 2. *punct.* 3. §. *vnico proposit.* 4. *n.* 8. *Adulti tenebantur ex præcepto circuncidi ex necessitate præcepti.* *Bonacina.*

Infantes vero circuncidi tenebantur, I non quidem ex necessitate præcepti, quia nimirum ijs, qui nō dum ad vsum rationis peruenerunt, nullum potest imponi præceptum, cum illud adimplere nequeant, teneræ adhuc ætatis ineptitudine præpediti; neq; ex necessitate medij, quia videlicet illud dicitur ex necessitate medij necessarium sine quo salus æterna minime potest quis consequi, sed si infantes ante octauum diem decessissent poterant vti remedio legis naturalis, non valentes Sacramentum K circuncisionis suscipere (quia quemadmodum docent *D.Thomas* 3. *par. q.* 70. *art.* 3. *ad* 3. *Suarez q.* 70. *art.* 3. *versic. Tertia pars*, *Henriquez lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 5. *Franciscus Pitigianus dist.* 1. *q.* 6. *art.* 7. *Nugnez quæst.* 7. *art.* 4. *ad finem, & Bonacina loc.cit. disp.* 1. *q.* 2. *pun.* 3. Circuncisio ante octauū diem nō poterat præueniri quamuis postponi posset) & tamen per *D. Thom. Suarez. Henriq. Pitigianus Nugnez. Bonacina.*

A illud remedium legis naturalis salui fiebant; quemadmodum, & fœminæ circuncisionis sacramento incapaces, illo remedio etiam vtebantur, & pariter salutem consequi poterant æternam; ergo circuncisio non fuit necessaria paruulis ex necessitate medij. Fuit ergo illis necessaria ex suppositione quatenus, nullum aliud remedium fuisse adhibitũ supponeretur, & tunc adhoc, vt salutem æternam assequi valerent, necessariò, circuncidi tenebantur.

B *Fœmina hæbreæ vtebantur remedio legis naturalis.* Fœminæ verò, quia circuncidi non poterant propter sui sexus conditionẽ illo remedio legis naturalis vtebantur, hoc est à peccato originali mundabantur, quando videlicet parentes earum nomine fidem Christi per aliquam exteriorem actionem profitebantur. Ita *S.Thomas quæst.7.art.3.ad tertium Henriquez loco citato cap.6.Bonacina d.quæst. 2.punct.3.proposit.4.num.12, & Fillincius de sacramentis in commun. tractat.1. cap.3.num.40.* Et hoc non solum intelligitur de fœminis hæbreis, sed etiam gentilibus, nam si voluissent hoc vti remedio ad tollendum originale peccatum optimè potuissent; & erat sufficiens ad consequendam æternam salutem; quia nullo alio præcepto diuino fuerant astrictæ, quo ad suscipiendum aliud sacramentum tenerentur, nisi illud vnicum legis naturalis, sine quo salus fieri non poterant. Extenditur etiam hæc propositio ad paruulos, & adultos gentilium nationum, nam illo remedio naturalis legis poterant ab originali culpa emundari. Et ratio est, quia non tenebantur suscipere circuncisionis sacramentum, quia solum Iudæis fuit hoc præceptum impositum, ergo in illis remedium legis naturalis perdurauit.

S.Thomas. Henriquez. Bonacina. Fillinc.

C

D

E



F

CAPVT XX.

Queritur in quo loco, quo instrumento, & in qua corporis parte Circũcisio veteris legis fiebat.

G 1 AD hoc vt plena cognitio de Sacramentis antiquæ legis lectori tradatur; nulli labori parcere volui, qui ad necessariam perquisitionem esset necessarius. Vnde plura dixisse de sacramentis antiquæ legis arbitror, & adhuc in longiorem pertractationem mè extendissem, nisi quia hoc ad disputationes scholasticas pertinere cognoui, de quibus, cum subtilissimæ, & difficillimæ sint, vel nullum, vel paruum fructuum lector extrahere posset. Igitur vt à præsenti tractatione me expediam, tria breuiter in hoc cap. querenda sunt. Primo in veteri lege, quisnã locus fuerit aptus, vt in eo circuncisio fieret. Secundò quo instrumento fiebat. Tertiò in qua parte corporis fiebat. H

2 Quæro igitur primo, in quo loco debebat Circuncisio fieri. Respondeo non fuisse locum determinatum à Deo vbi infantes ex præcepto circuncidi deberent; nam poterat fieri domi, vt patet ex circuncisione S. Ioannis Baptistæ domi paternæ facta, item poterat fieri in templo, vbi siquidem Christus circuncisus fuit, item in deserto hæbreos circuncisos legimus quando videlicet per desertum quadraginta annis perambulantes, ad terram promissionis ibant, Item poterat in quocunque alio loco fieri si necessitas id postulauerit, quemadmodum apud nos baptismus in quocunque loco conferri potest, quando necessitas id exigit quatenus opportuniorem locum non concedit. Existimo tamen sacrum Templum Dei fuisse aptiorem locum, atque conuenientiorem ad hanc circuncisionem efficiendam; tum quia hæc erat quædam actio sacra, vnde fieri debebat in loco sacro, idest in Templo, tum quia regulariter loquen- I K

A loquendo per manus Sacerdotis fiebat, m hic in templo semper versatur. Vnde sicut noster baptismus in templo semper fieri solet, nisi vrgens necessitas in alio loco fieri postulauerit, ità pariter dicendum est de illa Circuncisione, quæ huius nostri sacramenti figuram in se gerebat.

Prima opinio

August.

Magist.

3 Quero secundò. Quo instrumenro fiebat hæc Circumcisio. Nonnulli tenent factam fuisse cultro lapideo, & isti sunt *D. Augustinus 2. lib. de peccato originali cap. 31. & Magister sententiarum in 4. sent. dist. 1.* Alij vero tenent factam fuisse B cultro ferreo cum aptior sit ad scindendam, & diuidendam carnem; & hæc est probabilior, atq; communior opinio, quam tenent cum S. Thoma communiter recentiores *Thomistæ citati apud Henriquez lib. 5. cap. 6. num. 4.* Nec per hanc vltimam opinionem illa prima refellitur, nam contingere facillimè potuit, vt circuncisio cultro lapideo aliquando fieret, & sic sententia D. Augustini, & Magistri sen- C tentia, vera ostenditur, regulariter autem cultro ferreo fiebat, quem admodum secunda opinio affirmat.

2. opinio.

S. Thomas

Thomista

Henriquez

4 Quæro tertio, in qua corporis parte fiebat circuncisio. Respondeo in membro virili. Permultæ autem rationes adducuntur à Doctoribus cur potius in hac parte, quam in alio corporis membro circuncilio fieret. Prima est. Nam circuncisio diuinitus instituta est in originalis peccati remedium, peccatum autem originale per generationem in Adæ posteros trans- D funditur, iuxta illud psalmistæ. *Ecce enim in inquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea*; vnde illi parti adhiberi debuit circuncisionis remedium, ex qua humana generatio ortum habet. Secunda ratio est, vt per hoc Christum esse nasciturum ex semine Abrahæ ostenderetur. Tertia est, quia circuncisio ad diminuendam carnalem libidinem ordinabatur; vnde in ea parte congruè facta est, vbi ip- E sius libidinis fomes, & incentiuum carnale præcipuè vigenr. *D. Thomas 3. par. q. 7. art. 3. Summa Corona de Sacramentis in genere num. 40. Bonacina de Sacramentis dispnt. 1. q. 1. punct. 3. proposit. 4. num. 9. Nugnez q. 7. art. 3. & 4. & alij.*

Psal. 50.

S. Thomas.

Summa Coron.

Bonacin.

Nugnez.

CAPVT XXI. F

Quæritur quot sint Sacramenta legis nouæ, siue Euangelicæ.

1 IN lege Euangelica esse quædam Sacramenta, quibus gratia, & sanctificatio fidelibus confertur, nemo dubitare potest, cum hæc & in Concilijs, & in SS. Patrum traditionibus, & G demum in omnium Theologorum scriptis contineatur existere. Vnde est de fide credere, quod in Ecclesia sint aliqua Sacramenta, quibus peccara nobis remictuntur, & graria confertur per quam ad glorim peruenimus æternam. Sed quia quis me interrogare posset quot sint hæc sacraméta quibus Ecclesia vtitur ad animarum purificationem, & sanctificationem idcirco de numero ipsorum prius quærendum est.

Est de fide esse in eccl. sacramenta

2 Quæro igitur primo quot sint sacramenta nouæ legis. Respondeo H esse, nec plura, nec pauciora, quam septem, nempè Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam Extremam Vnctionem, Ordinem Sacrum, & Matrimonium. Sumitur ex *Concilio Tridentino sess. 7. can. 1. ex Concil. Constantiense sess. 14. & ex Concil. Florentino sub Eugenio IV. celebrato.* Ità pariter docent communiter Theologi, atq; Summistæ, *D. Thomas in 3. p. q. 60. & sequent. Suarez super D. Thom 3. par. Conimbus de Sacramentis Nugnez, Henriquez, Sotus, Vasquez, Ioseph Angles, Philiarcus, Pesantius, Toletus. Summa Corona de sacramentis Bellarminus, Pitigianus, Sayrus, Victoria, Reginaldus Valentia, Filliuccius, Bonacina, & alij.* I

Concil. Tri.

Concil. Constant.

Conc. Flor.

Quæro secundo cur in septenario numero, & nõ in alio cõstituta sint sacramenta. Ad hoc respondeo *cum D. Thoma 3. p. q. 65. art. 1. Nugnez Conincho, Pesantio, & Vasquez eodem loc. Henriquez lib. 1. cap. 7. Ledesma de sacrament. cap. 7. Reginaldo lib. 26. num. 5. Valentia 3. par. disp. 3. q. 6. punct. 2. Sayro de sacramentis* K *in genere lib. 6. cap. 1. q. 2. S. Antonino 3. p. tit. 14. cap. 1. Soto in 4. sententiar. dist. 1. q. 7. art. 1. Summa Corona de sacramentis in genere num. 24. Victoria de sacramentis Dialogo 1. §. 6. Bellarmino de sacramen. lib. 2. cap. 26. Pitigiano dist. 2. q. 1. art. 2.*

S. Thomas.

Nugnez

Conincbus

Pesantius

Vasquez

Henriquez

Ledesma

Reginaldus

Valentia

Sayrus

S. Anton.

Sotus

Summa Corona.

Victoria

Angeles

Bellarmin.

Pitigianus.

A *Bonacina de Sacramentis in genere disp.* *Bonacina.* *Filliuc.*
1.q.1. punct. 2. proposit. 2. & Filliuc. in tractation. 1. de sacramentis in com muni c. 3. q. 8. num. 49, respondeo (inquam) ideo fuisse instituta in septenario numero, ad exprimendam vid elicet Analogiam, quam ad vitam corporalem habet vita spiritualis. Quia nimirum sicut homo in vita corporali. Primo generatur. Secundo nutritur. Tertiò augmentum accipit, quarto si aliqua infirmitate laborat, curatur, quinto ar-
B matur ad prælium, sexto in dignitatem extollitur, & septimo propagationi generis humani operam nauat, per quam Respublica multiplicetur, ita in vita spirituali idem homo, primo generatur, & nascitur ad vitam gratiæ per baptismum, secundo nutritur per Confirmationem, tertio accipit augmentum gratiæ, donorum, & virtutum per Eucharistiam, quarto à vulneribus peccatorum curatur per pænitentiam, quinto fortiter armatur contra diabolum, per ex-
C tremam vnctionem, sexto in dignitatē sacerdotalem erigitur per Ordinem sacrum, & septimo licitè propagationi humani generis incumbere potest per matrimonium.

Durandus Vel (*secundum Durand. in 4. sentent.*) ideo septem sacramenta instituta sunt, & non plura, nec pauciora, quia ipsa ad actus virtutum nos expediunt.

CAPVT XXII.

D

Vtrum omnia sacramenta nouæ legis fuerint à Christo instituta.

1 IN præsenti cap. queritur vtrum Christus fuerit omnium Sacramētorum
E nouæ legis institutor. Et in hac quæstione constat *Alexandrum Alens.* partem negatiuam tenuisse, quia in *4. sentent. q. 24. memb. 1.* dicit Sacramentum Confirmationis fuisse ab Ecclesia in Concilio Meldensi institutum. Item idem *Alexander, D. Bonauentura in 4. sent. dist. 7. q. 1. & Hugo de S. Victore in lib. de Sacramentis pars. 15. cap. 2.* tenent Sacramentum extremæ vnctionis fuisse à B. Iacobo Apostolo institutum. *Alexand.* *S. Bonau.* *Hug. Vict.*

2 Sed vtraque opinio proculdubio est falsa, quia nimirum in *Concil. Tridentino sess. 7. de Sacramentis in genere cap. 1.* omnia sacramenta nouæ legis fuisse à F
Christo Domino instituta habetur. Ita enim inquit *Concil. Trident. si quis dixerit sacramenta nouæ legis, non fuisse omnia à Christo Domino nostro instituta, aut esse plura, aut pauciora quam septem, &c. Anathema sit.* Et ratio est, quia solus Deus potest sacramenta instituere, cum per illa, detur gratia suscipientibus, cōferaturque animæ sanctificatio; infusio autem gratiæ, & hominis sanctificatio ad Deum principaliter, & absolutè pertinent, vnde nullus alius, nisi ipse Deus G
sacramenta potest instituere. Item si ponamus, quod ab homine fuerit aliquod Sacramentum institutum, in tantum valorem, & efficaciam haberet, ad conferendam gratiam, & sanctificandam suscipientis animam, in quantum ex diuina ordinatione, & Dei voluntate hæc institutio dependeret, sed in sacra Scriptura minimè constar, hanc potestatem instituendi sacramenta, hominibus Deū dedisse, sed tantum eis præcipuit, vt iam H
instituta, ea exercerent, vt *Ioan. Hoc facite in meam commemorationem.* Et *Matth. vlt. Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* ergo &c. *Ioan.* *Matt. vlt.*

3 Ad confirmandam autem hanc nostram sententiam, quæro secundo quando fuerunt sacramenta à Christo Domino instituta, & quibus verbis. Respōdeo ad huius quæsiti declarationem necessarium esse, vt per singula sacramenta discurramus. Primo Sacramentum baptismi fuit institutum à Christo quā- I
do dixit *Matth. cap. vlt. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Item Marc. cap. 16. Euntes in mundum vniuersum prædicate Euāgelium omni creaturæ, qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur.* Vel (iuxta D. Thomæ sententiam) qui existimat Sacramentum baptismi fuisse à Christo institutum, quando baptizatus est à Ioanne Baptista in Iordane *Ioan. cap. 1. Et Catechism. Roman. de Sacramento baptismi cap. Hactenus.* Et hæc est vera sententia, quam ego teneo. *Matt. vlt.* *Marc. 16.* *S. Thomas* K *Ioan. 1.* *Catechis.*

4 Secundo Sacramentum Confirmationis fuit à Christo institutum (iuxta *D. Thomæ sententiam in 4. senten. dist. 7.*) quando manus super pueros imposuit non exhibendo, sed promittendo, iuxta illud *Ioannis 16. Si non abiero Paraclitus non veniet ad vos, si autem abiero mittam eum ad vos.* Ideoq; hoc factum est, quia

Spiritus

A Spiritus sancti plenitudo non debuit dari hominibus, nisi postquam Christus resurrexisset à mortuis, & ad cęlos ascẽdisset, vt *Ioan. 7. Nondum erat Spiritus sanctus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Concil. Tridentinum session. 7. can. 1. & Catechismus Romanus de Sacramento Confirmat. cap. 1. & cap. quoniã.*

Ioa. 16. Ioa. 7. Con. Trid. Catechis.

5 Tertio Sacramentũ Eucharistiæ fuit à Christo institutum prima die azymorum in vltima cęna, quando videlicet discipulis suis, corpus & sanguinem suũ B sub speciebus panis, & vini ministrauit, dicens, *Accipite, & manducate; hoc est corpus meum*, & accipiens calicem gratias egit, & dedit illis dicens, *Bibite ex eo omnes. Hic est enim calix sanguinis mei noui & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum, Matth. cap. 26. de consecrat. dist. 2. cap. panis, Concil. Tridentin. 13. can. 1. & 2. & session. 21. cap. 1. & 3. Catechism. Romanus loc. cit.* Vide de hoc *Suarez disput. 41. Henriquez lib. 8. cap. 2. 10. & 11. Valentiam quæst. 1. punct. 2. Vaz*C*quez 3. par. disput. 67. cap. 3. Nugnum quæst. 73. art. 1. difficult. 2. versic. Pro eius explicatione, Coninchum quæst. 74. art. 4. dub. 1. Filliuccium tract. 4. de Sacrament. cap. 1. q. 9. & 10. & Bonacin. de Sacrament. Eucharist. disp. 4. quæst. 1. punct. 2. proposit. 2. n. 1.*

Matth. 26. de consecr. dist. Con. Trid. Catechis. Rom. Suarez. Henriq. Vazquez. Nugnez. Coninchus Filliucc. Bonacina.

6 Quarto Sacramentum pęnitẽtiæ fuit à Christo institutum. Est de fide, tum ex *Concilio Tridentino sess. 7. can 1. & session. 14. can. 1.* tum quia Sacramentorum institutio pertinet ad Christum ob potestatem excellentiæ. Ita *Sayrus de Sacrament. in gener. lib. 2. cap. 2. q. 1. art. 1.* D *Coninchus quæst. 65. art. 1. Reginaldus lib. 28. num. 4. & 39. Vazquez 3. par. tom. 2. disputat. 60. & 135. Bonacina de Sacrament. pænitent. disput. 5. quæst. 2. punct. 4. proposit. 1.* Hoc autem Sacramentum fuit ab ipso Domino institutum, quando post suam resurrectionem in discipulos insufflauit *Ioann. 20. Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis pecca*E*ta, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt.* Habetur in *Concil. Tridentino session. 14. can. 1.* & docent communiter Doctores, & *Bellarminus tom. 2. controuersiar. lib. 3. Valentia tom. 4. disput. 7. quæst. 9. pun. 2. Suarez disput. 17. sect. 1. assert. 3. nu. 10. Nugnez q. 84. art. 3. dub. 2. conclus. 2. Bonacina de Sacrament. pænitent. disput. 5. quæst. 2. punct. 4. proposit. 2. num. 2. Filliuccius tract. 6. cap. 2. num. 32. Franciscus Pitigianus dist. 17. q. unica art. 6. conclus. 2. & Molfesius tract. 7. cap.* F *3. num. 13.*

Pænitentiã fuisse à Christo institutam, est de fide. Sayrus. Coninch. Reginald. Vazquez. Bonacin. Ioan. 20. Con. Trid. Bellarm. Valentia. Suarez. Nugnez. Bonorina. Filliucc. Pitigianus Molfesius.

Quinto Sacramentum extremæ vn- 7
ctionis fuisse à Christo institutum probant, & docent *Bellarminus tom. 3. de Sacrament. extremæ vnctionis lib. vnico cap. 2. Henriq. cap. 7. nu. 4. Suarez sect. 7. & alij.* Quãdo autem fuerit institutum, controuersia est inter Doctores; nam nonnulli existimant fuisse institutum *Marc. 6.* quando Dominus misit Apostolos, vt vngerent infirmos oleo, eosq; sanarent. Hoc præcipuè docet *Fabius* G *Incarnatus in scrutin. Sacerdot. de Sacrament. extremæ vnction. in princip.* Alij veto opinantur *Marc. 6.* fuisse insinuatum, quemadmodum *Concilium Trident. session. 14. can. 1. asserit, & isti sunt* Suarez *tom. 4. disput. 39. sect. 1. Sotus, & alij.*

Fab. Inc. Marc. Con. Trid. Suarez. Sotus.

Sexto Sacramentum Ordinis fuit à Christo institutum in vltima cęna, quando scilicet cũ discipulis suis manducans, eis contulit dignitatem sacerdotalem, potestatemque conficiendi sacramenta, *Luc. 22.* dicens, *Hoc facite in meam commemorationem.* Quibus verbis H non solum Apostolis, sed etiam eorum successoribus sacerdotalem dignitatẽ, atq; potestatem conficiendi sacramenta deditse, constat ex *Concil. Tridentino sess. 22. cap. 1.* Et quãuis in illo *Lucæ 22.* tantum præsbyteratum fuisse institutum, & non cęteros ordines videatur, tamen quia cæteri ordines qui ad presbyteratum ordinantur, & ei deseruiunt; eminenter in ipso continentur; vnde in ipsa diuina institutione simul cum Sa- I cerdotio, omnes inferiores ordines fuerunt inclusi. Ita *Henriquez lib. 10. cap. 3. num. 6. Valentia disput. 9 quæst. 1. punct. 4. Reginaldus lib. 3. num. 6. Bonacina de Sacramento Ordinis disput. 8. quæst. vnica proposit. 3. n. 7. Filliuccius de Sacrament. tract. 9. cap. 1. q. 3. & alij.*

Eucharistia Sacramentũ quãdo fuerit institutum. Luc. 22. Con. Trid. Henriq. Valent. Reginal. Bonacin. Filliuc.

Septimo, matrimonium quatenus illud est Sacramentum nouæ legis, fuit à Christo institutum, quemadmodum cõmuniter docent DD. vt *Ferdinand. Perez, Hẽriquez. Sanchez, Rebellus Specul.* K *1. par. Reginaldus, Bonacina, & alij*, quorum loca infra citabo. Quo ad tempus autem, quãdo scilicet fuerit hoc Sacramentum institutum, discordant DD. Nam nonnulli volunt fuisse institutum quando Christus nuptijs Cana Galileę, interfuit *Ioan. 1.* Alij vero existimant, fuisse institutum post Christi resurrectionem, quando ipse Christus magnalia de Regno Dei, idest Ecclesia loquebatur.

Matrimonium quãdo fuerit institutum. Perez. Henriq. Sanchez. Rebell. Reginald. Bonacin.

A batur.Sed vera probabiliorque opinio, quam ego amplector, tenet fuisse institutum *Matth.19.* quãdo videlicet Christus dixit, *Quos Deus coniunxit, homo nõ separet*. Ita *Sanchez de matrimon.lib.2. disp.4. Perez S.10.ad finem, Henriquez lib.11. cap.2. pag.638. Speculum 1. par. ar.2. Reginaldus lib.31.n.10. Fab.Incurn. de matrim. & alij.* Colligitur ex *Concil. Trid.sess.24.can.1.& cap.gaudemus extra de diuort.& cap.literas de restit. spoliator.*

Opinio Authoris. Matth. 15. Sanchez Perez Henriq. Reginald. Incarn. Conc. Tr.

B

CAPVT XXIII.

Vtrum Sacramenta noua legis sint necessaria ad salutem.

QVæritur in præsenti quæstione, vtrum nouæ legis Sacramẽta sint ad salutem æternã consequendam necessaria. Sed antequam ad propositam quæstionem respõdeamus, supponendum est ex his, quæ diximus in
C cap.14.huius operis, necessarium tripliciter intelligi posse; Primò dicitur aliquid necessarium absolutè. Secundò necessarium ex necessitate medij. Tertiò necessarium ex necessitate præcepti, quemadmodum docent Theologi communiter, & *Fillieeutius de Sacramẽt. in comun.tract.1. cap.2.*

Filliuc.

D Dico igitur primò Sacramenta absolutè, & ex ipsa natura rei, non esse ad salutem necessaria. Est comunis Theologorum opinio. *S.Thomas 3.par.q.61. art.4. Alexander Alensis q.1.memb.2. per 4.art. D. Bonauentura in 4.sentent. dist.1. q.1.& ibi Ricchardus toto art.2.& 5. Scotus q.3. Gabriel q.2. Vega cap. vltimo lib. 7.super Concil.Trident. Durand.in 3.sentent.dist.20.q.2.art.3. Ioseph Angles q.2. art.1.de Sacrament. Hugo Victor. de Sacrament.par.3. Bellarminus lib.1. de Sacrament.cap.22. Valentia tom.4.disput.3. quæst.2.punct.1. Nugnez, & Coninchus super 3.par. D. Thoma q.61.art.4. Sayrus de Sacramentis lib.3.cap.1.art.1.& lib.6. cap.4.q.1. Suarez de Sacramentis tom.4. disput.3.sect.1. Camerota cap.3.de Sacrament.in genere Reginaldus lib.26. num.9. Henriquez lib.1.cap.4. num.1. Bonacina de Sacramentis in genere disput.1. quæst. 2.proposit.1. Filliucius tractat.1. cap. 2. q.21.& Viualdus de Sacrament. in genere cap.3. nu.1.*

S.Thomas Alexandr. Alens. Bonauent. Ricchard. Scotus Gabriel Vega Durandus Angles Hugo Victor. Bellarm. Valent. Nugnez. Coninchus Sayrus Suarez. Chamerot. Reginald. Hẽriquez. Bonacina Filliuc. Viualdus.

E Ratio autem ea est, quia cum Dei potentia sit infinita, atq; illimitata non potest Sacramentis alligari, atq; impediri, quatenus si voluerit humanum genus ad gloriam Regni cælestis transuehere, absq; vsu Sacramentorum, transuexisset. Vnde alia media potuerit inuenire ad hominum salutem, quibus ipsi homines salubriter vterentur, & illa media tantam virtutem, tantamq; efficaciam habuissent ad sanctificandas animas, easq; purificandas; quantam
G nunc habent nostra Sacramenta, quia sicut horum Sacramentorum virtus habet mensuram ex virtute, & potentia Dei; sic pariter eamdem mensuram habere potuissent quæcunq; alia media, quæ ad humani generis salutem instituere Deus voluisset. *Hinc* collige ex comuni Theologorum sententia, neq; Christi passionem, fuisse simpliciter necessariam ad humani generis salutem; fuit tamen necessaria, quia fuit ad nostram eruditionem conueniens. Ità *D.*
H *Thomas, Alexander Alens. D.Bonauentura, Scotus, Ricchardus, Gabriel, Vega Durandus, & Angles*, qui hoc permultis congruentibus rationibus comprobant in locis supra citatis.

S. Thomas Alexand. S.Bonau. Scot. Riccard. Gabriel. Vega Durandus Angles.

Dico secundò Sacramenta esse necessaria ad salutem necessitate medij, quatenus illis prætermissis salutẽ æternã acquiri non posse intelligatur. *Hoc* docent communiter Doctores, *S.Thomas*
I *3.par.q.61.art.1. Pesantius, & Vasquez in commentar.super eund. articul. Reginald. lib.26.nu.9. Suarez de Sacrament. tom.4. disput.3.sect.1.conclus.1. Henriquez lib.1. cap.4.nu.1. Valentia tom.4.disput.3. q.2. pun.1. Bellarminus lib.1. de Sacrament.c. 22. Graffius 2.part.lib.1. nu.15.& 16. Bonacina de Sacrament.in gener.disput. 1.q. propos.2. Viualdus de Sacramentis in gener.cap.3.nu.1.& Filliucius de Sacramentis in comun.tract.1.cap.1. quæst.2.& 7.* Quod intelligendum est de Sacramentis absolutè: quatenus sub ipsis includitur præcipuè Sacramentum bap-
K tismi, sine quo paruuli ad vitam æternam peruenire non possunt. adulti vero, vt Regni cælestis hæreditatem assequi valeant, debent illum, vel in re, vel saltem in voto suscipere, *Filliucius de Sacrament.tract.1.c.3.nu 48.* Quod autẽ quis sine baptismo non possit salutem assequi æternam, patet ex illo *Ioann. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu Sancto non poterit intrare in Regnum Dei.* Idem dicendum est de Sacramento

S.Thomas Pesantius Vasquez. Reginald. Suarez. Henriquez Valentia. Bellarmin. Graffius Bonacina. Viualdus. Filliuc. Filliuc. Ioann.

to

A to pænitentiæ, quod est secunda tabula post naufragium.

Dico tertiò aliqua Sacramenta sunt necessaria ex necessitate præcepti, vt patet de Eucharistia, quæ saltem obligat ex præcepto omnes fideles, vt ea debito tempore vtantur. Confirmatio vero, & Extrema vnctio an sint de necessitate præcepti necessariæ dubium est, sed re vera extremæ vnctionis Sacramentum, non tenetur quis sub præcepto suscipere, quatenus aliter faciendo mortaliter B peccet. Ità *Filliuc. de Sacramento extremę vnction. D. Thomas in 4. sent. dist. 23. Syluest. Caietanus verb. vnctio, Suarez tomo 4. disput. 44. sect. 1. quamuis Petrus à Soto lect. 2. de Sacramento extremæ vnctionis, & Bellarminus de Sacrament. lib. 1. cap. 22. contrarium doceant.* De confirmatione autem si loquamur, sunt nonnulli affirmantes obligare hominem ex præcepto ad illam suscipiendam. Ita docent *Scotus, Ricchardus, Viualdus Petrus à Soto, quos refert, & citat Victorellus in addit. ad summ. Tolet. de Sacrament. cap. 18. lib. 2. Sed contrarium docent D. Thomas 3. par. q. 62 art. 8. ad 4. Suarez tomo 3. disput. 38. sect. 1. Albertus magnus* C *4. dist. 7. art. 1. Alexand. Alens. 4. par. q. 25. membr. 2. Sotus 4. dist. 7. quæst vnica art. 8. Gregorius de Valent. tit. 4. disput. 5. q. 2. p. 3.* Sed fusius de hac necessitate in suis proprijs locis vtriusq; Sacramenti pertractabimus.

S. Thomas. Filliuc. Sylnester. Caietanus. Suarez. Petrus à Soto. Bellarm. Scotus Viualdus. Petr. á Sot. Victor. S. Thomas Suarez. Alb. Mag. Alexandr. Alens. Gregor. de Val.

Dico quartò Ordinē sacrum, & matrimonium non esse necessaria ad salutem, neq; ex necessitate præcepti, neq; medij. Sed esse tantum necessarium toti Ecclesiæ, *Filliuccius loco cit.*

Filliuc.

Deniq, si quæratur ex his Sacramen- D tis, quodnam præcedat. Respondeo, quod si ad essentialem ordinem Sacramentorum attēditur, profectò primum locum tenet Baptismus; est enim ianua cæterorum Sacramentorum, ità vt nullum Sacramentum suscipi possit, nisi prius baptismus suscipiatur. Si autem attendamus ad ordinem necessitatis, proculdubio primum locum sibi vendicat baptismus. Secundum vero Pænitentia, Tertium Eucharistia, &c. Si vero E respiciamus ad ordinem perfectionis, & dignitatis; sanè primum locum sibi assumit Eucharistia, quæ videlicet cum Christum verum Deum, & verum hominem verè, ac realiter contineat; cæteris Sacramentis, & dignitate, & perfectione præeminet. Ita *S. Thomas par. 3. q. 65. articul. 3. in corpore Coninchus ibid. art. 2. & 3. Nugnez ibid. conclus. 1. Sayrus lib. 6. cap. 3. quæst. vnic. de Sacramentis Chamerota de Sacramentis cap. 6.* Valen- F *tia tom. 4. disput. 3. quæst. 6. pun. 3. Henriquez lib. 5. cap. 6. num. 5. & colligitur ex Concil. Trident. sess. 7. can. 5.* ibiq; hoc esse de fide non obscurè apparet.

S. Thomas Coninchus Nugnez. Sayrus Chamerot. Valentia. Henriquez Trident.

CAPVT XXIV.

Vtrum in lege noua debuerint esse Sacramenta.

G OMnes illi hæretici, qui Ecclesiæ catholicæ Sacramenta abijciunt, quos in sequenti cap. referemus, hanc congruentiam Sacramentorum, & factis, & verbis denegant. Nam hocipsum, quod Sacramenta à Domino instituta ad omnium hominum salutem recipere nolunt, ea debuisse esse in lege Euangelica, profectò negant. Eorum autem error nulli alio fundamento in- H niti potest, (cum nulla scriptura, nullusq; ex Patribus, eorum sententiæ faueat, quemadmodum refert, *Suarez sup. 3. par. D. Thomæ q. 62. art. 1. disputat. 6. sect. 1.*) quā cuidam cōgruentiæ. Et hæc est nam perfectioni legis Euangelicæ multum repugnaret, vt omnipotenti Deo nos filij eius adoptiui, sub elementis huius mundi, sub vmbris, & figuris deseruiamus; veniente enim veritate, illico omnes figuræ, & vmbræ cessant; sed veritas per Christi aduentum facta est, I quēadmodum; patet ex illo *Ioan. 1. Lex (inquit) per Moysen data est, veritas autē per Iesum Christum facta est*, vnde & Apostolus ait de antiquæ legis Sacramentis, vmbram futurorum habuisse, de Sacramentis autem nouæ legis subiungit habere ipsam imaginem rerum.

Heretici negant. Suarez. Habr. 10.

Sed contrarium verissimum est, videlicet in lege noua, siue Euangelica esse debuisse aliqua Sacramenta. Hoc pro- K batur contra omnes hæreticos, ex *D. Augustino, qui in lib. 19. contra Faustum, cap. 13. tom. 6. ait quod Sacramenta veteris legis sunt ablata, quia impleta, & alia sunt instituta virtute maiora, vtilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora.* Idem probat *D. Thomas in 3. par. q. 61. art. 4.* his *verbis. Sicut antiqui Patres, (inquit) saluati sunt per fidem Christi venturi ita & nos saluamur per fidem Christi iam nati, & passi. Sunt autem Sacramenta quædam*

Conclusio est affirmāt. Augustin. D. Thomas S. Thomas.

signa

A *signa protestantia fidem, qua homo iustificatur; oportet autem alijs signis significari futura praterita, seu praesentia (vt enim Augustinus dicit 19. contra Faustum) eadem res aliter annunciatur facienda aliter facta, sicut ipsa verba passurus, & passus non similiter sonant. Et ideo oportet quadam alia Sacramenta esse in noua lege, quibus significentur ea, qua praecesserunt in Christo prater Sacramenta veteris legis, quibus praenunciabantur futura.* Hæc ille.

Ad obiectionem autem hæreticorũ
B breuiter respondemus his verbis; licet per aduentum Christi, quod debuerint cessare vmbræ, & figuræ, quæ in sola lege antiqua permiscebantur, eo quod gratiam per Christum dandam figurabant, vnde adueniente Christo, per cuius aduentum ipsa veritas rei, & facta est, & manifestata est, omnes figuræ, & vmbræ elementorum, quæ veritatem hanc præfigurabant, statim cessare debuerunt. Sed negari non potest, quod conueniens, ac decens sit, nos memores
C esse beneficiorum Dei, quæ in constituendis illis figuris antiquorum Sacramentorum, toto generi humano, & præcipuè Ecclesiæ contulit, quæ præcedentibus vmbris, habuit rei veritatem. Vnde per hæc nouæ legis Sacramenta, in memoriam reducimus illa antiqua beneficia Dei in constituendis illis figuris collata. Adde quod sub istis Sacramentis, quæ ex elementis cõstant, fides Christiana latet, quæ per fidelium credulitatem optimè perficitur, tum extensiuè,
D quia plura mysteria de Christo, & de diuina potentia illi credenda proponuntur, tum intẽsiuè, quia videlicet per ipsa Sacramenta maius auxilium datur ad credendum, atq; perseuerandum in fide; vnde nullo modo hæc Sacramenta perfectioni gratiæ Euangelicæ repugnare possunt, imò eam adiuuant, quatenus per diuersos actus fidei, & per multa charismata diuina, ac deniq; per incrementa gratiæ mediantibus Sacramentis collata, altius & sublimius insurgat.

E Deniq; notandum est ex *D. Dionysio in cap.5. Ecclesiast. Hyerarchia*, qui dicit statum nouæ legis esse medium inter statum veteris legis, cuius figuræ in lege noua implentur, & inter statum gloriæ cælestis in qua omnibus nudè, & apertè manifestabitur veritas. Vnde cum adhuc in hac passibili, & corruptibili vita immoremur, neq; completum fructum passionis Christi fuerimus assequuti, qui videlicet fructus in illa cælesti, & superna beatitudine degustatur, necessaria F profectò sunt nobis aliqua sensibilia signa, quibus ad recognitionem gratiæ per Christum nobis datæ, & gloriæ per eumdem promissæ, nos eleuent. Ista autem signa sensibilia, sunt procuidubio Sacramenta, quibus nunc sancta Ecclesia vtitur, quæ videlicet animæ fideles suscipientes, & gratiam in ipsis à Christo collatam, & futuram gloriam per eadem dandam simul agnoscunt, lege de hoc *D. Augustinum in lib.2. de doctrina Christiana cap.6. & lib.83.q.9.* G

Aptè autem instituta sunt hæc signa sensibilia, gratiam, & sanctificationem significantia, quibus fideles Christiani ad recognitionem beneficiorum diuinorum excitentur nam, cum nos sensibus subiecti existamus, & rebus sensibilibus indigeamus, quibus ad cognitionem rerum super naturalium eleuemur, iuxta illud *Apostoli, Inuisibilia Dei per ea, qua facta sunt intellecta conspiciuntur;* hinc nobis sensibilibus, & carnalibus, signa sensibilia adhiberi debuerunt, qui H bus ad gratiæ, & gloriæ agnitionem eleuaremur. Ita docet *D. Chrisostomus in quadam homil.* cuius verba refert *Bellarminus in lib. de Sacramentis*. Item *Gregorius Nazianzenus, & Gregorius Nyssenus in oratione de Baptismo*.

Itaq; solummodo de Iudæis dici potest, quod sub elementorum vmbris, & figuris militauerint, nõ autem de Christi fidelibus, nam illi multitudine, atq; varietate cæremoniarum premebantur, & parum, vel nihil iuuabantur, cum illa I Sacramenta legis antiquæ gratiam ex opere operato cõferre eis minimè possent. Sed omnia hæc eis diuinitus ordinata fuerant in figuram futuræ veritatis. Vnde ipsi habuerunt vmbram; nos vero habemus veritatem, illi figuram, nos figuratum, illi gratiam ex opere operantis, nos & ex opere operantis, & opere operato; illis dabatur gratia in fide Christi venturi, vobis datur per virtutem passionis Christi; cuius aduen- K tus cæcitatem nostram illustrauit, excitauit fidem, charitatem accendit, mores composuit, vana, profana abiecit, gratiam contulit per sacramenta, quibus profectò talem infudit virtute passionis suæ virtutem, vt à maculis peccatorum animas credentium emundare possent, eis gratiam, & sanctificationem conferrent, ac tandem ad cælestis Regni gloriam perducerent.

S. Dionys.

Per sacramenta eleuamur ad recognoscenda beneficia diuina.

August.

Chrysost. Bellarm. Gre. Naz. Gre. Nis.

Qua virtus insit Sacramentis.

CA-

A

CAPVT XXV.

Vtrum in lege noua sint vera, ac propria sacramenta.

HÆc siquidem quæstio ad confutãdum hæreticorum errorem in præsenti cap. ponitur; non quod aliquis catholicus ambiguus esse possit, an in nostra lege Euangelica sint propria, ac B vera sacramenta. Communis fuit inter hæreticos tàm antiquos, quàm recentiores peruersitas, vt sacramenta sanctæ Ecclesiæ abijcerent, ea inutilia, & non vera sacramenta existimantes. Hunc errorem tenuisse *Archonticos* testantur *Epiphan.* *Epiphanius hæres.4. & Theodoretus lib.* *Theodor.* *1. fabular.* Eundem errorem tenuisse *Irenæus.* *Gnosticos*, refert *Irenæus lib.3. cap. 18.* *Guido.* *atque Epiphanius hæres. 34. circa finem.* quos ipse Marchosseos appellat. In hoc C eodẽ errore versatos fuisse *Cathàristas*, *Suarez.* testatur *Guido Carmel.* Item *Suarez* multos alios hæreticos commemorat qui sacramenta Ecclesiæ noluerunt recipere; ita refert super *3.par. D.Thomæ* *Bellarm.* *quæst.62.art.1.disput.4.sect.1. Bellarmin.* similiter *in lib. de Sacramentis in genere*, permultos hæreticos recenset, qui nostris Sacramentis acriter aduersati sunt dicentes non dari gratiam per sacramenta, sed per fidem, contra quos ipse acriter disputat, & præcipuè contra Caluinum, & Lutherum, qui in his po- D stremis temporibus, suæ hæresis semina *Vazquez.* sparserunt. *Vazquez* pariter *in commentarijs, quæ agit super 3. part. D. Thomæ* permultos alios hæreticos recolit, qui nostra sacramenta, tanquam inutilia, & inania repulerunt.

Dicendum est autem in Ecclesia catholica, vera, ac propria esse sacramẽta. Est de fide, & definitum est hoc, tàm in Concil. Florent. quàm Tridentino. Sed præter hæc Ecclesiæ decreta, permultis adhuc rationibus error hæreticorum *1. ratio.* conuincitur, & refellitur. Primo osten- E ditur quod Ecclesia debuerit propria, & vera sacramenta habere, ex verbis *Augustin.* *Augustini in lib.19. contra Faustum*, vbi ait, *In nullum nomen religionis, seu verum, seu falsum coadunari homines possunt, nisi aliquo signaculorum, seu Sacramentorum sensibilium consortio colligentur*; sed necessarium est ad humanam salutem homines adunari in vnum religionis veræ nomen, quemadmodum docet *D.Thomas p.3. q.61. art.1.* Ergo F *S.Thomas.* Ecclesia suorum fideliũ intendens operari salutem, aliqua signa sensibilia, idest sacramenta habere debuit. Secundo ra- *2. ratio.* tio huius necessitatis (iuxta *D.Thomam loc.cit.*) sumenda est ex statu ipsius hominis qui peccando se subdidit per affectum sensibilibus, & corporalibus rebus, sed ibi remedium medicinale adhiberi debet, vbi patitur morbum; vnde necessarium atque conueniens fuit, vt Deus per quædam corporalia, & sensibilia signa, spiritualem medicinam adhiberet, G alioquin ipse homo rebus corporalibus carnalibus, & sensibilibus deditus; si spiritualia, nuda fuissent oblata ad effectum salutis, vtiq; ea non potuisset recipere. Tertio debet homo conti- *Per sacramenta memores efficimur passionis Dominicæ.* nuam, vel saltem assiduam, de passione Christi memoriam habere, cum hoc sit omnium beneficiorum diuinorum maximum, & vtillimum; sed hæc memoria commodè, atq; optimè habetur in sumptione Sacramentorum, quia quidquid gratiæ, siue purificationis, siue sanctifi- H carionis per sacramenta recipit, ex meritis passionis Christi procedit ergo oportuit in sancta Ecclesia aliqua signa sensibilia adesse, spiritalem gratiam significantia, quibus homo sensibilis, atq; carnalis, ad recognoscendum omnis gratiæ omnisq; salutis Authorem excitaretur, ac eleuaretur.

Quod autem sint vera, ac propria sa- *Probatur esse vera, ac propria sacramẽta.* cramenta, clarè constat. Nam tunc certi sumus de veritate, & existentia alicuius causę, quando videlicet, eius effectus videmus; quemadmodum tunc cogno- I scimus aliquam arborem esse veram arborem, quando eius fructus veros, ex ipsa emanantes prospicimus; sed præcipuus effectus Sacramentorum est conferre suscipientibus gratiam, & hoc nostra sacramenta optime, & efficaciter efficiunt; ergo nullum dubium est, ipsa esse vera, ac propria sacramenta. Secunda pars minoris probatur, tum ex *Probatur ex Patribus.* SS. Patrum communi consensu, tum etiam ex diuersorum Conciliorum decretis. SS. Patres enim de Sacramento K Baptismi præcipuè loquentes dicunt, quod per illud homines à peccatis emundantur. nonnunquam tradunt, quod per idem sanctificantur, & aliquãdo asserunt, quod per idem ad vitam gratiæ regenerantur, qui videlicet effectus fieri non possent, nisi per Sacramẽtum baptismi gratia ipsis hominibus suscipientibus diuinitus conferretur.

Clemens Alex. Iustinus. Chrysost. Basilius. Ambrosius S. Leo Pap. Cyprianus Hieron. Augustin. Optatus. Hilarius. Bernardus Tertull. Lactantius Gaudent.

A His modis loquuntur *Clemens Alexand. lib. 1. pedagog. cap. 6. Iustinus q. 56. ad Orthodoxas, Chrysostomus in homil. de Neophyto, Basilius lib. de Spiritu sancto cap. 15. & in homil. de baptism. Ambrosius lib. 4. Lucæ cap. S. Leo Papa in sermon. 4. de Natiuit. Domin. Cyprianus serm. de ablut. pedum, & epist. 63. & 76. Gregorius lib. 9. epist. 39. Hieronymus lib. 3. contra Pelagium, Augustinus lib. 1. contra duas Epistolas Pelagianor. cap. 3. Optatus lib. 5. contra Parmenianum, Hylarius in Psalm. 65. Bernardus in sermone de cæna Domini; Tertullianus in lib. de baptismo cap. 1. Lactantius lib. 3. cap. 26. & lib. 7. cap. 5. & Gaudentius tractat. 2. in Exod. circa finem.*

Probatur hæc veritas ex scripturis.

Item ex multis scripturarum locis B probare possemus, per sacramenta nouę legis, gratiam suscipientibus conferri; sed hæc interpretatio, & adductio scripturarum in suo proprio loco fusius agetur; quando videlicet probabimus, sacramenta esse causas gratiæ. Solum autem vnum locum Ioannis ad confusionem hæreticorum adducere volo, vbi perhibetur Christum antequam mortē passionis pateretur, accepisse panem, & cum gratias egisset, benedixit eum, & C dixit, *Hoc est corpus meum, deditq; discipulis suis dicens; Accipite, & manducate ex hoc omnes. Similiter, & calicem postquam cænauit dicens, Hic est enim calix sanguinis mei noui, & æterni testamenti, &c. deditq; discipulis suis; Accipite, & bibite ex eo omnes, Hæc quotiescunq; feceritis in meam commemorationem facietis.* Ex quibus verbis tunc à Domino fuisse institutum Eucharistiæ Sacramentum, apertè colligitur, nec non dedisse Apostolis, eorumq; successoribus potestatē D conficiendi hoc Sacramentum. Nos profectò credimus, atque firmiter tenemus, hoc Sacramentum Eucharistiæ, quo quotidiè ad animæ alimentum vtimur, esse illud idem, quod Christus in cęna confecit; nam hic verè adesse corpus, & sanguinem, & diuinitatem Christi, credimus. Et absq; vlla ambiguitate tenemus, in tantum posse nostros Sacerdotes panem, & vinum, in corpus, & sanguinem Christi conuertere: per quod Eucharistiæ sacramentum conficitur; in E quantum illa potestas conficiendi, à Christo fuit Apostolis, eorumq; successoribus tradita per illa verba. *Hoc facite in meam commemorationem?* Si ergo sacramentum fuit à Christo institutum, & potestas conficiendi illud fidelibus Christianis data; cur negandum est in Sancta Ecclesia esse vera, ac propria F sacramenta? Similiter dici de cęteris sacramentis potest, quæ nimirum fuisse à Christo instituta, in cap. 22. satis, sufficienterq; probauimus.

Sacerdotes habent potestatem cō secrandi à Christo.

Conc. Tr. Concil. Fl. Conc. Sen. Conc. Aur. Conc. Mil.

Illud autem quod indicare distulimus, scilicet ex Conciliorum decretis colligi, sacramenta nouæ legis, veram gratiam suscipientibus conferre, habetur 1. *in Concilio Tridentino sess. 7. can. 6. 7. & 8. & session. 6. cap. 7. tum in Concil. Florentino, in Concil. Senonens. cap. 10.* vbi Lutheri error de sacramentis damnatur; Item *in Concil. Arausicano 2. cap. 25.* G *& in Concil. Mileuitan. cap. 2.*

CAPVT XXVI.

Vtrum Sacramenta legis nouæ, dignitate, & perfectione illa antiquæ legis superent.

H

Heretici negant.

OMnes ferè recentiores hæretici, volentes probare, an sit æqualitas perfectionis inter Sacramenta nouæ legis, & antiquæ dicunt quo ad dignitatem, & perfectionem, omnia esse inter se æqualia, sed potius hæc nostra in inferiori dignitate ponunt, quam illa antiqua, & fortassis hoc procedit ex nimio odio, quod contra Ecclesiam Catholicam habent, cuius authoritatem, & dignitatem, semper diminuere falsis dogmatibus quærunt. Potest insuper pro- I cedere, nè libertatem suæ conscientię amictant, & ad strictiorem vitam, seipsos reducere teneantur, nam si Sacramenta nouę legis, talia existimare confiterentur, qualia in se verè sunt; illa suscipere procul dubio cogerentur, vnde ad seruandam strictiorem vitam tenerentur.

Primum argumentum ex parte aduersariorū.

Nescio tamen quibus argumentis probent Sacramenta veteris legis, nostra quò ad perfectionem, & dignitatē excellere. Sed omnia argumenta, quæ adhoc probandum adduci possunt, ad K tria principalia reducuntur. Primò dici potest, quod illa antiqua dignitate pręcellerint, quòad ipsam exteriorem actionem à suscipiente factam, nam perfectior actio est ad cultum Dei, & ad professionem verę fidei, sanguinem proprij corporis fundere, & in ipso corpore pæ-

nali-

A naliter incisionem pati, quod totum fiebat in Circuncisione, quam solummodo aqua baptismali lauari, quod fit
2 in Sacramento baptismi. Secundo quo ad perdurationem exterioris signi, per Sacramentum facti, nam signum circuncisionis vsq; ad mortem semper perdurat, quia caro circuncisi semper vestigiũ incisionis ostendit, non autem hoc reperitur in baptismo, cum nullum ablutionis baptismalis signum, post baptis-
3 mum remaneat. Tertiò quoad propor-
B tionem, quia tam in agno paschali veteris legis, quam in Eucharistia nouæ legis, verus Agnus Christus representatur cum hac autem distinctione, quia hoc nostrum Sacramentum representat iam passum, & crucifixum; illud vero antiquæ legis representabat venturum, & crucifigendum: sed maiorem proportionem habebat agnus paschalis occisus, & assus in veteri lege cum Christo, quia Agnus dicitur propter suam innocentiã, iuxta illud *Ioan.1. Ecce Agnus*

Ioan.1.

C *Dei, ecce qui tollit peccata mundi*, quam habeat panis triticeus, qui est materia nostri Sacramenti; ergo &c.

Sacramẽta noua legis sunt perfectiora antiquis.

Sed his argumentis, & quibuscunq; alijs hæreticorum contradictionibus nõ obstantibus; verissimum, & indubitatum est nostra sacramenta absolutè esse perfectiora, & digniora veteribus sacramẽtis. Hæc veritas est de fide, quemadmodum refert *Suarez super 3.part. D.Thomæ q.62.art.1.disput 6.sect.2.vers.2.* nam

Suarez.

D definitum, decretumq; est hoc in *Concilio Florentino*. Et in *Concil. Tridentino sess.7.can.2.* expressè hæc veritas decernitur, his verbis, *Qui dixerit* (inquit) *noua legis sacramenta ab antiqua legis sacramentis non differre, nisi quia cæremonia sunt alia, & alij ritus externi, Anathema. sit.* Ex quibus verbis profectò colligitur, esse multam differentiam, & quidẽ essentialem, inter illa antiqua, & nostra, nam illa poterant concedere tantum gratiam ex opere operantis, nostra ve-

Con. Flor.
Con. Trid.

E ro gratiam conferunt, & ex opere operantis, & ex opere operato. Illa antiqua erant quædam figuræ Sacramentorum Ecclesiæ, quæ tantum vmbram veritatis futuræ in se gerebant, nostra vero ipsam veritatem continent, quia abundãtiam gratiæ ex passione Christi emanantem significant, ac conferunt, imo Eucharistię Sacramentum, ipsum Christum omnis gratię, & sanctitatis Authorem, realiter continet, quod nimirum priuilegium agni paschalis Sacramentum minimè habebat. F

Assignãtur differentia inter sacramẽta noua & antiqua legis.

Item alia perfectio nostrorum Sacramentorum adhuc innotescit, quam vetera non habebant, nam (quemadmodũ *D. Cyprianus in sermon. de Cœna Domin. dixit*) si homo obicem non ponat, infallibiliter ipsa sacramenta habebunt effectum. Vnde *Scotus in 1. sent. q.3. art.1.* quandam sententiam, quasi certissimã tradit, quod scilicet prò certo moraliter credit, quia si homo non sit valdè negligens, sed bona fide, quod in se est, faciat non priuabitur fructu sanctitatis, G quod est magnum spei solatium. Hunc autem effectum efficere non poterant illa antiqua sacramenta, quia adhoc agendum infirma, atq; debilia erant. Vnde D. Chrysostomus quamdam impotentiam in veteri Sacramento Circumcisionis agnoscens, & è contra quãdam eximiam virtutem in nostro Sacramento baptismi, ad conferendam gratiam, considerans, sic loquitur *in homil.40. Nulla alia* (inquit) *ex Circuncisione fuit vtilitas, quam hæc sola, quod ex hoc* H *signo essent cognoscibiles, & ab alijs gentibus sequestrarentur Iudæi, nostra autem Circuncisio baptismatis (inquam) gratiæ medicinam habet.*

Cyprianus
Scotus.

Chrysost.
Sacramẽta antiquę legis infirma erant.

Præterea permultæ aliæ excellentiæ nostrorum Sacramentorũ assignari possunt, quibus illa antiqua, priua erant. Nam præcedunt, tum quo ad perfectionem, & plenitudinem gratiæ, quæ per ipsa datur; tum quo ad multitudinem, & excellentiam diuinorum charismatum, quæ ipsam gratiam consequuntur. I Nam hoc ipsum quod quis Sacramentum Eucharistiæ dignè suscipit; gratiæ recipit augmentum, corpus eius alitur, anima spiritualiter reficitur, fidès clarescit, spes confortatur, ignescit charitas, deuotionis feruor mirabiliter excitatur, quiescunt interiores animę perturbationes, cessant tentationes, vires spirituales corroborantur, concupiscẽtiæ carnales extinguntur, demonum impulsus eneruantur, & hæc, & alia dona ex ipsa dignissima Christi præsentia K procedunt, qui cum sit omnis gratiæ Author, omniumq; bonorum largitor, dum in animam fidelem præsentialiter venit eam ineffabilibus, ac inæstimabilibus donis affluenter ditat.

Mirabiles sũt effectus Sacramentorum.

Similiter si singula nostra sacramenta singulis antiquis compararentur, vtriq; differentia maioris perfectionis in vnoquoque nouæ legis clarè innotesceret. Sed quia prolixus sermo texeretur, si

A hanc comparationem inter singula sacramenta ageremus; idcirco, tantum de Sacramento baptismi loquar. Quod nimirum habet virtutem conferendi gratiam ex opere operato suscipientibus illud, eos regenerat ad perfectiorem,& excellentiorem vitam legis Euangelicę, facitque eos de filijs iræ, filios Dei, ipsiusq; Dei hæredes,atq; nulla interposita mota ad gloriam Regni cælestis eos perducere valet. Quos nimirũ effectus, Circuncisionis Sacramentum produ- B cere non poterat; ergo quia hoc nostrũ excellentiores producit effectus, quam illud antiquum, proculdubio excellentiorem causam se esse insinuat.

Probatur ex Patribus. Sed vt hæreticorum perfidia, validioribus impugnationibus atteratur, hanc veritatem permultorum SS.Patrum testimonijs cõprobare volumus. Et quia clarius hoc docuit *D.Augustinus in lib. 19. contra Faustum cap.13.* idcirco eius sententia primo loco adducenda est. *Augustin. Ambrosius Eusebius.* Ibi enim ait, quod *Noua legis Sacra-* C *menta, antiquis comparata, sunt virtute maiora, vtilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora.* Idem probat *Ambrosius in lib.1. de Sacramentis cap.4. & 6.* Similiter *Eusebius Emissenus* hanc veritatem patenter insinuat, qui in *homil.de Transfiguratione Domini in Sabbat. post 1.Domin. Quadrages.* tria tabernacula distinguit, *Primum* (inquit) *Synagoga secundum Ecclesia tertium cælum. Primum in vmbra fuit, & figura, secundum in figura est, & veritate, tertium in veritate* D *sola. In primo ostenditur vita, in secundo datur, in tertio possidetur. Non enim sacramenta Ecclesia sicut sacramenta synagoga medicinam docent, & ostendunt, sed ipsa potius sunt medicina, & remissio peccatorum.* *Cyrillus.* Item *Cyrillus in lib.1.in Ioann. cap. 21.* Sacramentum circuncisionis fuisse nihil ait, hoc authoritate D.Pauli Apostoli comprobans. *Lex* (inquit *Cyrillus*) *circuncisionem introduxit carnis, qua nihil est, vt Paulus ait, Dominus autem circuncisionis spiritus.* Et *11. contra* E *Iulianum,* tradit, Circuncisionem antiquæ legis illum effectum gratiæ in figura significare, quem in nobis per Spiritum sanctum mediante Sacramento baptismi Christus operatur. Nam de illa circuncisione loquens, subiungit, *Et absurdarum concupiscentiarum, & voluptatum abiectionem significat, quam per Spiritum sanctum in nobis omnibus Christus operatur.*

De scholasticis autem primo potest adduci *D. Thomas* in huius veritatis F comprobationem, qui videlicet, in *3. par.q.61.art.4.in responsione ad* .aperte *D. Thom. Suarez. Fillucius* indicat superioritatem dignitatis, & præminentiam perfectionis, quam habent nostra sacramenta ad illa antiqua, ex eo quod illa gratiam ex opere operato conferre non poterant; hæc autem *Nostra sacramenta conferunt gratiam ex opere operato.* nostra illam continent, & conferunt. *Sacramenta* (inquit) *veteris legis Apostolus vocat egena, & infirma elementa, quia gratiam non continebant, nec causabant, & ideo vtentes illis Sacramẽtis dicit Apostolus sub elementis mundi Deo seruisse.* G *quia scilicet nihil aliud erant, quam elementa huius mundi; nostra autem sacramenta gratiam continent, & causant.* Deniq; nostra sacramenta præminere antiquis, fusè probat *Suar. disput.6.sect. 2. & Fillinc. de Sacram.c.3.*

CAPVT XXVII.

An sacramenta noua legis constent materia, & forma. H

IN præsenti capite queritur, Vtrum nouæ legis sacramenta constent materia,& forma idest rebus, quę se habẽt, vt materia, & verbis, quæ se habent vt forma. *Durandus in 4. sentent. dist. 4. quæst.3.à num.6. vsq; ad 9.* disputat, de materia,& forma Sacramentorum, docetque omnia sacramenta nouæ legis constare rebus, & verbis tanquam ma- *Negãt hoc Durãdus, et Adrian. de matrim.* I teria, & forma, sed excludit ab illo septenario numero Sacramentum pęnitentiæ, & Sacramentum matrimonij, eo *Durandus Adrianus.* quod existimet tantum verbis cõstare. Idem censet *Adrianus q.2. de baptism.ad fin.* non autem de pęnitentia, sed solum de matrimonio, quemadmodum refert *Suarez disput.2.sect.1.& Pesantius super 3.par. D.Thoma q.4.art.8.disputat.1.* Et *Suarez. Pesantius.* quidem probabile est, ac verisimile fuis- K se coactum Durandum ad hoc asserendum, hac difficultate, Nam Sacramentum pęnitentiæ solis verbis perficitur, cum tam confessio, quam peccatorum absolutio, per sola verba fiat, nulla interueniente corporea materia. Similiter de Sacramento matrimonij dicendum est, scilicet solis verbis perfici, quãdo scilicet vtriusque coniugis voluntas affirmans verbis exprimitur. Imo interdum

A dum fieri posset, hoc Sacramẽtum, absq; verbis, sed nutibus, & exterioribus signis, quibus nimirum vtriusq; coniugis consensus optimè panditur.

Quidã haeretici negãt pœnitentiã, & matrimoniũ esse vera sacramenta.

Hac eadem difficultate coacti sunt nonnulli hæretici ad affirmandum, non esse vera sacramenta, Pœnitentiam, & Matrimonium; Quia (inquiunt) sacramenta debent constare materia sensibili, atq; corporea, quæ possit oculis prospici, & manibus contrectari, sed similis materia, neq; in matrimonio, neque in B Pœnitentia reperitur, vnde affirmant nõ esse sacramenta.

Item quod hæc nostra sacramenta, non debeant verbis tanquam forma cõstare, hoc posset argumentum adduci, nam in veteri lege vera sacramenta fuerunt, & tamen verbis non constabant, tanquam essentiali forma, ex qua componerentur, vt constat ex *Genes.*17. de Sacramento Circuncisionis, quod in actione cõsistebat, nulla facta verborum mentione. Idem patet ex *Lenit.*8. de ordinatione Sacerdotis, & ex *Exod.*12. de C Agno Paschali; ergo similiter, & sacramenta nouæ legis, rebus tantum tanquam materia constare deberent:

*Genes.*17. *Leu.*8. *Exod.*12.

Sed omni secluso argumento verissimum est omnia sacramenta nouæ legis constare rebus, & verbis tanquam materia, & forma.

Probatur hoc ex scripturis. Matt. vlt.

Probatur primo ex scripturis. Nam de Sacramento baptismi si loqui voluerimus patet ex *Matth. vlt.* fuisse à Domino assignatam, seu indicatam mate- D riam, & formam, idest rem, & verba. Ait enim (*Baptizantes eos*) ecce res, *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*; & ecce verba, quæ forma sunt huius Sacramenti. Vnde Apostolus Paulus ad *Ephes.* 7. expressius hoc significat dicens, *Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ.* Cum enim *Lauacrum aquæ* exprimit, proculdubio materiam baptismi designat, cum vero dicit (*verbo vitæ*) eiusdem Sacramenti formam insinuat.

*Ephes.*5.

Hieron.

Quæ verba quamuis à *D. Hieronymo* in E sensu tripologico explicentur, quatenus per verbum vitæ verbum doctrinæ intelligatur; tamen permulti Patres, tàm ex græcis, quàm ex latinis, in sensu literali ea interpretantur, quatenus pro verbo consecratorio Sacramenti accipiatur; vt per illud forma Sacramenti baptismi verè designetur. Ita *Chrysostomus homil.*20. *Theodoretus, & alij græci; Ambrosius, Anselmus, D.Thomas,* & alij latini, quos citat, & sequitur *Suar. disp.* 2. *sect.*1.

Chrysost. Theodor. Ambros. Anselmus. S.Thomas Suarez.

Item de Sacramento Eucharistiæ patet ex scriptura, quod rebus, & verbis F constet, quia *Ioa.*19. habetur, accepisse Iesum Christum, panem, & vinum, quæ sũt res; & in corpus, & sanguinem suum conuertisse, per hæc verba, *Hoc est enim corpus meum, & Hic est calix sanguinis mei.* Vbi panis, & vinum sunt res, seu materia, & *Hoc est corpus meum, & Hic est calix sanguinis mei,* sunt verba, siue forma. Similiter, & de Sacramento extremæ vnctionis constat ex illo *Iacob.*5. *Iacob.*5. vbi habetur, *Vngentes eos oleo sancto in* G *nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum.* In quo loco *oleum sanctum* accipitur, vt materia, & *In nomine Domini,* vt forma Extremæ vnctionis. Item de Cõfirmatione ex *Act.*8. patet, manuum impositionem se habere, vt materiam, & orationem, vt formam.

Probatur secundo ex authoritate *Concily Florentini sub Eugenio IV.* celebrati, vbi expressè definitum est, omnia nouæ legis sacramenta, ex verbis tanquam forma, & ex rebus tanquam ma- H teria constare; iuxta illam celebrem *D. Augustini sententiam in tractat.*80. *in Euangelium Ioannis, Accedit verbum* (inquit) *ad elementum, & fit Sacramentum.*

Con. Flor. Augustin.

Probatur tertio ex Theologis scholasticis, apud quos est communis consensus (quemadmodum *Suarez, & Bellarminus locis citandis* testantur) omnia sacramenta nouæ legis, ex rebus, & verbis tanquam ex materia, & forma con- I stare. Ita docent *S.Thomas 3 par. quæst.* 60. *art.*5. *&* 6. *Alexander Alensis* 4. *par. q.*1. *memb.*4. *& q.*8. *memb.*3. *art.*1.2. *&* 3. *Suarez super d. art.*5. *D.Thomæ disput,*2. *sect.*1. *Bellarminus in lib. de Sacrament. cap.*18. *Alexander Pesantius super art.* 7. *D. Thomæ disput.*1. *Valentia disput.*3. *par.*3. *q.*5. *Toletus lib.*2. *c.*16. *Fillineccius de Sacramentis in communi tractat.*1. *cap.* 4. *n.*51. *Sayrus, Coninchus, Henriquez, & alij, de Sacrament. & Ioseph Angles quæst.* 1. *art.*2. *conclus.*1. *&* 2.

S.Thomas Alex. Alẽ. Suarez. Bellarm. Pesantius. Valentia. Toletus. Fillucc. Coninc. Henriq. Angles. K

Quod autem omnia sacramenta veteris legis debuerint constare rebus, & verbis tanquam materia, & forma, duabus rationibus comprobãt *D. Thomas, & Suarez locis citat.*

S.Thomas Suarez.

1. ratio.

Prima est, nam res sensibiles, & corporeæ magnam proportionem, & aptitudinem habent ad perficiendum cultum diuinum; cum homo sensibilis, & corporeus per ista sẽsibilia, & corporea ad colendum Conditorem suum aptè addu-

A adducatur. Vnde per experientiam prospicimus, tàm in veteri lege, quàm in noua, aliquas res sensibiles fuisse diuinitus institutas ad cultum diuinum pertinentes, quibus homines Deum colerent. Deinde adhibita est forma verborum, vt per ipsam significaretur gratia, quæ in ipsis Sacramentis confertur, & mirabilis effectus, quem potentia diuina per ipsa sacramenta agit. Vnde cum Sacerdos pęnitentiæ formam exprimit dicens, *Ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, profectò pęnitenti clarissimè ostēdit remissionem peccatorum, & gratiæ restitutionem, quæ in nomine sanctissimæ Trinitatis ei datur.

Per formā significatur gratia, quę datur in sacramentis.

B

Secunda ratio. Secunda ratio est, nam intentio Dei omnipotentis est, conducere hominem ad intelligentiam rerum spiritualium, & diuinarum; sed quia intellectus humanus ad aliquid intelligendum per duos principales sensus, scilicet visum, & auditum maximè adiuuatur, vt perfecta intelligentia in ipso componatur; vnde opus fuit per res sensibiles materiæ, quæ visu videntur, & per verba formæ, quæ auditu percipiuntur ipsum hominem ad perfectam cognitionem diuinorum mysteriorum perducere, atq; eleuare.

C

S. Thomas Ad argumentum autem, quod superius adduximus breuiter respondemus, statum legis mosaycæ, statui legis Euāgelicæ comparatum, fuisse imperfectū, vnde (iuxta eiusdem D. Thomæ doctrinam) non oportuit tam claram cognitionem de rebus diuinis habere, quæ per sensus auditus, & visus perficeretur,

D quapropter merito sensibilibus rebus non fuere adiuncta verba, quibus ad perfectam intelligentiam, & cognitionem peruenitur. At quia status Euangelicæ legis, & perfectior, & sublimior existit; idcirco perfectiorem, sublimioremq; habere debuit de diuinis mysterijs intelligentiam; vnde diuina prouidentia sic disponente vtrumq; iunxit, quo perfecta cognitio comprehēditur ei adhibitum est.

E Ad illam autem difficultatem, quæ impulit Durandum, & Adrianum dicere, quod matrimonium rebus, tanquam materia non constet; respondemus, Quod in Sacramento matrimonij considerari potest, & traditio mutua propriorum corporum, quam ad inuicem faciunt contrahentes, & hæc potest dici materia huius Sacramēti, non propriè, sed secundum proportionem. Ita *Suarez disput. 2. sect. 1. & Filliuccius tract. 1. de sacrament. cap. 4.* Item potest considerari acceptatio traditionis. & hęc est vera forma huius Sacramenti. Et quia nullus contractus potest perfici, nisi prius præcedat traditio donantis, & postea succedat acceptatio accipientis per quam videlicet perfecta forma datur contractui, qui prius in inchoatione traditionis, qua quędam materia incōposita, & imperfecta manebat, sic pari ratione matrimonio, quod est verus cōtractus, prius præcedit mutua traditio corporum, quam ad inuicem faciunt contrahentes, & hæc habetur tanquam materia incomposita, & imperfecta, quia quamuis contractus per hoc inchoatur, tamen ad perfectionem nondum peruenit. Vnde postmodum mutua acceptatio contrahentium succedit quæ tanquam forma, dat contractui iā inchoato vltimam imperfectionem.

Quenam sit materia matrimonij, & quæ nam forma

F *Suarez, Filliucc.*

G

Matrimonium est quidam cō tractus.

In Sacramento verò pęnitentiæ reperiuntur pariter, & res, & verba, quę se habent, vt materia (non propriè sed secundum proportionem) & forma. Sunt quidem res, illi actus doloris, quos facit pęnitens, & hi secundum nonnullorum opinionem se habent, vt materia proxima; sunt pariter, & peccata, quæ se habent, vt materia remota. Deinde absolutio, quam pęnitenti largitur Confessor, est huius sacramenti forma. Et quia sicut Matrimonium dici potest, quidam contractus, ità pęnitentia appellari potest quodam iudicium, quia pęnitens tanquam reus constitutus ex vna parte crimina sua apertè, & cum dolore confitetur, & ex altera parte Sacerdos tanquam Iudex constitutus de confessis peccatis eum absoluit. Sed quia iudicium hoc, per confessionem peccatorum inchoatur, & per absolutionem completur, atq; perficitur; hinc est vt ipsa peccatorum confessio actusq; dolo ris pęnitentis se habeant, vt quædam materia incomposita, & imperfecta, quæ tunc nimirum perfectum iudicium componit, quando ei absolutio tanquā vera forma coniungitur. Quapropter secundum hanc rationem, actus pęnitentis, & peccatorum confessio, sunt materia Pęnitentiæ, absolutionis verba autem sunt forma.

H

I

Pœnitentia dicitur quodam iudiciū

K

CA-

A

CAPVT XXVIII.

Vtrum sacramenta noua legis componantur ex materia, & forma tanquam ex suis partibus integrantibus.

B

MAgna controuersia siquidem inter Theologos est, an nouæ legis sacramenta necessario debeant componi ex materia, & forma tãquam ex suis partibus integrantibus, ità vt tam materia; quam forma in vnoquoq; sacramento ad ipsum constituendum, & cõponendum necessario concurrant. Et quia diuersas in hac quæstione reperio opiniones, idcirco eas referre, deinde C veram, ac communiorem apponere congruum duxi.

1. opinio. Prima itaq; opinio affirmat non esse necessarium vt forma ad componẽdum Sacramentum concurrat, quia in Sacramento baptismi succedit, vt sola materia idest ipsa exterior ablutio totum Sacramentum constituat. Hęc autem *Sotus.* opinio tribuitur, *Soto, qui in dist. 3. art. 1.* hoc docuit. Similiter idem *Sotus in dist. 14. art. 11* idem affirmat de Sacramẽto pænitentię. Eademq; ratio ex ipso su- D mitur circa reliqua sacramenta, quæ in vsu consistunt, & præcipuè si loquamur de Eucharistiæ Sacramento, de quo in *dist. 8. art. 1.* dixit, quod eius forma sit quoddam sacramentale, quemadmo- *Suarez.* dum testatur *Suarez disput. 2. section. 2.* Igitur iuxta Soti sententiam, non est necessarium, vt forma tanquam pars integrans ad componendum, & constituendum Sacramentum concurrat, sed sufficit ipsa materia, in qua principaliter ratio Sacramenti consistit.

E Secunda opinio est, *Scoti in 4. sentent. dist. 3. q. 1. dist. 8. q. 1. & 2. dist. 14. quæst. 4.* Vbi docet, materiam, & formam non semper esse partes Sacramentorum, ex quibus componatur, sed quandoq; posse esse, vt componatur ex sola materia; aliquando ex sola forma, & nonnunquam ex materia simul, & forma, quod profectò accidit iuxta varias rationes, & significationes Sacramentorum.

Prima conclusio, siue assertio verifi- F catur in Sacramento Eucharistiæ quod *2. opinio. Scoti.* (iuxta Scoti sententiam) ex sola materia constat, non autem ex forma, tanquam ex eius parte integrante, sed ipsa vt efficiens concurrit, sola autem materia est totum Sacramentum. Secunda conclusio verificatur in Sacramento pęnitentiæ, quia enim tota significatio Sacramenti in sola forma, idest in absolutione Sacerdotis consistit; hinc est, vt ipsa sit totum Sacramentum, materia autem solum vt quid prærequisitum G concurrit. Tertia conclusio verificatur in Sacramento Baptismi Confirmationis, & Extremæ vnctionis. Totum hoc ex mente Scoti desumitur in locis supcitat.

Tertia vero opinio, quæ mihi verior, *3. opinio.* & communior videtur, ideoque eam amplector, docet, ac tenet omnia sacramenta quæ in vsu sunt, componi ex materia, & forma, tanquam ex suis partibus integrantibus. Hoc desumitur ex H mente *Augustini, qui in tract. 80. in Ioannem* dicit, *Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum.* Ex quibus verbis apertè indicatur, sacramenta ex verbis, vt forma, & ex rebus vt materia componi, tanquam ex suis partibus integrantibus, quia ad vnum compositum componendum simul concurrunt. Idem docent *S. Thomas in 3. part. q. 60. art. 9. & art. 7. & q 86. art 9. Alexander Alens. 4. par. q. 8. membr. 3. art. 1. & 2. Marsilius in 4 q. 1. art. 1. Suarez super 3. part. D. Thomæ disput. 2. sect. 2. vers. Dico* I *tamen primo, & alij Theologi in 4. sent. dist. 1.* Et ratio est, quia Sacramentum est quoddam compositum, quemadmodum ex doctrina *D. Thomæ* colligi- *S. Thomas* tur *in artic. 7.* vnde necessario debet ex partibus integrantibus constare, quæ ad componendum, & perficiendum illud, simul debent concurrere, ita vt si altera pars non concurrat, quamuis vna concurrerit, non perficitur Sacramentum. Nam si verba formæ proferantur in baptismo, *Ego te baptizo in* K *nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti;* & tamen aqua ibi non adfuerit, qua corpus baptizandi, non abluatur; vtiq; non conficitur Sacramentum; quia videlicet vna ex partibus essentialibus Sacramenti, ad ipsum componendum minimè concurrit. Dixi autem (vna ex partibus essentialibus,) & non absq; causa, nam Sacramentum est quoddam com-

Augustin. S. Thomas Alex. Alē. Marsilius. Suarez.

A compositum ex suis partibus constans essentialibus, & integrantibus; quemadmodum homo est quodam compositum ex duabus partibus essentialibus, anima videlicet, & corpore; ita vt verus homo esse non possit, nisi ex his duabus essentialibus partibus constet. Et quamuis aliæ partes ad constituendum ipsum hominem pariter concurrant, tamen quia inferiores sunt, nec sunt essentiales, idcirco si adsunt, est ad meliorem decentiam, & ornatum ipsius hominis, sed si acciderit non adesse, vel propter defectum naturæ, vel propter vim alicuius exterioris causæ; non B per hoc vera substantia hominis, per quam in esse hominis essentialiter constituitur, destrui potest; quia vt diximus non sunt partes essentiales ipsius hominis, ex quibus debeat necessario, & essentialiter constare. Huiusmodi exemplum profectò ex membris corporis humani desumitur, quę videlicet quamuis ad componendum, & constituendum hominem tanquam partes concurrant, tamen quia partes essentiales hominis non sunt, quamuis aliquod C eorum siue per defectum naturæ non concurrat, siue per abscissionem à toto composito separetur; non per hoc essentia hominis destruitur, sed tantum exterior apparentia dedecoratur. Non sic autem succederet, si aliqua ex partibus essentialibus non concurreret; quia tali modo non posset compositum hominis in suo vero esse constitui. Ita pariter dicendum est de Sacramento, quod videlicet constat, esse quodam compositum ex diuersis partibus, quarum aliæ sunt essentiales integrantes; vt materia, & forma; aliæ verò non essentiales; D vt quædam exteriores cæremoniæ, quæ præmittuntur, integra prolatio formæ, apta dispositio materię, & his similia, quæ videlicet si simul concurrunt, optimum est, & ità est necessarium ad decentiam, & perfectionem sacramenti; sed si non concurrerent, non per hoc destrueretur sacramentum veluti, si in consecratione Eucharistiæ, non præmitterentur omnia illa verba, quæ habentur in Canone Missę, vel si E integrè non pronunciaretur forma, veluti si consecrans, prætermitteret illam particulam (enim) & alia huiusmodi, quæ videlicet, quia partes essentiales non sunt, ipsum compositum non possunt destruere; ità vt his prætermissis, verè conficiatur, & componatur. Non F sic autem dicendum est de materia, & forma cum sint partes essentiales, Sacramenti, vnde si vna ex ipsis non concurreret, veluti, si non pronunciaretur forma verborum, vel si panis in Eucharistia, Sacramento, vel aqua in Baptismo non adesset, vtique Sacramentum non conficeretur.

Sacramentum est quodam compositum ex suis partibus integrã tibus constans.

CAPVT XXIX.

Queritur, quomodo concurrere debeant materia, & forma ad componendum Sacramentum. G

IN pręcedenti capite iā probauimus, sacramentum materia, & forma cō stare, quæ ad ipsum componendum debent simul concurrere. Sed quia aliqua ambiguitas ex ipso modo concurrendi exoriri potest idcirco in præ- H senti cap. quæritur, Quomodo concurrere debeant materia, & forma ad componendum sacramentum. Et quidem circa hoc nonnulli dicunt quod ita cōcurrere simul debeant materia, & forma in vnoquoque sacramento, vt antequam actio materialis expleatur, debeat tota forma perfici per integram prolationem. Exempli gratia in baptismo, ità debent simul concurrere materia, & forma ad componendum ipsum sacramentum, vt antequam ablutio babtismalis expleatur, tota forma pronunciə- I tur, atq; perficiatur. Hanc opinionem tenet *Glosa in cap. detrahet. 1. quæst. 1.*

Prima opinio.

Glosa.

Sed contrarium mihi probabilius, & verius videtur, nempè non esse necessarium, vt antequam materialis actio expleatur, forma perficiatur. Ita docet *Suarez super 3. part. D. Thomæ, q. 60. art. 8. disput. 2. sect. 2. vers. sed quæres.* Et rationem de hoc adducit. Quia (inquit) cur magis necessarium est, vt forma ante materiam, quam materia ante K formam perficiatur nulla certè assignari potest ratio requirere autem, vt ambæ finiantur in eodem instanti est præter humanam facultatem vnde est reuocare in dubium omnium Sacramentorum veritatem.

Secunda opinio.

Suarez

Mē

A Me autem ad tenendam hanc opinionem hæc ratio inducit. Nam cum Sacramentum sit quodam cōpositum artificiale, atque morale: profectò nō est opus, vt per quandam propinquitatem, & coniunctionem physicam materia simul, & forma ad componendum ipsum concurrant; itá vt si itá non agatur non conficiatur sacramentum. Sed sufficit aliqua propinquitas, & coniunctio moralis, quando illa physica haberi non possit, aut fuerit negligenter prætermissa. Equidem illa opinio Gloriæ est nimis arcta atq; scrupulosa; quæ si tenenda esset, fere omnia sacramenta verterentur in dubium, an scilicet

Sufficit propinquiter, & coniunctio moralis interma terialem actionem, & formam.

B fuerit verum sacramentum confectum, vel non; quia frequenter accidere solet, vt materialis actio, videlicet ablutio expleatur, & in ipsa expletione forma pronuntiari incipiatur, vel è contra ante materialem actionem incipiatur proferri forma, & adhuc per durante ablutione, ipsa forma perficiatur. In quibus casibus non est dubium, verè confici sacramentum, quia

C vt diximus si illa coniunctio physica haberi non possit, sufficit illa moralis.

Obijcies, per prolationem formæ significatur actio materialis sacramenti, vnde debent physica coniunctione simul concurrere; alioquin verba formæ minimè verificarentur. Respondeo, quod significatio verborum, quandocunque potest præsupponere quandam connexionem moralem materiæ cum ipsa forma, quæ simul erunt de præsen-

Obiectio.

Solutio.

D ti, & sic accipi poterunt, si ante expletionem actionis materialis, pronunciatio formæ incipiatur, vel si tunc finiatur forma adhuc incepta materiali actione.



E

F

CAPVT XXX.

An in Sacramento debeat necessario forma inchoari antequam materialis actio expleatur.

G Partem affirmatiuam tenet *Scotus tractans de baptismo dist. 6. q. 3. necnon & Caietanus tom. 1. opusc. tract. 26.* dicunt enim de necessitate Sacramenti requiri, vt saltem antequam materialis actio, scilicet ablutio expleatur, forma proferri incipiatur. *Ricchardus autem in 4. d. 3. art. 4. q. 2.* dicit tantum hoc sufficere ad validitatem sacramenti, an autem de necessitate hoc requiratur, nō explicat. Nescio autem quibus argumentis suam opinionem Scotus, & Caietanus comprobent, sed huic fundamento fortassis innituntur, nempè Quod

Prima opinio affirmat.

Scotus.

Caietanus

Ricchard.

H sit necessarium ad veritatem formæ de præsenti, vt cum ipsa absoluitur adhuc actio materialis exerceatur, quæ materia sacramenti est, quia eam forma indicat præsentem, vnde saltem inchoari debet, vt illa significatio de præsenti, quo ad actionem materialem indicetur esse vera.

Partem verò negatiuam tenet *Suarez super 3. part. D. Thomæ q. 60. art. 8. disput. 2. sect. 2.* vbi dicit, non esse necessarium ad validitatem Sacramenti, vt inchoe-

Suarez.

Ricchard.

Sotus.

I tur forma antequam materia absoluatur, quia sufficeret aliqua coniunctio, & propinquitas moralis inter materiā, & formā, adhoc vt omnis scrupulositas abscindatur, quæ ex hoc oriri posset. Et in hanc sententiam trahit *Ricchardū, quem in 4. sententiar. dist. 3. art. 4. quæst. 2.* itá sensisse refert. *Sotum autem in 4. sententiarum distin. 3. artic. 8.* hanc eamdem tenuisse opinionem certum est, nam illud exemplum ponit Apostolorum, quos videlicet in vno die tria millia hominum baptizasse legitur.

K Vbi verisimile videtur, quod non itá physicè exercuerint materialem actionē, scilicet ablutionem, vt non expleretur antequam forma proferri inciperetur, quia ob ingentem baptizandorum multitudinem, hoc difficillimè poterat

A obseruari. Vnde probabile est, quod absque scrupulo exercuerint materialem actionem, & protulerint formam, quamuis actio materialis, & forma coniunctione physica non connecteren tur. sufficiebat enim illa propinquitas moralis ad validitatem, & efficaciam sacramenti.

Insuper Suarez ad comprobandam hanc sententiam, cuius ipse præcipuus est Author, hanc adducit rationem. In sacramento enim pęnitentiæ, materia-
B lis actio est, dolor, & contritio quam habet pęnitens de peccatis suis, forma autem est absolutio sacerdotis; sed de necessitate non requiritur, vt actio materialis in hoc sacramento formæ coniungatur per physicam coniunctionem C quia nimirum faciliter accidere potest, vt pęnitens antequam ad faciendam confessionem veniat, habuerit de peccatis contritionem, vnde absque dolore, & contritione peccata confitetur, cui post modicum tēpus ei absolutionē Sacerdos largitur, & tamen validum est Sacramentum; ergo illa opinio aduersariorum locum non habet. Vbi aduertendum est, quod in praxi obseruari solet, vt postquam pęnitens peccata sua confessus fuerit, ei prius absolutio D de excommunicatione saltem occulta datur, ac deinde absolutio de peccatis succedit.



DE

A  F

DE SACRAMENTIS
TOMVS PRIMVS
LIBER SECVNDVS.
CAPVT PRIMVM

B G

C

An in Sacramentis materia, & forma sint determinatæ ex diuina ordinatione.



Vm materia, de qua hic agimus sublimis exitat, atq; dignissima, fusam, amplissimamque profectò habere promeretur tractationem, quam videlicet lõgius ex-

D

tenderem, sed vereor nè nimia prolixitas detestabile fastidium in animo legentis pariat, vnde illam breuitatem sectari cogor (non absq; nimio labore, ingentiq; difficultate) quæ & substantiam veritatem, atq; conclusionem quæstionum referat, & omnia verba siue superflua, siue incongrua, siue obscura penitus abscindat. Quod nimirum agere præstante Domino conabor, vt possibilem satisfactionem studioso animo legentis conferam.

E

Itaq; in præsenti capite breuiter quæritur, An in Sacramentis nouæ legis materia, & forma fuerint ex diuina institutione determinatæ, atque definitæ. Congruè autem hæc quæstio post præcedentes subiungitur, vt hæreticorum, tàm antiquorum, quàm recentiorum error confutetur. De nonnullis enim hæreticis Paulitianis refert *Euthymius in 2. par. Penoplia cap. tit.* 21. quod tenuerint, ad confectionem Sacramentorum non requiri materias siue determinatas, siue indeterminatas, sed sufficere verba formæ, quibus in conficiendis Sacramentis libere vtebantur, nullam curam de actione materiali habentes. Alij vero hæretici, qui sunt ex recentioribus (quemadmodum refert *Bellarminus in tractat. de Sacramentis in genere, & Suarez disput. 2. sect. 3.*) affirmant ad cõfectionem Sacramentorum non requiri determinata verba, quæ ad modum formæ proferantur, sed sufficere si cum determinata materia verbum doctrinæ siue concionatorum concurrat, sed cõtra hos hæreticos, nec non illos Paulitianos acerrimè pugnant Controuersistæ, & acrius *Bellarminus, & Suarez locis citat.* Item contra hos hæreticos cõtrarium definiuit *Concilium Florẽtinum in vnione Armenorum, & Concil. Tridentinum sess. 7. can. 13. de Sacram.*

Paulitiani
Euthym.

H
Bellarm.
Suarez.

I
Con. Flor.
Con. Trid.

Itaq; verissimum est, & ab omnibus Catholicis viris receptum in vnoquoq; Sacramento dari determinatam formam, atq; materiam, vtramq; ex diuina ordinatione institutam, atq; definitam. Ita decreuit *Concilium Florent. nec non & Trident. locis citatis.* Hoc pariter docent communiter Doctores, *D. Thomas 3. part. q. 60. art. 5. & 7. Bellarminus in tract. de Sacramentis in genere, Alexander Pesantius in 3. part. D. Thomæ q. 60. art. 8. disput. 6. Suarez disput. 2. sect. 2. Ioseph Angles in tract. de Sacrament. q. 1. art. 2. Coninchus, Nugnez, Filliuccius, Henriquez, Sayrus, Toletus, & Pitigianus, & alij communiter.* Item in *cap. Ad abolendam, de hæretic.* generaliter damnantur omnes illi, qui de Sacramentis

K
S. Thomas
Bellarm.
Pesantius.
Suarez.
Angles.
Coninc.
Nugnes.
Henriq.
Sayrus.
Toletus.
Pitigianus

A nouæ legis aliter sentiunt, quam Ecclesia Catholica Romana.

Probatur ex scripturis. *Matth. vlt.* *Ioan. 3.* Probatur autem hæc veritas primo ex scripturis. Nam *Matth. vlt.* cum dicitur *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, vtiq; determinatur à Christo forma Sacramenti baptismi. Cum vero *Ioann. 3.* dicitur, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu non intrabit in Regnum cælorum*, profectò determinatur ab eodem Christo materia baptismi, quæ est aqua. Similiter de Sacramento Eucharistiæ dicendum est, nam cum dicitur *Matth. 16. Accepit Iesus panem*; B proculdubio materiam Eucharistiæ, idest panem, stabilisse Christum ostenditur. Et postea cum subiungitur dixisse, *Hoc est corpus meum*, profectò eiusdem Sacramenti determinasse formam indicatur. Sacramenti pœnitentiæ tàm forma, quàm materia instituitur *Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata &c.* Sacramenti extremæ vnctionis tàm materia, quàm forma assignatur *Iacob. 5. Infirmatur (inquit) quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine* C *Domini*. Cum ergo dicitur (vngentes eum oleo) assignatur, & determinatur materia; cum vero subiungitur (in nomine Domini) forma eiusdem Sacramenti determinatur. Et sic de cæteris Sacramentis dici posset in quibus omnibus iam determinata est ex diuina institutione, tàm forma, quàm materia.

Ioan. 20. *Iacob. 5.*

D. Dionys. Vnde D. Dionysius in *lib. de Ecclesiast. Hierarch. cap. 1.* ait *Primi sacerdotalis numeris duces visibilibus signis cælestia sacramenta texuerunt, & partim scriptis,* D *partim non scriptis institutionibus nobis tradiderunt*.

Probatur rationibus 5. ratio. S. Thom. Probatur secundo rationibus. Prima est, quia quemadmodum docet *D. Thomas 3 par. q. 60. art. 5.* in Sacramentis datur quædam sanctificatio hominibus, quæ videlicet non ab alio datur quam à Deo; qui per Sacramentum baptismi ipsos homines vere sanctificat (iuxta illud *Apostoli 1. ad Cor. 6. Abluti estis, sanctificati estis*. Vnde colligitur quod sicut sanctificationis operatio nullo modo E hominibus tribuitur, ita nec materiæ, & formæ determinatio, sed soli Deo, qui talem formam, talemq; materiam in vnoquoq; Sacramento determinauit, qualem ipse voluit.

1. Cor. 6.

2. ratio. Secunda ratio est. Ecclesia Catholica sicut est vna, & indiuisa, (iuxta illud *Apostol.*) *Vnum corpus, vna fides vnum baptisma*, ita debet in rebus, quæ pertinent ad fidem vnitatem F seruare, sed de his quæ pertinent ad fidem, præcipua sunt sacramenta, ergo in vniuersali Ecclesia, in vnoquoque Sacramento debuit eadem forma, eademque materia obseruari, alioquin diuersæ consuetudines, diuersæq; hominum institutiones, illam vnitatem destruxissent. Sed totum hoc non potuit fieri nisi tam forma, quàm materia in vnoquoq; Sacramento diuinitus determinaretur; ergo debuit institui non ab hominibus, sed ab omnipotenti Deo, ad hoc vt ipsa institutio ab omnibus nationibus inuiolabiliter, & indifferenter obseruaretur. G

3. ratio. D. Basilius Probatur tertio authoritate SS. Patrum. *Basilius enim in lib. de Spiritu sancto cap. 10.* ait, Perinde si quis expers baptismaticæ decedat, & si in vno quopiam, quæ à Christo tradita sunt deficiens baptismum accipiat. *Et Tertullianus in lib. de baptis. cap. 1. Homo (inquit) in qua demissus, & inter pauca verba tinctus, &c. Et cap. 13. ait, Lex tingendi posita est, & forma præscripta*. Vbi liquidem de Sacramento baptismi loquitur, docetq; ipsam ablutionem per naturalem aquam, quam (legem tingendi appellat, fuisse à Christo ordinatam hominibus, ipsisq; præscriptam formam, qua in materiali actione vti deberent adhoc vt perficiatur Sacramentum *D. Augustinus autem in epist. 23.* ait, hæreticorum baptismata, esse irrita, & inualida non ex eo quod sacris, & diuinis mysterijs vti non recusant, sed ex eo quod determinatas ab Æterna Diuinitate materias, & formas adhibere nolunt.

Tertullian Augustin. H

Mutansformam, vel materiam nonconficit Sacramentum. Ex dictis ergo colligitur primo, I quod non licet alicui formas, vel materias vniuscuiusq; Sacramenti variare, quod si fieret hæc variatio, vtiq; non conficeretur Sacramentum. Nam hæc est circunstantia essentialis, quæ pertinet ad essentiam Sacramenti, accidentalia enim validitati Sacramentorum officere non possunt, quemadmodum docet *D. Thomas*, *Pesantius Suarez Filliuccius*, & alij communiter, sed quæ sunt essentialia, non possunt neq, prætermitti, neq; variari.

S. Thomas Pesantius. Suarez, Filliuccius

Et etiam pecc. mort. Colligitur secundo, quod si quis K conficiendo Sacramentum baptismi, non aqua, sed vino vel alio liquore, vteretur, non solum non conficeret Sacramentum, sed & mortaliter peccaret. Ideò dicendum est si aliam formam pronunciaret, quam eam à Christo iam institutam,

tam,

A tam, quia vt diximus non pertinet ad hominem, sed ad Deum, formas, & materias statuere. Contra autem hanc veritatem, quam omnes Catholici viri comuniter amplectuntur dogmatizat Lutherus, & dicit non requiri de necessitate Sacramentorum, vt certa, atq; determinata verba, ex diuina ordinatione instituta proferantur. Ita de eo referunt *Bellarminus de Sacramentis in genere lib. 1. cap. 21. Vasquez super 3. part. D. Thomę q. 60. art. 8. dispu. 129. cap. 5. & Suarez*
B *disput. 2. sect. 3.* qui nimirum quamuis proprium nomen Luthæri taceat, tamē hanc hæresim recenset, atq; ex mente quorundam hæreticorum recentiorum prodijsse.

Lutherus. Bellarm. Vazquez. Suarez.

Sed apponamus hic eius propria verba, ex quibus illius error clarius, & facilius cognosci potest. *In lib. enim de captiuit. Babylonica cap. de Baptismo*, sic ait, *Quocunque modo tradatur baptismus modo non in nomine hominis, sed in nomine Domini tradatur, verè saluum facit,*
C *imò non dubitem si quis in nomine Domini suscipiat, etiamsi impius minister non det in nomine Domini verè baptizatum esse in nomine Domini*. Itaq; ex his Lutheri verbis duæ opiniones seu assertiones, extrahuntur, & quidem falsissimæ. Prima assertio est, non esse necessarium, vt quis formam à Christo præscriptam in ablutione baptismali pronunciet, nempe inuocando sanctissimam Trinitatem, illas tres diuinas personas distinctè proferat dicens, *Ego te baptizo*
D *in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, sed sufficere, si dicat, *Ego te baptizo in nomine Domini*. Secunda assertio, quę detestabilior est, docet, quod si baptizetur quis à Sacerdote impio in nomine Lutheri, vel Caluini, vel alterius hominis, esse verum baptismum, dummodo baptizatus in nomine Domini deuotè suscipiat Sacramentum. Hunc errorem sequutus est pariter *Ioannes Brentius in suo Catechismo cap. de Baptismo*, ac deinque tàm Lutheri, quàm Brentij com-
E muni sententiæ adhæsit *Zuuinglius in lib. de vera, & falsa relig. cap. de Baptismo*; quemadmodum referunt *Bellarminus, & Vazquez loeis citat.*

Duæ Lutheri assertiones falsissimæ. 1. assertio. 2. assertio. Brentius. Zuuingl. Bellarm. Vazquez.

Verumtamē Martinus Lutherus omnium hæreticorum audacissimus, illam suam falsissimam opinionem, pessimamque hæresim postmodum retractauit, nam in *homil. de Baptismo*, hæc loquutus est ad populum. *Clarè (inquit) exprimit Christus, quas cæremonias velit, & formam ipsi præscribit, vt illa ipsa* F *gna, neq; alia, illa ipsa verba, neq; alia hic adhiberentur; si infantem intingeres aqua, neq; adderes verba Baptismi, sed pronunciares orationem Dominicam, aut alia quædam verba ex sacris literis non esset verus Baptismus*. Et infrà. *Si quis pane, & vino proposito, pronunciaret non ipsa verba Sacramenti, sed aut Decalogum, aut Symbolum Apostolorum, aut sententiam aliquam sacram, vel Psalmum, non esset verum corpus, & sanguis Christi*, Hæc Lutherus.

Sed contra illos duos errores Lutheri, in prioribus eius verbis relatos, adduci possunt omnia testimonia sacræ Scripturæ, atq; SS. Patrum, illæq; rationes, in exordio huius cap. adductæ. G Etenim ex hoc clarè liquet, sacramenta nouæ legis debuisse materias, & formas determinatas habere quia (quemadmodum docet *D. Thomas 3. par. q. 60. art. 5. ad 3.* quem sequuntur *Bellarminus. (atq; Vazquez locis citat.)* si sacramenta legis scriptæ, & legis naturalis determinatas materias habuerunt, non quidem H ex hominum beneplacito, sed ex diuina ordinatione institutas, quanto magis, hoc munus nostra sacramenta nunc habere debent, cum illis sint longe digniora, atq; perfectiora? In illis namq; vmbræ futuræ veritatis pręfigurabantur in istis autem ipsa veritas realiter continetur. Precessit in illis figura, successit in istis res figurata, illa erant huius mūdi infirma elementa, ista sunt Catholicæ Ecclesiæ potentissima sacramenta. Si ergo omnipotens Deus tantam curam I habuit de illis vmbris, & figuris, vt materias quibus conficerentur talia infirma sacramenta, non hominum arbitrio instituendas relinqueret, sed ipse sua propria ordinatione determinauit, cur asserendum non est, hanc eamdem habuisse prouidentiam, & curam de his nostris perfectioribus Sacramētis, quatenus & materias, & formas ab hominibus non sineret institui, sed ipse sua diuina, atq; independenti authoritate eas institueret, atq; decerneret? K

S. Thomas Bellarm. Vazquez. Validum argumētū. Sacramentorum veteris, & nouæ legis differentię.

Poterat siquidem Deus hanc determinationem materiæ, & formæ Sacramentorum, hominum arbitrio relinquere, quia Dei omnipotentia nulli legi subijcitur, nullaque necessitate præscribitur, vnde poterat humanam salutem operari absq; Sacramentis, ergo tāto magis poterat dare hominibus potestatem, determinandi materias, & formas. Sed de facto videmus ipsum Deū, voluisse

Poterat Deus, sed non fecit. Rationes quare non fecit.

A voluisse propria authoritate, & res, & verba statuere. Et non otiosè, aut incongruè hoc factum est, sed propter multas rationes. Primo ad maiorem perfectionem Sacramentorum nouæ legis. Secundo vt vnitas in tota Ecclesia seruaretur circa modum consecrationis, & materialis actionis. Tertio quia ad Authorem gratiæ pertinebat determinare illa signa gratiam conferentia.

B

CAPVT II.

An in Sacramentis sufficiat verbum concionatorium, vel de necessitate requiratur consecratorium.

C PErmulti ex recentioribus hæreticis (quem admodum referunt *Bellarminus de sacramentis in gener. cap. 21 lib. 1. Suarez super 3. p. D. Thomæ quæst. 60. art. 8. disput. 2. sect. 3. & Vasquez super dictum art. D. Thomæ disput. 129. cap. 5.* &nos etiam in præcedenti cap. recensuimus) tenent, ad hoc vt conficiantur sacramenta non requiri, vt determinatæ formæ verba proferantur, sed verba doctrinæ, siue concionatoria; quæ ad instruendum populum præmittantur Quæ videlicet verba meo iudicio, nec ab ipsis hæreticis determinata sunt, sed D arbitrio conficientis Sacramentum liberè relinquuntur.

Bellarmin. Suarez. Vasquez. Nonnullorum Hæreticorum error.

Ratio autem quam adducunt, vt probent requiri verba concionatoria, & ea ad validitatem sacramenti sufficere, hæc est, Nam hoc solum ad excitandam fidem, & reuocandum in memoriam, quod Christus operatus est in sacramentis necessarium est, ad hanc autem doctrinam proponendam propria, ac definita verba non sunt necessaria, varijs E enim verbis, ac modis effici potest, ergo determinata, atque præscripta verba requirere ad hominum sanctificationem, est res (inquiunt) valde superstitiosa, ac quædam magiæ species. Ex quo colligitur eos consuetudinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ tanquam superstitiosam, & magicam damnare, quæ determinatis verbis in confectione Sacramentorum vtitur.

Ratio illorum.

Sed contrarium tenet Ecclesia Catholica, quę est veritatis magistra, nempè non requiri in Sacramentis illud verbū concionatorium, quo hæretici vti assolent, sed verbum consecratorium à Christo ordinatum, atque institutum. Contra præfatam hæresim, possunt adduci omnia illa testimonia Sacræ Scripturæ in præcedenti cap. allata. Item authoritas *D. Basilij in lib. de Spiritu sancto c. 10. Tertullian. in lib. de baptism. cap. 1. D. Augustini in lib. de vnic. baptism. ca. 8.* vbi ait, *Sacramenta Christi debere ritu Euangelico celebrari. Et in lib. 3. de baptism. cap. 35.* docet baptismum debere cælebrari verbis Euangelicis. *Et Vigilantius Papa in epist. 1. Decret. cap. 6.* ait eum proijciendum esse ab Ecclesia catholica, qui in forma baptismi, ritum à Christo Domino institutum non obseruat, Ac denique *Cyprianus in sermone de baptismo Christi*, tradit sacramentum visibile fieri, per illa materialia signa, atque per inuocationem illius sacri nominis, quemadmodum sancti Apostoli nobis præordinauerunt. *Verborum* (inquit) *solemnitas, & sacri inuocatio nominis, & signa Apostolicis institutionibus, & sacerdotum ministerijs attributa, visibile efficiunt Sacramentum.* F G H

Cōfutatur. Basilius Tertullian Augustin. Vigilant. Papa.

Ex Scholasticis vero, qui hanc hæreticorum falsitatem impugnant, atque refellunt, primus est *D. Thomas, qui in 3. par. q. 60. art. 7.* probat in sacramentis determinata verba requiri, & illa vtiq; quæ ex diuina institutione ordinata: atque determinata sunt. Postquam enim nonnulla argumenta in contrarium præmisit, statim subiungit dicens. *Sed contra, quod Dominus determinata verba protulit in consecratione Sacramenti Eucharistiæ dicens Matth. 26. Hoc est corpus meum. Similiter etiam mandauit discipulis, vt sub determinata forma verborum baptizarent dicens Matth. vltimo Euntes docete omnes gentes Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Et infrà in corpore adiungit dicens, *In sacramentis verba se habent per modum formæ, res autem sensibiles per modum materiæ. In omnibus autem compositis ex materia, & forma, principium determinationis est ex parte formæ, quæ est quodam modo finis, & terminus materiæ, & ideo principalius requiritur ad esse rei determinata forma, quam determinata materia, materia enim determinata requiritur vt sit proportionata determinatæ formæ. Cum igitur in sacramen-* I K

Disputant Scholastici contra hæc hæresim. S. Thomas. Matth. 26 Matth. vl.

tir

A *tis requiruntur determinata res sensibiles, quæ se habent in sacramentis, multo magis requiritur in eis determinata forma verborum*. Hæc ille. Item contra præfatam hæresim acriter decertant *Bellarminus de Sacramentis in genere lib. 1. cap. 20. & 21. Vazquez super 3. part. D. Thomæ q. 60. art. 8. disput. 129. cap. 4. & 5. Suar. super eund. art. disput. 2. sect. 3.*

S. Thomas. Bellarmin. Suarez. Vasquez.

Nos autem pro modulo virium nostrarum pauca inferre aduersus hanc hæresim volumus, non quod necessariũ sit, sed quod sit conueniens. Equidem non sufficere verbum doctrinæ ad vali-
B ditatem sacramenti, sed necessario requiri verbum consecratorium ex illo *Matth. ult.* liquido constat, vbi fertur Christum discipulis suis mandasse, vt per vniuersum mundum discurrentes omnes gentes saluberrimo baptismi lauacro baptizarent. Dixitq; illis, *Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, Et postea subiungit, *Docentes eos seruare omnia*, &c. Vbi notandum est, quod verbum doctrinæ præmittitur, quando videlicet dicitur, *Euntes doce-*
C *te omnes gentes*. Ac mox verbum consecratorium subinfertur, quando scilicet subiungitur, *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*. Et postmodum iterum verbum doctrinæ præcipitur quando s. dicitur, *Docentes seruare omnia*, &c. Ergo distinguitur verbum concionatorium à verbo consecratorio, quia concionatorium, quasi cathechismus præmittitur, quatenus infideles, per verbum euangelicæ doctrinæ prius instructi de his quæ ad fidem pertinent Christianam, bene
D dispositi ad suscipiendum baptismi sacramentum ordinatè procederent. Consecratorium verò, succedit concionatorio, quatenus cathechizatis, baptismi sacramentum conferatur sub illa verborum forma, quæ ad componendum sacramentum est necessaria, & ab ipso Sacramentorum omnium institutore Christo specialiter præscribitur. Hinc consonant illa verba *D. Cypriani*
E *in serm. de baptism. Christi. Verborum solennitas, & sacri inuocatio nominis, & signa Apostolicis institutionibus, & sacerdotum ministerijs attributa visibile efficiunt Sacramentum*.

Matth. ult.

Cypr.

1. Cor. 1.

Insuper illud *Apostoli 1. Corinth. 1.* potest in fauorem nostræ sententiæ adduci, vbi D. Paulus his qui lauacro baptismi fuerant abluti dicit, *Nunquid in nominē Pauli baptizati estis?* Profectò F ac si apertè diceret, illud Sacramentum quo ab originali culpa abluti fuistis, & ad vitam renati estis spiritualem, non collatum est vobis in nomine Pauli, quia nimirum huius nominis inuocatio ad conficiendum sacramentum minimè sufficeret, sed in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, cuius nominis inuocatio cum fuerit à Christo præordinata, vt necessaria ad compositionem Sacramenti adhibita est.

Idem pariter dicendum est de Sacra- G mento Eucharistiæ, cum enim verbum consecrationis fuerit à Christo determinatum, non vtiq; verbo doctrinæ, sed eodem verbo consecratorio iam diuinitus statuto, minister vti debet. Vnde *D. Augustinus*, vt huius verbi præscriptionem insinuaret *in lib. 20. contra Faust. cap. 13.* ait, *Noster calix, & panis certa cõsecratione, mysticus fit nobis.* Vnde si quis præscripta, ac definita forma verborum in confectione huius Sacramenti non vteretur, vtiq; non consecraret; quemadmodum *idem Augustinus in lib. 19. cõtra Faustum cap. 16.* docet, vbi de verbis H consecratorijs, quibus Ecclesia Catholica vtitur loquens ait. *Nisi illæ syllabæ celeriter sonantes, & transeuntes dicantur non consecratur*.

In Eucharistia forma fuit à Christo determinata.

Augustin.

Augustin.

Etenim tam materia quam forma Sacramentorum determinata, ac definita esse debuit propter quadruplicem rationem. Primò, vt essent in significatione clariora, & cunctis fidelibus manifestiora, quia quòd determinatum est, communius est, & quòd communius est, manifestius est. Secundò vt maior reuerentia Sacramentis ipsis ab omnibus I exhiberetur, quia videlicet si non fuisset determinata materia, potuisset accidere, vt aliquod Sacramentum in materia ignota conficeretur, & ab aduenientibus aduenis, & nescientibus non coleretur. Tertiò, vt suum Authorem clarius manifestarent, cum enim comprehendimus ab ipso Deo fuisse institutam, in eius contemplationem, vel saltem recogitationem mentē eleuamus. Quartò, vt indiuisa vnitas in Sacramentis, & K sacrificio indifferenter seruaretur.

Rationes quare materia, & forma sacramentũ debuit determinari. Prima. Secunda. Tertia. Quarta.

CA-

A

CAPVT III.

Vtrum possit esse vera hæc propositio, quod in Sacramento, res, & verba sint materia, significatio, autem forma.

B

1. opinio affirmat.

CIrca hoc dubium magna quæstio, atq; dissensio est inter Theologos, an scilicet possit dici quod in Sacramento res, & verba sint materia, significatio verò sit forma. Nonnulli siquidem affirmatiuam partem tenent, *vt Sotns in 4. sent. dist. 1, q. 1. art. 1. & Caietanns super D. Thomam in 3. par. q. 60. art. 6.* docent enim rem simul, & verba esse materiam totius Sacramenti formaliter, & propriè sumpti, significationem vero esse formam.

Sotns. Caietanus.

C

2. opinio negat. Bellarm. Pesantius.

Secunda vero opinio negat, quam tenet *Cardinalis Bellarminns, lib. 1. de Sacramen. Alexander Pesantins super 3. par. D. Thom. q. 60. art. 8. disput. 3. & aly recentiores.* quemadmodum ipsemet Pesantius refert. Isti dicunt, non solum quod est materiale in Sacramento sed totum ipsum Sacramentum formaliter constare rebus, vt materia, & verbis, vt forma. Quia (inquiunt) Cōcilia, & Theologi intelligi non possunt de rebus, & verbis, vt abstrahant à ratione significandi, & efficiendi, qua constituitur Sacramentum, quia nulla est alia coniunctio rerum, & verborum Sacramentalium, nisi quatenus rei significatio indeterminata determinatur per significationem verbi, qua significatione sublata, nulla est compositio ex re, & verbo; & proinde nulla est in illis, vt sic sumptis ratio formæ, & materiæ. Hæc habes ex Pesantio. Ego autem arbitror, vtramq; propositionem posse esse verā, primo si dicatur, in Sacramentis res esse materiam, & verba esse formam, secundo si dicatur, res & verba esse materiam significationem vero esse formam.

Assignatur ratio.

D

Opinio Authoris.

E

Prima propositio probatur tum ex *Concilio Florentino, sub Eugenio IV. celebrato*, tum etiam ex communi Theologorum consensu. qui vnanimiter docent omnia sacramenta nouæ legis, cōstare rebus tanquam materia, verbis autem tanquam forma. Ita *D. Thomas 3. p. q. 60. art. 5. & 6. Alexander Alens. 4. par. q. 1. memb. 4. & q. 8. memb. 3. art 1. 2. & 3. Snarez super d. art. 5. D. Thomæ dispnt. 2. sect. 1. Bellarminus lib. 1. de Sacramentis in genere cap. 18. Alexander Pesantins super art. 8. D. Thomæ dispnt. 1. Valentia dispnt. 3. par. 3. q. 5. Toletus lib. 2. cap. 16. Filliuccius de Sacramentis in commnn. tract. 1. n. 51. cap. 4. Angles q. 1. art. 2. conclus. 1. & 2. Sayrus, Henriqnez, Conincb. Bonacina, & aly in tract. de Sacrament.*

Con. Flor. S. Thomas Alex. Alē.

F

Suarez. Bellarm. Pesantius. Valentia. Toletns. Filliuc. Angles. Sayrus. Henriq: Coninchns Bonacina.

Secunda propositio probatur ex duplici acceptione Sacramenti. Potest enim dupliciter accipi Sacramentum. Primo vt quodam compositum physicum, & naturale, quemadmodum est homo, cuius materia est corpus, anima verò est forma. Secundo vt quodam cōpositum artificiale, quemadmodum est domus, cuius materia, sunt lapides, ligna, cæmentum, & his similia, forma vero est ipsa exterior figura, & visibilis dispositio; vel quemadmodum nomen, cuius materia est vox, & sonus, forma autem est ipsius nominis significatio. Hoc posito.

2. propositio.

G

H

1. conclusio

Prima conclusio est, quod si Sacramentum accipiatur, vt quodam compositum physicum, & naturale, & tunc optimè dici potest, res esse eius materiam, verba autem eius formam. Quia quemadmodum in composito physico hominis materia est per se indeterminata, ita vt essentialem rationem hominis per se sola significare non possit, sed adueniente forma eam determinat, vt hominem verum, & significet, & componat, & contineat, sic pariter in Sacramento, cuius materia exempli gratia aqua cum per se sit indeterminata, ita vt intrinsecam rationem baptismi per se sola significare non possit, sed superueniente forma verborum, optimè determinatur ad significādum, & componēdum Sacramentum, quemadmodum *D. Augustinns in tract. 80. super Euang. Ioann.* ait, *Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum.* Et secundum hunc primum modum accipitur Sacramentum à *S. Thoma, Alexand. Alens. Snarez, Bellarmino, Pesantio, Valentia, Toleto, Filliuccio, Angles, Sayr. Henriq. Coninch. Bonacin. & alys in locis supra citat.*

I

K

Secunda conclusio est, quod si Sacramentum accipiatur, vt quoddam compositum artificiale, & tunc vere potest dici, eius materiam esse res, & verba; formam autem esse ipsam Sacramenti significationem. Quia nimirum quemadmo-

A admodum ad componendum artificiale compositum nominis, vox & literæ expressæ cōcurrunt, significatio autem dat ei formam vt sit nomen, ita similiter dicendum est de Sacramento, ad quod componendum tàm res, quàm verba, vt necessaria materia concurrũt, significatio autem tanquam vera forma illud informat, vt verum sit Sacramentum. In comprobationem huius
Fillincc. sententiæ citò *Fillincc. de Sacrament. in*
Sotus. *commun. tract. 1. cap. 4. n. 54. nec non So-*
Caietan. *tum in 4. sentent. dist. 1. q. 1. art. 1. & Caie-*
B *tan. super 3. par. D. Thoma q. 60. art. 6.* quorum sententiam superius relatam, iuxta hanc secundam Sacramenti acceptionem interpretor.

CAPVT IV.

C
An si minister fecerit mutationem in forma Sacramentorum, cum animo introducendi errorem in Ecclesia verum conficiat Sacramentum.

IN superioribus iam fusè tractauimus de materia, & forma Sacramentorum, sed quia in ipsa forma frequenter contingit aliqua immutatio fieri, idcir-
D co congruè queritur, an si minister fecerit aliquam mutationem in forma Sacramentorum cum animo introducendi errorem in Ecclesia, verum conficiat Sacramentum. Respondeo, quod si contigerit habere animum introducēdi aliquem peculiarem errorem, sed tamen habeat intentionem faciendi id, quod facit Ecclesia vera, & id quod fecit Christus, verè conficit Sacramētum.
Durandus Ita docent *Durandus in 4. sentent. dist. 3.*
Paludanus *q. 2. n. 4. Paludanus q. 1. num. 15. Ledesma*
E *in 1. par. 4. q. 1. art. 7. Ioseph Angles de*
Ledesma. *Sacramentis q. 1. art. 3. diffic. 2. Vazquez*
Angles. *super 3. par. D. Thoma q. 60. ar. 8. disput.*
Vazquez. *129. art 6.* Item potest in fauorem huius
Bonauent. sententiæ adduci *D. Bonauentura, &*
Alex. Alē. *Alexander Alensis,* quos refert *Vazquez*
Suarez. *loc. cit.* Et ratio est, quia, etiam Græci mutant formam, quam Ecclesia latina vtitur tam circa Sacramentum baptismi, quam circa Sacramentum pœnitentiæ, & habent animum introducendi errorem, & tamen verum conficiunt Sa- F
cramentum, quemadmodum omnes Doctores Latini concedunt, ergo similiter dicendum est de quocunq; latino, qui hunc animum peruersum habeat. Hanc eandem opinionem tenet *Suarez super 3. part. D. Thomæ q. 60. art. 8. disput. 2. sect. 3.* qui dicit eam valde esse communem apud Theologos.

Quæro secundo an si addatur aliquid formæ tāquam necessarium, quod re vera non est necessarium, volens per hoc, minister introducere nouum ritũ, G
& errorem in Ecclesia, vtrum conficiat Sacramentum. Respondeo quod si non habuit intentionem faciendi id quod facit Ecclesia vera, & quod fecit Christus, vtiq; non potest confici Sacramentum. Ita docent *D. Antoninus 3. par. tit.* D. Anton.
14. cap. 13. §. 3. Riccardus in 4. sent. dist. 3. Ricchard.
art. 2. q. 3. Aliacensis in 4. q. 2. art. 1. §. 3. Aliacensis.
regula, Adrianus in 4. q. 2. de Baptismo Adrianus.
§. ad videndum, vers. sed difficultas est. Vazquez.
Vazquez super 3. part. D. Thoma q. 60. S. Thomas
art. 8. disput. 129. cap. 6. Item à quibusdā H
recentioribus in fauorem huius sententiæ citantur *D. Thomas in 3. part. q. 60.* Bonauent.
art. 8. & in 4. sentent. dist. 3. q. 1. art. 2. q. 3. Alex. Alē.
Bonauentura dist. 3. art. 2. q. 3. Alexander Alensis 4. par. q. 13. memb. 3. art. 3. in antiquiori impressione, in recentiori autem est. *q. 8. membr. 3. art. 3. §. 3.*

Quæro tertio an si mutatio fiat circa corruptionem verborum, veluti si quis dicat *Ego te baptizo in nomine Patrias, & Filias, & Spiritus sanctias,* verum cōficiatur Sacramentum. Respondeo, & dico primo, quod quandocunq; mutatio formæ non est essentialis, sed tātum accidentalis quatenus destruere haud possit ipsam formam Sacramenti, & tūc absque dubio, verum conficitur Sacramentum. Hoc profectò colligitur ex

An corruptio verborũ formæ irritet Sacramentum. I

epistol. 1. Zacharia Papa ad Bonifacium, Zach. Pap.
& habetur in *cap. retulerunt de consecra-* c. retulerũt
cion. dist. 3. vbi docet mutationem factā de consecr.
in forma baptismi à quodam imperito d. 3.
Sacerdote non irritasse Sacramentum, eo quod illa mutatio, non essentialis, K
sed accidentalis erat. Hoc pariter edocet *D. Augustinus lib. 6. de baptismo cap.* Augustin.
25. vbi ait, dummodo euangelica verba seruentur, sine quibus baptismus nihil valet, licet interdum per imperitiam aliquid ex errore misceatur, nihilominus perfici Sacramentum. Hoc etiam tenent *Pesantius super 3. part. D. Thomæ* Pesantius.
q. 60. art. 8. disputat. 4. Fillincc. in de Sa- Fillincc.
cramentis. Suarez disput. 2. sect. 4. & com- Suarez.

A muniter omnes Theologi, quemadmodum ipsemet *Suarez* ibidem testatur.

Dico secundo si quis Sacerdos ex imperitia proferat istam formam corruptam in baptismo, scilicet, *Ego te baptizo in nomine Patrias, & Filias, & Spiritus sanctias*, verum conficere Sacramentum; colligitur hoc ex *d. epist. Zacharia Papa. ex d. cap. retulerunt*, & ex allegatis Theologis, alijsq; communiter. Et ratio est quia quemadmodum dictum est, tūc non conficitur Sacramentum, quando

B videlicet mutatur aliquid, quod est substantiale Sacramento, sed hæc est mutatio tantum accidentaria; ergo &c. Non enim oportet quod verba illa idem significent, ac si non corrumperentur, sed sufficit, vt moraliter eundem sensum habeant ex ipsa corrupta prolatione.

S. Thomas Ita *D. Thomas. 3. part. q. 60. art. 7. ad 3.*
Sotus. *Sotus art. 7. 8. & Caietanus, atq; Pesantius*
Caietanus. *super d. ar. 7. D. Thomæ.* & alij.

Pesantius. Quæro quarto, an si mutatio fiat in
1. opinio. transpositione verborum, inualidet Sa-

C cramentum, veluti si quis dicret, *Ego te baptizo in nomine Filij, Patris, & Spiri-*
Alex. Al. *tus sancti. Amen.* Ad hoc respondet *Alexand. Alens.* & dicit, quod non conficit,
2. opinio. eo quod mutatio sit substantialis. Sed oppositum est verius atq; probabilius, quod s. faciens hanc transpositionem personarum, verè conficit Sacramētum.
S. Thomas Colligitur ex *D. Thoma 3. par. q. 60. ar. 8.* vbi dicit, quod considerari debet in mutationibus circa formam Sacramenti, vtrum per talem mutationem debi-

D tus sensus verborum mutetur, sed hic non mutatur: ergo &c. Hoc idem tenēt
Benauent. *D. Bonauentura dist. 3. q. 3. Scotus, Du-*
Scotus. *randus, Sotus, Gabriel*, quos refert, & se-
Durandus quitur *Alexander Pesantius super d. ar. 8.*
Sotus. *D. Thomæ disput. 4.* Et ratio est, quia
Gabriel. quemadmodum diximus hic non mu-
Pesantius. tatur debitus sensus verborum, quatenus omnes tres personas diuinas hic inuocari moraliter non intelligatur; sed est quædam versio ordinis, dum non

E datur primus locus personæ Patris, quæ est in sancta Trinitate prior, non tempore, sed origine, & à qua ceteræ duæ personæ emanant. Quæ videlicet ordinis versio non officit substantiæ Sacramenti, quia debitus sensus verborum moraliter potest intelligi, imo apud viros doctos nullum dubium posset generare, quia hoc ipsum quod Patrem audiunt, naturali ratione instructi, cum esse quoàd originem in Trinitate priorem filio percipiunt.

Quæro quinto, an si in forma Sacramenti fiat aliqua additio verborum in ipsis personis diuinis, fiat Sacramētum. F
Respondeo, & dico, quod conficiatur, veluti si quis dicat *Ego te baptizo in nomine Dei Patris omnipotentis, & Filij eius Vnigeniti, & Spiritus sancti Paracliti. Amen.* Hoc apertis verbis docet *D. Thomas in d. art. 8. in corpore, & Sua-* S. Thom.
rez disput. 2. sect. 4. & Fillincius de Sa- Suar.
crament. in communi tract. 1. cap. 4. num. 65. Similiter dicendum est si post prolationem formæ addatur, & Beata Vir- G
go Maria te adiuuet. *S. Thomas loc. cit.* S. Thom.
Lege de hoc, & similibus erroribus, siue Suar.
mutationibus *Suarez disp. 2. sect. 4. & 5.* Pesant.
per totum, Pesantiū super d. art. 8. D. Tho- Filliuc.
mæ disput. 2. Filliuccium de Sacrament. Vazq.
tract. 1. cap. 4. & 5. Vazquez super d. ar. 8. Caiet.
D. Thomæ, Caietanum, & alios sectatores D. Thomæ ibidem.

CAPVT V.

H

Dissoluuntur alia dubia, quæ in mutatione formæ cōtingere possunt.

Ex varijs mutationibus, quæ in prolatione formæ sacramentorum occurrere possunt, varia dubia exoriuntur quorum nonnulla in præcedenti capit. dissoluimus, sed quia multa alia adhuc remanent, idcirco opus est, vt in præ- I
senti cap. ea breuiter resoluamus. Sed ante omnia nota doctrinam, *Vincentij Filliuc. qui in tract. cap. de Sacramentis* Filliuc.
in comuni cap. 4. num. 63. dicit, octo modis posse fieri mutationem in forma, verborum. Prima mutatio est idioma- Enumerātur octo
tis, vt ex latino in Hæbraicum, in Græcum, vel in aliam extraneam linguam. mutationes, quæ in
Secunda synonimorum intra idem idioma. Tertia est transpositio verborum forma fieri
vt si vnum verbum, quod dici debet an- possunt.
te, dicatur postea. Quarta est, interpel- K
latio, veluti si quis medietatem verborum proferat, & aliqua mora interiecta, proferat reliqua verba. Quinta quando, aliquod verbum subtrahit, vt in forma Eucharistiæ particulam (enim). Septima quando male pronunciantur, siue sit ex imperitia, siue ex defectu naturali Sacrdotis. Octaua est mutatio in signa, & nutus. Quæ omnes mutationes ferè continētur in his duobus carminibus.

Nil

A *Nil formæ demas nil ponas, nil variabis*
Transmutare caue, corrumpere verba morari.

Quæro igitur primo. An si minister faciat mutationem aliquid addendo formæ Sacramentorum, veluti si dicat in baptismo, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & B. Mariæ Virginis*; verum conficiat Sacramentum. Respondeo, &

Dico primo, quod si minister haberet B intentionem, illam additionem apponere, ac si esset necessaria ad consecrationem baptismi, quemadmodum est necessaria cuiuscuoque personæ diuinæ inuocatio, & tunc nullum est Sacramentum. *S. Thomas* *Filliucc.* Ita *D. Thomas 3. par. q. 60. art. 8. & Filliuccius loc. cit.* Et ratio est illa quam idem D. Thomas adducit, quia (inquit) talis scelus esset contrarius veræ fidei, & per consequens tolleret veritatem Sacramenti. Item hanc nostram sententiam approbat illud *Apostoli 1. ad Corinth. 1.* *1. Corin. 1.* C vbi habetur, *Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis?* Ac si apertè diceret, aliud nomen in confectione baptismi inuocatur, quam illius diuinæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ex cuius potentia, virtutem habet hoc Sacramentum, vt homines regeneret, quatenus quos filios iræ inuenit, filios Dei efficiat.

Dico secundo si minister intẽtionem habet per inuocationẽ nominis B. Ma- D riæ Virginis, non aliud operari, quam eius intercessionem obtinere, quatenus ipsa quæ est mater pietatis, apud diuinã clementiam impetrare dignetur, vt gratia baptismalis in baptizato semper cõseruetur, & tunc validum est Sacramentum. *S. Thomas* Ita docet *D. Thomas in d. art. 8.* Et ratio est, quia per hoc non attenditur, quasi si nomen B. Virginis aliquid operetur in Baptismo, quemadmodum inuocatio nominis Trinitatis, sed vt eius intercessio prosit baptizato ad conser- E uandam gratiam baptismalem, vnde perfectio Sacramenti non tollitur.

Quæro secundo. An si quis conferendo baptismum hanc formam proferat; *Ego te baptizo in nomine Genitoris, geniti*, & Paracleti; verum conficiat sacramentum, Respondeo, & dico, quod *Quæ nam sit mutatio substantialis.* verè conficit sacramentum. Et ratio est, quia mutatio accidentalis non inualidat baptismum, sed tantum mutatio substantialis. Illa autem est mutatio substantialis (iuxta sententiam D. F *Thomæ d. ar. 8. Scoti in 4. d. 3. q. 2. Gabriel. q. 1. Suarez disput. 2. sect. 4. & aliorum,*) *S. Thomas* *Scotus.* *Gabriel.* *Suarez.* quæ variat sensum verborum formæ sacramentalis, illa autem est accidentalis, quæ hunc sensum minimè variat; sed hic non variatur sensus, quia videlicet hæ voces sunt synonimæ ità vt idem significent, ergo &c. Ita docet *Suarez d. disp. 2. sect. 4. vers. secunda mutatio.*

Quæro tertiò. An si dicatur Ego te *baptizo in nomine Trinitatis*, valeat ad constituendum Sacramentum. Respon G deo, & dico primo hanc formam non esse sufficientem ad constituendum Sacramentum. Et ratio est, quia est mutatio substantialis, nam in tantum est accidentalis, in quantum voces quamuis mutentur tamen eamdem significationem distinctè habent. Sed in hoc casu sensus verborum non esset distinctus, sed confusus, ergo non perficitur sacramentum. Ita *Suarez d. disp. 2. sect. 4. & colligitur ex Soto, quem ipsemet Suarez* *Suarez.* *Sotus.* citat, & sequitur. H

Dico secundo, Idem dicendum est, si Minister mutationem efficiat, per voces obscuras, & communiter ignotas, quia tunc non esset significatio distincta, sed confusa, vnde esset mutatio substantialis, & per consequens irritum faceret sacramentum. *Sotus, & Suarez loc. cit.* *Sotus.* *Suarez.*

Quæro quartò. An si mutatio fiat in forma per prætermissionem alicuius verbi, conficiatur Sacramentum. Respondeo, & dico primo, quod si per I talem omissionem, debitus sensus verborum non tolleretur, veluti si in Sacramento baptismi omitteretur illud verbum (ego) vel illud (Amen) aut in Eucharistia illud (enim) & tunc validũ est Sacramentum. Hoc apertè docet *Dydimus in lib. 2. de Spiritu sancto.* vbi ait *Dydimus.* *Si quis ità baptizare conetur, vt vnum de prædictis nominibus prætermittat (scilicet Patris, & Filij, & Spiritus sancti) sine perfectione baptizabit. Si autem subtrahatur aliquid, quod non sit de substantia* K *formæ, talis diminutio non tollit debitum sensum verborum, & per consequens nec sacramenti perfectionem.* Hoc idem tenent *D. Thomas 3. p. q. 60. art. 8. in corpore Ricchardus Marsilius* quos citat, & sequitur *Alexander Pesantius in comment. supra dictum art. D. Thomæ disput. 4.* vbi *S. Thomas* *Ricchar.* *Marsil.* *Pesant.* dicit hanc esse communem opinionem.

Dico secundo, contrarium esse si mutatio fiat in omissione alicuius personæ

A diuinę, vel illius verbi (baptizo) nam
tunc esset mututio quo ad substantialē
perfectionem sacramenti, & per conse-
Dydim. *S.Thom.*
quens non conficeretur, Ità *Dydimus,*
& D.Thomas locis cit. Si autem hæc no-
mina lingua balbutienti male proferan
tur, non hoc irritat Sacramentnm. Ve-
runtamen quicunq; hunc defectum na-
turalem habet, non debet sacros ordi-
nes suscipere. Si autem iam fuerit ordi
natus, verè consecrat, sed raro, & in
occulto cælebrare debet, nè scandalum
B & distractio astantibus detur. Si verò
sit parum balbutiens; tunc nullo modo
impedit; vnde absque vlla difficultate
potest sacros ordines suscipere, &
Paludanus *Fillinccius*
publicè cælebrare. *Ità Paludanus dist.*
3.q.1. Fillinccius de Sacrament. in com-
mun.tract.1.cap.4.num.68.

Quæro quinto an si mutatio fiat in
illo verbo (baptizo) quatenus prò eo,
aliud idem significans apponatur va-
leat Sacramentum, *Sotus dist.3. q. vnic.*
art.5.8. hunc casum recolens, dubium
se ostendit, vtrum conficiatur vel non
conficiatur Sacramentum. Sed ego opi-
C nor verè confici, veluti si quis dicat,
Ego tè immergo, in nomine Patris, &
Filij, & Spiritus sancti. Ameu. Idem est
si dicatur, Ego te abluo, cum idem signi
Suarez *Toletus.* *Pesantius.*
ficet. *Ità Suarez disput.2.sect.3. Toletus*
lib.2.cap.19. & Pesantius super 3.par.D.
Thomæ q.60.art.8. disput.4. Et quidem
de illo verbo (immergo) nulla prorsus
ambiguitas haberi potest, quia (quem-
admodum idem *Pesantius* notat *loc.cit.*)
nulla differentia datur inter (immergo)
& (baptizo) vnde in Græcia illi Chri-
stiani, antiquitatem huius verbi adhuc
D retinentes, in conferendis baptismati-
Ambrosius
bus, eo sæpè vtuntur. Item hoc verbo
vsum fuisse Ambrosium, nec nō & alios
antiquos Patres in collatione baptis-
mi, fertur.

Quæro sexto an si forma mutetur de
significatione actiua in passiuam, con-
ficiatur. Respondeo affirmatiuè. *Ita To-*
letus, & Suarez loc.citat. & alij. Et ratio
est, quia hæc mutatio; tunc esset substā-
E tialis (iuxta doctrinam *D.Thomæ q. 60.*
art.8.) quādo debitus sensus verborum
mutaretur, alioquin est accidentalis, sed
hic non mutatur sensus verborum, quia
idem significatur si dicatur Ego te bap-
tizo, ac Tu baptizeris. Adde, quod Græ-
ci vtuntur in baptismo hac significatio-
Durandus. *Paludan.* *Ledesma.*
ne passiua, & tamen verè conficere om-
nes concedunt vt *Durand. Palud. Le-*
desm. Bellarm. Angles Vasq. Alexand. F
Alens. Suar. & alij communiter, quos in
cap.4. huius lib. citauimus.
Bellarm. *Angles.* *Vazquez.* *Alensis.* *Suarez.*

CAPUT VI.

An qui prolabitur in mutationem materiæ, vel formæ possit ex ignoratia excusari,

G

MVlti siquidem errores, atq; defe-
ctus in administratione Sacra-
mentorum à Sacerdotibus commicti so
lent, sed quia in hac commissione, sine
omissione talis culpa adesse potest, vt
mortalis existat, idcirco, vt aliquā elu-
cidationem tribuamus interroganti-
bus, in præsenti cap. quæritur, Vtrum
qui in mutationem materiæ, vel formæ H
Sacramentorum prolabitur, semper
mortaliter peccet, vel ex ignorantia ali-
quando excusetur.

Antequam autem ad quæsitum quæ-
stionis respondeamus; præmictendum
est, quod ignorantia dupliciter distin-
guitur. Alia est enim ignorantia iuris,
& alia est ignorantia facti. Illa est iuris,
quando videlicet ignorat aliquod præ-
ceptum siue præcipiens, siue prohibens
à Deo, vel ab Ecclesia sibi impositum.
Quæ nam sit ignorātia iuris, & quæ facti.
Illa autem est facti, quando scilicet, ha- I
bet quis notitiam de præcepto siue po-
sitiuo, siue negatiuo sibi imposito, sed
illud transgreditur, quia exempli gratia
non agnoscit se operari contra tale
præceptum, vel si sit valde distractus, ad
hoc ex inaduertentia non attendat.
Exemplum habes quando quis distra-
hitur mentaliter in officio diuino, &
hanc suam distractionem non aduertit,
vel si quis inuoluntariè res carnales, &
lascivas cum delectatione recogitaret,
sed animo non aduerteret. K

Dico ergo primo, quod quando fit
in materia, vel in forma Sacramētorum
mutatio, & hæc prouenit ex ignorantia
iuris, & tunc regulariter loquendo sem-
per est peccatum mortale. Ita *Filliucc.* *Filliucc.*
de Sacramentis in commun. tract.1. cap.4.
n.69. Et ratio hæc est, quia regulariter
loquēdo huiusmodi ignorantia, inuin-
cibilis, & excusabilis esse non potest
Ignorātia iuris non excusat à mortali.
cum

A cum ad Sacerdotem pertineat ex officio scire omnia quę ad compositionem Sacramentorum necessario concurrere debent, nec non ea quæ ipsa sacramenta possunt inualidare; vnde ex huiusmodi ignorantia à peccato mortali minime excusatur. Verumtamen potest dari aliquis casus, vt etiam ex hac ignorantia excusetur, quemadmodum notat idem *Fillucc. loc. cit.*

Ignorãtia facti excusat. Dico secundo, quod si mutatio proueniat ex ignorantia facti, & tunc regulariter loquendo excusatur minister à B peccato mortali. Ita *Caietanus in summ. v. Missæ celebratio, & Fillucceius loc. cit.* *Caietanus. Fillucc.* Et ratio est, quia humana fragilitas maxima est, vnde quicunque minister, dato quod debitam diligentiam in administratione Sacramentorum adhibuerit, tamē præfatæ fragilitatis pondere grauatus, nonnunquam in imis noxiarum, & inutilium cogitationum deijcitur, vnde cum sit mentaliter distractus, facilius, accidere potest, vt aliquem defe- C ctum, siue errorem in administratione Sacramentorum perpetret, mutando scilicet materiam, vel formam. Vnde *Caietanus.* optime aduertit *Cardinalis Caietanus loc. cit.* non esse in nostra potestate, vt omnes f. cti circumstantias aduertamus vnde faciliter contingere potest, vt quis debita adhibita diligentia ex perturbatione, vel distractione aliquod verbum formæ omittere possit, vel in aqua consecrare, quem videlicet non peccare mortaliter cōstat, quia hoc ipsum quod D moralem diligētiam adhibuit ex inuincibili ignorantia facti excusatur.

Sed queres. An qui relicta forma consueta qua ordinariè vtitur Ecclesia, vtatur sufficienti, mortaliter peccet. Respondeo, &

Dico primo, quod si hoc procedit ex contemptu, vel grauē scandalum ex illa mutatione patiuntur astantes, tunc profectò mortale peccatum perpetrat. Ita *Ioseph Angles de Sacramentis q. t. art. 3. proposit. 1.* Si autem in baptismo, *Ego te* E *abluo*, vel dicat *Ego te baptizo in nomine Patris ingeniti, & Filij vnigeniti, & Spiritus sancti*, vel aliam similem mutationem facit, tunc certum est eum non peccare mortaliter. *Angles loc. cit.* Et ratio est, quia tunc mortale peccatum committitur, quando scilicet, vel contra charitatem Dei, vel charitatem proximi aliquid agitur, sed hic neutrique charitati contrauenitur, quia nimirum, præceptum diuinum non violatur, eo quod necessariam formam à Christo F institutam minister pronunciat, & quāuis aliquam mutationem faciat, tamen non officit substantiali rationi formæ. Nec etiam contra proximum peccat, quia videlicet verum Sacramentum ei ministrat.

Secus autem dicendum est, si mutatio fiat de forma, qua vtuntur latini in illam formam qua vtuntur Græci, quia tunc latinus consuetudinem suæ Ecclesiæ omittens quamuis conficeret Sacramentum, tamen peccaret mortaliter. Et G ita Græcus si baptizaret pronuncians formam Ecclesiæ latinæ. Est communis opinio.

Peccaret etiam mortaliter, qui particulam (enim) in Eucharistia omitteret, & similiter si hoc faceret in consecratione calicis. Ita *Fillucc. Angles*, & alij communiter, quos citabimus in suo proprio loco, quando videlicet de Sacramento Eucharistiæ agemus.

CAPVT VII. H

An sacramenta nouæ legis gratiam contineant.

HÆc quæstio ad refellendum hære- *Haretici hoc negāt.* ricorum errorem congruè post præcedentes ponitur cum enim permulti scelestes homines, hæresis scabie infecti, expressè negauerint, sacramenta nouæ legis, gratiam continere, nec I suscipientibus conferre; idcirco probandum est, quomodo legis Euangelicæ sacramenta veram gratiam, & contineant, & conferant.

Hic itaq; error Mesallianis præcipuè *Messaliani.* ascribitur, qui nimirum negarunt, nostra sacramenta talem habere virtutem, vt gratiā suscipientibus conferant. Expressius autē de sacramēto baptismi dixerūt, quod nullo modo sit, neq; necessariū, neq; vtile ad salutē; sed ijs qui à peccato originali emūdari vellēt plenè K sufficere solam orationem, Hoc totū testantur *Theodoretus lib. 4. hæreticār. fabular. circa finem, Euthym. 2. d. Panoplii tit. 21. post medium, & Damascenus in lib. de centum hæresib. propè finem.* Item hunc eūdem errorem generalius tenuisse Armenos referunt *Prateolus verb. Armeni Guido Carmelitan. & Suarez super 3. part. D. Thomæ quæst. 62. art. 4. disput. 7. sect. 2. in princip.* *Theodorē. Euthym. Damasc. Armeni. Prateol. Guido. Suarez.*

Sed

A Sed validius viguit, ac viget huiusmodi hæresis in his temporibus nostris nam permulti ex recentioribus hæreticis, quorum caput est Lutharus, tenent, ac docent, nouæ legis Sacramenta, gratiam minimè continere. Asserût enim sacramenta in tantum esse humanę saluti vtilia, in quantum fidem excitant in corde Christianorum, sed principaliter per hanc fidem volunt gratiã hominibus conferri non autem per sacramenta, ad quam excitandam, non

Lutharus.

B verbo consecratorio, sed verbo concionatorio vtuntur. Ita testantur *Bellarminus de Sacramentis lib.1.cap.21. Suarez super 3.par. D.Thomæ q.60.art.8.disput. 2. sect. 3. & Vazquez super d. art. 8. D.Thoma disput.129. cap.5.*

Bellarm. Suarez. Vazquez.

At fides catholica contrarium docet, ac tenet, nempè, legis nouæ sacramenta, gratiam continere, atq; conferre. Est de fide, nam in multis Concilijs, & præ-

C cipuè in *Florentino*, & *Tridentino*, hoc expresse definitum est. *Concilium enim Florent. sub Eugenio IV.* celebratum sic dicit, *Sacramenta nouæ legis continent gratiam, & eam dignè suscipientibus conferunt*. Ex quibus profectò colligitur, quod sacramenta nostra sint causa gratiæ. Et quod actu eam causet. Hoc idem habet *Concil. Tridentinum sess. 6. cap. 7. & sess.7.can.6.7.& 8.* Item *Concil. Mileuitan.cap.2. Concilium Arausican.2.can. 25. Concil.Senens.cap.10.* ac denique *in Concil. Niceno Constantinopol.* habentur, *Confiteor vnum baptisma in remissio-*

Con. Flor. Con. Trid. Con. Mile. Con. Aura. Con. Sene. Con. Const.

D *nem peccatorum*. Ex quo infertur per Sacramentum baptismi gratiam suscipiêtibus conferri, quia hoc ipsum, quod dicit per illud peccata remitti, affirmat pariter gratiam conferri, cum non detur peccatorum remissio absque gratiæ infusione, quemadmodum communis Theologorum fert opinio.

Probatur authoritate scripturæ.

Probatur autem hæc veritas primo ex sacra Scriptura, cuius authoritati hęretici contradicere minimè possunt. Et primo de baptismo dicitur *Ioan.5. Nisi*

E *quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu, non poterit intrare in Regnum cælorum*. Profectò ac si diceret. Est necessarium, vt homo iterum renascatur per lauacrum baptismi, cuius est tanta virtus, vt ipsum hominem à peccato originali emûdet, & spiritalem gratiam ei conferat, per quam dignus efficitur vitæ æternæ. Nô enim sine hac gratia peruenire potest homo ad illam gloriam cælestem, quia hæc est illa vestis nuptialis, qua intuens

Ioa.5.

quemdam hominem spoliatum paterfamilias, cum de nuptijs eiecit Hinc F prospicimus, quod qui hanc gratiam per Sacramentum baptismi non accipiunt, nullo modo in ianuam Regni cęlestis valent introire, quemadmodum in paganis, & infantibus absq; baptismo decedentibus hoc indubitatè credimus, & apertè confitemur. Vnde aptè dicitur, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu non poterit intrare in Regnum cęlorum*. Item ad *Ephes.5.* de baptismo dicitur, *Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ*. Ex quo loco scripturæ optimè deducitur, remissionem peccatorum per lauacrum baptismi suscipientibus conferri. Vnde *ad Tit.3.* idem Apostolus ait, *Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis*.

Ephes.5. G

Tit.3.

De Eucharistia autem dicitur *Ioan.6. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum*. Et iterum, *Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, & qui manducat hunc panem viuet in æternum*. Sed ad vitam æternam peruenire non H possumus, nisi mediante gratia Dei, quę illius beatissimæ vitæ nos dignos efficit, & tantum gloriæ datur hominibus beatis, quantum gratiæ in ipsis inuenitur; ergo per Eucharistiæ Sacramêtum, gratia suscipientibus confertur. De côfirmatione dicitur *Actorum 8. Per manuum impositionem dari Spiritum sanctũ*. De pęnitentia *Ioan.20. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis*. De extrema vnctione *Iacob.5. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent* I *super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit remittuntur ei*. De matrimonio autem habetur *Ephes.5.*

Ioa.6.

Actor.8.

Ioan.20.

Iacob.5.

Probatur secundo hæc veritas authoritate SS. Patrum, qui vnanimiter fatentur per sacramenta nouæ legis gratiam, & remissionem peccatorum hominibus dari. Hoc primo indicat *D. Ambrosius in lib.1.de sacramentis cap. 4.* vbi de baptismo sic ait. *Qui per hunc* K *fontem transit de terrenis ad cælestia, à peccato ad vitam, à culpa ad gratiam, ab inquinamento ad sanctificationem. Et cap. 5.* de eodem sacramento alloquens subiungit dicens; *Non aqua omnis sanat sed aqua sanat, quæ habet gratiam Christi, non sanat aqua, nisi prius Spiritus sanctus descenderit, & aquam illam consecrauerit. Et in lib. de Spiritu sancto cap.11.* ait *Per lauacrum regenerationis, & renouationis*

Probatur hęc veritas authoritate SS. Patrum.

S.Ambros.

Spiritus

Baptismus est lauacrũ quo anima abluitur à sordibus peccatorũ.

A *Spiritus sancti, spem vitæ accipimus æternæ. Basilius in lib. de Spiritusancto c.15.* docet per baptismi lauacrum animam baptizati depurgari. *Idem in homil. de baptism.* inquit *per baptismum Christi, Spiritum sanctum conferri, quem Ioannis baptisma non conferebat. Et in lib. de Spiritusancto cap.15.* dicit non aquam, vt elementum est homines emundare, sed vt sacramentum est, vbi Spiritus sanctus præsentialiter assistens, gratiam bapti-
B zatis confert, qua conscientia purificatur. *Si quæ (inquit) est gratia in aqua non est ex ipsius aquæ natura, sed ex Spiritus præsentia, non enim baptismus est depositio sordium corporis, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum. Augustinus* autem ait de hoc sacramento baptismi, *in tract. 20. super Euangel. Ioan. tom. 9. Vnde tanta vis aquæ vt corpus tangat, & cor abluat? Et in lib. 1. contra duas epistol. Pelagian. cap. 3.* ait, *Baptismum facere nouos homines, &*
C *omnia peccata delere.*

Quod sacramenta dent gratiam docēt SS. Patres Ambrosius Basilius Augustin. Clemens. Alex. Iustinus. Chrisastomus.

Hoc idem docet *in lib. 2. de gratia Christi, & peccato origin. cap. 32. & in lib. 19. contra Faust. cap. 3. & in enarrat. Psal. 73. in principio.*

Hoc idem significat *Clemens Alexād. lib. 1. Pædagog. cap. 6.* vbi *de baptismo* ait, *esse, Gratiam, perfectionem, illuminationē, & lauacrum per quod peccata abstergimus. Chrysostomus autē in homil. de Neophyt. & homil. ad baptizatos, nec non & Iustinus Martyr q. 56. ad Orthodoxas)* dicunt baptismum multa bona baptizatis
D conferre. *S. Leo Papa in serm. de natiuit. Domin.* de baptismi Sacramento loquēs ait, *Omni homini renascenti baptismus est instar vteri virginalis eodem Spiritu sancto repleute fontem, qui repleuit, & Virginem vt peccatum quod ibi euacuauit sacra conceptio, hic soluat absolutio.* Hoc idem reperit *in serm. 5.* vbi plura de eodem Sacramento dicens postmodum adiungit, *Virtus altissimi, quæ fecit, vt Maria pareret Saluatorem, facit vt regeneret vnda credentem. Venerabilis Beda,* idem significat in *homil. Euangel. octau. Episau.* dum ait quod *Dominus tactu sua mundissimæ carnis vim regeneratiuam contulit aquis. Tertullianus in lib. de baptismo c. 1.* dicit, *Nonne mirandum lauacro mortem dilui?* Per mortem autem peccatum intelligit. *Et idem cap. 4.* illa verba *Genes. 1.* exponens, *Et spiritus Domini ferebatur super aquas,* ait, *Sanctificata natura aquarum, & ipsa sanctificare capit, superuenit enim statim spiritus de cælis, & aquis superest sanctificans eas de semetipso, & ita* F
sanctificatæ vim sanctificandi combibunt.

S. Leo Beda Tertullian Bernardus HugoVict. Gaudētius Optatus Hylarius Lactantius E

D. Bernardus, autem dilucidius docuit per Sacramenta nouæ legis, gratiā fidelibus conferri, nam *in serm. de cœna Domin.* tradit propter hunc finem fuisse Sacramenta diuinitus instituta, *Vt inuisibilis gratia* (inquit) *visibili signo præstaretur.* Et inferius edocet, Ipsum Sacramentum hanc gratiam operari. *Hugo de S. Victore* D. Bernardi sententiæ adhærens, *in lib. de Sacram. p. 19. cap. 1.* dicit, quod *Sacramentum ex sanctificatione inuisibilem gratiam continet. Gaudentius* G
tract. 2. in Exod. de Sacramentorum dignitate alloquens, ait Sacramentis suis Christum inesse, ex quo habent virtutē semper permanentem. *Adest* (inquit) *Sacramentis suis Christus, cuius virtus inæstimabilis permanet in omnia sæcula. Optatus lib. 5. contra Parmenian.* apertè dicit, Baptisma Christianorum Trinitate consecratum, gratiam conferre. Ac deniq; *D. Hylarius in psal. 65. & Lactantius lib. 3. cap. 26. & lib. 7. cap. 5.* clarissimè docent, per Baptismi Sacramentum, H
omnia hominis peccata aboleri, ipsūq; plenè, atq; perfectè purificari. Idem tradunt *D. Gregorius lib. 9. epist. 39. Cyprianus sermon. de ablut. ped. & sermon. de cœna Domin. & epist. 62. & 76. & lib. 2. ad Quirin. cap. 61. & Hyeronimus lib. 3. contra Pelag. in princip. Et Gregor. Nazianz. in orat. 40.* dicit, Baptismum esse lauacrum quia abluit, & sigillum, quia significat dominationem. Et iterum *Bernardus in serm. de cœna Domini* tradit, Sacramentis nouæ legis, diuersas gratiarum I
diuisiones fuisse diuinitus traditas. *Sicut* (inquit) *inuestitur Canonicus per librū Abbas per baculum, Episcopus per annulum, sic diuisiones gratiarum diuersæ traditæ sunt Sacramentis.* Ac tādem *D. Augustinus in lib. 19. contra Faustum,* qui continetur *in 6 tom. suorum operum,* docet in nostris Sacramentis virtutem diuinam semper manere, quæ ipsis vtitur ad causandam in hominibus gratiam. *Hæc omnia scilicet sacramentalia* (inquit) K
fiunt, & transeunt, virtus tamen scilicet Dei, quæ per ista operatur, iugiter manet.

Gregorius. Cyprianus Hieronym Nazianz. Bernardus Augustin.

S. Thomas autem *in 3. par. q. 62. art. 3.* in sacramentis nouæ legis veram gratiam contineri, his docet verbis. *Multipliciter (inquit) aliquid dicitur esse in alio inter quos dupplici modo gratia est in Sacramentis. Vno modo sicut in signo, nam Sacramentum est signum gratiæ. Alio modo sicut in causa nam Sacramentum nouæ legis*

S. Thomas

A *legis est instrumentalis gratiæ causa. Unde gratia est in Sacramento noua legis non quidem secundum similitudinem speciei, sicut effectus est in causa vniuoca, neq; etiam secundum aliquam formam propriam, & permanentẽ, & proportionatam ad talem effectum, sicut sunt effectus in causis nõ vniuocis, puta res generatæ in sole. Sed secundum quamdam instrumentalem virtutem, quæ est fluens, & incõpleta in esse natura.*

B Item hanc fidei veritatem, comprobant atq; defendunt communiter Theologi, vnanimiter affirmantes sacramenta nouæ legis, veram gratiam continere, eamq; dignè suscipientibus conferre. *Ita D. Thomas d.q.62.art.1.2.3. & 4. Bonauentura in 4.sent.d.1.q.4.2.par. Scotus dist.1.q.4. Ricchardus art. 4.q.1. Durandus q.4. Castr. verb. Bapt. hæres.3. Gabriel d.1.q.1. Cano. in prælection. de Sccrament. in gener. 4. par. Alexander Al. q.8. memb.3.art.5. & q.19. memb.2. Sotus dist. 1.q.3.art.14. Anglef.q.3. art.1. Capreolus q.1.art.1. Paludanus q.1. Suarez disput. 7. sect.1. Sotus, Caietanus, Aureol. Marsilius, Argentina, Victor. Dyonisius Carthusian. in 4.sent.dist.1.*

D. Thom. Bonauent. Scotus. Ricchard. Durandus Castr. Gabriel Cano Alexandr. Al. Sotus Angles. Paludanus Caietanus. Aureolus. Capreolus Suarez, Marsilius. Argentina Victor. Dionys. Carth.

C Probatur deniq; hæc veritas permultis rationibus. Primo certum est fuisse à Christo aliqua sacramenta instituta ad hominum salutem, vt in superioribus satis probauimus, sed hæc frustrà fuissent instituta nisi per ipsa, gratia cõferretur, per quam peccata delentur: ergo nostra sacramenta, veram gratiam, & continent, & conferunt.

Probatur rationibus. 1. ratio.

2. ratio Secundò, Nemo dubitare potest in veteri lege aliqua sacramenta fuisse, D quæ nimirum quò ad perfectionem, & dignitatem, erant his nostris longè inferiora, quemadmodum definiuit *Concilium Florentinum, & Concil. Trident. sess.7.* dicens, *Qui dixerit noua legis sacramenta non differre, nisi quia cæremonia sunt aliæ, & alij ritus externi, Anathema sit*; Sed hæc perfectionis, & dignitatis differentia in hoc principaliter consistit, quia illa tãtũ dabãt gratiã ex opere operãtis (vt superius pbanimus) E hęc nostra verò dant gratiã, & ex opere operato, & ex opere operãtis, ergo &c.

3. ratio. Tertiò. Necessarium fuit, vt excellentia, atque magnitudo meritorum Christi, per aliqua sensibilia signa, sensibilibus hominibus ostenderetur, atque prout necessitas exigit conferretur, nam propter humanam salutem, Christus mortuus est, sed hoc optimè factum est per nostra sacramenta, quæ virtutem habent ex passione Christi ad purificandos, & sanctificandos homines, ergo in ipsis aliqua gratia continetur, quæ F homines purificantur. Quarto. Ad diuinam misericordiam, & charitatem pertinet, vt hominibus peccantibus det remedium salutis, quo adiuti, de peccato resurgere possint ad gratiam, sed hoc fieri non potest sine speciali gratiæ diuinæ auxilio, quæ sub tegumento rerum sensibilium secretius operetur, ergo Ecclesia catholica aliqua sacramenta habet, hanc gratiam continentia, & G conferentia.

4. ratio.

CAPVT VIII.

Quæritur quam gratiam Sacramenta noua legis conferant.

IAm in præcedenti cap. sufficienter H probatum fuisse opinor, quod nouæ legis sacramenta, veram gratiã suscipientibus conferunt, sed quia quis interrogare posset, quęnam sit ista gratia, an ex opere operantis, vel ex opere operato, an gratia prima, vel eius augmentum; idcirco hanc quæstionem hic dissoluendam aggredimur, in qua quæritur, quàm gratiam nostra sacramenta suscipientibus conferant. Respondeo, & dico primo. Quod si quæratur, an conferant hanc gratiam ex opere operantis, & hoc certum est talem gratiam per ea dari, nam non sunt mino- I ris, dignitatis, & perfectionis hæc nostra sacramenta, quam illa veteris legis, sed illa poterant hanc dare; quatenus minister per intensiorem fidem Christi venturi ad hanc disponebatur, quemadmodum docet *D. Thomas in 1. 2. q. 103. art.2. & in 3.p.q. 62. art. vlt. Scotus dist.1.q.6. Angles q.3. art.vlt. conclus.1. de Sacramen. in gener. Bonacina, & alij* quos ipse citat *de Sacrament. in gener. disp. 1. pun.4.* ergo & nostra sacramenta, cum K sint illis perfectiora, atq; digniora, multo magis hanc gratiam possunt dignè suscipientibus conferre.

Dant gratiam ex opere operantis.

S. Thom. as Scotus. Angles. Bonacina.

Dico secundo, si autem loquamur; an nostra sacramenta dent gratiam ex opere operato, & hoc pariter certissimum est imò est de fide. Probatur ex *Concil. Florentino sub Eugenio IV. celebrato, vbi sic habetur. Noua legis septem*

Dant etiam gratiam ex opere operato.

sunt

A *sunt sacramenta, quæ multum differunt à*
sacramentis veteris legis, illa enim non
conferebant gratiam, hæc autem nostra, &
continent gratiam, & eam dignè suscipien
Concil. Fl. *tibus conferunt.* Vbi loquitur Conci-
lium de gratia ex opere operato, quam
tribuere, est specialis effectus nostrorũ
Sacramentorum nam gratiam ex opere
operantis, etiam illa antiqua poterant
conferre, vt paulo antea ex præallega-
tis Theologis probauimus. Tum etiam
Concil. Tr. colligitur *ex Concil.* Trident. *sess. 7. can. 2*
vbi habetur, *Qui dixerit nouæ legis sa-*
cramenta ab antiquę legis sacramentis nõ
B *differre, nisi quia caremoniæ sunt aliæ, &*
alij ritus externi Anathema sit. Quibus
profectò verbis *Concil. Trid.* hanc dif-
ferentiam principaliter constituere in-
tendit inter vetera, & noua sacramen-
ta, quia illa non poterant gratiam ex
opere operato conferre; hæc autem, &
continent, & conferunt.

Dico tertiò, quod si quæratur, an
per sacramenta nouæ legis gratia ha-
bitualis non ponentibus obicem con-
C feratur, siue sit prima gratia, siue secun-
da; & hoc in sequenti quæstione decla-
rabitur, sed antequam aliquam conclu
Quæ sit gratia habitualis. sionem efficiamus præmittendum est,
quod gratia habitualis, Est donum
quoddam supernaturale, quo efficimur
Deo grati, quod donum est qualitas
quædam inhærens in anima per quam
fit iusta coram Deo ideoq; vita æterna
Filliucc. digna Ita *Filliucc. tract. 1. cap. 6. num. 1.*

Quæro igitur secundo, an sacramen
ta nouæ legis semper hanc gratiam ha-
bitualem, siue primam, siue secundam,
D dignè suscipientibus conferant. Respon
deo, & dico primo, quod si intelliga-
mus, nunc gratiam habitualem in ab-
stracto quatenus sub hoc nomine gene-
rico, & prima, & secunda gratia, idest
augmentum primæ comprehendatur,
& respondeo, quod semper hæc confer
tur per sacramenta dummodo susci-
pientes, nullum obicem ponant. Hæc
conclusio est de fide quemadmodum
E *Suarez disput. 3. sect. 2. & Filliuccius de*
Suarez, *sacram. tract. 1. cap. 4.* testantur.

Filliucc. Probatur primo, hæc veritas *ex Con-*
Concil. Fl. *cil. Florentino* sæpè in superioribus ci-
Concil. Tr. tato, *ex Concil. Trident. sess. 7. can. 7.* vbi
sic habetur. *Si quis dixerit non dari gra-*
tiam per huiusmodi Sacramenta semper,
& omnibus quantum est ex parte Dei, sed
aliquando, & aliquibus, etiam si ritè eam
suscipiant, Anathema sit. Item proba-
tur *ex Concil. Nitano, Concil. Milenita-* F
no, & Concil. Arausicano.

Probatur secundo, ex Sacra scriptu-
ra, nam de Sacramento baptismi dici-
tur *Ephæs. 5. Christus dilexit Ecclesiam,* Ephes. 5.
& seipsum tradidit pro ea, vt illam san-
ctificaret mundans eam lauacro aquæ in
verbo vitæ. De Confirmatione. *Actor.* Actor. 8.
8. *Per manuum impositionem dabatur Spi*
ritus sanctus, De pœnitentia *Ioann. 20.* Ioan. 20.
Quorum remiseritis peccata remittuntur
eis. De Eucharistia *Ioan. 9. Qui man-* Ioan. 9.
ducat hunc panem &c. De extrema Vn-
ctione *Iacob. 5. Oratio fidei saluabit in-* Iacob. 5.
firmum, & alleuabit eum Dominus, & G
si in peccatis sit, remittuntur ei. Vbi ora-
tio pro forma huius sacramenti accipi- 2. Tim. 2.
tur. De Ordine 2. *Timoth. 1. Vt resusci-*
tes gratiam, quæ est in te per impositionem
&c. De Matrimonio *Ephes. 5. Sacramen* Ephes. 5.
tum hoc magnum est. Insuper hæc veri-
tas definita est *in cap. quod autem, cap.*
filius rap. per aquam, & cap. nunquam de
consecrat. distinct. 4.

Probatur tertiò, ex communi Theo-
logorum consensu, atque Sanctorum
Patrum, qui vnanimiter fatentur per
Sacramenta nouæ legis aliquam gratiã H
sanctificantem dari, quemadmodum
referunt *Suarez. & Filliuccius locis cit.* Suarez,
& probat *Bellarminus lib. 2. de Sacra-* Filliucc.
men. cap. 1. Ad quod profectò in ican- Bellarm.
dum faciliter fieri potest inductio, quia
tam Baptismus, quam Pœnitentia non
possent peccatum originale, siue actua-
le delere, nisi gratiam simul conferrent,
quemadmodum communiter docent
Theologi. Confirmatio autem hoc ip-
sum, quod Spiritum sanctum dat, vt
Actor. 8. dat etiam, & gratiam. Eu-
charistia verò, quia charitatis feruorẽ
magis accendit, ipsamq; charitatem spi- I
ritualiter nutrit, atque animam nostrã
Christo per amorem connectit, neces-
sarium est, vt aliquam gratiam confe-
rat. De Ordine Sacro, quia ordinato,
dat quodam speciale auxilium, vt Sa-
cramenta dignè possit administrare, in-
dubitanter deducitur, per illum aliquã
gratiam ordinato tribui, qua adiutus
suum officium dignè exercere valeat.
Et similiter dicendum est de cæteris sa-
cramentis. Nam quemadmodum do-
cet Suarez omnia Sacramenta sunt in- K
stituta ad sanctificandos homines, sed
hæc sanctificatio non potest fieri sine
infusione gratiæ diuinæ, quia quemad-
modum superius diximus, ipsa gratia

A facit atque operatur, vt simus insti, & sancti coram *Deo*, atque digni vita æterna. Quod autem Sacramenta aliquam sanctitatem conferant, probant communiter Theologi, vt *Magister sentent. in 4. sentent. dist. 1. Hugo Victor. in summa sententiarum tract. 4. cap. 1. & lib. 1. de Sacramentis p. 9. cap. 1. Gregorius in c. multi 1. q. 1. Isidorus lib. 6. Ethymolog. c. 14. Rabanus lib. 1. de institution. Clericor. cap. 24.* & desumitur ex *Augustino 10. de Trinit. cap. 1. & q. 84. in Leuit. & lib. 19. contra Faustum cap. 11.* Ac denique ex professo probat *Suarez in comment. super 3. p. D. Thom. q. 60. art. 3. disputat. 1. sect. 2. Filliuccius de sacramentis in comun. tract. 1. & cap. 6. & alij.* Ergo nostra sacramenta veram gratiam suscipientibus conferunt.

Magist. sē. Hugo Vict. Gregor. Isidor. Raban. August. Suarez. Fillince.

B

Dico secundò, Aliqua Sacramenta ex sua institutione primam gratiā conferre, & peccatum delere. Probatur, Nā Sacramentum baptismi, & Sacramentum pænitentiæ principaliter sunt instituta ad delendum peccatum originale, vel actuale post baptismum comissum, sed hæc peccata remicti nō possunt nisi per gratiam primam; ergo &c. *Suarez dispnt. 7. sect. 2. Bonacina de Sacramentis in gener. disput. 1. quæst. 4. punct. 2. proposit. vnica.* Confirmatur. Quia regulariter loquendo hæc duo Sacramenta aliam gratiam in homine permanentem non præsupponunt; sed gratia secunda, siue augmentum gratiæ non datur nisi quando præsupponitur prima, quam videlicet ipsa secunda auget, ergo eum non præsupponatur adesse primam gratiam in suscipientibus baptismum, & pænitentiam, necessarium est vt eis prima conferatur per quam disponuntur, ad recipiendum eius augmentum. Dixi (regulariter loquendo) nā contingere potest vt per pænitētiā quādoq; gratia secunda conferatur, veluti si quis in mortali peccato existens, antequā ad confessionem accedat habeat verā contritionem de illo cum proposito confitendi, quia tunc remissionē peccati, & primā gratiā profecto reciperet, ac deinde per integrā pænitētiā inclusa confessione, & satisfactione, secundam gratiam, idest augmentum primæ reciperet.

C

Baptismus & pœnitentia conferunt primā gratiam nō habentibus

Suarez. Bonacina.

D

Argumentum habentibus

E

Item si quis pęnitentiæ sacramentum susciperet nullum habens peccatum mortale, sed solum aliqua venialia, tunc enim quia prima gratia præsupponitur existens in pænitente, secundā gratiam idest augmentum primæ consequitur. Lege de hoc *Bonacin. loc. cit.* F

Bonacina

Dico tertiò, aliqua sacramenta non posse primam gratiam conferre ex sua institutione, aut peccatum mortiferum abolere. Probatur discurrendo per singula sacramenta, ex quibus vera inductio fieri potest. Eucharistiæ enim Sacramentum principaliter est institutum, vt charitatem nutriat & eius feruorem exciter, & augeat, ergo præsupponitur quod in suscipiente sit prima gratia, quæ augeri debeat, atque nutriri. Alioqnin si absque hac prima gratia, ad Eucharistię susceptionem accederet non solum non reciperet augmentum, sed & magnum sacrilegium committeret, iuxta illud Apostoli, *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, qui enim manducat, & bibit indignè iudicium sibi manducat, & bibit.* Confirmatio verò instituta est ad dandum Spiritus sancti robur, & augmentum, vnde colligitur, quod non fuerit instituta ad primam gratiam conferendam, sed ad augendam primam. Idem dicendum est pariter de alijs tribus Sacramentis nempè Extrema vnctione, Ordine sacro, & Matrimonio, cum enim hęc tria non fuerint instituta ad abolēdum peccatum originale, vel actuale, necessariò sequitur gratiam primam conferre non posse, ergo dant eius agmentum. *Ita Suarez disp. 7. & Bonacina, de sacrament. in gener. dispnt. 1. quæst. 4. part. 2. proposit. vnic.*

Alia sacramenta ex sua institutione nō cōferunt primam gratiam, sed secundam.

G

1. Cor. 11.

H

I

Suarez, Bonacina

Dico quarto, quod quamuis aliqua sacramenta ex sua institutione primam gratiam conferre non possint, neque peccatum mortale delere, tamen aliquando per accidens cōtingere potest, vt hoc faciant. *Sic D. Thomas 3. part. quæst. 99. ar. 8. Suarez disput. 7. sect. 4. & disput. 63. sect. 1. Henriquez cap. 12. num. 2. Reginaldus lib. 26. num. 45. Nugnez qu. 62. art. 1. difficult. 2. Victoria de Eucharistia cap. 8. dubio 1. Sotus, & alij communiter,* quos citat, & sequitur *Bonacina loco citato*, referens hanc esse communem opinionem. Et probatur hæc sententia, nam si quis existens in mortali peccato, bona fide tamen, Sacramentum Eucharistiæ, vel Extremæ Vnctionis susciperet, credens scilicet se esse in gratia cum verè non sit procul-

S. Thomas. Suarez. Henriquez. Reginald. Nugnez. Victoria. Chamerota Sotus

K

Bonacina. Aliquando per accidēs conferunt primam.

A culdubio recipit aliquam gratiam, quia videlicet ex parte sua in quantum potest nullum obicem voluntarium ponit, nè fructum percipere possit ex sacramenti susceptione, sacramenta autem nō ponentibus obicem semper gratiam conferunt, quemadmodum ex *Concilio Tridentino sess 7. can. 7.* colligitur, & probant *Suarez, S. Thomas, Vasquez, Bonacina, Filliuccius, & alij communiter.* Sed non potest dici, quod in hoc casu gratiam secundam, siue augmentum primæ conferant, quia cum

Concil. Tr
S. Thomas
Suarez.
Vasquez
Bonacina.
Filliuccius

B talis homo hac dispositione ad sacramentum accedat, verè est in pecato mortali, ergo non habet primam gratiam, ergo eius augmentum recipere non potest. Vnde dicendum est, quod primam gratiam recipjat, & peccati mortalis remissionem consequatur. Ita docent. DD. quos superius citauimus. Vide de hoc *Bonacin. loc. cit.*

Quero tertio quænam sit gratia ex opere operato, quam nostra sacramen-
C ta conferunt.

Respondeo, & dico primo. Duplicem esse modum, quo volunt Thologi gratiam posse obtineri, & colligitur ex *Concil. Tridentin. sess. 7.* Primo ex opere operantis, quando videlicet aliqua gratia datur propter meritum, & bonam dispositionem recipiētis, qui videlicet, aliquod opus bonum agit, per quod gratiam recipere promeretur. Exemplū habes si quis in mortali existens veram contritionem haberet cum dilectione Dei super omnia, tunc enim gratiam

Valentia.
Sayrus.
Doletus.
Reginald.
Coninchus.
Nugnez.
Bonacina.
Filliucc.
S. Thomas

D reciperet ex opere operantis. Secundo ex opere operato, quando scilicet ratione operis externi, & applicatione Sacramenti, absque merito recipientis aliqua gratia confertur. Ita *Valentia tom. 4. disput. 3. q. 3. punct. 1. Sayrus de Sacramentis lib. 5 cap. 1. art. 3. Toletus lib. 2. cap. 16. num. 7. Reginaldus lib. 26. nu. 46. Coninchus q. 62. art. 1. c. 3. & 4. dub. 1. & ibi Nugnez difficult. 1. Bonacina de Sacramentis in genere disput. 1. q. 4. punct 1. n. 1. Filliuccius de Sacramentis in comm.*
E *tract. 1. cap. 4. n. 94. & alij communiter cū S. Thoma.*

Dico secundo sacramenta nouæ legis, vtramque gratiam conferre posse, tam ex opere operantis, quàm ex opere operato. Probatur, quia hæc est præcipua differentia, quæ inter sacramenta legis veteris, & legis nouæ constituitur, quod scilicet illa antiqua solummodo date poterant gratiam ex opere ope-

Aliquando gratiam ex opere operantis, & ex opere operato.

F rantis quatenus homines iusti illis sacrificijs, & Sacramentis vtentes, de condigno illis actibus promeruisse coram Deo gratiæ augmentum, non autem ex opere operato quatenus nullo merito præcedente gratiam ex virtute illorum Sacramentorum consequi possent. Ita *D. Thomas 3. par. q. 62. art. 6. & in 4. dist. 1. q. 1. art. 1. & ibi Ricchardus, Scotus, Gabriel, Sotus,* & alij Theologi communiter, quos sequitur *Suarez disp. 10. sect. 3.* Nostra verò sacramenta, quia perfectiora sunt illis, vtramq; gratiam dignè su-
G scipientibus conferunt, & causant.

Dico tertio, quod accidere potest, vt per aliquod Sacramentum nouæ legis; tantum gratia ex opere operato conferatur. Nam si quis in gratia existens; sed malè preparatus, Eucharistiam susciperet, vtiq; ex opere operato gratiā acciperet, quæ nimirum non ponentibus obicem, semper conceditur, non autem ex opere operantis quia ipse per aliquem actum virtutis ad hanc recipiendam non cooperatur. Sed si in Sacramenti susceptione actum fidei, vel
H charitatis eliceret, vtique vtramq; gratiam reciperet. vnam ex virtute Sacramenti, & alteram ex merito virtutis.

Aliquando solum gratia ex operato.

CAPVT IX.

An Sacramenta ex passione Christi habeant virtutem efficiendi gratiam. I

QVæritur in præsenti cap. an nouæ legis sacramenta virtutem efficiendi gratiam, & passione Christi Iesu habeant. Et iam omni argumento prætermisso, quod in contrarium adduci posset, affirmatiuè respondeo. Est communis opinio Theologo-
rum. *D. Thomas 3. par. q. 62. art. 3. 4. & 5.* K
Alexander Alensis q. 8. membr. 3. art. 5. 5. 6. & 7. D. Bonauentura dist. 1 art. 1. q. 3. & dist. 3. q. 2. art. 1. Durandus dist. 1. q. 4. & 5. Scotus dist. 1. q. 5. & dist. 2. q. 1. Ricchardus dist. 1. q. 3. art. 4. Gabriel dist. 20. q. 1. art. 3. dub. 1. Ioseph Angles de Sacramentis q. 3. art. 4. Suarez super 3. part. D. Thoma q. 62. art. 4. disput. 9. sect. 2. & alij communiter.

S. Thomas.
Alexan,
Bonauen.
Durandus.
Scotus.
Ricchard.
Gabriel.
Angles.
Suarez.

Probatur, nam gratia nulli datur nisi propter merita passionis Christi, qua passione ipse Christus hanc gratiam

Glosa.

A nobis acquisiuit, ergo illa gratia, quam continent, & conferunt sacramenra, ex meritis passionis Christi verè emanat. *Glosa.* Secundo probatur ex *Glosa*, quæ super illud *Roman.*5. In similitudinem præuaricantis Adæ, dicit ex latere Christi dormientis, fluxisse sacramenta, per quę salnata est Ecclesia. Tertio Christus mortuus est in patibulo Crucis, passionisq; amaritudinem tolerauit, vt peccatum originale deleret, sed per Sacramentum baptismi hoc plene deletur, quia pro- B pter hanc causam hoc Sacramentum diuinitus institutum est; ergo sacramenta habent virtutem remittendi peccatũ, & per consequens conferendi gratiam, ex passione Christi. Quarto omnis qui mortaliter peccat, debitor Dei efficitur, *August.* quemadmodum *D. Augustinus in quadã homil.* edocet, & iuxta illud quod in oratione Dominica quotidie dicimus, *Et dimitte nobis debita nostra*; sed nemo potest hoc debitum satisfacere, qui in mortali peccato existit, quia eius C opera non sunt meritoria, & accepta Deo; ergo necessarium est, vt alia persona, cuiuscunque iniquitatis expers pro peccantibus satisfaciat. Sed Christus pro nobis omnibus peccatoribus, passionis suæ meritis satisfecit Deo Patri, ergo sacramenta, per quæ remissio peccatorum, & gratia diuina nobis conferũtur, virtutem & efficaciam habent ex passionis Christi meritis. Quinto ad manifestãdam efficaciam, atq; virtutem Dominicæ passionis, necessarium fuit, D vt aliqua sensibilia signa diuinitus instituerentur, quibus homines ad recognoscenda beneficia diuina excitarentur, quemadmodum docet *D.Thomas in 3.par. q.60.* sed hæc efficacia principaliter ostenditur in effectu Sacramentorum, quæ tãm peccatum originale, quàm actuale delent, ergo sacramenta habent virtutem, & efficaciam ex meritis passionis Christi.

S.Thomas *S.Thomas autem in 3.par. q.62. art.5.* sacramenta nouæ legis virtutem habere E ex meritis passionis Christi probat his verbis. *Sacramentum* (inquit) *operatur ad gratiam causandam per modum instrumenti. Est autem duplex instrumentum, vnum quidem separatum, vt baculus, aliud autem coniunctum, vt manus. Per instrumentum autem coniunctum mouetur instrumentum separatum, sicut baculus per manum. Principalis autem causa efficiens gratiæ, est ipse Deus, ad quem comparatur humanitas Christi sicut instrumentum coniunctum, Sacramentum autem sicut in-* F *strumentum separatum, & ideo oportet quod virtus salutifera à Diuinitate Christi per eius humanitatem in ipso sacramenta deriuetur. Gratia autem sacramentalis ad duo præcipuè ordinari videtur videlicet ad tollendos defectus præteritorum peccatorum in quantum transeunt actu, & remanent reatu, & iterum ad perficiendam animam in his, quæ pertinent ad cultum Dei secundum religionem vitæ Christianæ. Manifestum est autem ex his quæ supradicta sunt, quod Christus liberauit* G *nos à peccatis nostris præcipuè per suam passionem non solum efficienter, & meritoriè, sed etiam satisfactoriè. Similiter etiã per suam passionem initiauit ritum Christianæ Religionis offerens seipsum oblationem, & hostiam Deo, vt dicitur Ephes.5.* *Ephes.5.* *Vnde manifestum est, quod sacramenta Ecclesiæ specialiter habent virtutem ex passione Christi, cuius virtus quodammodo nobis copulatur per susceptionem Sacramentorum. In cuius signum de latere Christi pendentis in Cruce fluxerunt aqua, &* H *sanguis, quorum vnum pertinet ad baptismum, aliud ad Eucharistiam, quæ sunt potissima sacramenta.* Hæc *D.Thomas.*

Ex his collige, Christum per passionem suam meruisse, & impetrasse, vt sacramenta hãc vim conferendi gratiam hominibus haberent, quemadmodum probat *Suarez disput.9. sect.2.* *Suarez.* Vnde si Christus minime passus fuisset mortem Crucis, vtiq; ex iustitia, nec gratiam, nec peccatorum remissionem consequi possemus; quia præsentibus Sacramen- I tis careremus, quibus gratia, & condonatio peccaminum nobis simul cõferũtur. Imò tanta est excellentia passionis Christi, ex qua nostra sacramenta habẽt virtutem, vt illa sacramenta veteris legis in tantum gratiam ex opere operantis in suscipientibus causarent, in quantum ipsi credebant in Christum, qui mortem, & passionem erat toleraturus, vnde illa gratia non conferebatur virtute illorum Sacramentorum, quia erant ægena, atq; imperfecta iuxta K sententiam *D.Pauli*, & *Concil.Trident*, sed propter meritum fidei, quam habebant illi iusti viri de Christo. Ita *D.Thomas in 1.2.q.103. art.2. & in 3.par.q.62. art.vlt. Scotus dist.1.q.6. Angles q.3.art. vlt.conclus.1. Ricchardus, Gabriel, Sotus in 4.sent.dist.1. & Suarez dispут.10.sect. 3.vers.dico secundo.*

C 2

A

CAPVT X.

Vtrum Sacramenta æqualem gratiam suscipientibus conferant.

B

ANtequam hanc quæstionem resoluamus, præmittere oportet, quod hoc nomen Sacramentum stat loco generis, quod prædicatur de omnibus septem sacramentis tanquam de suis speciebus, Et vnaquæque species potest dici, quod de suis indiuiduis prædicetur, quæ sub vna ratione specifica continentur. Exemplum habes, si plures homines sacramentum baptismi susciperent,

C quamuis enim vnum, & idem sacramentum, quoad rationem specificam dicatur, tamen quia à diuersis suscipitur, quò ad rationem indiuidualem, in diuersa indiuidua diffunditur. Vnde hæc sacramenta à diuersis suscepta solo numero differunt, illa in sacramenta, quæ inter se differunt veluti Confirmatio, baptismus pœnitentia &c. secundum speciem sunt diuersa. Probatur hoc ex *Suarez disput. 7. sect. 5. & Filliucc. de Sacramentis in comun. tract. 1. cap. 4.*

Suarez, Filliucc.

D Quæro igitur primo, An qui suscipiunt Sacramenta eiusdem speciei cum æquali dispositione, æqualem gratiam recipiant. Paludanus siquidem in 4. *dist. 4. q. 1.* tenet partem negatiuam, ait enim paruulos cum solo baptismo decedentes inæqualem gratiam recipere, quia sunt ad inæqualem gloriam destinati; Ità enim docuisse, referunt *Suarez, & Filliucc. locis citat. & Bonacina de Sacramen. in gener. disp. 1. q. 5. punct. 3.* Fundamentum autem cui eius opinio innititur est, quia censet, in futura, &

1. opinio. Negat æqualem gratiā dari æquè dispositis. Paludanus

E cęlesti gloria, homines futuros esse æquales, quoad multitudinem, Angelis Beatis; vnde deducit futuros esse pares in gloria, sed Angeli non sunt æquales in gloria, quia maiori gloria perfruuntur Seraphini, quam Cherubini, quam Throni, & sic de cæteris; ergo necessarium est, vt homines inter se sint inæquales quò ad gloriam, adhoc, vt pares cum Angelis existere possint. Sed hoc fundamentum tā infirmum est, vt nec indoctis præfatā

Argumen. Paludan.

Solutio.

F sententiam suadere possit. Nam etiam quod concedatur illa paritas gloriæ inter homines, & Angelos, etiam potest affirmari, æqualem gratiam infantes cum solo baptismo decedentes recipere, & tamen illi paritati non officiunt, quia omnes isti infantes possunt vnum cætum constituere, qui æquiparari possit quò ad gloriam, primę Hierarchiæ Angelorum. Totum hoc autem non quasi affirmans dico, sed vt per hanc responsionem, argumentum Paludani dissoluamus.

Secūda opinio dubitat Scotus.

Sotus autem *in 4. distin. 4. q. 8. Gabriel ead. dist. q. 2. conclus. 7. & Caietanus super D. Thom. q. 64. art. 1.* circa hoc se dubios ostendunt, an scilicet sacramentū, gratiam conferat vni, quam alteri, siue hoc pendeat, & procedat ex diuina voluntate, quæ prædestinauit aliquem ad recipiendam maiorem gloriam, quā alium, siue ex maioribus meritis parentum, ob quę Deus maiorem gratiam infundit, siue ex meritis ministrorum, qui cum sint sanctiores, & perfectiores, atque adeo Deo acceptiores, maiorem sacramenei effectum baptizato impetrant, Vnde quamuis sacramenta quo ad speciem non differant, tamen ob dictas causas posset esse, vt inæqualem gratiam conferant.

Gabriel. Caietanus. G

H

Sed contrariam opinionem ego teneo, quam indubitatam, & verissimā esse existimo, nempè Sacramenta eiusdem speciei à diuersis hominibus suscepta, æqualē gratiam eis conferre, si æquè sint dispositi. Est communis sententia Theologorum. Ità docent *D. Thomas 3. part. quæst. 69. artic. 8. Alexander Alens. 4. p. q. 21. mebr. 3. S. Bonauentura q. vlt. Ricchardus. d. 4. art. 3. q. 3. Maior. q. 3. Sotus dist. 6. q. 1. art. 6. Coninchus q. 62. ar. 1. dub. 3. num. 49. Henriquez lib. 1. cap. 14. num. 1. Suarez disput. 7. sect. 5. Nugnus q. 92. art. 1. difficult. 4. Graffius 2. par. lib. 2. cap. 4. num. 13. Pitigianus dist. 4. q. 7. art. 2. Filliuccius de Sacramentis tract. 1. ca. 6. & Bonacina de Sacramen. in genere disp. 1. q. 4. punct. 3. propos. 1.*

3. opinio. affirmat æqualem gratiam dari his, qui æquè disponuntur. S. Thomas Alex. Alen S. Bonauent. Ricchard. Maior. Sotus Coninchus I *Henriquez Suarez. Nugnus Graffius. Pitigianus. Filliucc. Bonacina*

Probatur autem hęc nostra sententia primo authoritate SS. Patrum. *Cyprianus* namq; *in epist. 59.* docet Sacramentum baptismi in omnibus hominibus æqualem gratiæ effectum operari, ipsisque non maiorem, aut minorem, sed æqualem gratiam tribuere. De Baptismo igitur ibi loquens sic ait; *Illic (*inquit*) æqualitas diuina, & spiritualis exprimitur, quod pares, atque æquales sint* omnes

Probatur authoritate SS. Patrū. K *Cyprianus. Greg. Naz.*

A *omnes homines quando à Deo semel facti sunt, & possit ætas nostra in incrementis corporum secundum sæculum non secundū Deum habere discrimen, neque gratia ipsa, quæ baptizatis datur, pro ætate accipientium, vel minor tribuitur cum Spiritus sanctus non de mensura, sed de pietate, ac indulgentia paterna, æqualis omnibus præbeatur, nam Deus, vt personam non accipit sic non ætatem cum se omnibus ad cœlestis gratię consequutionem æqualitate librata præbeat patrem.* Et idem Cypria-

Damasc. Chrysost. Augustin. Ambrosius

B *nus in lib.4. Epist.7. alias Epist. 76.* idem insinuat, *An consequuti sunt* (inquit) *quidem gratiam Dominicam, sed breuiori, & minori mensura muneris diuini, ac Spiritus sancti, vt habeantur quidem Christiani, non sint tamen cæteris adæquandi? Quinimò Spiritussanctus non de mensura datur, sed super credentem intus infunditur, nam si dies omnibus æqualis nascitur, & si Sol super omnes pari, & æquali luce diffunditur, quanto magis Christus Sol, & dies verus, in Ecclesia lumen vitæ æternæ*

C *pari æqualitate elargitur. Hæc Cyprianus.*

Idem edocet *D. Chrysostomus in hom. de reditu suo ex Asia*, vbi sic ait, *Multi me absente baptizati sunt, & quid tunc? nihil minus habet gratia, non claudicat donum Dei, absente me baptizati sunt, sed præsente Christo sunt baptizati.* In eamdem sententiam pariter cōcurrunt *Gregorius Nazianzenus in oration. 40. in Sanct. Baptism. Damascenus lib.4. de fide cap.10. & D. Augustinus lib.4. de Baptis.*

D *cap.20. & tract. super Euangel. Ioann. & D. Ambrosius in lib. de myster. cap.5.*

Probatur rationibus. 1. ratio. Probatur secundò, permultis rationibus, & argumentis. Primò, Quemadmodum enim Agens naturale æqualiter operatur suum effectum in subiectis æquè dispositis, ità & Sacramētum; nam quamuis Sacramentum non sit agens naturale, tamen proprium est diuinæ prouidentiæ, atque iustitiæ stabilitos, & æquales effectus definire, quos

E sacramenta in diuersis subiectis æqualiter dispositis operentur; ergo si plures baptizandi æqualiter disponantur, æqualem sacramenti effectum, ideſt gratiam recipiunt. Nec potest obijci non esse congruam rationem hanc de rebus naturalibus sumptam, cum magnum discrimen, magnaque differentia inter naturalia, & supernaturalia ponatur, Nam respondeo, quod quotiescumq; aliquod occultum mysterium nobis inuestigandum est, licet de rebus naturalibus simi-

litudinem assumere, & eam rebus supernaturalibus aptare, quando videlicet contrarium non apparet, vel in sacra Scriptura, vel in SS. Patrum scriptis ad quos diuina reuelatio, per interiorem mentis illustrationem facta est. F

Secundo vnumquodq; Sacramētum ex certa lege, & promissione, habet determinatum, & definitum effectum, ergo semper est æqualis talis effectus, ergo in diuersis subiectis æquè dispositis, non dispare, sed omnino æqualem effectum Sacramentum operatur. *2. ratio.* Tertio *Cōcil. Trident. sess.7. cap.7.* dicit gratiam Sacramenti dari suscipientibus secundum illam dispositionem, quam habēt, sed in casu nostro omnes æqualiter sūt dispositi; ergo æqualem recipiunt gratiam. *3. ratio.* G Hinc contra primam opinionem, ex *d. loco Concil. Trident.* deducitur, omnes infantes cum solo Baptismo decedentes æqualem gratiam habere, nam æqualem dispositionem habent, cui quantitas gratiæ commēsuratur (quemadmodum docet *Concil. Trident. loc. cit.* *Con. Trid.* H Probatur quod æqualem habeant dispositionem, nam non magis potest vnus disponi ad gratiam, quam alius, cū omnes sint rationis vsus expertes, vnde nō potest habere vnus maiorem fidem, cōtritionem, & charitatem, quam alius; cum horum virtutum actus elicere non possint, conditione tenerrimæ ætatis hoc non permittente, sed omnes baptizantur in fide Ecclesiæ, quæ æqualis est in his omnibus.

Obiectio. I Obijcies. Potest accidere, vt parētes, vel ministri maiorem gratiam à Deo impetrent vni, quam alteri, ergo potest esse, vt inæqualis gratia in Sacramento, æquè dispositis conferatur.

Solutio. Respondeo, nec parentum merita, neq; ministrorum, posse incrementum gratiæ impetrare, sine suscipientis dispositione, atq; operatione, sed tantummodo impetrare aliquem motum, vel auxilium Dei, quoad illam recipiēdam se disponant. *Filliuccius loc. cit.* *Filliuc.* K



CA-

A

CAPVT XI.

An sacramenta eiusdem speciei in hominibus inæqualiter dispositis inæqualem effectum gratiæ operentur.

VEra sententia est affirmatiua, quod scilicet Sacramentum eiusdem
B speciei à diuersis hominibus inæqualiter dispositis susceptũ inæqualem gratiæ effectum operetur, vnde qui melius disponitur maiorem recipit gratiam. Est communis opinio Theologorum

S.Thomas *Bonauent.* *Alex. Alē.* *Ricchard.* *Maior.* *Sotus.* *Suarez.* *Coninchus* *Nugnus.* *Henriq.* *Graffius.* *Pitigianus* *Filliucc.* *Bonacina.* *Toletus.* *Ledesma.*

D.Thomas 3.par.q.69.art.8. Bonauentura q.vlt. Alexander Alensis 4.part.q.21. memb.3. Ricchardus dist.4.art.3.q.3. Maior q.3. Sotus dist.6.q.1.art.6. Suarez disp. 7.sect.5. Coninchus q.62.art.1.dub.3.nu. 49. Nugnus ibidem difficult.4. Henriquez lib.1.cap.14.num.1. Graffius 2.par.lib.2.
C *cap.4.nu.13. Franciscus Pitigianus dist.4. q.7. art.2. Filluccius de Sacramentis in communi tract.1.cap.6.num.97. & Bonacina de Sacramentis in genere disp.1. q.4. punct.3.proposit.2. & Toletus lib.2. cap. 16. Ledesm.1.p.4.q.22.ar.4.*

Damascen.

Probatur primo authoritate *Damasceni*, qui in *lib.4.cap.20.* docet, omnibus suscipientibus baptismum dari æqualiter sine vlla differentia, omnium remissionem peccatorum, sed gratiã Spiritus sancti, secundum mẽsuram fidei, & præ-
D cedentis purgationis inæqualiter ipsis conferri. Eius propria verba sunt hæc, quæ sequuntur. *Quamuis* (inquit) *peccatorum remissio omnibus æquè per baptismum detur spiritus tamen gratia, pro fidei, ac præcedentis purgationis modulo, ac ratione comparatur.*

Con.Trid.

Probatur secundo ex *decreto Concilij Tridentini sess.6.cap.7.* quod dicit: Nos iustificari iustitiam in nobis recipiẽtes, vnusquisq; suam secundum mensuram, quam Spiritus sanctus partitur singulis
E prout vult, & secũdum propriam vniuscuiusq; dispositionem, & cooperationẽ.

Probatur rationibus. *1. ratio.*

Probatur tertio permultis rationibus. Primo quemadmodum se habet agens naturale ad producendum effectum aliquem in connaturali, & proportionato subiecto, sic se habet agens quod non est naturale, ad producẽdum effectum gratiæ in anima, sicut in exordio præcedẽtis quæstionis probauimus, sed agens naturale in subiectis inæqua-
F liter dispositis diuersum effectum operatur, ergo pari ratione, illud agens quo vtitur Deus ad conferendum aliquod munus supernaturale, diuersum effectũ, & inæqualem gratiam in subiectis inæqualiter dispositis operatur. Secundo *2. ratio* debuit Deus mensuram gratiæ stabilire, ac definire, quæ secundum dispositionem, & operationem suscipientium cõferretur, nam cum Deus iustissimus sit, ex iustitia debet vnicuique retribuere mercedem secundum suam operationẽ, iuxta illud *Psal. Quia tu reddes vnicuiq; secundum opera sua*; ergo per diuinam *Psal.*
G prouidentiam determinatum est, vt suscipientibus sacramenta, gratiæ mensura, secundum eorum dispositionem, & operationem conferatur; ergo qui melius disponitur, maiorem accipit gratiã. Tertio hoc decernere debuit Deus, *3. ratio.* ad hoc, vt homines, sacramenta suscipientes, melius disponerentur, scilicet cum maiori reuerentia amore, deuotione, & charitate, quia hoc ipsũ quod per meliorem dispositionem, vberiorẽ H fructum gratiæ consequuntur, feruentius, & libentius his bonis actibus se præparant. Lege de hoc *Suarez super 3. par. D.Thomæ q.62.art.4.disput.8.sect.5. vers. Dico tertio, Filluccium de Sacramentis in commun.cap.6.tract.1. & Bonacina de Sacrament. in genere disp. 1. q.4. punct.3. proposit.2.* & alios Doctores, quos supra citauimus.

Suarez. *Filliucc.* *Bonacina.*

Sed quærcs in quo consistat hæc maior dispositio, ob quam maior gratia confertur. Respondeo in diuersis acti- I bus consistere. Primo potest esse, vt quis Sacramentum suscipiat cum maiori deuotione, & reuerentia, quam alius. Secũdo potest esse hæc differentia in specie actus, vt si vnus habeat veram contritionem, alter vero solam attritionẽ. Tertio in multitudine actuum vt si vnus plures actus virtutum, puta fidei, charitatis, & spei eliciat, alter vero vnum, vel pauciores, quam ille. Quarto in intensione ipsorum actuum, vt si quis feruenter diligeret Deum, alius vero remissè, K vel si quis haberet dolorosissimam contritionem, & displicentiam de offensis Deo factis, alius vero minus dolorosã. Quinto in actuali, vel virtuali dispositione, quod intellige, si quis actualem haberet reuerentiam, & deuotionem in perceptione Sacramenti, alius vero virtualem haberet, tũc enim habens actualem, maiorem adipiscitur gratiam. Sexto in diuersitate dispositionis actualis,

nam

A nam qui habet deuotionem actualem physice, ideſt nullo modo interpellatā per aliquam breuem diſtractionem, vberiorem vtiq; gratiam conſequitur, quam ille, qui habet deuotionem actualem moraliter, ideſt per aliquam mentis diſtractionem interpellatam; tunc enim quia ille maiorem adhibet diligentiam in cuſtodienda deuotione, & fuganda omni otioſa cogitatione, maiorem gratiam, quam iſte, aſſequi promeretur.

B

CAPVT XII.

An magis diſpoſito maior gratia tam ex opere operato, quam ex opere operantis cōferatur.

C Difficultas præſentis quæſtionis in hoc conſiſtit, Vtrum ille qui magis diſponitur, maiorem gratiam conſequatur non ſolum ex opere operato, ideſt ex virtute ipſius Sacramenti; ſed etiam ex opere operantis, ideſt ex vi ſuę bonæ diſpoſitionis, ità vt intelligatur tunc accipere dupplicem gratiam, & vtramq; maiorem, quam ille qui minus diſponitur. Et iam omni prætermiſſo
D argumento quod in fauorem partis negatiuæ poſſet adduci, Reſpondeo affirmatiuè præſcindendo tamen, & abſtrahendo ab illa differentia an talis diſpoſitio extra Sacramentnm ſufficiat, ad conſequendam gratiam. Eſt comunis Theologorum opinio, à qua nullum diſcrepare, exiſtimo. Ità *D.Thomas q.69.*

S.Thomas. Alex. Alē. Capreolus. Sotus Suarez, Peſantius. Bonacina. Ledeſma.

art.8. Alexander Alenſ. in 4.ſent. quæſt.2. memb.8. art.3. Capreolus diſt.1.q.2.art.3. Sotus q.3.art.1. Suarez diſput.7. ſect.5. Peſantius ſuper 3.par.D.Thomæ quæſ.62. art.5. diſput.2. Bonacina de Sacramentis in gener. diſput.1.q.4.punct.3. propoſit.2. & alij Theologi Scholaſtici in 4.ſent. qui dicunt ſemper diſpoſitioni, & actui operantis meritorio reſpondere menſuram
E quandam gratiæ præter eam gratiam, quæ datur ex opere operato, & meritis Chriſti in menſura à Deo determinata.

Ratio autem qua præfata ſententia comprobatur hæc eſt. Illi enim actus nempè contritionis vel charitatis, erga Deum, quos pænitens peragit, ſunt per ſe meritorij, vnde etiā extra Sacramen- F tum, tali diſpoſitione diſpoſitus gratiā de congruo, & de condigno acciperet, mereretur, & tanto maiorem, quanto melior eſt ipſa diſpoſitio per perfectiores actus virtutis facta, ergo etiam ſi iſti actus coniungantur cum Sacramento, eumdem effectum gratiæ cōſequentur, præter effectum gratiæ ſacramentalis, pertinentis ad eum ex virtute Sacramenti. Confirmatur nam hæc diſpoſitio per huiuſmodi actus facta, non eſt peioris conditionis, ſi cum Sacramento coniungatur, quam ſi ſit extra Sacra- G mentum, ſed extra Sacramentum gratiam adipiſceretur ex opere operantis, ſecūdum menſuram talis diſpoſitionis: ergo etiam cum Sacramento coniūcta.

Sed quæres, an ſi illa diſpoſitio, non ſit ſufficiens extra Sacramentum ad cōſequendam gratiam, puta ſi pænitens habeat ſolam attritionem antequam pænitentiæ Sacramentum ſuſcipiat; an (inquam) pænitens ex vi talis diſpoſitionis maiorem recipiat gratiam. [*Prima opinio affirmat.*] In hac quæſtione duæ ſunt opiniones, vna affirmans, altera verò negans. Illam af- H firmantem tenent *Alexander Peſantius ſuper 3.par.D.Thom.q.62.art.5.diſput.2. & Becchanus 2.par.tract.4.cap.5. q.3. ad finem, & 3.par.cap.14.q.6.num.7.* [*Peſantius Beccanus.*]

Sed opinionem negantem exiſtimo eſſe veriorem ſcilicet non recipi maiorem gratiam ex vi illius diſpoſitionis, [*2. opinio negat.*] quæ extra Sacramentum ad obtinendā ipſam gratiam minimè eſt ſufficiens. [*Suarez. Sotus Bonacina*] Ità docent *Suarez diſput.7. ſect.5. concluſ.3. Sotus diſt.6.q.1. art.6. Bonacina de Sacramentis in genere diſput.1.q.4.punct.3. propoſit.2. & alij.* Et rationem de hoc adducunt tam *Suarez*, quam *Bonacina* dicentes. Eundem actum minimè poſſe eſſe ſimul in eodem inſtanti, diſpoſitio- I nem ad gratiam, & meritum ad nouam gratiam, alioquin peccator actum contritionis eliciens ad gratiam diſponeretur, quam per contritionem recipit, & ſimul per eumdem actum accepta gratia informatum, nouam gratiam acquireret, quod planè contra omnium communem ſententiam eſtvnde deducitur non recipere maiorem gratiam ex vi ſuæ diſpoſitionis, eum qui tali diſpo- K ſitione diſponitur, quæ nō eſt ſufficiēs ad obtinendam gratiam extra Sacramentum; ergo recipit maiorem gratiam Sacramentalem, quæ ei confertur ex virtute Sacramenti. Quod autē recipiat gratiā Sacramentalem, ideſt

ex

A ex opere operato patet, nam ex parte sua non ponit obicem, quamuis imperfecta dispositione præparetur, non ponentibus autem obicem, semper gratia ex opere operato confertur, quemadmodum docet *Concil. Trident. sess. 7. can. 7.* Et quamuis hoc hæretici negent dicentes dari gratiam per solā fidem, non autem sola virtute Sacramentorum, tamen contrarium est de fide, & ideo verissimum, & colligitur ex SS. Patribus, *S. Leon. Papa, epist. 4. c. 6. August.* B *tract. 120. in Ioannem, Chrysostomo homil. 44. in Ioann. Cyrillo, & Ambrosio in Luc. cap. 10. & ex S. Thoma 3. par. q. 62. art. 5.* Vide de hoc *Bellarminum in lib. 2. de Sacramentis permult. capitib.* vbi acriter contra hæreticos pugnat; nec non *Suarez super 3. part. D. Thomæ q. 60. art. 8. disput. 2. sect. 3. & Vazquez super d. art. 8. disput. 129. cap. 5.* & nos fuse disputauimus in c. 7.

S. Leo pap.
Augustin.
Chrysost.
Cyrillus.
Ambrosius
S. Thomas
Bellarm.
Suarez.
Vazquez.

CAPVT XIII.

An si sacramenta inter se comparentur; in subiecto aquè disposito, maiorem gratiam conferat vnum, quam alterum.

D IN præsenti cap. quæritur, an sacramenta inter se comparata, & illa homo suscipiat, an recipiat maiorem gratiam ex vno, quam ex altero. Respondeo, nullam certam sententiam de hoc posse dari, sed Dei voluntati, atque dispositioni hoc omnino relinquitur; quæ videlicet nobis minimè explicata est, neq; in scripturis, neq; alia ratione. Ita *D. Thomas 3. par. q. 65. art. 3. & Filliuccius de Sacrament. in commun.* E *tract. 1. cap. 6. n. 98.* Verumtamen Sacramentum Eucharistiæ, cæteris est præstātius, atque perfectius, quemadmodum docent *D. Thomas loc. cit. Ioseph Angles de Sacramentis q. 3. art. 5. & Filliuccius loc. cit.* & colligitur ex *Concil. Trid. sess. 7. cau. 3.*

Itaque ex *D. Thomæ* sententia colligi posset, Eucharistiam maiorem gratiam suscipientibus conferre, quam cetera sacramenta, eo quod sit ceteris præstantius, atque perfectius, tum quia ipsum Christum realiter continet, tum quia est finis, ad quem cetera sacramenta ordinantur. F Ita *Filliuccius, & Angles locis citat.* Vnde non improbabile esset si dicatur maiorem gratiam conferre, sed hoc tanquam certum affirmare non audeo. Sed si sententiam *D. Thomæ* diligenter examinare voluerimus, hoc profecto tanquam certum ex ea probaretur, quia ait in *d. art. 3.* Sacramentum Eucharistiæ esse ceteris Sacramentis G quo ad effectum perfectius. Effectus autem Sacramentorum est gratia, quam conferunt dignè suscipientibus. Adde, quod Eucharistia principaliter instituta est ad nutriendam charitatem, ipsa autem charitas præcipuè nutritur, atq; augetur per præsentiam dilecti, vnde cum verus Christus in hoc Sacramento sumatur, cui anima per vinculum charitatis vnitur, maiorem gratiam ex opere operantis saltem acquirit, quam in ceteris Sacramentis, quia in hoc maiorem occasionem habet, vt Deum H feruenter amet, ipsiq; se perfectè vniat ex qua profectò vnione, atq; charitate eo maior gratia, atque maiora merita acquiruntur, quo ceteris virtutibus perfectior est charitas.

Quæro secundò an Sacramenta semper eiusmodi gratiam conferant. Respondeo & dico primo. Quod si loquamur de gratia habituali, nisi obex ponatur, semper confertur in quantum est ex parte Sacramenti. Ita definitum est in I *Concil. Tridentino sess. 7. can. 7.* cuius hęc sunt verba. *Si quis dixerit non dari gratiam per huiusmodi Sacramenta semper, & in omnibus quantum est ex parte Dei etiam si ritè eam suscipiant, sed aliquando, & aliquibus anathema sit.* Et rationem de hoc optimè tradit *Fillinec. de Sacrament. in commun. tract. 1. cap. 6. num. 99.* Quia (inquit) id habent Sacramenta ex sua institutione. Institutio autem hæc immutabilis est, quare hac posita, Sacramenta sunt veluti causæ naturales, quæ K semper positis requisitis ad agendum ex parte subiecti habent suum effectum.

Concil. Tr.
Fillince.

Dico secundò si ponatur obex ex parte suscipientis vtiq; nullam gratiam cōsequitur ex ipsa Sacramenti susceptione. Obex autem est peccatum mortale, hoc namq; quia gratiæ repugnat, dum est, nullo modo gratia infundi potest.

I Hinc

A Hinc infallibiliter ſequitur, infantes ſuſcipientes Sacramentum baptiſmi, ſemper recipere gratiam habitualem, quia obicem ponere non poſſunt, eo quod ad peccandnm ſint inhabiles, vnde remoto peccato, Sacramentum infallibiliter effectum gratiæ operatur, ob quem principaliter inſtitutum eſt.

Dico tertiò ad hoc, vt hęc gratia conferatur, requiri aliquam diſpoſitionem ex parte ſuſcipientis. Ità *D. Thomas* 3. *par. q. 68. art. 8. Gabriel in 4. ſent. diſt.* 14. *q. 2. art. 1. Petrus à Soto lect. 9. de Sacramentis Suarez diſp. 7. ſect. 4. & Filliuccius de Sacramentis in communi tract. 1. cap. 8. num. 135.*

S. Thomas. Gabriel. Pet. à Soto Suarez Filliuccius

B

CAPVT XIV.

An aliquando per aliquod Sacramentum conferatur gratia per propriam efficientiam ſacramentalem, & ex opere operato.

C

IN hac quęſtione variç ſunt Theologorum opiniones, quidam enim affirmant, & quidam negant: ſed antequã veram ſententiam proferamus, præſupponendum eſt, quod ſi loquamur de infantibus Sacramentum ſuſcipientibus, & tunc abſq; vlla contradictione reſpondemus illis dari gratiam ex opere operato per propriam efficientiam Sacramentalem. Et ratio eſt quia, nequaquam ſe diſponere poſſunt ad recipiendum Sacramentum, per actus côtritionis, & amoris erga Deum, eo quod ad hos actus elicicndos, conditione tenerrimæ ætatis præpediti, inhabiles exiſtant; vnde conſtat extra Sacramentum nullam poſſe acquirere gratiam ex ope re operantis, neq; in ipſo Sacramento, quia in ipſa ſuſceptione Sacramenti, nullam diſpoſitionem habere poſſunt, ob quam gratia ex opere operantis côferri debeatur: ergo tantum recipiunt gratiam ex opere operato. *Suarez ſuper 3. par. D. Thomæ q. 62. art. 4. diſput. 7. ſect. 2. verſ. His ergo &c.*

D

E

Suarez.

Si autem loquamur de adultis, & in hoc dico totam difficultatem, & Theologorum diſſentionem conſiſtere. Quidam enim negant Sacramentum hunc effectum poſſe habere ſaltem in adultis. Ità *Gabriel, Maior, Petrus à Soto, & alij.* Fundamentum autem eorum cui innituntur eſt, Quia nunquam adulti (iuxta eorum ſententiam) capaces gratiæ primæ eſſe poſſunt, niſi habeant veram côtritionem, & Deum ſuper omnia diligant, ſi autem hanc habeant diſpoſitionem, vtiq; primam gratiam aſſequntur, non autem per propriam efficientiam Sacramentalem idest ex opere operato, ſed per propriam diſpoſitionem, idest ex opere operantis, quia ſi huiuſmodi diſpoſitionem ante Sacramenti ſuſceptionem habeant, tunc abſq; vlla mora gratiam recipiunt, ideſt gratiam primã habitualem, & poſtmodum ipſum Sacramentum ſuſcipientes, augmentum primæ gratiæ conſequntur. Vel ergo accedunt contriti, aut non, ſi non contriti, nullam accipiunt gratiam ex eo quod non habeant diſpoſitionem neceſſariã, ſi verò accedunt contriti, ſignũ eſt quod prius acceperint primam gratiam, ideſt in ipſis actibus contritionis, atq; tunc fuerint iuſtificati; ergo Sacramentum ſuſcipientes augmentum primæ gratiæ conſequntur; ergo neque primam gratiam, neque eius augmentum ex propria efficientia ſacramentali obtinent.

F *Quæſtio eſt de adultis* *1. opinio negat.* *Gabriel* *Maior.* *Pet. à Soto*

G

H

Verumtamen veriſſimum eſt aliquando Sacramentum poſſe adultis ptimam gratiam habitualem conferre ex ſola efficientia ſacramentali; ideſt ex opere operato. Eſt communis ſententia Doctorum, quemadmodum refert *Suarez ſuper 3. part. D. Thomæ quæſtion. 62. articul. 4. diſputation. 7. ſection. 2.* quam ipſe ſequitur, atque defendit. Ratio autem, quam ipſe adducit hæc eſt. Sacramenta aliqua (inquit) per ſe ſunt diuinitus inſtituta, vt peccatum auferant, quod ex ſe formalem habet repugnantiam cum gratia, atque formalem oppoſitionem; vnde minime expelli poteſt; niſi per gratiæ infuſionem; ergo neceſſarium eſt, vt hæc ſacramenta aliquando ex propria efficientia peccatum pellant, & gratiam conferant ſuſcipientibus ex opere operato; alioquin ex propria virtute illum effectum minimè efficerent, propter quem principaliter ſunt inſtituta.

I *2. opinio affirmat* *Suarez.*

K

Ad-

A Adhuc ſuperadditur alia ratio, nam
valde infirma hæc noſtra ſacramenta eſ-
ſent ſi ex ſua virtute primam gratiam
non poſſent conferre, vnde quò ad hoc
Sacramentis antiquæ legis, quæ vtique
erant infirma, & imperfecta, aſsimila-
rentur. Conſtat autem permultas diffe-
rentias inter illa, & iſta conſtitui, quem-
admodum in ſuperioribus probauimus,
quarum vna, atq; principalis eſt, quia il-
la non poterant ex ſua virtute gratiam
dare, hæc autem noſtra, & poſſunt, &
B actu conferunt. Vt autem hoc totum
verificetur, de neceſsitate non requiri-
tur, vt ſemper contritio præcedat, quia
ſi ita eſſet, ſemper prima gratia ex vi
diſpoſitionis ſuſcipientis, ideſt ex opere
operantis daretur, non autem ex virtute
Sacramenti ideſt ex opere operato. Vn-
de hunc effectum non habẽdo, propter
quem principaliter ſunt inſtituta, fru-
ſtra fuiſſe factam talem inſtitutionem
indicaretur. Adde, quod per hoc ſeque-
retur, vt via perueniendi ad gratiam ni-
C mis difficilis redderetur hominibus; nã
non poſſent accipere gratiam ex virtu-
te Sacramentorum, (quod obtinere eſt
facilior via) ſed ex ipſa contritione. Si
igitur quandocunque confertur gratia
neceſſarium eſt, vt habeat homo con-
tritionem, ita vt ſine contritione nullo
modo eam aſſequi poſsit, ad quid Sacra-
mentorum inſtitutio? Dicendum eſt er-
go non ſemper eſſe neceſſariam contri-
tionem ad obtinendam primam gra-
tiam, ſed interdum ſufficere attritionẽ,
D quę nimirum ſufficiens diſpoſitio eſt ad
conſequutionem fructus, & effectus Sa-
cramentorum. Et hæc opinio eſt com-
munis quam pleriq; recentiores ſequu-
ti ſunt, quos citat, & ſequitur *Suarez*
agens de baptiſmo, & pęnitentia in ſuis
proprijs locis. Qui tenent tàm in ba-
ptiſmo, quàm in pęnitentia attritionem
ſufficere ad aſſequendam primam gra-
D. Thom. tiam. Hoc docet *D. Thom. in 4. diſt. 6.*
Scotus. *q. 1. art. 3. Scotus d. 4. q. 5. Durandus diſt. 4.*
Durandus *q. 2. ad 2. Paludanus quæſt. 1. num. 5. Soto*
Ricchard. *d. 6. q. 1. art. 7. Canus in relect. de pœniten-*
E *tia par. 5. Corduba q. 2. Turrecrem. in cap.*
Paludanus *ſi quotieſcunq; de conſecrat. d. 2. & Suarez*
Canus. *ſuper 3. part. D. Thomæ q. 69. art. 10. di-*
Corduba. *ſput. 28. ſect. 2. & omnes diſcipuli D. Tho-*
Turrecre. *mæ communiter in hoc eum ſequentes.*
Suarez.

CAPVT XV. F

An omnia ſacramenta ex vi inſtitutionis ſuæ, ſemper conferant gratiam primam.

NOnnulli in hac quæſtione partem *Nonnulli*
affirmatiuam tenent, dicentes *affirmant.*
ſemper ſacramenta conferre primam G
gratiam ex vi ſuæ inſtitutionis. Quam
ſententiam affirmantem in authoritate
Concil. Trid. & Flor. fundant, quæ Con- *Con. Flor.*
cilia à nobis pluries in ſuperioribus ca- *Con. Trid.*
pitibus citata, docent ſacramenta nouæ
legis ſemper gratiam ſuſcipientibus
conferre. Vnde iſti per hanc gratiam,
intelligunt gratiam primam habitualẽ,
nam hæc ſimpliciter gratia appellatur,
gratia autem ſecunda, potius augmen-
tum gratiæ quam ſimpliciter gratia,
appellari debet. Inſuper dicunt, omnia H
ſacramenta inſtituta fuiſſe ad conferẽ-
dam gratiam, quæ videlicet eſt primus
effectus, atq; principalis finis Sacramẽ-
torum, vnde *Concil. Trident. ſeſſ. 7. can. 7.*
dicit infallibiliter hanc gratiam omni-
bus ſuſcipientibus conferri. *Si quis di-*
xerit (inquit) *non dari gratiam per huiuſ-*
modi ſacramenta ſemper, & omnibus quã-
tum eſt ex parte Dei, ſed aliquando, & ali-
quibus etiam ſi ritè ea ſuſcipiant, anathema
ſit, ſed hæc verba optimè verificantur ſi
aſſeratur omnia ſacramenta primam I
gratiam poſſe conferre alioquin dice-
retur, conferre poſſe gratiæ augmẽtum;
ergo ex vi ſuæ inſtitutionis ſingula ſa-
cramenta primam gratiam ſemper tri-
buunt. At contrarium veriſsimum eſt,
nempè non omnia, ſed quædam ſacra-
menta ex vi inſtitutionis ſuæ ſemper
primam gratiam conferre. Probatur,
nam vel quis ſuſcipit Sacramentum
Euchariſtiæ, vel Ordinis iam iuſtifica-
tus, & cum gratia, vel ſine gratia. Si ſine
gratia accedit, vtiq; non ſolum, non re- K
cipit primam gratiam, neq; gratiæ aug-
mẽtum, ſed magnum ſacrilegium com-
mittit. Confirmatur, nam non datur ſta-
tus medius inter ſtatum gratiæ, & ſtatũ
peccati; ſi ergo nõ eſt in gratia, eſt pro-
fecto in peccato mortali, ſi autem eſt in
peccato mortali, vtiq; nullam gratiam
ex ipſa Sacramenti ſuſceptione acqui-
rere poteſt, ex eo quod obicem ponat,
per quem gratiæ infuſio impeditur. Si

I 2 vero

A vero accedat ad suscipienda præfata sacramenta, iam iustificatus manens in statu gratiæ, & tunc profecto ex ipsa Sacramenti susceptione primam gratiam habitualem recipere non potest, quia iam illam habet; ergo recipit eius augmentum, ergo sunt aliqua sacramenta, quæ ex vi institutionis suæ primam gratiam minimè conferunt. Ita docet *Suarez disput.7.sect.2.*

Suarez.

Responsio ad arg.

Ad argumentum autem in contrariũ adductum dupliciter respondemus. Primo
B quandocunque tàm *Concil. Florent.* quàm *Concil. Trident.* dicunt sacramenta gratiam suscipientibus conferre, hoc profecto intelligendum est secundum rationem genericam, non autem secundum rationem specificam, quatenus significetur dari gratiam, sed non distinguendo an sit gratia prima, vel gratia secunda, nam nonnulla sacramenta cõferunt gratiam habitualem primam, vt baptismus, & pœnitentia, reliqua vero conferunt gratiam secundam, siue aug-
C mentum primæ.

Secundo respondeo, augmentum gratiæ, quod aliqua sacramenta conferre assolent, esse veram gratiam, vnde à Theologis gratia secunda appellatur. Augmentum autem gratiæ nõ est aliud quam quidam gradus gratiæ, cęteris gradibus iam existentibus adiunctus per effectum Sacramenti, gradus autem gratiæ est vera gratia, quemadmodum gradus caloris est verus calor. Vnde quandocunq; loquuntur Concilia de
D gratia, quam tribuunt sacramenta, tàm de prima gratia, quàm de eius augmento intelligi possunt. Hinc *Concil. Florẽt.* dicit per baptismum nobis primam gratiã conferri, quod significatur quando ait, per baptismum nos spiritualiter renasci, hæc autem noua natiuitas est, cum de peccato ad gratiã renascimur, ergo est gratia prima, quia hæc prius confertur his qui de peccati morte ad gratiæ vitam resurgunt. Deinde adiungit idem *Concil.* per Confirmationem
E nobis gratiæ augmentum conferri. Ponamus hic propria verba quibus ad hoc significandum vtitur. *Per Baptismũ enim* (inquit) *spiritualiter renascimur, per confirmationem augemur in gratia, & roboramur in fide, renati autem, & roborati nutrimur diuina Eucharistiæ alimonia.*

Con. Flor.

Idem colligitur ex *Concil. Trident. sess.7.can.6.* vbi docet *sacramenta nouæ legis continere gratiam.* - Et postmodum adiungit, *quam significant.* Non omnia autem sacramenta primam gratiam si-
F gnificãt, nam significare etiam possunt eius augmentum, quod vere tribuunt. Probatur, nam si quis existens in gratia, Sacramentum Eucharistiæ, vel Ordinis suscipiat, vtiq; augmentum primæ gratiæ consequitur, non autem ipsam primam gratiam, quia eam iam habebat antequam susciperet Sacramentum; ergo Sacramentum etiam significat gratiæ augmentum, ergo &c. Quod autem hoc augmentum sit vera gratia probatur ex sacræ Scripturæ authoritate, quæ
G in multis locis dicit atq; innuit posse homines magis, ac magis iustificari, vt *Apoc. vlt. Qui iustus est, iustificetur adhuc. Eccles.18. Ne verearis vsq; ad mortem iustificari, & Iacob.2. Ex operibus iustificatur homo.* Sed hæc iustitia, quæ magis, ac magis in homine crescit, non est aliud quam primæ gratiæ augmentum, nam homo per diuinam gratiam verè iustificatur, vnde ipsa gratia iustificans appellatur. Ergo si quandocunq; homo crescens in iustitia, crescit in gratia, &
H ipsa gratia crescit per gratiæ augmentum; vtique augmentum gratiæ est vera gratia.

Con. Trid.

Iacob.2.
Eccles.18.
Apoc. vlt.

Sed quæres, an de facto omnia sacramenta possint gratiam primam conferre. Respondeo affirmatiuè; nec huiusmodi assertio, superiori sententiæ quam probauimus aliquo modo repugnat, nam ibi queritur, an ex vi institutionis suæ, & semper hanc primam gratiam omnia sacramenta conferant. Nunc autem quæritur, an de facto hanc gratiam
I conferre possint. Sententia igitur est affirmatiua. Ita *D.Thomas* in locis, vbi de singulis Sacramentis pertractat, *Suarez disp.1.sect.2. & Filliuccius de Sacramẽtis in communi tract.1.* Probatur, nam contingere sæpè potest, vt quis existat in peccato, sed inculpabiliter existimat se esse in gratia, vnde si tunc quodcũq; Sacramentum suscipiat vtique recipit gratiam, quia ex parte sua nullum obicem ponit, non ponentibus autem obicem semper gratia per sacramẽta con-
K fertur, vt colligitur ex *Concil. Trident. loc.cit.* Sed tũc non potest recipere gratiam secundam, seu augmẽtum primæ, quia iam primam non habet, cui secunda succedit, ergo gratiam primam recipit. Ita *DD. supra citati*, quos alij discipuli *D.Thomæ* sequuntur.

S.Thomas
Suarez.
Filliuccius

Con. Trid.

CA-

A

CAPVT XVI.

An Sacramenta possint gratiam conferre ijs, qui vinculo excommunicationis sunt astricti.

B SEntentia est negatina, nempe saeramenta non posse gratiam conferre ijs qui vinculo maioris exeomniunieationis sunt alligati. Et ratio est, quia
S.Thomas. ponunt obieem, idest peccatum excom
S.Bonau. munieationi annexum. Quandocunque
Alex. Alē. autem obex ex parte suscipientis poni-
Argentina tur nunquam Sacramenta suum effectū
Durandus operari possunt. Adde quod quis in sta-
Ledesma. tu maioris excommunicationis existēs,
Gabriel. quodeunq; Sacramentum suseipit, pec-
Sotus cat mortaliter. Ità habetur in *cap.*
Sayrns
C *Apostolica, & cap. si celebret, de cle-*
Henriquez *ric. excommunicat. ministr. & ibi Glo-*
Panormit. *sa, & DD. & c. cum illorum, & cap.*
Astensis. *pennltimo de senten. excommnnicat.* Hanc
Soccinus. etiam sententiam tenent communiter
Hostiensis. Theologi, atqnt Canonistæ. *S.Thomas*
S.Antonin *in addit.3.par.q.21.art.1. Bonaucntnra 4*
Angelus. *d.18. in vlt. par. dist. q. 1.num.53.& 54.*
Tabien. *Alexander Alensis in 4.par. summ. q.22.*
Pisanell. *membr.1.art.2. Argentina 4.d.19.art.4.in*
Couarrnu. *respons.ad 4.Dnrandus 4.d.18. q.3. num.*
Caietanus *5.Ledesma 2.4.q.23. art.1. Gabriel 4. d.*
Nauarrns. *18.q.2.art,3.Sotus.4.d.22.q.22.q.1.art.1*
Medina. *Sayrns de particip.Sacram.lib.2.pag. 89.*
Vgolinus. *Henriqnez lib.13.de excommnnicat.cap.4*
D *& cap. 7.8.1. litter.B. Panormitanus in rubr. de sentent. excommunicat. Summa Astensis 2. par.lib.7.tit.1.& tit.9. Soccinus in cap. sacris,num. 42. & 100. Hostiensis in summa lib,5. tit.de sentent.excommunication.num.1. S. Antoninus 3. p. Summ.tit.23.in principio & c.76.Summa Angel.verb.excommunicatio.1.num.1. & verb.excommunicatio 9. num. 2. Tabiena verb.excommunicatio 1.§.1.& §.4. Pisanella verb.excommunicatio 1. in principio Caietanus in summ.verb.Excommunicato*
E *plura sunt illicita. Couarrunias in cap. alma mater.1.par.in princip.num.3.Nauarrus in Mannal.cap.27.num.17.Medina in summa cap.11.§.4.& §.5 Vgol.de censur. Ecclesiastic.tabul.3.cap.6.* Si ergo peccat mortaliter, vtique gratiam non recipit, quia cum gratia, & peccatum sint inter se contraria, simul in eodem subiecto stare possunt, ergo, &c.

Item qui tali impedimento detentus F
recipit Sacramentum, vtique sacrilegium committit. Probatur, nam Sacramenta à Christo sunt instituta, vt quis per ea, vel primam gratiam, vel eius augmentum percipiat (quemad-
modum docet, *Sayrus lib.2.de particip.* *Sayrus.*
sacram. num.3.) Quicunque igitur se esse in tali statu cognoscit, qui gratiæ sacramentalis consequutioni repugnat, vtiq; scire debet se male Sacramentum suscipere, vnde per hoc quandam irreuerentiam, erga Sacramentum, & erga Deum perpetrans, Sacrilegium profe-
cto committit. Hæc ex doctrina *Diui* *S.Thomas*
*Thomæ 2.2.q.29.art.1.*desumuntur, quē *Caietanus.*
sequuntur *Caietanus in summ.verb. Ab-* *Sayrns.*
solutionis impedimenta, & Sayrus loc.cit. G
Et probatur *ex.c. Per Esaiam vers. Hoc penè 1.q.1.* vbi habetur, omnia *Sacramenta* indignè tractantibus obesse. Ex quò apertè colligitur quod quicunque Sacramentum suscipit vinculo excommunicationis alligatus, non bo-
num gratiæ, sed malum culpæ recipit, *1.Cor. 11.*
iuxta illud *Apostoli. Qui enim manducat,* *S. Thomas*
& bibit indignè iudicium sibi manducat, *Nauarrus.*
& bibit. Vide *de hoc D. Thom.3.p.q.64.* *Socinus.*
art.6.Nauarr. de pænitent. dist. 5. in vlt. *Henriquez*
p. num.33. Sosin.Senior.in cap.sacris nu. H
100.de sentent.excommum.& Henriquez lib.13.c.4.

CAPVT XVII.

An singula Sacramenta proprias sacramentales gratias habeant, quas efficiunt. I

OMnes Theologi communiter concurrunt, atque conueniunt in hoc, habere scilicet singula Sacramenta proprias grarias Sacramentales quas
efficiunt. Ità docent *D. Thomas 3.par.* *D. Thom.*
q.62.ar.4.& in 4.dist.1.q.1.ar.4.quæstiun *S.Bonan.*
cul.5.D.Bonauent.in 4.art.1.q.6.Alexan- *Alex. Alē.*
der Alens.4.par.q.8.memb.4. art. 2. §. 1. *Ricchard.*
Ricchardus art. 4.q.4.Suarez super 3.par. *Suarez.*
D.Thom.q.62. art.4. disput.7.sect.3. & K
alij Theologi communiter. Probatur autem pluribus rationibus. Primo, Nam si omnia sacramenta eundem effectum gratiæ causarent, profecto inter se nullo modo differrent formaliter in ratione

sacra-

A saeramenti; sed tantum materialiter, scilicet in diuersitate cæremoniarum,& materiarum. Secundò, si hoc esset, frustra fuissent tot Sacramenta instituta, quia frustra fit per plura, quod fieri potest per vnum, si ergo omuia eundem effectum gratiæ producunt, sufficiebat profecto vnius Sacramenti institutio, quod eumdem effectum in suscipiente causaret. Tertiò, si hoc verum esset, nulla proculdubio ratio reddi posset cur aliqua sacramenta sunt necessariora ad spiritualem salutem, ità vt si
B ea prætermittat homo, saluari non possit, vt est baptismus, & pęnitentia, alia vero non sunt necessaria, vt matrimonium, & Ordo, alia vero necessaria sunt necessitate præcepti, vt Eucharistia, & Confirmatio, aliud verò non tam necessarium, ità, vt si illud homo prætermittat, peccet mortaliter, vt Ex-
C trema vnctio. Ità *Suarez lib.4.disp.44. sect.1. Henriquez lib.3.eap.10. num.3. Nugnus q.33.art.2.difficul.1. Coninebus tom. 2. disp.19. dub.10. num. 30. Emanuel Sá num.5. Molfesius num.33. Filliuecius nu. 112. Syluester, & Caietanus verb. vnctio Victor. in addit. super summ. Tolet. lib. 2. cap.17. & Bonacina de Sacrament. extrem. vnct. disp.7.q.vnic.punct.5.proposit.1.nu. 10. Possiuinus, & alÿ*, & colligitur ex *D.Thoma 4.dist.23.*

Suarez. Henriquez. Nugnez. Coninebus. Eman.Sà Molfesius. Filliuet. Syluester. Caietanus. Victorell. Bonacina. Possiuinus S. Thomas

Quartò, Nec ratio reddi posset, cur aliqua Sacramenta sint digniora, atque præstantiora, quemadmodum notant
D *Angles de Sacrament. quæst. 3. artic. 5. conclus. 2. Suarez dicta disput. 7. sect. 3. Filliuccius, & alÿ cum S.Thom. artic. 3.* Vnde Eucharistia, quò ad dignitatem primum locum tenet, tum quia ad eam omnia saeramenta ordinantur, tum quia Christũ Dominũ realiter continet, queadmodũ colligitur ex *Concil. Tridẽt. de Sacrament. in gener. sess. 7. can. 3.* Cum ergo hoc Sacramentum pricipaliter fuerit institutum ad inflammandam & nutriendam charitatem, & in illo
E anima amans Christo suo dilecto per vinculum amoris vniatur, probabile est dari in hoc sacramento plus gratiæ (quemadmodum existimat *D.Thomas*) quam in cæteris sacramentis. Et ratio est, quia anima maiori ardet amore, ardentiori feruet deuotione, & plures, atque perfectiores actus virtutum operatur, quam in cæterorum sacramentorum susceptione, ergo constat in hoc sacramento maiorem gratiæ plenitudinem suscipienti infundi; ergo diuersos effectus gratiæ Sacramenta operantur. F

Quintò, si non daretur diuersitas in effectibus gratiæ, quos singula sacramenta efficiunt, nec aliqua ratio adduci posset, cur nonnulla sacramenta sunt iterabilia, quædam verò initerabilia; sunt iterabilia, Eucharistia; pęnitentia extrema vnctio, & matrimonium, sunt autem initerabilia, baptismus, Confirmatio, & Ordo. Illa enim reiterari possunt, quia characterem in anima non imprimunt, ista verò nequaquam reiterari possunt, quia indelebilem characterem imprimunt. G

CAPVT XVIII.

An Sacramenta, hoc ipsum, quod gratiam conferunt; virtutes infusas, & dona spiritualia simul augeant.

H

EX dictis liquido constat singula Sacramenta posse gratiam conferre dignè suscipientibus, quod sub ratione generica, non autem sub ratione specifica intelligendum est, abstrahẽdo scilicet hoc nomen gratiæ à gratia prima, & à gratia secunda; nam cum singula sacramenta, primam gratiam habitualem minimè infundere valeant, hinc necessarium est, vt genericè loquamur.

I Quæro igitur primo an Sacramenta, hoc ipsum quod gratiam conferunt, simul virtutes infusas, & dona Spiritus sancti augeant. Respondeo, & dico primò. Quod si per aliquod Sacramentum prima gratia infundatur, scilicet per Baptismum, vel Pænitentiam, & tunc simul dona Spiritus sancti, & virtutes infusæ conferuntur, habita proportione, & mensura ad ipsam gratiam. Probatur K primo ex *Concil. Trident. sess. 6. & 7. can. 4.* vbi docet homines per gratiæ, & donorum susceptionem iustificari. Probatur secundò ex comuni Theologorum cõsensu, qui ad hoc absq; discordia aliqua vnanimiter concurrunt. Probatur tertiò ratione. Nam virtutes infusæ, & dona Spiritus sancti ipsam gratiam comitantur, ac consequuntur, quapropter necessario sequitur, vt quandocunq; per aliquod Sacramentum gratia prima habitualis infundatur, simul cum ipsa tam

Concil. Tr. Communis Theologorũ opinio.

tam virtutes infusæ quam dona Spiritus sancti conferantur.

Dico secundò. *Si* per aliquod *Sacramentum* prima gratia augeatur, idest augmentum primæ, siue gratia secunda conferatur, & tunc certum est etiam virtutes infusas, & dona Spiritus sancti simul augeri. Colligitur hoc ex eodem *Concil. Trident. loc. cit.* & docent communiter Theologi, quemadmodum *Suarez super 3. par. D. Thom. q. 62. art. 4. disp. 7. sect. 2.* refert. Et ratio hæc est. Non debet enim melioris conditionis esse ille, qui sacramentum suscipit, extra statum gratiæ iam existens, quam qui est in statu B gratiæ, sed illi per Sacramentum baptismi, siue pœnitentiæ prima gratia confertur, & virtutes, ac dona Spiritus sancti, simul infunduntur, quemadmodum in superioribus iam probatum est, ergo, & huic debent in secundæ gratiæ collatione, simul virtutes infusæ, & dona Spiritus sancti augeri. Quod pariter iuxta gratiæ proportionem intelligendum est.

Concil. Tr.
Communis Theologorũ opinio.
Suarez.

Quæro secundò an gratia Sacramentalis vniuscuiusq; Sacramenti addat specialem habitum distinctum à gratia sã- C ctificante, & à virtutibus infusis, donisq; Spiritus sancti, quæ ipsam gratiam comitantur, & consequuntur. In qua siquidem quæstione partem affirmatiuam tenet *Paludanus in 4. dist. 2. q. 3.* Sed ego in hac difficultate negatiuè respondeo non dari scilicet hunc specialem habitum præter gratiam iustificantem, & infusionem virtutum, donorumq; Spiritus sancti, quæ ex natura rei ipsam gratiam comitantur. *Ità D. Thomas 3. par. q. 62 art. 2. Alexander Alens. 4. par. q. 8. memb.* D *4. art. 2. §. 1. Bonauentura art. 1. q. 6. Ricchardus art. 4. q. 4. Caietanus super 3. par. D. Thomæ q. 62. ar. 4. & ibi Suarez disput. 7. sect. 3. & Sotus dist. 1. q. 3. art. 2. & Pesantius disp. 1.*

Prima opinio
Paludanus
2. opinio.
S. Thomas.
Alex. Alen.
Bonauent.
Ricchardus
Caietanus.
Suarez,
Sotus
Pesantius

CAPVT XIX.

An Sacramenta maiorem gratiam conferant ministrata à bono ministro, quã ab improbo.

E

EX diuersa Ministrorum Ecclesiasticorum conditione frequenter prouenit, vt sacramenta tum à bonis, tum ab improbis; suscipientibus fideli- F bus ministrentur; vnde ex hoc quædam dubitatio exoriri posset, An scilicet maiorem gratiam recipiat, ille qui sacramentum suscipit à bono ministro, quã qui suscipit ab improbo. *Et* iam omni prætermisso argumento, quod in contrarium adduci posset, negatiuè respõdeo, non dari scilicet distinctionem, siuè differentiam inter mensuram gratiæ, quæ vtriq; suscipienti confertur. Est communis Theologorum opinio, quam tenent *Gregorius Nazianzenus oration. 4.* G *in sanctum Baptism.* D. *Thomas 3. par. q. 64 art. 1. Alexander Alensis q. 16. memb. 2. q. 2. Angles de Sacramen. in gener. q. vlt. art. 1. conclus. 3. Coninchus, & Nugnus q. 64. art. 1. Toletus lib. 2. cap. 20. nu. 11. Reginaldus lib. 26. num. 35. Bonacina de Sacramentis in gener. disput. 1. q. 4. punct. 4. proposit. vnic. Filliuccius de Sacram. trac. 1. cap. 6. & alij.* Item citari possunt *Bonauentura q. 2. art. 1. q. 1. & 2. art. 2. Ricchar. q. 3. art. 3. Scotus dist. 1. q. 1. Durandus q. 3. & alij DD. in 4. sentent. dist. 15.* dicentes Sacramentorum effectus per malos ministros posse conferri.

Gregorius Nazianz.
S. Thomas.
S. Bonau.
Alex. Alen
Scotus
Ricchardus
Durandus.
Angles
Coninchus
Nugnus
Toletus
Reginaldus
Bonacina
Filliuccius

Probatur primo tum ex *Can. Romanus Pontifex de consecrat. dist. 4.* tum etiã H ex *Concil. Trid. de Sacrament. in gener. sess. 7. can. 12. de Baptismo can. 4.* vbi habetur gratiam Sacramentalem, per ipsa Sacramenta, non conferri propter merita ministri, sed propter merita Christi, vnde eundem effectum gratię in suscipientibus operantur, tam si à bono, quam si ab improbo ministro ministrentur.

de consec. d. 4.
Conc. Trid.

Probatur secundo ex illo 1. *Corint.* 3. I vbi dicitur. *Non enim qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Ex* quo clarissimè constat, Sacramenta in causanda gratia, non habere virtutem ex meritis, & ex bona dispositione ministri, sed ex meritis Christi. Vide *can. Baptismus, & can. si inter bonos de consecrat. dist. 4. Concil. Constansiēs. sess. 8. Garcia q. 1. prima causa Alfons. à Castr. verb. Baptismus hæres. 6. Alexand. Alens. quæs. 16. memb. 2. & Angl. q. vlt. de Sacrament. in gener. art. 4. concl. 1. & 2.* K

1. Cor. 3.
Cont. Con.
Alf. à Cast.
Alensis.
Angles

Probatur tertiò authoritate *D. Gregorij Nazia. in d. orat. 4. in sanct. Baptism.* quam *Bonacina d. punct. 4.* refert. *Ità se habent* (inquit Gregorius) *bonus, & malus minister sicut se habent, sigillum ferreum, & sigillum aureum, sed sigillum ferreum imprimit eamdem figuram quã imprimit aureum; ergo eamdem gratiam, minister*

Greg. Naz.
Error Vualdensium

A *nister improbus, quam probus confert*. Hinc Hęreticorum Vualdensium error refellitur, qui (quemadmodum refert *Alfonsus à Castro verbo Baptismus hæres.6.& verb.Potestas*) tenebant, Ministros Ecclesię propter quodcunq; peccatum mortale, regiam & Ecclesiasticā potestatem in conficiendis, & administrandis Sacramentis amittere. Contra quam hęresim pulchras, ac varias similitudines lege apud *D.Thom. quæst.64. art.5. D.Bonavent.q.2.art.1.q.1.& 2.art. 2.& P. Alfonsum à Castro loc.cit.* quibus B præfatam hæreticorum sententiam esse falsam indicatur.

S.Thomas. S.Bonauen. Alfons. à Castr.

Illud autem negari non potest, quod scilicet probus, & perfectus minister aliquid aliud præter gratiam habitualem suis meritis, & intercessionibus impetrare possit, idest quodam diuinum auxilium, & internum motum, quò C plus, vel minus ad suscipiendam gratiam se disponat. *Ità Filliuccius tract. 2.cap.6.q.4.num.43. Ioseph Angles art. 1.conclus.4. Bonacina, & aly in loc. cit.* Et ratio est, quia oratio iusti viri est accepta Deo, & efficaciam habet, ad aliquod diuinum munus impetrandum, quēadmodū de Moyse, Aron, Eliseo, & aliis viris iustis legimus, qui suis deprecationibus permultas gratias in beneficium populi Iudaici à Deo obtinuerūt, vnde *Apostolus Iacob.cap.15.* assiduam iusti deprecationem, multum valere apud D Deum perhibet. Quapropter opinio Pelagij, aliorumq; hæreticorum, tanquam hæretica ab Ecclesia damnata est. *Alfons.à Castr.hæres.3.vers.Oratio*,

Filliuccius Angles Bonacina.

Alphons. Castr.

Deniq; tam clara, atq; manifesta est hæc veritas, quam in præsenti cap. probare intendimus, vt eam etiam hæretici nostrorum temporum confessi fuerint. Nam & si *Lutherus* aliquando tenuerit, solummodo illos ministros, qui Spiritum Christi habent, idest qui probam, & sanctam vitam ducunt, Sacramenta efficaciter conferre; attamen mentis suæ intentionem postmodum clarius enucleauit dicens de necessitate non requiri fidem, aut bonitatem ministri, ità vt si Demon Sacramenta ministraret, esset vtiq; efficax illorum E effectus. Ità de eo refert *Bellarminus de Sacrament. in gener. lib.1.cap. 26.*

Lutherus Bellarmin. Caluinus.

Hoc idem quoq; fatetur *Caluinus 4. instit. cap.17 §.16.* quapropter *in Antidot. Concil. Triden.ad can.12.sess.7.* illa verba recensens, quibus definit Sancta Synodus, *A*nathemā esse si quis dixerit, sacramenta non habere efficaciam effectus si à malis, & improbis ministris conferantur, ipse Caluinus mox respondet ad hæc dicens, Amen. Ex quo liquido constat, veritatem quam Concil. Trident. docet, & nos in præsenti cap. defendimus, eum manifestè approbasse. Hanc eamdē veritatem cōfessus est. *Kemnitius in 2.par. Examin. pag.154.nec non est & confessio Augustana ant.8.* F

Kemnitius Conf.Aug.

Verumtamen nonnulli Hæretici antiquiores contrarium sentierunt, nam G quidam hæresis scabie infecti, qui Apostolici appellabantur, expressè negabant ab improbis hominibus posse efficaciter sacramenta ministrari. Ità refert de his *D. Bernardus serm.66.in Cantic. & Bellarm. d. cap. 26.* Quam profectò hæresim postmodum amplexi sunt Albigenses, quemadmodum *D. Antoninus in Summ. Theologic.par.4.tit.11. cap. 7.§.1.* testatur. Eiusdem pariter hæresis H sectatòres fuisse Vualdenses, tam ex *D. Antonino 4.p,tit.11.cap.7 §.2.* quam ex *D.Thom.lib.4. contr.Gentes cap.77.* colligitur, qui nimirum ministeria Sacramentorum ab improborum Sacerdotū manibus auferebant, illaque sæcularibus hominibus concedebant, quamuis nullum ordinem sacrum haberent. Deinde hanc eamdem hæresim *Ioannes Vuiclef*, non parum dilatauit, qui (quemadmodum *Thomas Vualdensis tom. 2. c. 14. & Bellarminus de Sacramentis in gener. lib.1.cap.26*, contestantur, & habetur in *Concil.Constan.sess.8.*) non solum I negabat, ministros in peccato mortali tempore præsenti existentes posse Sacramenta conficere, sed etiam eos, qui in futurum, aliquod mortiferum peccatū, sunt perpetraturi; ità vt quicunq; præscitus existat, validè, & efficaciter Sacramenta, nec conficere, nec ministrare possit.

Apostolici Albigenses

Bernardus. Bellarm. D. Anton.

Vualdens. D. Antoninus. S.Thom.

Ioan.Vuicl. Thomas Vuald. Bellarmin.

Sed hanc hæresim merito damnauit præcipuè *Concil. Nicænum*, de quo mentionem facit *D.Augustinus lib.2.de Baptismo cap.3.4.5.7.& 9.* vbi refert verita- K tem nostrę fidei contra præfatos hęreticos in dicto Concilio Nicen. fuisse definitam antequam ipse nasceretur. Præterea eumdem errorem confutauit *Concil.Cart.1.can.1. item Concil. Arelatens.1. can.8.& Concil.Constantiens.sess.8, atque Concil.Triden.sess.7.can.12.* Insuper præfatum errorem permulti Summi Pontifices, ac SS. Patres confutarunt, quorum

Conc.Nic. Augusti.

Conc.Cart. Conc.Arel. Conc.Con.

rum

S. Stephan. Eusebius Innocent. Syricius. S. Leo. Anastasius Hieronym. Optatus Greg. Naz. S. Thomas Th. Vuald. Bellarmin.

A rum primus fuit, *S. Stephanus Papa, & Martyr*, referente hoc *Eusebio lib. 7. hystoriar. cap. 2.* item *Innocentius 1. in epist. 22. ad Macedonia Episcopos, Syricius in epist. 1. ad Himerium, Leo epist. 77. ad Nicetam, & Anastasius 2. in epist. ad Anastasium Imperatorem*. Ex patribus verò primus, & præcipuus est *D. Augustinus in lib. contra Donatistas, Hieronymus in dialog. contra Luciferianos, Optatus in libr. contra Parmenianum, Gregorius Nazianzen. in oratione de baptismo, S. Thomas lib. 4. contra gentes cap. 77. Thomas Vualdensis tom. 2. & Bellarminus de Sa-* B *crament. in gener. lib. 1. cap. 26. per totum.*

CAPVT XX.

An in singulis Sacramentis eadem gratia conferatur.

1 IN præsenti cap. quæritur, an singula Sacramenta eamdem, gratiam, vel diuersam suscipientibus conferant. Ad quod cum quadam distinctione re- C spondeo. Vnde dico primo, quod si intelligatur, gratiam ab vnoquoque sacramento collatam, esse diuersam essentialiter, & hoc prorsus negatur. Ità docent *D. Thomas 3. p. q. 62. art. 2. Suarez disput. 7. sect. 3. Coninchus super 3. par. D. Thom. q 62. art. 2. ibiq. Nugnez concl. 3. Henriquez lib. 1. cap. 12. num. 5. 6. & 7. Valentia tomo 4. disput. 3. q. 3. punct. 2. Bonacina de Sacramentis in genere disput. 1. q. 4. punct. 5. Reginaldus lib. 26. num. 47.* D *& alij communiter.* Ratio autem hæc est quia si gratia essentialiter consideretur, est idem quod charitas, vnde gradus charitatis, gradibus gratiæ in anima iusti correspondent. Sed charitas non est diuersa in se, ità vt charitas diuina essentialiter differat à se, sed est vna, eademque virtus infusa, ergo pariter, & gratia.

S. Thomas Suarez. Coninch. Nugnez. Henriquez Valentia, Bonacina Reginald.

2 Secunda ratio est, Nam dicitur in *Concilio Florentino*. Nos per sacramentum Confirmationis augeri in gratia, E vnde supponi videtur, per Baptismum, siue per pœnitentiam, primam gratiam habitualem nobis fuisse collatam, ac deinde per Sacramentum Confirmationis illam primam augeri, non autem aliam nouam à prima essentialiter distinctam infundi. Hinc illa gratia, quæ per Confirmationem, Eucharistiam, Ordinem, Extremamunctionem, & Matrimonium confertur, à Theologis augmentum primæ gratiæ appellari solet. F

Dico secundo, gratiam, quæ à singulis sacramentis confertur, accidentaliter ditferte. Est communis opinio illorum DD. quos supra citauimus, nẽpè *D. Thom. Coninch. Nugn. Henriquez Valent. Bonacin. & Reginald. locis citat.*

S. Thom. Coninch. Nugn. Henriq. Valent. Bonac. Reginald.

Probatur, nam in singulis sacramentis diuersa auxilia diuinitus dantur, quibus vniuscuiusque Sacramenti distinctũ finẽ assequi possimus, quæ videlicet auxilia necessario, ipsam gratiam habitualem comitantur, & consequuntur, quemadmodum optimè docet G *Suarez disp. 7. sect. 2.* Sed inter hæc auxilia, aliqua diuersitas datur, quia propter diuersos fines, ad quos singula sacramenta respiciunt, dantur, ergo inter gratiam ab ipsis collatam, adest quędam differentia, seu distinctio accidentalis.

Suarez.

Confirmatur hoc per inductionem, ex singulis sacramentis acceptam. Nam Baptismus institutus est ad conferendã gratiam habitualem, delendamq; pec- H catum originale, & cum sit ianua omnium sacramentorum, principiumque vitæ Christianæ, in eo quædam specialia auxilia diuinitus dantur, quibus adiutus homo facilius, diuina pręcepta obseruare, Christianam vitam ducere, digneque sacramenta suscipere potest. Confirmatio autem instituta est, vt per eam fidelibus quodam spirituale robur, seu fortitudo conferatur, quo præmuniti fidem catholicam, palã I confiteri, ac defendere absque trepidatione valeant. Pęnitentia verò instituta est, vt quodam speciale auxilium pęnitenti tribuatur, per quod detestari peccata, satisfactionemq; adimplere, valeat; Eucharistia ad nutriendam charitatem, & ad variarum virtutum eliciẽdos actus, quę omnia feruore deuotionis, quam ipsa Eucharistia tribuit, faciliter, & delectabiliter fiunt. Extrema vnctio præter reliquias peccatorum, quas aufert, dat quandam fortitudinem K qua confortatus ipse suscipiens, diabolicas tentationes in hora mortis sibi illatas facilius superare queat. Ordo specialem gratiam tribuit, vt ordinatus sacramẽta dignè sanctèq; ministrare, atq; conficere possit. Ac deniq; Matrimoniũ dat quodam speciale auxilium, coniugatis, vt inter se mutuam dilectionem, fidelitatem, iustitiam, & castitatem seruare, valeant, ac pariter, vt vir onera ma-

A trimonij fortiter, & indefesse sustineat. Hæc omnia desumuntur ex *D.Thom.* 3. *p.q.*82.*art.*2.*Soyro lib.*5.*de Sacrament.in gener.cap.*6.*q.vnic.art.*3. *Suarez super* 3. *p.D.Thoma q.*62.*art.*4.*disp.*7.*sect.*3.*Reginald.lib.*26.*num.*47.*Henriquez lib.*1.*c.*12.*num.*5.6.*&* 7.*Vazquez* 3.*p.disp.*81.*ar.*4.*cap.*7.*Summa Corona de effectib.Sacramentor.Pesantio* 3. *par.q.*92.*art.*2.*disput.*1.*q.*4.*puncto* 5.*proposit.vnica, & alijs communiter.*

S.Thomas. Reginald. Henriquez Vazquez Sum. Cor. Oesantius Bonacina.

B

CAPVT XXI.

An Sacramenta nouæ legis possint gratiam ex opere operato conferre.

PRæcipua differentia, quæ inter *Sacramenta* nouæ legis, & illa legis scriptæ ponitur hæc est, nam illa antiqua tantum gratiam ex opere operantis conferre poterant, hæc autem nostra, &
C gratiam ex opere operantis, & ex opere operato conferũt. Quapropter si in illis antiquis, quis absque dispositione, & virtutum actibus accedebat, nullam profectò gratiam recipiebat, quemadmodum communiter docent *D.Thom. in* 4.*sent.dist.*1.*Suarez disp.*10.*sect.*2. *Valentia to.*4.*disp.*3.*q.*3.*punct.*3.*Sayrus lib.*5.*de sacramentis cap.*7.*q.vnic.art.* 1. *Bellarminus de sacramen.lib.*2.*cap.*1. 2.3. *&* 4.*Coninchus q.*62.*art.*6. *Turrecrem. de Concilijs d.*4. *in cap. ex quo q.*6. *Canus in* 4.*relect.de sacrament. in gener. cap.*5. *Ledesma in commentar.super* 3.*p.D.Thom.q.*62.*art.*6.*& Ioseph Angles art.*2,*concl.*2.

S.Thomas. Suarez. Valentia. Sayrus Bellarmin. Coninchus Turrecrem Canus Ledesma, Angles

D Nostra autem sacramenta, gratiam cõferunt, etiam si quis absque vlla actuali dispositione, & virtutum actibus accedat, dummodo obicem non ponat, idest nullum peccatum mortale habeat quo videlicet omnis effectus Sacramentorum præpeditur. Quam veritatem in sequentibus sufficienter probabimus.

E Nonnulli autem recentiores hæretici hoc expresse negant, non posse scilicet nostra Sacramenta gratiam ex opere operato conferre, vnde hunc terminum (ex opere operato) à recentioribus Theologis inuentum, recipere nolunt, sed omninò respuunt. *Caluinus* namq; *lib.*4.*institut.cap.*14.§.26.sic fatur. *Quidquid de opere operato nugati sunt Sophistæ non modo falsum est, sed pugnat cũ sacramentorum natura, quæ instituit Deus, vt fideles vacui bonorum omnium, & inopes nihil præter mendicitatem cò adferant.*

Hæreticum negant Sacramentũ nouæ legis posse gratiã ex opere operato cõferre. Caluinus Kemnitius

F *Vnde sequitur ea recipiendo, nihil illos agere, vnde laudem mereantur, vel in hac actione, quæ eorum respectu merè passiua est; nullum illis posse opus ascribi.* Idem dicit Kemnitius *in* 2.*p.examinis pag.* 95. *Fuerũt* (inquit) *qui virtutẽ Sacramẽtorũ, in ipso opere, quo Sacramenta, vel celebrãtur, vel suscipiũtur, constituerunt, ita ut sacramẽta dicerẽtur cõferre gratiã ex dignitate, & merito operis, quod exercet, vel is, qui celebrat, vel qui suscipit.* Itẽ idẽ *Kemnitius in* 2.*p.Examinis cap.de opere opera*
G *to* fingens se non verè intelligere veram expositionem, quam de hoc termino, *Gropperus, & Alphonsus* afferunt hoc modo loquitur. *Fingunt* (inquit) *nimirum Gropperus, & Alphonsus, iniuriam fieri Doctoribus Scholasticis, quasi opinione operis operati docuerint sacramenta alicui conferre gratiam sine fide gratiam accipiente, sed dicunt nihil aliud ipsos disputatione de opere operato voluisse, quam sacramentorum veritatem non esse ex ministri operantis dignitate, seu merito estimandam,*
H *sed ex Dei authoris institutione, potentia, & operatione.* Et in qua subiungit dicens. *Si hoc vellent Pontificij, quando de opere operato disputant, quia sententia vera est, nulla esset controuersia. Sed nec olim Scholastici omnes hoc senserunt, & nè nunc quidem Pontificij hoc volunt, quando prò opinione operis operati dimicant, sed longè aliud monstrum sub exoticis illis verbis alitur, & Ecclesia obtruditur.*

I Sed omnis controuersia hæreticorum in qua venenum sui erroris abscondunt fundatur profectò in Gramaticæ regula nam (inquiunt) operatum in tempore passiuo poni non posse vnde hæc nouitas nominis nullatenus admitti deberet quam recentiores Theologi, & Conciliũ Tridentinum inuenerunt. Quibus respõdemus hoc posse legitimè fieri, Gramaticæ regula non obstante, nam *in epist.ad Hæbr.cap.*13.contra regulam Gramaticorum *(promeretur)* passiuè accipitur, *Talibus enim hostijs* (inquit) *promeretur*
K *Deus.* Sic pariter *D.Augustinus in Psal.* 138. maluit dicere *ossum ossi,* quã *os ossis,* ad hoc vt facilius ab omnibus intelligeretur. *Melius est* (inquit) *vt nos reprehendant Gramatici, quã vt non intelligant populi.* Itaq; Si Theologi hoc termino vsi sunt contra Gramaticorũ regulas, parũ vel nihil ad nos refert, ità vt nullatenus substantiæ obesse hoc possit; huiusmodi enim terminis intelligibilioribus, aliquando nos vti necesse, adhoc vt quidditas rei facilius capiatur.

Con-

A Contra hanc hæresim autem negantem, nostra sacramenta posse gratiam ex opere operato conferre, omnes Patres tàm Græci, quàm Latini adduci possunt, qui contrarium docēt, ac comprobant. Ita *Iustiuus in apolog. ad Antoninum, Clemens Alexandrinus lib.1. pedagog. cap.6. Gregorius Nyssenus in lib. de baptismo, Cyrillus Alexandrinus lib. 2. in Ioannem cap.42. Origenes homil. 14. in cap.2. Lucæ. Cyprianus lib.2. epist.2. ad Donatum, Theodoretus in cap.10. ad Hebræos,* B *Chrysostomus homil. de Neophitis, & homil. ad baptizatos, S. Leo Papa in serm.4. de Natal. Domin. Eusebius Emissenus, siue quicunque est Author homil. de Sacramento corporis Domini, quæ habetur in 9. tom. Hieronym. Gregorius lib.9. epist. 39. Optatus lib.5. contra Parmenianum, Hieronymus in epist.38. ad Oceanum, & lib. 3. contra Pelagium, Gregorius Nazianz. in orat. 40. Gaudentius tract.2. in Exod. Tertullianus in lib. de baptismo, Beda in homil. Euangel. Octaua Epiphaniæ,* C *Lactantius lib.3. cap. 26. & lib.7. de diuino præmio cap.5. Augustinus lib.4. de baptismo cap.22. & in lib.19. contra Faustum, Ambrosius lib.2. de pœnitentia cap.2. Syluester Papa, cuius sententiam refert Nicephorus lib.7. cap.33. ac deniq; Bernardus in serm. de cœna Domini,* vbi sic loquitur, *Duo (inquit) operatur in nobis Sacramentum Dominici corporis, vt videlicet, & sensum minuat in minimis, & in grauioribus peccatis tollat omnino consensum. Si quis vestrum non tam sæpè modo, non tam* D *acerbos sentit iracundiæ motus, inuidiæ, luxuriæ, aut cæterorum huiusmodi, gratias agat corpori, & sanguini Domini quoniam virtus Sacramenti operatur in eo.* Et in eodem *sermone* nonnullis verbis interiectis docet, Sacramentum gratiam operari. *Item Hylarius in psal.85. & Hugo Victorinus in lib. de Sacramentis par. 19. cap.1.*

Iustinus. Clem. Alex. Greg. Niss. Cyrillus. Origenes. Cyprianus Theodore. Chrysost. S. Leo. Euse. Emi. Optatus. Gregorius. Hieron. Gre. Naz. Gaudētius. Tertull. Beda. Lactantius Augustin. Ambrosius Sylu. Pap. Nicephor. Bernardus Hylarius. Hug. Vict.

1. ratio. Item probatur permultis rationibus. Primo si sacramēta nouæ legis gratiam ex opere operato conferre non possent, E sequeretur quod in subiectis non dispositis, nullum effectum gratiæ producere valerent, sed contrarium per experientiam videmus, nam infantes per Sacramētum à peccato originali abluuntur, & gratiam recipiunt, quod totum profectò consequntur non ex vi suæ dispositionis, sed ex vi Sacramenti, ergo Sacramenta gratiā ex opere operato conferre possunt. Hinc hæreticorum error refellitur, dicentium sacramenta instituta fuisse ad excitandam fidem in corde credentium. F Quod volunt fuisse præcipuum, principalemq; finem Institutoris Dei, nec præter hoc aliquid aliud posse causare, idest ex vi institutionis suæ gratiam ipsis suscipientibus conferre. Sed arguo contra hanc assertionem, quomodo enim fidem excitare possunt in infantibus sacramenta cum rationis vsum adhuc non habeant, qua fides apprehenditur? & tamen hoc non obstante gratiam recipiunt, Sacramentum Baptismi suscipientes; ergo &c. G Adde illud exemplum, quod *D. Augustinus lib.4. confess. cap.4* refert, quidam enim homo, vi mortis valde oppressus ita extra se exierat, vt dum ei baptismus cōferretur, penitus ignoraret, quidnam in ipso agereretur, quod tamen Sacramētum iam ei collatum vtillimum, & proficuum fuit. Item lege de hoc *Concil. Carthag.64. can.76. Arausicanum 1. can. 12. Augustinum lib.1. de adulterinis coniugijs cap.26. & 28. & S. Leon. Pap. epist.91. ad Theodorum.* H

Augustin. Con. Cart. Con. Arau. Augustin. S. Leo.

2. ratio. Secundo sacramenta instituta sunt, vt fideles quandam certitudinem, tàm de remissione peccatorum, quàm de gratiæ consequtione habere valeant, ergo gratiam ex opere operato semper conferūt dummodo obex minimè ponatur. Antecedens est manifestum, quod aduersarij absque aliqua controuersia admittunt, imò in hoc plus concedere videntur, quam nostri Catholici concedant, quia videlicet Catholici communiter tenent habere nos ex Sacramentis quā- I dam certitudinem moralem, de remissione peccatorum, non autem infallibilem, nam, & quamuis sacramenta ex se semper sint efficacia, tamen ex defectu indispositionis suscipientis accidere potest, vt nullum effectum operentur, & per hoc inefficacia reddantur. Hæretici autem volunt hanc certitudinem, infallibilem existere, ita vt si homo accedát indignus, etiam fructum Sacramenti consequatur. Ita *Lutherus in lib. de captiuitat. Babilonic. cap. ex Baptismo, & Kemnitius in 2. par. Examinis cap. de intentione ministri.* K Consequentia probatur, nam si sacramenta hanc gratiam, & remissionem peccatorum ex se, & ex vi institutionis suæ conferre non possent, sed ex fide, & dispositione suscipientis, huiusmodi effectus penderet, (quemadmodum ipsi aduersarij volunt) vtiq; hęc infallibilis certitudo, haberi nō posset, nam aliquando contingeret, vt quis

Lutherus. Kemnitius

A absq; fidei actu Sacramentum suscipiat, quod profectò verificatur in paruulis; ergo &c.

3.ratio. Greg.Naz. Chrysost. Ambrosius Beda. Tertio permulti Patres vnanimiter edocent, Christum baptizari voluisse, vt tactu suæ mundissimæ carnis, vim mundãdi daret aquis, ita *Gregorius Nazianzenus in oration. in sancta lumina Chrysostomus homil. 25. in Ioann. Ambros. lib. 2. in Lucam cap. 12. Beda in cap. 3. Luc. & alij*, ergo effectus mundandi peccata, & per consequens, conferendi gratiam B non ex dispositione, & fide recipientis dependet, sed ex virtute Sacramenti baptismi, cui illa vis supernaturalis à Christo indita est; ergo Sacramentum conferre gratiam ex opere operato valet, ex vi suæ institutionis.

4.ratio. Quarto sacramẽta non solum à Deo tanquam primo principaliq; Agente, atq; Institutore dependent, sed etiam ex passione Christi, ex qua virtutem remittendi peccata, conferẽdiq; gratiam; veraciter assumunt (quemadmodum C probat *Bellarm. in lib. 1. de Sacramentis*) quapropter permulti Patres dicunt sacramenta nouæ legis ex latere Christi dormientis in Cruce fluxisse, quemadmodum Æua de latere Adæ dormientis emanauit, vt quod in Adamo, cum figura præcesit; in Christo cum veritate succederet, sed si poneretur, sacramenta esse quædam instrumẽta, quæ dum obijciuntur, solummodo fidem excitant; profectò indicaretur ex latere Christi D nullam virtutem, & efficaciam traxisse, qua homines mundare possent, atque sanctificare; ergo &c. Probatur, nam ad quid valet dicere ex latere Christi fluxisse, nisi ex eo virtutem sanctificandi homines accepisse asseratur? Alioquin Deus alia sensibilia signa, potuisset instituere, quæ ad excitandam fidem fidelibus obijcerentur, quod si tantummodo facerent profectò non fuisset opus ea ex latere Christi fluere.

E
CAPVT XXII.

An sacramenta semper gratiam conferant.

Sacramenta nouæ legis ex vi institutionis suæ gratiam conferre, iam contra hæreticos sufficiẽter probatum fuisse in præcedenti cap. arbitror. Sed quia quis ambigere posset, an semper hunc effectum operentur; ideirco in F præsenti cap. queritur, an sacramenta nouæ legis semper hanc gratiam conferant. Ad quod respondeo, & dico primo dummodo obex in suscipiente non ponatur; semper, & infallibiliter hanc gratiam per ipsa sacramenta conferri. Hæc est certa, & communis sententia, quam defendunt, ac comprobant *Suarez super 3. part. D. Thom. q. 62. art. 4. Vazquez de Sacrament. pænitent. Filliucius de Sacrament. in comm. cap. 6. q. 5. & alij communiter.* Suarez. Vazquez. Filliuccius

G
Con. Trid. Probatur primo ex *Concil. Trident. sess. 7. can. 7.* vbi habetur, *Si quis dixerit non dari gratiam per huiusmodi sacramẽta semper, & omnibus quantum est ex parte Dei, etiam si ritè ea suscipiant, sed aliquando, & aliquibus, anathema sit.* Ex quibus verbis notandum est, dari gratiã infallibiliter, dummodo obex non apponatur, sed dignè, & cum necessaria dispositione suscipiantur, quod optimè sub illis verbis (*etiam si ritè ea suscipiant*) comprehenditur.

H
Cyprianus. Probatur secundo sententia *D. Cypriani in serm. de cæna Domini*, vbi ait, *Sacramenta quidem quantum in se est, sine propria virtute esse non possunt.* Ex qua sententia colligitur, Sacramentorum virtutem infallibilem esse ad conferendam gratiam dignè suscipiẽtibus. Nam quemadmodum agens naturale in subiecto bene disposito infallibiliter, & semper suum effectum operatur, ita Sacramentum instar agentis naturalis infallibiliter in homine benè disposito operatur effectum gratiæ. Ita *Filliucius de Sacram. in commun. tract. 1. cap. 6.* I Filliuccius

Probatur permultis rationibus. 1.ratio. Bellarmin. Probatur tertio pluribus rationibus. Prima ratio est. Sacramenta namque instituta sunt, vt quandam moralem certitudinem de peccatorum remissione, & de gratiæ consequutione suscipientibus tribuant, quemadmodum *Bellarminus lib. 2. de Sacrament.* edocet, & nos in præcedenti cap. probauimus, sed hæc moralis certitudo haberi non K posset, si sacramenta quantum ex parte sua est, semper hanc gratiam conferrẽt; ergo eam infallibiliter, & semper subiecto disposito conferunt.

2.ratio. Secunda ratio est. Sacramenta nouæ legis, sicut sunt perfectiora illis antiquæ legis, ita pariter sunt, & efficaciora, quemadmodum ex *Concil. Trident.* colligitur dicente, *Qui dixerit noua legis sacramenta ab antiquæ legis Sacramentis non differre, nisi quia cæremoniæ sunt aliæ, & alij* Concil. Tr. sess. 7. can. 2

A & alij ritus externi, anathema sit; sed hæc efficaciam ostendere non possent, si non semper gratiam conferrēt, per hoc enim quod aliquando eam conferrent, nonnunquam vero non, profectò essent aliquando efficacia, aliquando vero inefficacia, quod nimirum perfectioni nostrorum Sacramentorum expresse repugnat. ergo &c.

3. ratio. Tertia ratio est. Sacramenta nouæ legis sunt signa non prognostica, sed demonstratiua gratiæ, & quia ab omnipo-B tenti Deo tradita, atque imposita sunt, infallibilia, ac vera signa sunt, (quemadmodum *Suarez disput. 7. sect. 4.* edocet,) ergo infallibiliter, & semper quantum ex parte ipsorum est, illam gratiā conferunt, quam significant, ad hoc, vt ipsa significatio semper vera existat. Confirmatur hoc inductione, nam illa verba, *Hoc est corpus meum*, & *Hic est calix sanguinis mei*, non semper essent vera, si non semper suum effectum efficaciter operarentur. Similiter, & Sacer-C dos non semper cum veritate diceret, *Ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis*, si non semper Sacramentum pœnitētiæ, peccata pœnitentis deleret, eiq; gratiam conferret; ergo &c. Ita *Suarez loc. cit.*

Suarez.

4. ratio. Quarta ratio est. Deus verax, ac fidelis est, ita vt, quidquid promittat, verè, atq; infallibiliter adimpleat, sed in Pœnitentiæ Sacramento, remissionem peccatorum pœnitentibus promittit, & per consequens gratiam habitualem, vt patet ex illis verbis, *Quorum remiseritis* D *peccata, remittuntur eis*; ergo Sacramentum semper, & infallibiliter gratiam confert.

Quandocunq; obex ponitur; sacramenta nullā gratiam conferunt.

Dico secundo, quod si quis sacramēta recipiens, obicem ponat, idest mortale aliquod peccatum habeat, & tunc proculdubio, nullam gratiam, nullūq; fructum ex ipsa Sacramentorum susceptione consequitur. Hæc est vera atque indubitata sententia, quam *D. Cyprianus serm. de cœna Domin.* pulcherrimis, clarissimisq; verbis commendat. *Non* E *possunt tamen (inquit) spiritus esse participes, quorum infidelitas, vel indignitas tantæ sanctitudini contradicit. Ideoque alijs sunt hæc munera odor vitæ in vitam; alijs vero odor mortis in mortem, quia iniustum est, vt tanto priuentur beneficio, gratiæ contemptores, nec indignis tanta gratia puritati sibi faciat mansionem.* Hoc idem docet *D. Augustinus in Psal. 77. Licet omnia (inquit) communia sint sacramenta, non tamen omnibus communis est gratia.* Et in

Cyprianus
Augustin.

lib. de baptismo cap. 3. ait, neminem de- F bere esse securum de effectu Sacramenti, licet Sacramentum susceperit, nisi sit corde dispositus.

Item eadem sententia ex *Concil. Florent. & ex Concil. Trident.* colligitur, vbi postquam dicitur, *Si quis dixerit, non dari gratiam per huiusmodi sacramenta, semper, & omnibus*, mox subiungitur, *Quātum est ex parte Dei*. Ex quo infertur, semper gratiam per ipsa sacramenta cōferri, quantum est ex parte Dei, nisi obex ponatur, quo sacramenti effectus G impeditur.

Con. Flor.
Con. Trid.

Sed queres, hic obex, quo fructus Sacramenti præpeditur in quo consistat? Respondeo, non consistere in peccato veniali, sed solum in peccato mortali, Ità docent *Suarez disp. 7. sect. 4. Vasquez Fillucc. de Sacrament. & alij communiter*. Et ratio est, quia tantummodo peccatum mortale, constituit hominem Dei inimicum, nec non muneribus diuinis, ipsiusq. Dei gratia indignum, non autem sic peccatum veniale opera- H tur. Hoc ipsum igitur quod peccatum mortale in homine persistit, quamuis ipse homo sacramentum in tali dispositione suscipiat, adhuc gratiam nullo pacto recipere potest, quia cum peccatum formaliter gratiæ opponatur, simul in eodem subiecto stare haud valent, ergo quandiù homo aliquod mortiferū peccatum habet, proculdubio gratiam habere non potest. Adde quod quis nō potest esse simul, eodemque tempore Dei amicus, & inimicus; ergo aut quis I erit in statu gratiæ, & sic erit amicus, aut in statu peccati, & sic erit inimicus Quapropter si cum tali inimicitia ad sacramentum accedat, profectò non bonum nouæ gratiæ, sed malum nouæ culpæ ex ipsa sacramentorum susceptione recipiet. Vnde *Augustinus in Psal. 142.* ait, *Non est malum, quod datur, sed bonum malo in iudicium datur; benè enim esse nō potest male accipienti, quod bonum est.*

Suarez.
Vazquez.
Fillucc.
Augustin.

K



CAP.

A

CAPVT XXIII.

An in Sacramentis conferatur gradus gratiæ ex opere operato, distinctus à gradu, qui ex opere operantis confertur.

B

1. opinio. negat

PRima sententia est negatina, quam nonnulli recentiores Theologi, tenent, asserentes in Sacramentis non dari maiorem gratiam habitualem, quam extra Sacramentum daretur, si homo dispositionem habens, esset in gratia, & per hoc concludere videntur non dari distinctum gradum gratiæ ex opere operato idest ex meritis passionis Christi; ab eo qui datur ex opere operãtis, idest ex meritis, & bona dispositione suscipientis.

C

Vnde inter vtrunq; statum aliã differentiam non ponunt, nisi in modo habendi gratiam, quatenus per hoc intelligatur, extra Sacramentum gratiam conferri ratione operis operantis, in Sacramento autem ratione operis operãtis nec non & operis operati. Causam autem, vel rationem de hoc minimè assignant, nec quomodo, aut quo tempore id fiat, explicant.

D

2. opinio affirmat.

Secunda vero sententia, quam ego libenter amplector, defendendamq; aggredior est affirmatiua, tenens per vnũquodq; Sacramentum posse conferri dupplicem gradum gratiæ, idest & ex opere operantis, & ex opere operato, quorum vnus sit ab altero, per determinatam mensuram gratiæ distinctus. Ita *D. Thomas 3. par. q. 69. art. 8. Alexander Alensis q. 2. memb. 8. art. 3. Capreolus dist. 1. q. 2. art. 3. Sotus q. 3. art. 1. Suarez disp. 7. Alexander Pesantius super 3. par. D. Thom. q. 62. art. 5. disp. 1. & pleriq; Theologi Scholastici in 4. sentent.* Item *Bonacina de Sacramentis in genere disp. 1. q. 4. punct. 6. proposit. 2. Filliuccius de Sacramentis in communi tract. 1. cap. 6.*

D. Thomas
Alex. Alẽ.
Capreolus.
Sotus
Suarez.
Pesantius.
Bonacina.
Filliucc.

E

1. ratio.

Ratio autem est, quia Sacramenta habent virtutem ex passione Christi, ac proprerea ex se, & ex vi institutionis suę gratiam conferre possunt (quemadmodum in cap. 16. contra hæreticos probauimus) & hæc vocatur gratia ex opere operato, quæ semper, & infallibiliter nõ ponentibus obicem, ex virtute Sacramenti confertur. Deinde si quis in ipsa Sacramenti susceptione, actus charitatis deuotionis, & fidei erga Deum exerceat, profecto aliam gratiam assequi pro meretur, præter eam, quam ex vi Sacramenti recipit, quia nimirum hi actus virtutis sunt per se meritorij; ergo de congruo hanc secundam gratiam, quæ ex opere operantis vocatur, consequi meretur.

F

2. ratio.

Item dari debet aliqua differentia quò ad mensuram retributionis, inter eum qui in gratia existens, recipit sacramentum, & in ipsa susceptione varios actus virtutum elicit; & inter eum, qui nullum actum virtutis eliciens, solummodo obicem non apponere conatur, alioquin enim illud opus bonum frustra fieret, si particularem non consequeretur mercedem: ergo ijs qui per actus virtutum optimè disponuntur, dupplex gradus gratiæ confertur.

G

3. ratio.

Deniq; alia ratio adduci potest. Certum est enim, & apud Theologos communiter receptum magis disposito, maiorem mensuram gratiæ tam ex opere operantis, quam ex opere operato conferri, quemadmodum docent *D. Thomas 3. par. quæst. 69. art. 8. Alexander Alẽsis Sotus Capreolus, Suarez Pesantius, & Bonacina in locis supra citat.* ergo tanto magis dicendum est dari dupplicem gradum gratiæ ei, qui per actus virtutũ optimè disponitur.

S. Thomas
Alex. Alẽ.
Sotus
H
Capreolus.
Suarez.
Pesantius
Bonacina

An vtraq. gratia in quadam determinata mensura cõferatur.

Sed quæres an vtraq; gratia detur in determinata, & definita mensura. Respondeo & dico primo quod si loquamur de illa gratia quæ datur virtute Sacramẽti, & ex meritis passionis Christi, & tunc certum est in quadam determinata mensura dari.

I

Et ratio est quia cum Sacramenta sint determinata signa gratiam significantia, ipsamq; causantia determinatum habere debent effectum, sed effectus præcipuus Sacramentorum est gratiæ habitualis collatio, ergo eam in quadam determinata mensura conferunt.

Communis Theologorum opinio.

Dico secundo quod si loquamur de gratia quæ datur ex opere operantis, & tunc certum est etiam in tali mensura determinari, quæ actibus meritorijs suscipientis respondeat.

K

Est comunis sententia Theologorum *in 4. sent.* & pręcipuè illorum, quos superius citauimus. Hinc notandum est, actum pænitentis, suscipientisq; Sacramentum triplicem esse. Primus est, ipsa contritio cum dilectione Dei super omnia, & hic actus antequam Sacramentum suscipiatur, primam gratiam habitualem consequitur,

Se-

Triplex actus operantis.

A Secundus est, quodcunq; opus bonum, & meritorium cui etiam, de congruo dari debet quædam gratiæ mensura. Tertius est attritio peccatoris, quæ dum Sacramentum suscipitur ad obtinendã gratiam sufficiens est. Ita *D. Thomas in 4. dist. 6. q. 1. art. 3. Scotus dist. 4. q. 5. Durandus dist. 4. q. 2. ad secundum Paludanus q. 1. num. 5. Sotus dist. 6. q. 1. art. 7. Canus in relection. de pœnitentia par. 5. Corduba q. 2. Turrecremata in cap. Si quotiescunq; de consecration. dist. 2. Suarez super 3. par. D. Thom. quæst. 69. art. 10. disput. 28. sect. 2. Pesantius super 3. par. D. Thom. q. 62. art. 5. disput. 2. Fillinccius, & alij recentiores in tract. de Sacramentis.*

D. Thom. Scotus Durandus. Paludanus Sotus Canus. Corduba Turrecrem Suarez, Pesantius Fillincc.

B

CAPVT XXIV.

An ad consequendam gratiã in Sacramentis; aliqua dispositio requiratur.

C ANtequam ad solutionem propositæ quæstionis deueniamus præmittendum est, Sacramenta posse dupplicem gratiam conferre; idest gratiam primam habitualem, & hæc datur ijs qui de peccato originali, vel actuali abluuntur, & gratiam secundam, siue augmentum primæ, quæ videlicet existentibus in statu gratiæ confertur. Hoc posito.

Dico primo quod adhoc, vt prima
D gratia habitualis conferatur, opus est vt suscipiens Sacramentum, aliquam actualem dispositionem habeat, idest dolorem de peccatis mortalibus, vel de originali tantum, si aliud peccatum præter id non habeat. Hæc sententia est certa, atq; indubitata, quam tenent *Gabriel in 4. dist. 14. q. 1. art. 1. Petrus à Soto lectio. 9. de Sacrament. in gener. & lection. 7. de confession. Coninchus q. 62. art. 1. dub. 2. Nugnus ibidem difficult. 3. Suarez super*
E *3. par. D. Thom. q. 62. art. 4. disput. 7. sect. 4. Bonaciu. de Sacramentis in gener. dispu. 1. q. 4. punct. 2. vnic. propos. num. 4. Fillinccius de Sacrament. in comun. tract. 1. & alij communiter.*

Ratio autem est, Nam adhoc vt gratia prima habitualis conferatur necessarium est, vt peccatum siue originale siue actuale expellatur quod supponitur præexistere in homine: Quia enim peccatum formaliter gratiæ opponitur hinc est, vt in eodem subiecto simul F stare non possint; ergo opus est, vt peccatum pellatur adhoc vt gratia prima possit infundi. Vt autem peccatum expellatur, necessario requiritur aliqua dispositio in homine, quæ videlicet est, ipsius peccati detestatio, atque displicentia propter Deum cui nimirum dispositioni, optimè primæ gratiæ habitualis infusio succedit, quæ per Sacramentum confertur.

Itaque adhoc vt gratiam primam Sacramenta conferre possint, necessarium est, vt homo talem habeat dispositio- G nem, quę sit sufficiens ad consequendũ effectum Sacramenti. Et hæc est duplex vna quæ est in intellectu altera vero, quæ est in voluntate. In intellectu debet esse fides *sine qua* (inquit Apostolus *Habr. 11.*) *impossibile est placere Deo.* Hinc dixit Christus ad discipulos suos *Matth. vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit hic saluus erit, qui nõ crediderit condemnabitur.* Hinc *Actor. 8.* cum Eunuchus ab Apostolo Philippo baptismum postularet, respondit ei Philippus dicens, *si credis ex toto corde, licet.* In voluntate autem requiritur attritio, quæ sufficit ad primam gratiam obtinendã, vnde necessarium non est, vt actus contritionis eliciantur. Itá *Petrus à Soto, Nugnus, Coninchus, & Bonaciu. locis citatis.*

Hæbr. 11. Matth. vlt. Actor. 8.
H
Pet. á Soto Suarez, Nugnus. Coninchus Bonacina.

Quòd autem de necessitate requiratur, vt hæc attritio, seu dolor de pecca- I to sit in voluntate, probatur primo ex illo *Act. 8.* vbi præcepisse Petrum legitur vt credentes antequam sacramentum baptismi susciperent, pęnitentiam præmitterent. *Pęnitentiam agite* (inquit) *& baptizetur vnus quisq; vestrum.* Probatur secundo, *ex. Cor. 11. Probet autem* (inquit *Paulus*) *seipsum homo, & sic de pane illo ædat, & de calice bibat.* Probatur ertio ex *Concil. Trident. sess 6. & 7.* cuius decretum fusè exponit *Suarez disput. 7. sect. 4.*

Act. 2. 1. Cor. 11. Concil. Tr. Suarez.

Dico secundo, quod ad hoc, vt gra- K tia secunda per sacramentum conferatur, de necessitate nihil aliud requiritur, quam gratia prima habitualis in ipso suscipiente præexistens. Est sentẽtia certa, quam tenent *D. Thomas, in 4. dist. 4. & alij Theologi*, quos citat, & sequitur *Suarez disput. 7. sect. 4.* Et ratio est quia hoc ipsum quod hæc gratia secunda infunditur per sacramentum; gratiam primam in suscipiente præexistentem supponit. Quam videlicet absque

S. Thomas. Scotus. Suarez.

alia

A alia dispositione recipit, nam cum Sacramenta non ponentibus obicem, infallibiliter, & semper gratiam ex opere operato conferant, quemadmodum in cap. 12. sufficienter probauimus, hinc est, vt suscipiens Sacramentum, & gratiam secundam consequatur, quia verè nullum obicem ponit, quo sacramenti effectus impediri posset.

Quantitas gratiæ commensuratur actuum perfectioni.

Sed non per hoc piger esse debet homo in eliciendis permultis virtutum actibus, dum Sacramentum suscipit, nam tali dispositione præparatus duplicem consequitur gratiam, vnam, quæ
B est ex virtute sacramenti, & ex meritis Christi, alteram verò, quæ actibus meritorijs respondet. Et quo perfectiores, atque excellentiores fuerint præfati actus, eo maiorem gratiæ recipit mensuram. In quo attendenda est qualitas virtutis, intensa perfectio actuum, atq; ipsorum continuatio. Qui verò absque hac dispositione, sed cum sola gratia habituali ad Sacramentum accedit, vtique vnam tantum gratiam, quę est ex
C opere operato assequitur.

CAPVT XXV.

An peccatum veniale possit esse obex; quo gratiæ secundæ infusio impediatur.

D

OMnes Theologi communiter asserunt Sacramenta semper, & infallibiliter gratiam suscipientibus conferre, hoc autem solummodo limitatur quando videlicet ipse suscipiens obicem ponit, quo nimirum Sacramentorum effectus præpeditur. Sicut enim Agens naturale suum effectum operari non potest, si aliquod impedimentum inter subiectum, & ipsum Agens ponatur, puta si inter corpus humanum, &
E radium solarem, aliquis paries interponatur, quo videlicet impeditus radius suum effectum calefactionis in corpore operari non potest; Ita & de Sacramento dicendum est, quod est quodam Agens supernaturale, vnde si aliquem obicem reperit in subiecto, quoad producendum effectum gratiæ impeditur, vtique etiam minimè confert.

Sed quæres quis nam sit iste obex. Respondeo esse peccatum mortale, Ità docent communiter Theologi, & colligi- F
tur ex Concil. Trident. sess. 7. & ex illo *Apostoli Pauli, Probet autem* (inquit) *seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit*. Hoc etiam probant *Suarez disp. 7. sect. 4. Vasquez Fillinccius, & alij in tract. de Sacram.*

Concil.Tr.

1. opinio asfirmat Caietanus. G

Dubium autem est (quod in præsenti quæstione dissoluere intendimus) an peccatum veniale possit esse obex, quo gratia Sacramenti impediatur. Ad quod affirmatiuè, respondet *Caietan. super 3. par. D. Thom. q. 79. art. 1.* vbi existimat, ac tenet non solum peccatum veniale, sed etiam voluntariam distractionem in sumptione Eucharistiæ, de facto effectum sacramenti, idest gratiæ augmentum impedire. Quam profectò opinionem amplexus est *Petrus à Soto*, & ad cætera Sacramenta ampliauit *lect. 9. de Sacram. in gener. & lect. 8. de confession.* Item mihi compertum est in hanc conuenisse sententiam Caietani, permultos alios Theologos nempè *Bonauentur. dist. 12. art. 2. q. 1. Durand. in 4. q. 4. ad 2. Paludan. q. 1. art. 2. & Syluestr. verb. Eucharistia*, qui docet eum qui in sumptione Eucharistiæ actu aliquod peccatum veniale perperrat, non recipere gratiam ex ipsa sacramenti perceptione.

Pet. à Sot. H

S. Bonau. Durandus. Paludanus Syluester

Fundamentum autem, cui præfata sententia innititur est, Nam cum talis homo actu Deum offendat per peccatū veniale, inconueniens videtur, vt tunc per augmentum gratiæ sanctior, ac Deò gratior fiat. Item aliquo munere se redit indignum, qui dū munus assequi nititur, ipsum munerantem actualiter offendit. I

Sed contrarium mihi probabilius, veriusq; videtur, quod scilicet peccatum veniale, siue sit habituale, siue actuale, in nullo Sacramento, effectum gratiæ, quæ ex opere operato confertur, impedire possit. Ita tenent *D. Thomas q. 9. art. 8. Alexander Alens. q. 41. membr. 1. art. 1. Gabriel lect. 85. can. Adrianus q. 1. de Eucharistia, Sotus dist. 11. q. 2. art. 8. Victor. num. 75. Scotus in 4. dist. 4. q. 7. Suarez super 3. part. D. Thom. q. 67. art. 4. disput. 7. sect. 5. & Fillinccius de Sacram. tract. 4. cap. 6. q. 6.* K

S. Thomas. Alex. Alen. Gabriel. Adrianus Sotus Victor. Scotus Suarez. Fillinccius

Probatur autem hæc opinio primo ex Concil. Trid. sess. 13. vbi habetur, hoc de necessitate requiri ad hoc, vt quis Sacramenti fructum assequi possit, nem-

pè

A pè vt nequaquam ad Sacramentum Eucharistiæ accedat, alicuius peccati mortalis conscius absq; præuia cõfesſione.

1. ratio. Probatur secundo rationibus. Prima est. Quia gratia sacramẽtalis tantumq; denegatur his qui obicem ponũt. Obex autem, est peccatum mortale, quod (ve superius diximus) formaliter opponitur gratiæ, quapropter in eodem subiecto simul stare haud possunt. Non sic autem dicendum est de peccato veniali, siue sit in habitu, siue in actu, nam cũ *Suarez.* hoc (iuxta doctrinam *Suarez loc. cit.*) B formaliter gratiæ non opponatur, hinc est, vt ipsam gratiam impedire minimè posſit, vnde in eodemq; subiecto simul *2. ratio.* stare possunt. Secunda ratio est, nam minùs ardua hæc lex existeret, vt quis aliquod veniale peccatum perpetrans gratiam Sacramenti nequaquam recipiat. Si enim hoc militaret, penè nullus fructum Sacramenti assequeretur, nam quis tam perfectus, tamq; circunspectus existit, vt in ipsa Sacramenti susceptione C aliquod peccatum veniale, non perpetret? Dicendum est ergo, Christi intentionem noluisse tam dura lege animos fidelium coarctare, sed libenter eis gratiam Sacramenti concedere dummodo peccati mortalis obicem non ponant. *3. ratio.* Tertia ratio est. Tanta enim est gratiæ diuinæ excellentia, vt quoscunq; defectus leues vincere, & superare queat, vnde quicunq; eam possidet, tantam apud Deum habet dignitatẽ, vt quamuis nonnullos perpetret defectus, semD per tamen in amicitia Dei persistit, & dignus est vita æterna. Si ergo est Dei amicus, vtiq; sacramentalis gratia, quæ ex virtute pasſionis Christi datur, ei denegari non debet, alioquin quem fructum ex ipsa Sacramenti susceptione *Petr. Sot.* extraheret? Vide de hoc *Pet. Sot. lect. 12. de Eucharist.* qui præfatus Theologos inter se discordantes, reconciale nititur.

E
CAPVT XXVI.

An minister administraturus sacramenta; gratiam habitualem habere debeat?

QVamuis ad validitatem Sacramenti, non sit necessarium, vt minister gratiam habeat habitualẽ, tamen ad licitam eorum administrationem huiusmodi dispositio in ministro de necesſitate requiritur. F Vnde omnes Doctores communiter tenent, administraturum sacramenta se debere ad gratiam præparare, atq; disponere ad hoc vt licita sit eius administratio. Ita *D. Thomas 3. par. q. 64. art. 4. & 6. Caietanus ibidem, Nugnus ibid. art. 6. difficult. 3. Coninchus ibidem art. 6. dub. 1. Nauarrus cap. 22. num. 3. Valentia punct. 3. Henriquez lib. 1. cap. 29. num 2. Suarez disput. 16. sect. 3. Sayrus lib. 2. de Sacram. cap. 7. q. 1. art. 1. & 2. & q. 3. art. 1. Bartholomeus ab Angelo dialog. 1. §. 39. Reginaldus lib. 26. num. 57. & 58. Chamerota cap. 2. dub. 3. Pitigianus dist. 5. q. 1. ar. 1. & q. 3. art. 4. Ioseph Angles q. vlt. art. 5. conclus. 1. Victoria de Sacramentis num. 26. Vazquez 3. part. disput. 163. cap. 1. 2. & 3. Viualdus de Sacramentis in genere cap. 3. num. 16. Petrus Ledesma in summ. de Sacramentis cap. 6. Alexander Pesantsus 3. part. q. 64. art. 6. Bonacina de Sacramentis in genere disput. 1. q. 3. punct. 2. proposit. 2. Filliuccius de Sacrament. in commun. tract. 1. cap. 5. q. 10.*

S. Thomas. Caietanus. Nugnus. Coninchus. Nauarrus. G *Valentia. Henriq. Suarez. Sayrus. Bartol. ab Ang. Reginald. Camerota. Pitigianus. Angles. Victoria.* H *Vazquez. Viualdus. Ledesma. Pesantius. Bonacina. Filliuccius.*

Probatur authoritate sac. scripturæ. Probatur primo ex Scriptura sacra, vbi *Leuit. 21.* habetur, *Sacerdotes incensum, & panem offerunt Deo, & ideo sancti erunt.* & *Leu. 22. Omnis (inquit) qui accesserit ad ea, quæ consecrata sunt, in quo est immunditia peribit coram Domino.* Et *Isa. 32.* dicitur, *Mundi estote, qui fertis vasa Domini.* Et *Leu. cap. 21. Homo* (inquit) *de semine Aron, qui habuerit maculam, non offeret hostias Deo suo; non accedat ad ministerium eius; si cæcus fuerit, vel claudus, si paruo, vel grandi, vel torto naso, si fracto pede, vel manu si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel herniosus.* *Leu. 21.* I *Leu. 22. Isa. 32. Leuit. 21.* Hos autem defectus corporales, illos spirituales, qui in ministris Ecclesię inueniri possunt, optime designare, *S. Hieronymus in ep. ad fab. 5. & Gregor. Magn. in past. l. 1. Reg. c.* contestãtur. *Hieron. Gregorius.* Vnde sicut in veteri lege, deformitatem aliquam corporis habentes prohibebãtur ad sacerdotale officium, & ad Sacramentorum ministerium ascendere, K ita & in noua lege quicunq; aliquam defectuositatem, & deformitatem peccati mortalis habet in anima, sacramẽta ministrare non debet. Vide de hoc *P. Antonium Molinam instruct. Sacerd. tract. 2. cap. 4.* *Mol. Cart.*

Gregorius. Nicol. pap. Augustin. Probatur secundo ex Decretis Pontificum. Quorum primum est *Gregory*

A *in decretal. c. Necesse est, vt munda sit manus, qua diluere sordes curat.* Secundum est *Nicolas Papa cap. vlt. 15. q. 8. Mali (inquit) bona ministrando, se tantummodo lædunt.* Tertium est *Augustini in c. omnia. 1. q. 1. Omnia* (inquit) *sacramenta cum obsint indignè tractantibus; prosunt tamen per eos dignè sumentibus.*

D.Thom. Probatur tertio ratione, nam (iuxta doctrinam *D. Thom. 3. par. q. 64. art. 6.*) Sacramétorum ministri, quo ad vitam, & mores se debent conformare illi, cu-B ius sunt ministri, quemadmodum ex il-Genes. 19. lo *Genes. 19.* colligitur, *Sancti eritis, quo-Eccles. 10. niam ego sanctus sum.* Et *Eccles. 10. Secundum Iudicem populi, sic & ministri eius;* sed Iudex idest Christus, est sãctus, atq; immaculatus, ergo, & eius ministri, sancti, & immaculati esse debent, illam saltem puritatem, & sanctitatem habẽtes, quam fragilitas, & imbecillitas naturæ humanæ assequi valet. Item sacramenta instituta sunt, vt gratiam primam, vel eius augmentum conferant; vnde quan-C docunq; minister sacraméta ministrat, in tali statu, qui statui gratiæ repugnat pro certo sciat, se malè sacramenta tractare, & per hoc quamdam irreuerentiam erga Deum agere, & hoc est verum S.Thom. sacrilegium. Colligitur ex *D. Thom. 2.* Caiet. *2. q. 29. art. 1. Caietan. in summ. verb. Ab-* Sayrus. *solutionis impedimenta, & Sayr. lib. 2. de particip. Suerament. num. 3.* Præterea in Sacramento Ordinis vnicuiq; ministro quædam specialis gratia confertur, vt D possit dignè sacramenta ministrare, Suarez. quemadmodum docet *Suarez disput. 7. sect.* vnde quotiescunq; ea absq; gratia, & in peccato mortali indignè administrat, mortaliter peccat, quia in re graui, contra illud ad quod specialiter est deputatus facit, & rectè illud ministerium, quod ex officio ad eum pertinet Sotus. non exercet. Ita docent *Sotus num. 4.* Viuald. *dist. 1. q. 5. art. 6. Viualdus de Sacramentis in gener. cap. 3. num. 16. & alij.*

Debet itaq; vnusquisq; minister se disponere ad recipiendam gratiam, si E in statu peccati mortalis sit, alioquin indignè sacramenta ministraret. Quapropter curare debet, vt habeat contritionem, cum confessione coniunctam, vel saltem attritionem, quæ valore Sacramenti adiuta, valet peccatum delere, & primam gratiam conferre. Ita *Bonacina de Sacrament. in genere disp. 1. q. 3. propos. 2. Filliuceius, Suarez, & alij recentiores.*

1. opinio. Sed queres, an minister iam in peccato mortali existens; teneatur semper F præmittere confessionem antequam ministret Sacramentum, vel sufficiat sola contritio, saltem existimata. *Marsi-* Marsilius. *lius, & Paludanus* ad hoc negatiuè re- Paludanus spondent. Sed contrariam opinionem 2. opinio. tanquam veriorem, & probabiliorem libenter amplector, quæ asserit sufficere contritionem saltem existimatam. Ita docent *Nauarrus cap. 22. num. 3. Sotus* Nauarrus. *dist. 17. q. 2. art. 6. conclus. 4. Nugnus q. 64.* Sotus. *art. 6. difficult. 3. Petrus à Soto lection. 3.* Nugnus. *de necessitat. pœnit. Henriquez lib. 1. cap.* G *39. Bartholomæus ab Angelo §. 64. Sua-* Petr. Sot. *rez disput. 16. sect. 3. Posseuinus de admi-* Henriq. *nistration. sacrament. cap. 5. num. 40. Regi-* Bart. Ang. *naldus lib. 26. num. 57. Bonacina de Sa-* Suarez. *crament. in gener. disp. 1. q. 3. punct. 2. pro-* Posseuinus *posit. 2. & Filliuccius de Sacramentis in* Reginald. *commun. tract. 1. cap. 5. q. 10. num. 86.* Bonacina. Filliuceius

CAPVT XXVII.

An sacramenta possint gratiam ex opere operato conferre, antequam recipiantur. H

SAcramenta siquidem possunt dupliciter à fidelibus suscipi, idest, vel in re, vel in voto, & per vtranq; susceptionem quis potest effectum Sacramenti consequi, quemadmodum docet *Suarez* Suarez. *super 3. par. D. Thom. q. 61. art. 4. disput. 8.* I *sect. 1. in princ.* Quod ipse pariter exponit solummodo intelligendum esse de quinq; Sacramentis, .s. Baptismo, Confirmatione, Pœnitentia, Eucharistia, & Extrema vnctione, nam Matrimonium, & Ordo, nunquam gratiam conferre possunt si in voto suscipiantur. Cętera itaq; sacramenta, cum effectum gratiæ possint conferre etiam his, qui ea in voto tantum suscipiunt, hinc opportunè queritur an sacramenta possint gratiam ex opere operato conferre, ante- K quam suscipiantur. Prima opinio affirmat, quam nonnullos Doctores tenuisse, refert *Sotus dist. 11. q. 2. art. 1.* Nescio autem qua ratione, ad hoc tenendum ducantur.

Secunda vero opinio verior, ac probabilior mihi videtur, cui libenter adhæreo; asserit enim sacramenta non posse gratiam ex opere operato conferre ijs qui in voto ea suscipiunt, sed tantum

A tantum suscipientibus in re. Ita *Alexander Alensis 4.part. q.41. membr.3. art.3. Ledesma 1.p.4.q.21.art.1. Sotus loc.cit.& dist.12.q.1.ar.1.& Suarez disput.8.sect.1.*

Alex. Alē. Ledesma. Sotus. Suarez.

Probatur hec opinio rationibus. 1.ratio. Probatur autem hęc opinio compluribus rationibus. Prima est. Nam si sacramēta possent gratiam ex opere operato suscipientibus ea in voto, conferre; vtriq; nulla esset differentia quo ad effectum Sacramenti, inter suscipientem in voto,& suscipientem in re, sed datur inter hos aliqua differentia, alioquin B vnusquisque posset sacramenta in voto suscipere, & sic vsus Sacramentorum omnino deficeret; ergo &c. Probatur maior. Dato namque quod vtriq; suscipienti gratia ex opere operato conferatur, etiam conceditur, quod vtrique posit gratia ex opere operantis conferri, nam tàm vnus in voto desiderando, quàm alter in re suscipiendo posset actus amoris, deuotionis, & reuerentiæ erga Deum elicere, qui actus distinctū gradum gratiæ, quæ est ex opere operantis, assequi merentur; ergo &c.

C

2.ratio. Secunda ratio est. Nam quicunq; aliquod Sacramentum in voto suscipit, totum effectum Sacramenti non assequitur, quem postmodum assequitur plenè, ac totaliter, quando videlicet illud Sacramentum, quod susceperat in voto, suscipit in re; ergo liquidò constat, in voto susceptum Sacramentum posse tantum, gratiam ex opere operantis conferre, non autem ex opere operato, ad hoc vt aliqua differētia inter vnam, D & alteram susceptionem ponatur.

3.ratio. Tertia ratio est. Effectus enim Sacramentorum, idest gratia, quam ex vi institutionis suæ conferūt ipsa sacramenta, solummodo ijs qui in re suscipiunt sacramenta, promittitur, vt Ioann. *Qui manducat meam carnem, habet vitam æternam.* Et infra hoc apertius ostenditur dum ait, *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis;* ergo &c.

Ioa.

E



CAPVT XXVIII. F

An sacramenta antequam recipiātur, possint gratiam ex opere operantis conferre.

HVius quæstionis resolutio, an scilicet sacramenta in voto suscepta possint gratiam ex opere operantis G conferre, in præcedenti capite obscurè tradita est, at quia ampliorem desiderat declarationem, idcirco particulariter in præsenti cap. eam pertractare, congruum duximus.

Antequam autem ad propriam præpositæ quæstionis resolutionem deueniamus sciendum est, hic non includi neq; Sacramentum Ordinis, neq; Sacramentum Matrimonij, eo quod in voto tantum suscepta, nullam possunt gratiā H conferre. Ita docet *Suarez disp.8.sect.1.* Et rationem de hoc adducit, *Quia (inquit) hæc duo sacramenta instituta sunt ad iuuandos homines, vel in statu coniugij, vel in statu Ecclesiastica dignitatis, quatenus per vtrumque Sacramentum, talis gratia suscipientibus in re conferatur, qua adiutus vnus possit onera matrimonij faciliter ferre, alter vero dignè sacramenta ministrare; ideoq; donec re ipsa in eo statu constituantur, non est cur illorum Sacramentorum sacramentales effectus recipiant; nō autem in illo statu per solum desiderium* I *constituuntur, sed per realem talium Sacramentorum susceptionem.*

Suarez.

His præmissis ad difficultatem propositæ quæstionis respondeo, affirmatiuam proferens sentētiam, quod solummodo de Baptismo, Confirmatione, Pęnitētia, Eucharistia, & Extrema vnctione intelligi volo.

S.Thom. Suar. Probatur primo sententia *D.Thom: qui 3.part.q.80.art.1.& q.66.art.11. 68. art.2.& 73.art.3.* dicit Eucharistiæ Sacramētum, spiritualiter acceptum posse K gratiam augere. Ideoq; generaliter de reliquis Sacramentis, quæ paulo antea enumerauimus loquens, docuit posse aliquem, effectum Sacramenti assequi dummodo in voto, quamuis non in re suscipiat. Quam opinionem exponit, atq; prosequitur *Suarez d.disp.8. sect.5.*

Probatur rationibus 1.ratio. Probatur secundo rationibus. Prima est. Certum est enim eum, qui baptismū in re suscipere non potest, & suscipit in

A voto, remiſſionem peccatorum, & gra-
tiam recipere;nam quotieſcunq; aliquis
infidelis in articulo mortis conſtitutus,
baptiſmum recipere deſiderat, ac poſtu-
lat, nec aliquis ibi adeſt qui huiuſmodi
Sacramentum ei miniſtret; verè remiſ-
ſionem peccatorum,& gratiam aſſequi-
tur;ergo Sacramentum antequam reci-
piatur poteſt gratiam ex opere operan-
tis conferre.

2. *ratio*. Secunda ratio eſt. Vnuſquiſque enim
B peccator ſi contritionem de peccatis
ſuis habeat cum intentione ſuſcipiendi
Pœnitentiæ Sacramentum, quando op-
portunum tempus aduenerit; vtiq; gra-
tiam recipit (quemadmodum omnes
Theologi comuniter fatentur) quam
videlicet gratiam vtique non reciperet,
niſi illam intentionem actualem, ſiue
virtualem recipiendi Sacramentum ha-
beret, quia contritio non ſufficit ad de-
lendum peccatum, & conferendam gra-
C tiam, niſi Sacramento pęnitentiæ con-
iungatur, vel in re, vel in voto ſuſcepto.

3. *ratio*. Tertia ratio eſt. Nam hoc ipſum,
quod aliquis deuotus fidelis, & diuinæ
charitatis feruore impulſus, Euchari-
ſtiæ Sacramentum ſuſcipere vehemen
ter concupiſcit,quod tamen propter in-
commoditatem loci, vel alicuius caſus
impedimentum, ſuſcipere haud poteſt
verè augmentum gratiæ aſſequitur(quē-
S.Thomas admodum *D.Thomas 3.par.q* 80. *art.* 1.
docet) quia videlicet huiuſmodi actus
eſt meritorius, vnde de congruo, gra-
D tiæ augmentum aſſequi promeretur;er-
go Sacramentum poteſt gratiam ex ope
re operantis antequam ſuſcipiatur con-
ferre. Dixi (ex opere operantis) vt ali-
qua differentia ponatur inter hunc, qui
tantum ſuſcipit in voto, & eum, qui in
re ſuſcipit,nam vni vnus tantum gradus
gratiæ ex opere operantis confertur,al-
teri vero, ſi actus virtutum in ipſa Sacra
menti ſuſceptione eliciat, duplex gra-
tię gradus, ideſt, & ex opere operantis,
E & ex opere operato datur. Lege de hoc
D.Thom.q.69.art.8. Alexand.Alenſ. q.2.
S.Thomas *memb.8.art.3.Capreol.diſt.1.q.2.ar.3.Sot.*
Alex.Alē. *q.3.art.1.Suarez diſput.7.& diſput.8.sect.*
Capreolus *1.& Peſantium ſup.3.p.D.Thom.q.62.ar.*
Sotus. *5.diſp.2.*
Suarez
Peſantius.



CAPVT XXIX. F

An Sacramenta poſtquam tranſacta ſunt, gratiam conferre poſſint.

ANtequam difficultatem huius quæ
ſtionis reſoluamus, ſupponendū
eſt, Sacramenta, eodem inſtanti, quo G
ſuſcipiuntur, gratiam conferre, quod
præſtante Domino in ſequenti capit. fu
ſius explanabimus. Hoc poſito. Quę-
ritur in præſenti cap. An Sacramenta
poſtquam tranſacta ſunt, poſſint gratiā
conferre. Quod intelligi volumus de
gratia habituali, non autem de gratia
auxiliante cum hæc ſegregatam quæ-
ſtionem contineat, & pariat. H

Reſpondeo, & dico in hac quęſtione
permultas, ac varias eſſe Theologorum *1.opinio.*
opiniones, non parum inter ſe diſcor-
dantes, Prima opinio aſſerit, quod ſi
quis cum fictione aliquod Sacramentū
ſuſcipiat vtique fructum, & effectum Sa-
cramenti, ideſt gratiam non aſſequitur,
at ſi iſta fictio poſtmodum auferatur, eā
verè conſequitur, quam regulam in om
nibus Sacramentis locum habere volūt. *Caietanus*
Ità tenent Caietanus tom.1. Opuſc.tract.5 *Petr. Sot.*
q.5.de confeſſ infor. Petrus Sot. lect. 4. de *Paludanus*
baptiſm. Paludanus in 4. ſent. diſt.17. q.8. *Capreolus*
& Capreolus ibid.q.2. Quam pariter ſen- I
tentiam ex *mente D. Thom. in 4. diſt. 17.* *S.Thomas*
q.3.art.4.queſtiune. deduci nonnulli re-
ferunt atque conteſtantur. *2. Opinio.*

Secunda opinio tenet, tantummodo *Sotus.*
Baptiſmum, poſtquam fuerit ſuſceptum
iam recedente fictione poſſe gratiam
conferre, non autem ſic cætera Sacra-
menta. Ità *Sotus in 4.diſt.6.q.1. art. 8.* *3.opinio.*

Tertia opinio, hunc effectum Baptiſ- *Durandus*
mo, & Pænitentiæ tribuit, non autem
cæteris Sacramentis; Ita docet *Duran* K
dus in 4.ſent.diſt.4.q.4.num.8. *4. opinio*

Quarta, & vltima opinio, quæ mihi
vera, & indubitata videtur, aſſerit, ſo-
lum Sacramenta, quæ imprimunt cha-
racterem poſſe gratiam conferre poſt-
quam tranſacta ſunt,ſi videlicet fictio ab *S.Thomas*
ſcedat. Ità *D.Thomas in 4.ſent.diſt.4.q.* *Syluester.*
2.art.2. queſtiunc. 3. ad tertium Syluester *Couarruu.*
verb.Baptiſmus 4.in fine Couarruuias in *Suarez*
cap.Alma Mater 1. par.§.4.num.13. Sua- *Paludanus*
rez diſput.8.sect.3. Paludanus in 4.diſt. 4.
q.5. Item in fauorem, & comprobatio-
nem

A nem huius sententiæ, citari possunt omnes Doctores primæ opinionis, vt Caietanus, Petrus Sot.& Capreolus locis cit.

Caietanus *Petr. Sot.* *Capreolus.* *Filliuccius Cap.6.*

Hæc autem sententia probatur 1. *D. Augustin.* authoritate, qui in *lib. 1. de Baptismo c. 12.& lib.3.cap.13.* docet baptismum, optimè effectum gratiæ operari, iam transactum si videlicet ipse suscipiens, fictionem deposuerit. Ad quod asserendū inductus est Augustinus hac ratione, Sacramentum namq; Baptismi characterem imprimit in anima, & per
B hoc, initerabile est, vnde ad hoc vt quis fructum Sacramenti recedente fictione assequi valeat,& tamen bis idem Sacramentum non suscipiat, quod sanè fieri non potest) supponitur; quod hoc ipsum quod fictio recedit, per Sacramentum iam transactum, ei gratia conferatur. Hæc est doctrina *D.Augustini*, quam omnes Theologi, quò ad Sacramentum baptismi communiter recipiunt.

Probatur secundo ratione. Sacramenta enim quæ characterem in anima
C imprimunt, dare gratiam solent, quā finem assequi possit ipse suscipiens,propter quem fuit institutum tale sacramētum, & in tantum huiusmodi gratia nō confertur, in quantum aliquod impedimentum idest fictio, ex parte suscipientis ponitur; sed ponamus casum, quod quis postquam susceperit sacramentum, talem fictionem projiciat, atque deponat, profectò illam gratiam assequitur, eo quod illud impedimentum fuerit ve
D rè sublatum.

Obijcies. Hoc pariter in cæteris Sacramentis, characterem non imprimentibus locum habere potest, vt scilicet, iam recedente fictione, gratia per transacti sacramētū conferatur,nūratio differentiæ nulla potest assignari. Respondeo rationem differentiæ hanc esse,quia illa sacramenta, quæ characterem imprimunt, alio modo, gratiam ad finem talis sacramenti consequendum necessariam dare non possunt, postquam fuerint suscepta, eo quod iterum suscipi mi
E nimè permittatur. Secus autem dicendum est de illis Sacramentis, quæ characterem in anima minimè imprimunt, quę cum possint legitimè reiterari, illam gratiam quis per ipsam reiterationem assequi valet, quæ in prima Sacramenti susceptione, impedimento fictionis fuerat præpedita.

Sed queres an huius gratię effectus per Sacramentum propriè fiat, an verò Deus intuitu talis Sacramenti dictam gratiam infundat. Respondeo cum *Suar.d.disput.8.sect.3.* hanc gratiam iam

Suarez.

F depositâ fictione dari per Deum, intuitu, seu ratione sacramenti suscepti. Et ratio est, nam nulla causa, quę fuit, & iam non est, aliquem effectum in tempore præsenti causare potest, sed supponimus Sacramentum iam fuisse, sed nūc non extare, alioquin talia sacramenta semper essent in facto esse, quod est falsum, ergo illum effectum gratiæ huiusmodi sacramentum propriè efficere nō potest, ergo datur à Deo illa gratia, intuitu, & ratione suscepti Sacramenti. G

CAPVT XXX.

An Sacrrmenta dum suscipiuntur, causent effectum gratia in aliquo tempore,vel in instāti

H

HVius quæstionis difficultas fusè à Theologis scholasticis tractatur, sed ab huiusmodi disputationis prolixitate declināre volumus,nè nimia materia, potius animum legētis inuoluat, quam quæstionis difficultatem resoluat. Itaq; in præsenti cap. explanare intendimus,quomodo Sacramenta, dum suscipiuntur;effectum gratiæ causent, an scilicet in aliquo tempore vel in instanti. Ad quod respondentes nonnulli dicunt,Sacramenta non conferre gratiam in instanti,sed in aliquo tempore,quod videlicet tempus volunt esse indeterminatum, non autem determinatum, ac definitum. I

1.opinio. negat fieri in instanti.

Sed contraria sententia tanquam verior,& probabilior mihi placet, quam absq; trepidatione amplector, defendēdamq; aggredior,scilicet Sacramenta eodem instanti quo recipiuntur, gratiā conferre. Ità docent *D.Thomas 3.par.q. 75.art.7.ad 1.& 3. Capreolus in 4. dist. 1. q.1.art.3.ad 1. Scotus ibid. contra 3. concluf. Maior in 4. dist. 16. Adrianus in materia de Confessione.q.4. Suarez disput. 8. sect.2. & Filliuccius de Sacrament. in commun.tract.1.cap.6.quæst.6.& alij.* K

2. opinio affirmat.

S.Thomas *Capreolus* *Scotus* *Maior* *Adrianus.* *Suarez* *Filliucc.*

Probatur hæc opinio pluribus rationibus. Prima ratio est illa,quam adducit *Suarez loc. cit. quia(inquit) in eo instanti omnia concurrunt, vt effectus fieri possit,quæ nec ante illud instans, nec post illud concurrere potuerunt, quia in eo instanti causa est essentialiter perfecta,& an-*

Suarez

ta

A *tea non fuit neq; postea duratura est, & alioqui subiectum est capax, & sine obice, & effectus natura sua postulat, vt indiuisibiliter fiat, ergo in nullo alio tempore, vel instanti, perfici commodius potest huiusmodi effectus.*

Secunda ratio est, Nam si contingeret aliquem mori, dũ baptismalis aqua super caput eius infunditur, & forma Sacramenti tunc est explera, vtiq; salutem consequitur sempiternam, quia iam
B verum Sacramentum recepit, per quod omnia eius peccata iam deleta sunt, atq; gratia collata; ergo Sacramentum gratiam confert in illo instanti, quo suscipitur.

Tertia ratio est, Quandocunq; materia, siue subiectum habet debitam dispositionem Agens naturale in eo suum effectum absque vlla mora operatur; sed Sacramentum perfectius est, quam Agens naturale, quia in eo
Augustin. (quemadmodum docet *D. Augustinus*) diuina virtus secretius operatur: ergo
C Sacramentum nulla intermissa temporis mora, ac propterea in vnico instanti, effectum gratiæ operatur. Confirmatur, nam supponimus subiectum benè esse dispositum, idest nullum ex parte sua opponere obicem, quo Sacramenti effectus præpediri possit, ergo infallibiliter in illo instãti susceptionis, fructum Sacramenti, ipse suscipiens cõsequetur.

Aduertendum est autem in hoc loco, quod instans dupliciter considerari potest. Primum instans est illud, in quo
D primo Sacramentum non est; & hoc, instans extrinsecum appellatur: Secũdum vero, in quo vltimo est, & cõsummatur, quod instans intrinsecum, & terminatiuum illius nuncupatur. Ita *Filliuccius de*
Filliucc. *Sacrament. in communi tract. 1. cap. 6. q. 6. num. 104.* Vnde siue dicatur Sacramentũ esse instrumentum gratiæ physicum, siue morale, in vtroq; instanti probabile est, illud posse effectum gratiæ operari. *Filliuccius d. q. 6. & q. 7.*

E Item aduertendum est, hanc nostram doctrinam debere intelligi de gratia habituali, non autem de gratia sacramentali, quia videlicet illa habitualis in eodem instanti confertur, quo ipsum Sacramentum suscipitur, sacramentalis vero tunc datur, quando necessaria est ad consequendum finem, propter quem tale Sacramentum est institutum. Vnde, in Sacramento Confirmationis, illa specialis fortitudo, & robur, tunc fideli subministratur per diuinam virtutem,
quando scilicet ei contingit, vt fidem F
Christianam contra paganos, & infideles confiteatur, atq; defendat. Quapropter si paganorum impietas contra aliquem fidelem Christianum sæuierit, tũc omnipotens Deus per Sacramentum Confirmationis iam antea susceptum, spiritualem fortitudinem ei præstat, vt tormenta, & pœnas ab aduersarijs inflictas fortiter substinere valeat, & fidem Christianam esse veram, aperte, intrepidoq; animo confiteatur. Ita pariter dicendum est de Sacramento Ordinis, tũc G
enim illa sacramentalis gratia bono ministro confertur, quando scilicet sacramenta Ecclesiæ est administraturus, ad hoc vt digne ea pertractare valeat, & ea quæ pertinent ad suum officium rectè exerceat. Deniq; eodem modo dicendum est de Sacramẽto Matrimonij. Lege de hoc *Filliucc. loc. cit.* *Filliuccius*

CAPVT XXXI.

An sacramenta noua legis sint instrumenta physica gratiæ, eam physicè producentia. H

ANtequam ad resolutionem præsẽtis quæstionis deueniamus sciendum, ac supponendum est, duplicem dari causam, scilicet physicam, & moralem. Causa physica est illa, quæ verè, & I
immediatè in suum effectum influit. Causa vero moralis est illa, quæ sua entitate in effectum immediatè non influit, sed eius intuitu causa physica in aliquem effectum immediatè influit; vnde *Bonacina de Sacrament. in genere disput. 1. q. 4. punct. 6.* ad hoc explicãdum *Bonacina.*
duo exempla proponit. Primũ est quando creditor precibus debitoris, ad condonandum debitum mouetur, in quo casu preces ipsæ sunt causa moralis cõdonationis. Secundum est, quando de- K
bitor viso chyrografo, mouetur ad soluendam pecuniam, quam suo creditori debet, vbi ipsum chyrographum vt causa moralis se habet; non quia sua entitate ad producẽdum effectum solutionis influat, sed quia, est quodam incitamẽtum, quo debitor ad soluẽdam debitam pecuniam impellitur. Hoc posito.

Quæro an sacramẽta nouæ legis sint instrumenta physica gratiæ; ita, vt intelli-

A telligatur eam physicè, & immediatè causare. Nonnulli Scholastici negant sacramenta, causare physicè gratiam, ita vt instrumenta physica dicantur. Ita docet *Vazquez disput.132.cap.3.4.& 5.* *1. opinio* *Vazquez.* *Coninch.* *Becchanus* *Guliel. Pa ris.* *pag.250. Item Becchanus de incarnatione cap.10.num.14. Coninchus quæst.62.ac.4. dub. vnico num.123. & Gulielmus Parisiensis qui in lib. de Sacrament. in gener. cap.1.* dicit. Sacramenta per modum impetrationis gratiam conferre, quia oratio Ministri, vel Ecclesiæ Sacramento coniuncta, suscipienti gratiam impetrat. Quod ex illo *Actor.8.* probat, vbi legitur Apostolos ante manuum impo-

B sitionem, orationem præmisisse. *Orauerunt* (inquit) *pro ipsis, vt acciperent Spiritum sanctum*. Et infra, *Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum*.

Huic autem opinioni, quam prædicti Theologi tenent, permultorum SS. Patrum sententiæ fauere videntur. *Basilius* *Basilius namq; in lib. de Spiritu sancto cap.15.* hoc modo loquitur. *Qui nobis* (inquit) *vitam dispensat Dominus, baptismatis pactū nobis statuit, mortis quidem imaginem im-*

C *plente aqua, spiritu vero vitæ arrham præbente*. Et infra subiungit dicens, *Aqua mortis exhibet imaginem, spiritus verò vim viuificando immittit*. Item *Cyprianus* *Cyprianus in serm. de Baptism.* Christi sic fatur. *Remissio peccatorum siue per Baptismum, siue per alia sacramenta donetur, propria Spiritus sancti est, & ipsi soli huius efficientiæ priuilegium manet. Verborum solemnitas, & sacri inuocatio nominis, & signa institutionibus Apostolicis Sacerdotum ministerijs attributa, visibile celebrant*

D *Sacramentum, rem vero Sacramenti Spiritus sanctus format & efficit*. Hæc ille.

Ambrosius Hoc pariter modo loquitur *Ambrosius in lib.1. de Sacramentis cap.5. Aliud est* (inquit) *elementum, aliud consecratio,* *Augustin.* *aliud opus, aliud operatio, aqua opus est, operatio, Spiritus sancti est*. Item *Augustinus epist.23. Aqua* (inquit) *exhibens forinsecus Sacramentum gratiæ, & spiritus operans intrinsecus beneficium gratiæ soluens vinculum culpæ, reconcilians bonum*

E *naturæ, regenerans hominem Christo*. Et *Hieronym* *Hieronymus Isa.4.* illa verba exponens *Matth.3. Ego baptizo vos in aqua, qui autem post me venit, ille vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni. Ex hoc* (inquit *Hieronymus*) *discimus quod homo tantum aquam tribuat, Deus autem Spiritum sanctum*.

2. opinio Sed his omnibus non obstantibus, dicendum est, sacramenta esse instru- F menta physica gratiæ, eam physicè causantia. Ita *D. Thomas 3. part. q.62. art.4. ibiq; Caietanus Paludanus q.1. opinion.2. Capreolus q.1. conclus.3. Alexander Alensis Thomas de Argentina q.1. & in 2. dist. 19. q.1. act.3.* qui Theologi quamuis in modo explicationis inter se, & ab alijs, quos infra citabimus differant, tamen communiter asserunt, sacramenta esse causas gratiæ, quia per veram actionem physicam ad sanctificandos homines concurrunt. Item hanc nostram sententiam, tenent atque defendunt, *Suarez. super 3. p. D. Thom. q.62. art.4. disp.9. sect. 2. Bellarminus lib. 2. de sacramen. cap. 16. num.4. Sayrus lib.5. cap.3. q. vnic. art.5.6. & 7. Henriquez lib.1. cap.16. Nugnus de Sacrament. conclus.3. Bonacina, de Sacramen. in gener. q.4. disput.1. punt.6. propos. 2. Pesantius sup.3. par. D. Thom. q.62. act. 1. disp.1. conclus.3. Filliuccius de Sacram. in commun. tract.1. cap.6. q.7.* *S. Thom.* *Caietanus.* *Paludanus* *Capreolus.* *Alex. Alen.* *Argentina* *Suarez.* *Bellarmin.* *Sayrus.* *Nugn.* *Henriq.* *Bonac.* *Pesantius* *Filliuccius* G

Ratio autem principalis, quæ ad hāc sententiam probandam adduci potest, hæc est. Esse enim sacramenta, quædam instrumenta physica gratiæ, indicat, quandam perfectionem ipsorum, quemadmodum *Bellarminus, Bonacin. & alij locis citatis*, docent, sed pertinet ad Sacramenta nouæ legis, vt sint cunctis Sacramentis antiquis perfectiora, atque præstantiora; ergo probabile, ac verisimile est, Deum eis contulisse virtutem, vt gratiam physicè causarent. Hoc in absque vlla difficultate, siue repugnantia efficere potuit Deus, vt scilicet aliquam creaturam eleuaret ad producendum physicè effectum supernaturalem, quem per seipsam Creatura, producere non poterat. Imò per hoc mirabilis diuinæ potentiæ virtus dilucidius à fidelibus agnoscitur. Quapropter si Sacramenta sunt quædam signa sensibilia, quæ (iuxta doctrinam *D. Thom. in plurib. artic. 3. p.*) ad cognoscendum Deum nos conducunt; valde probabile; ac rationi consentaneum est, vt Deus hanc mirabilem virtutem causandi physicè gratiam, ipsis Sacramentis contulerit, per quod nos ad agnoscendam eius potentiæ magnitudinem eleuaremur. Tum quia maiorem habere videntur virtutē nostra Sacramenta, quam chyrographū creditoris, siue precatio debitoris, sed hæc sunt instrumenta moralia; & etiā physica; quemadmodum in subsequentibus capit. fusius præstante Domino probabimus. Ergo &c. *Probatur catione.* *Bellarmin.* *Bonacina* H I *S. Thomas,* K

CA-

A

CAPVT XXXII.

Sacramenta esse instrumenta physica gratiæ; authoritate Conciliorum, & comuni SS. Patrum consensu probatur.

B

IN præcedenti cap. Sacramenta nouæ legis esse vera instrumenta physica gratiæ, eam physicè producentia, & rationibus, & comuni Scholasticorum sententia probauimus, contra nonnullos hoc expresse negantes; sed vt nostra opinio maiorem soliditatem in animis legentium habeat; idcirco eam, & authoritate Conciliorum, & comuni SS. Patrum consensu confirmare congruum duximus. Nostra itaque doctrina validissimum fundamen-

C tum habet in illis *Apostoli Pauli* verbis, *Per lauacrum (inquit) regenerationis, & lauacro aqua in verbo vitæ*. Quæ videlicet verba, si vt sonant, accipienda sũt, vtique manifestè indicant, Sacramenta esse instrumenta physica, quemadmodum optimè notat *Suarez disp. 9. sect. 1.*

Suarez. Con. Trid.

Insuper *ex Concil. Trident. sess. 6. cap. 7.* hoc apertius colligitur, ibi enim causas gratiæ annumerans ait, Baptismum esse causam instrumentalem eius. Si igitur est causa instrumentalis gratiæ; vti-

D que habet suam efficientiam immediatam ad producendum effectum gratiæ; ergo est instrumentum physicum, ipsam gratiam phisicè producens. Hoc idem pariter *in Concil. Magunt. cap. 11.* habetur, vbi sic legitur. *Doceant (inquit) Pastores septem esse Ecclesiæ Sacramenta diuinitus instituta per quæ velut apta instrumenta, atque remedia sua gratia munera nobis impartitur Deus*, Item *in Concil. Coloniens. p. 7. cap. 1. & in Concil. Senonens. in decret. fidei cap. 10.* vbi aperte dicitur Sacramenta habere vim diuinæ gratiæ conferendæ. Si ergo habent vim,

E & virtutem dandi, siuè causandi gratiã; vtique sunt instrumenta physica, quia videlicet ex se, & ex vi institutionis suæ possunt effectum gratiæ immediatè causare. Et hic modus loquendi magis cõuenit superiori doctrinæ, qua fusè probauimus Sacramenta posse ex vi institutionis suæ gratiam ex opere operato conferre.

F

Præterea in fauorem huius nostræ opinionis, quodam decretum *Concil. Flor. sub Eugenio IV.* celebrati potest adduci, vbi sic habetur. *Nouæ legis septem sunt Sacramenta, quæ multum differunt à Sacramentis veteris legis, illa enim non conferebant gratiam, hæc autem nostra, & continent gratiam, & eam dignè suscipientibus conferunt.* Si igitur nostra Sacramenta gratiam continent, & conferunt, vtiq; sunt instrumenta physica gratiæ, & nõ tantum moralia, quia si essent tantum moralia, illam gratiam

Con. Flor.

G minimè continerent. Nullum namq; instrumentum morale, siue causa instrumentalis moralis, suum effectum, aut actualiter, aut virtualiter in se continet, quemadmodum ex duobus exemplis chyrographi, & deprecationis *in præcedenti cap.* allatis clarissimè constat. Chirographum enim non continet debiti solutionem, neque actualiter, neq; virtualiter, sed est quodam instrumentum morale, quo debitor impulsus ad soluendum debitum procedit. Ipse au-

H tem debitor est vera causa physica solutionis, quia talem effectum, idest pecuniam, qua debitum soluitur, in se continet, eumq. ex se, & ex sua virtute immediatè producit. Ità pariter de Sacramentis dicendum est, nam cum gratiam in se contineant, eamque ex se producere, siue causare valeant (quemadmodum ex præallegatis *Concil. Florent.* verbis probatum est) vtique sunt causæ, siuè instrumenta physica gratiæ, eam physicè producentia.

Concil. Fl.

I

Item hæc nostra opinio, per multorũ SS. Patrum sententijs confirmatur. *Chrysostomus* siquidem hoc, quod nos probare intendimus, apertè docet in *homil. 25. in Ioann.* vbi hoc modo effatur. *Nonum (inquit) iam natura nostra intexitur opificium à Spiritu Sancto, & aqua; quod enim est matrix embrioni, hoc, & fideli aqua.* Et infra subiungit dicens; *Ex quo Iordanis alueũ ingressus est Christus, non amplius reptilia animarum vi-*

Chrysost.

K *uentium, sed animas rationales, & spirituales aqua producit.* Idem confirmat *in homil. 35.* dicens, *Futurum erat Baptisma plenum maxima potestatis, & gratia purgaturum peccata pro mortuo viuum effecturum.* *Syluester Papa* idem docet, dum apud *Nicephor. lib. 7. histor. cap. 33.* ad Constantinum suscipiẽtem Baptismum sic loquitur. *Hæc aqua Imperator diuina virtute per innocationem viuicæ Trinitatis concepta, sicut exterius corpus hominis ablutis,*

Syluest. PP. Nicaphor.

A *abluit; ita etiam interius animam mundat, & splendidiorem radijs solaribus efficit.*

Cyprianus.

Cyprianus similiter nostræ sententiæ mirifice fauet *in serm. de cœna Domin.* vbi de Sacramento Eucharistiæ alloquens, sic inquit, *Panis est esca propter nutrimenti congruentiam, sanguis propter vinificationis efficientiam. Panis iste communis in carnem, & sanguinem mutatus, procurat vitam, & nutrimentum corporibus, ideoq; ex consueto rerum effectu fidei nostræ adiuta infirmitas sensibili argumento* B *edocta est, sensibilibus Sacramentis inesse vitæ æternæ effectum, & non tam corporali, quàm spirituali transitione Christo nos venire.*

Cyrill. Alex.

Cyrillus Alexandrinus etiam *in lib. 2. in Ioan. cap. 42.* hoc idem significat dum ait, *Sicut enim viribus ignis intẽsius aqua calefacta calorem efficit, non aliter quam ignis, sic Spiritus sancti operatione ad diuinam aqua reformantur virtutem, qua baptizatum abstergunt.* Et *Ambrosius lib. 1. de Sacramentis cap. 5.* idem insinuat C dicens, *Non omnis aqua sanat, sed aqua sanat, quæ habet gratiam Christi.* Et *lib. 3. cap. 1. Tibi* (inquit) *reseruatum est, vt aqua te generet ad gratiam, sicut illa generauit ad vitam. Et lib. 4. cap. 4.* ait, *Si tanta vis est in sermone Domini Iesu, vt inciperent esse, quæ non erant quanto magis operatorius est, vt sint quæ erant, & in aliud commutentur.*

Ambrosius

S. Leo pap. Damasce. Iustinus. Gre. Nyss. Cyrill. Hierosol. Theodore. Augustin. Gre. Naz. Beda.

Denique hanc nostram sententiam confirmant nonnulli alij Patres, vt *S. Leo Papa epist. 4. cap. 6. & sermon. 4. de* D *Natiuit. Domin. & serm. 5. Damascenus lib. 4. de fide cap. 10. & 14. Iustinus in dialog. cum Triph. de Baptism. & Eucharist. in apolog. 2. pro Christianis, Gregorius Nyssenus lib. de Baptismo in princ. Cyrillus Hierosolymitanus in præfation. ad Catechism. circa fin. & Catechism. 3. & 4. Theodoretus in epitom. diuinorũ officior. cap. de Baptismo. Augustinus tract. 80. in Ioãnem, & tract. 5. & epist. 23. Gregorius Nazianzenus oration. de Baptism. Beda serm. 1. de Epiphania, & alij qui referun-* E *tur in Decret. de consecrat. dist. 4.*



CAPVT XXIII. F

An sacramenta sint causa moralis instrumentalis gratiæ.

IN hac quæstione apud omnes Theologos, & Summistas, opinionem inuenio affirmatiuam, à qua neminem discrepare mihi compertum est, vnanimiter enim fatentur sacramenta nouæ legis, esse causam moralem instrumentalem gratiæ. G Ita docent *Vazquez disput. 132. cap. 3. 4. & 5. pag. 250. Coninchus 3. part. q. 62. art. 1. Sayrus lib. 5. cap. 3. q. vnic. art. 2. & 3. de Sacrament. in gener. Nugnus, & Phyliarcus 2. par. lib. 1. cap. 4. Chamerota tractat. de Sacrament. cap. 1. dub. 3. Valentia tom. 4. disp. 3. q. 3. punct. 1. Franciscus Pitigianus dist. 1. q. 4. art. 10. conclus. 4. Coninchus q. 62. ar. 4. dub. vnic. nu. 123. Bonacina de Sacrament. in gener.* H *disp. 1. q. 4. pun. 6. propos. 1. Filliuccius de Sacramẽtis in commun. tract. 1. cap. 6. q. 7. Canus relectione de Sacrament. in gener. part. 4. & Beceban. de Incarnat. cap. 10. n. 14.*

Vazquez. Coninch. Sayrus. Nugn. Phyliarch. Camerota. Valentia. Pitigianus Bonacina. Filliuccius Canus. Becchanus

Sed ad hoc vt prædicta sententia facilius intelligatur, notandum est ex *Filliuccio cap. 6. q. 7.* quod quatuor modis excogitari potest, sacramenta gratiam conferre. Primo modo vt causa sine qua non ita vt quædam signa exter- I na efficacia dicantur, quibus positis Deus gratiam cõferat quemadmodum sigillum Regis secretario præsentatum, esset causa, vt eleemosina, vel aliquid aliud ab eo recipiatur. Secundo modo, gratiam conferre possunt tãquam causæ mediatæ ita vt ipsa sacramenta, gratiam immediatè non attingant, sed vel characterem, vel ornatum vel dispositionem, vnde deinde producatur ipsa gratia. Tertio ad modum causæ physicæ, quæ scilicet media aliqua actione, vel qualitate physica, reali videlicet in- K fluxu, immediatè effectum attingat, quemadmodũ ignis media calefactione, alium ignem producit. Quarto ad modum causæ moralis, quæ scilicet nõ reali influxu effectum attingit, sed morali quodammodo, quatenus impellit, & mouet id, à quo effectus re ipsa producitur; hoc pacto qui precibus, consilio, aut imperio alicui homicidium suadet; causa moralis homicidij quod se-

Filliuccius

Quatuor modis sacramenta gratiã conferre possunt.

A quitur, dicitur; sic etiam qui suis operibus gratiam, & gloriam prometetur, causa moralis gratiæ, & gloriæ dicitur.

Sacramenta sunt causæ gratiæ, & quomodo.

His præmissis, dico sacramenta esse causam gratiæ hon primo, neq; secundo, sed tertio, & quatto modo. Quod sint causa tertio modo, idest causa physica, iam in præcedenti capite, ex Concilijs, & ex authoritate Patrum, nec non & ex communi Scholasticorum consensu sufficienter probatum est. Quod antē sint tertio modo causa moralis pro-
B batur hac ratione. Illa est enim causa moralis, cuius intuitu causa physica aliquem effectum producit, sed sacramēta nouæ legis quatenus merita Christi repræsentant efficiunt, vt Deus huiusmodi intuitu, gratiam fidelibus, sacramenta ipsa suscipientibus conferat; ergo sacramēta sunt causa moralis gratiæ. Quam assertionem, probabiliorem putat *Fillinccius loc. cit.* quam si dicatur sacramenta esse instrumenta physica, sed ipse vtramq; opinionem esse veram
C affirmat, vt in præcedenti cap. ostendimus.

Deniq; lectori notum esse volo, hanc quæstionem quem in præsenti cap. pertractamus, eamq; quam in præcedenti, pertractauimus tantam in se includere difficultatem, vt merito Theologi Scholastici in plures, ac varias opiniones diuisi; inter se acriter decertent. Nonnulli enim dixerunt sacramenta tantum esse quasdam conditiones, quibus positis, Deus gratiam confert. Quapropter vo-
D lunt causas appellari, quatenus sunt cōditiones necessariæ, sine quibus gratia minimè tribuitur. Hanc opinionem tenet *Scotus dist. 1. q. 5.* eamq; *Durandus in 4. dist. 1. q. 4.* amplexus est.

Scotus. Durandus

Alij vero docuerunt sacramenta gratiam suscipientibus conferre per modū impetrationis, quatenus intelligatur orationem, siue deprecationē ministri Sacramento adiunctam, gratiam ipsi suscipienti ab omnipotenti Deo impe-
E trare. Quæ videlicet opinio fundamentum habet in illo *Actor.* 8. vbi perhibetur Apostolos, antequam Sacramentum Confirmationis, quod in manuum impositione consistebat, ministrarent, pro ipsis suscipientibus orabant, atque deprecabantur. Orauerunt (inquit) pro ipsis, vt acciperent Spiritum sanctum. Et infra, Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum. Hæc autem opinio tribuitur *Gulielmo Parisiensi lib. de Sacram. in genere cap. 1.*

Act. 8.

Gulielm. Parisiens.

Gabriel vero dist. 1. q. 5. art. 1. not. 3. & 4. & art. 2. conclus. 6. & 7. vult sacramenta, esse quasdam cōditiones, ad quarum præsentiam Deus gratiam confert, vnde per hanc assertionem, *Scoti* opinioni, quam paulo antea explicauimus, adhæret; sed addit, non esse causas per accidens, sed per se. Causa enim per accidens, infallibiliter suum effectum non producit, sacramenta vero effectum gratiæ necessario operantur, ergo sunt causæ per se. Quam videlicet sentētiam *Bonauentura in 4. dist. ar. 1. q. 4. & Suarez disput. 9. sect. 2.* exponunt, & dicunt, sacramenta si moraliter accipiantur esse, causas per se, si vero accipiantur physicè, esse causas per accidens. F G

Gabriel. Bonauent. Suarez.

Item quædam opinio est *Magistri Soti*, qui in *4. dist. 1. q. 3. art. 1. & 4.* asserit sacramenta causare gratiam mediatè, & consecutiuè.

Sotus.

Phyliarcus vero *de Sacrament. in commun. lib. 1. cap. 4.* dicit, quod licet sacramēta respectu humanitatis Christi, quæ cum natura diuina in persona verbi est vnita, instrumenta separata dicantur, H
sunt tamen instrumenta coniuncta diuinitatis, non in vnitate personæ sicut Christi humanitas, sed quia Deus vbiq; est, & illis vtitur, vt instrumentis; & Sacramētorum virtus ad causandam gratiam, non est aliqua qualitas naturalis, vel gratuita illis superaddita, sed eorū passiuus vsus, seu motus, quo à principali agente mouentur; hoc enim ipso quod Deus ad dandam gratiam instrumentaliter illis vtitur, in ordinem causę instrumentalis eleuantur, & efficiendi I
illam vim habent.

Phyliarcus

Denique ex his Scholasticorum opinionibus collige omnes communiter conuenire, sacramenta esse quædam instrumenta, quibus Deus ad conferendā gratiam vtitur. Esse autem instrumenta physica, iam in præcedētibus capitibus sufficienter probauimus contra nonnullorum opinionem, contrarium asserentem. Esse verò instrumenta, siue causas morales instrumentales gratiæ; præter eos, quos in principio huius cap. re- K
tulimus, probat *Ledesma 1. p. 4. quæst. 3. art. 1. circa fin.* Insuper *Suarez disput. 9. sect. 2.* vbi ait, hanc opinionem esse probabilem, & *Ioseph Angles de Sacramentis in commun. q. 3. art. 1. conclus. 1.* vbi docet sacramenta posse causas morales appellari, eo quod Deum opt. max. mediante Iesu Christi obsequio moueant, ad conferendam gratiam.

Ledesma. Suarez. Angles.

CAP.

A *CAPVT XXXIV.*

An aliqua creatura possit instrumentaliter creare, vel ad creationem concurrere.

NOn incongruè post præcedentes, hæc quæstio subditur, nam cum superius probatum sit, sacramenta esse B causas instrumentales gratiæ; hinc aliquis interrogare me posset, an gratia ab ipsis Sacramentis instrumentaliter creetur, quatenus sūt eius causa instrumentalis; vnde opportunè queritur, an aliqua creatura possit instrumentaliter creare, vel ad creationem concurrere.

1. opinio. Antequam vero difficultatem quæstionis resoluamus, variæ sunt discutiēdæ opiniones. Prima est eorum qui dicunt, res à Deo gradatim processisse, ita *Auicenna.* vt intelligatur, immediatè à Deo primā C creaturam idest Angelum processisse, ac postmodum, illam aliam produxisse creaturam, & sic gradatim descendendo vsq; ad creaturam corpoream. Hanc opinionem recenset, atque refellit *S. Thomas.* *D. Thomas 1. part. q. 65. art. 3.* quam ex *Caietanus.* mente *Auicēna* profluxisse vult *Caietanus in comment. super d. art. 3.* Vnde liquido constat ex hac opinione Auicennæ hominem fuisse ab Angelis procreatum, & ex hoc infertur aliquam creatu- D ram posse aliam creaturam procreare.

Iudæorum opinio. *Ambrosius* Similiter hanc eamdem opinionem tenuisse Iudæos refert *Ambrosius lib. 2. Hexemer. cap. 7.* quam sequentibus verbis omnino refellit. *Cui dicit Deus* (inquit) *faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Non sibi vtique quia non dicit faciam, sed faciamus; non Angelis quia ministri sunt, serui autem cum Domino, & opera cum Authore non possunt operationis habere consortium. Sed dicit filio, etiam si Iudæi nolint, etiam si Arriani repugnent. Sed, & Iudæi conti-* E *cescant, & Arriani cum paribus suis obmutescant, qui dum vnum á consortio diuinæ operationis excludunt, plures inferūt, & prærogatiuam, quam seruulis donant filio negāt. Sed esto, vt adminiculo seruorum ad operandum, Deum nobis indiguisse videatur si operatio communis est cum Angelis Deo, nunquid Deo, & Angelis communis imago est?*

Secunda opinio asserit creaturam posse instrumentaliter creare, vel ad opus creationis concurrere. Ita *Gabriel* F *Gabriel.* *dist. 1. q. 2. art. 3. dub. 2. Alma. quem ibi citat, & Vega super Concil. Trident. lib. 7.* *Vega.* *cap. 13.* Sed aduersus hanc opinionem disputat *Caietanus super 1. par. D. Thom.* *Caietanus.* *q. 65. art. 3.* dicens nullam secundam *D. Thomas* causam posse propria virtute creare, sed nec instrumentaliter aliquam earum hoc posse, quoniam li primum (inquit) ordine compositionis in re est proprius effectus primæ causæ, nihil fingi potest præuium quod ad causam aliquam instrumentalem spectet, quoniam ante G primum nihil est; & tamen constat instrumentum omne ad præuium aliquid agendum apponi.

S. Thomas vero 1. par. q. 45. art. 5. præ- *D. Thomas* fatam opinionem refellit his verbis. Satis apparet (inquit) in primo aspectu secundum præmissa, quod creare non potest esse propria actio, nisi solius Dei. Oportet enim vtiliores effectus in vtiliores, & priores causas reducere. Inter omnes autem effectus, vtilissimum est ipsum esse. Vnde oportet quod sit pro- H prius effectus primæ, & vtillimæ causæ, quæ est Deus. Vnde etiam dicitur in lib. de causis, quod neq; intelligentia, vel anima nobilis dat esse, nisi in quantum operatur operatione diuina. Producere autem esse absolutè, non inquātum est hoc, vel tale pertinet ad rationem creationis. Vnde manifestum est quod creatio, est propria actio ipsius Dei. Contingit autem quod aliquid participet actionem propriam alicuius I alterius, non virtute propria, sed instrumentaliter, inquantum agit in virtute alterius, sicut aer per virtutem ignis habet calefacere, & ignire. Et secundum hoc aliqui opinati sunt quod licet creatio sit propria actio vniuersalis causæ, tamen aliqua inferiorum causarum in *D. Thom.* quantum agit in virtute primæ causæ potest creare. Et sic posuit *Auicenna*, *Auicenn.* quod prima substantia separata creata a Deo, creat aliam post se, & substātiam orbis, & animam eius, & quod substantia orbis creat materiam inferiorum K corporum. Et secundum hunc etiam modum dicit *Magister sent. in 4. sent.* *Mag. sent.* *dist. 5.* quod Deus potest communicare creaturæ potentiam creandi, vt creet per ministerium, non propria authoritate. Sed hoc esse non potest, quia causa secunda instrumentalis non participat actionem causæ superioris, nisi inquantum per aliquid sibi proprium, dispositiuè operatur ad effectum principalis

 agentis.

A agentis. Si igitur nihil ibi ageret secun-
dum illud quod est sibi proprium, fru-
stra adhiberetur ad agēdum. Nec opor-
teret esse determinata instrumenta de-
terminatarum actionum. Sic enim vi-
demus quod securis scindēdo lignum,
quod habet ex proprietate suæ formæ
producit scamni formam, quæ est effe-
ctus proprius principalis agentis. Illud
autem quod est proprius effectus Dei
creantis, est illud quod præsupponitur
omnibus alijs scilicet esse absolutè.
B Vnde non potest aliquid operari dispo-
sitiuè, & instrumentaliter ad hunc effe-
ctum, cum creatio non sit ex aliquo
præsupposito, quod possit disponi per
actionem instrumentalis agentis. Sic
igitur impossibile est, quod alicui crea-
turæ conueniat creare, neque virtute
propria, neq; instrumentaliter, siue per
ministerium. Et hoc præcipue inconue-
niens est de aliquo corpore dicere,
quod creet cum nullum corpus agat,
nisi tangendo, vel mouendo, & sic re-
C quirit in sua actione aliquid præexi-
stens, quod possit tangi, & moueri.

Tertia deniq; opinio, quam ego am-
plector, tenet, nullam creaturam, siue
spiritualem, siue corporalem posse in-
strumētaliter creare, vel ad creationem
Alex. Alē. concurrere. Ita *Alexander Alensis in 2.*
Mag. sent. *par. q. 6. memb. 2. art. 4. Magister sent. in 4.*
S. Thomas *dist. 5. S. Thomas 1. part. q. 45. art. 5. Alber-*
Alb. Mag. *tus Magnus in 2. sent. dist. 1. art. 7. Scotus*
Scotus. *in 4. dist. 1. q. 1. Ricchardus in 4. dist. 5.*
Riccardus. *q. 4. art. 1. Durandus in 2. q. 1. dist. 1. Caie-*
D *tanus super 1. part. D. Thom. q. 65. art. 3.*
Durandus *Ioseph Angles de Sacramentis in genere*
Caietanus. *q. 3. art. 2. conclus. 1. & Phyliarchus de*
Angles. *Sacrament. in commun. lib. 1. cap. 4.*
Phyliarc. Probatur hæc opinio pluribus ratio-
Probatur nibus. Prima est. Nam de natura instru-
rationibus menti est, vt agat circa aliquid præexi-
1. ratio. stens, sed creatio importat productio-
nem alicuius rei ex nihilo, ergo nulla
creatura potest, vt instrumentalis causa
2. ratio. ad creationem concurrere. Secundo
creatio ad solum Deum pertinet quem-
S. Thomas admodum, *D. Thomas 1. par. q. 45. art. 5.*
E edocet, quia cum creatio aliud non sit,
quam quædam productio alicuius rei
ex nihilo, sed huiusmodi productio re-
quirit potentiam infinitam in ipso agē-
te; ex hoc enim quod ens à non ente in-
finitè distat, hinc fit, vt per solam poten-
tiam infinitam, non ens ad ens produ-
catur; ergo creatio ad solum Deum
pertinet, qui infinitam habet potentiā,
non autem ad creaturam, cuius poten-
tia, finita, & limitata est. Tertio nulla F
res potest causa appellari, nisi propter *3. ratio.*
aliquem effectum, quem verè producit;
vnde ignis dicitur causa caloris, quia
ipsum calorem vere producit, & radius
solaris dicitur causa lucis, quia ipsam
verè producit, sed creationis effectus
nullo modo produci potest ab aliqua
creatura, quia (vt iam diximus) ad pro-
ducendum hunc effectum, infinita po-
tentia in ipsa causa agente necessario
requiritur, quam nulla creatura habere
potest; ergo nulla creatura, causa instru- G
mentalis, creationis appellari potest.

Quartò, Si aliqua Creatura aliquo *4. ratio.*
modo ad creationem concurreret, vt
causa ad producendum suum effectum,
vtique appellari posset, & creatura, &
creatrix; Creatura planè, quatenus à
suprema causa, & à primo Agente ex
nihilo producta est; Creatrix vero, qua-
tenus aliam creaturam ipsa produceret,
quemadmodum *Auicenna* falsò edo-
cuit, sed non potest hoc nomen Creato-
ris alicui creaturæ conuenire, cum sit H
vnus Creator, vnus omnipotens, non
autem plures Creatores, vel plures Dij,
vel plures omnipotentes; ergo nullo mo-
do aliqua creatura, vt causa, ad effectū
creationis concurrere potest.

Denique ad hanc nostrā opinionem *Aliæ ratio-*
confirmandam duas alias rationes, siue *nes.*
argumenta adducere possumus. Primo
impossibile enim est aliquam creaturam
posse esse causam instrumentalem crea-
tionis, nam (vt optimè notat *Angles* *Ioseph*
loc. cit.) de ratione instrumenti est, vt *Angles.*
agat circa aliquod passum, & prius natu- I
ra, quā principale Agēs, illud tāgat, sicq;
mediū inter principale agēs, & passūm
quæ quidem in creatione cum fiat ex ni-
hilo haud esse possunt. Secundò, Nul-
lo modo creaturæ conuenit, aut tribui
potest, vt creet, vel creationis instru-
mentum existat; nam (quemadmodum *Phyliarc.*
notat *Phyliarcus de Sacram. lib. 1. cap. 4.*)
cum effectus creationis sit esse simplici-
ter, & per se primo productum ex nihi-
lo nulla eius præcedente potentia, ad
Deum primam, & vniuersalissimam
causam, tanquam proprius, & vniuer-
salissimus effectus pertinebit, qua parte K
etiam nullum præsupponit subiectum
omnino instrumentum à creatione ex-
cluditur; eatenus enim instrumentum
adhibetur, vt subiectum sua præuia ope-
ratione disponat.

Nunc autem tempus est, vt illam dif-
ficultatem, quæ in hac quæstione ante-
po-

A ponitur, resoluamus. Difficultas est an gratia, quæ per sacramenta suscipientibus confertur, creetur. Et quidem quis posset arguere, quod licet communiter dicatur hanc gratiam creari, at tamen propriè minimè creatur. Nam cum creari dicantur ea, quæ sunt per se subsistentia, gratia autem non est per se subsistens, ergo gratia propriè non creatur. Et probatur authoritate *D. Augustini 1. de Prædestinat. Sanctor. cap. 1;* vbi dicit posse habere fidem, & charitatem B naturæ est hominis, habere autem gratiam; est fidelium.

Obiectio

Gratia quę per sacramenta infunditur verè creatur

Sed verissimum est, hanc gratiam, quę per Sacramenta infunditur, verè creari. Probatur primo. Nam aut hæc gratia habitualis est aliquid, quod essentialiter pertinet ad essentiam Dei, & sic est ipsamet essentia diuina, aut est aliquid, quod est præter essentiam diuinam, sed primo modo esse non potest quia hinc succederet, vt quandocunq; gratia habitualis infunditur, ipsa essentia diuina infundatur, in ea mensura, C quæ merito suscipientis correspondeat; quod totum est falsum; ergo est aliquid præter essentiam diuinam. Sed omne quod est præter essentiam Dei, idest præter ipsum Deum, creatum est, iuxta illud *Ioann. 1. Omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil;* ergo gratia habitualis verè creatur.

Probatur 1

2. probatur

Probatur secundò, Gratia enim habitualis à nullo Agente naturali, sed à Deo producitur, ad quę tantū pertinet actus creationis, quęadmodū docet *D.* D *Thom. in 1. p. q. 1.* ergo creatur. Antecedens probatur, Nam ordine naturæ considerato, nullum Agens naturale potest effectum supernaturalem producere, sed gratia habitualis, est effectus supernaturalis; ergo &c.

Solutio.

Illud autem testimonium *Augustini* nil huic sententiæ officit, nam ibi tantummodo probatur, gratiam à Deo infundi, quod, & nos pariter concedimus, quia Deus ad conferendam gratiam se habet, vt causa principalis, Sacramenta autem, vt instrumenta.

E



CAPVT XXXV. F

An circumcisio in veteri lege, gratiam ex opere operato conferebat.

IN hac quęstione variæ sunt Theologorum opiniones inter se discordantes, nam alij affirmant alij verò negant in Circumcisione gratiam ex opere ope G rato fuisse collatam, nè per hoc idem effectus Circumcisioni tribuatur, quem nunc noster Baptismus habet; & nè ostēdatur eiusdem esse perfectionis, Sacramenta legis Mosaycæ, ac legis Euangelicæ. Vnde *D. Thomas 3. p. q. 62. art. 6.* simpliciter negat, sacramenta veteris legis gratiam causasse, quod intelligi de omnibus sacramentis, quę legem nouam præcesserunt, exponit *Suarez in comment. super dictum art. 5.* Ad quod pro H bandum *D. Thomas* testimonio Sacræ Scripturæ vtitur, *Galat. 4.* vbi dicitur, *Conuertimini iterum ad infirma, & egena elementa &c.* Quæ verba exponens *Glosa ordinaria,* ait *idest legem, quę dicitur infirma, quia perfectè non iustificat, sed gratia perfectè iustificat,* ergo Sacramenta veteris legis gratiam minimè conferebant.

S. Thomas

Suarez

Galat

Glosa.

Deinde in corpore de hoc rationem adducit; Non potest dici (inquit) quod I sacramenta veteris legis conferrent gratiam iustificantem per se ipsa; idest propria virtute, quia sic non fuisset necessaria passio Christi secundum illud *Galat. 2. Si ex lege est iustitia, Christus gratis mortuus est.* Tum quia, vt idem *D. Thomas* insinuat) Omnia antiqua Sacramenta in Christo venturo nitebantur, eumque promittebant, atq; præfigurabant: ideoque illi, vt instrumenta eius non coniungebantur. Nam sicut causa efficiens, antequam sit non potest operari, K ita pariter aliquo reali instrumento ad efficiendum non vtitur. Vnde concludit *Doctor Angelicus* Sacramenta veteris legis non habuisse in se aliquam virtutem, qua ad conferendam gratiam iustificantem operarentur, sed solum fidem significabant, per quam iudæi iustificabantur.

Exponitur sententia D. Thomæ

Sed hæc *D. Thomæ* sententia, non sine aliqua explicatione, atque distinctione intelligenda est, nam hic simpliciter negat illa antiqua Sacramenta potuisse

A tuisse gratiam conferre, non distinguẽs gratiam, an scilicet sit ex opere operato, vel ex opere operantis, vt per hanc distinctionem indicetur veram esse communem permultorum Theologorum opinionem asserentem, per illa Sacramenta fuisse aliquam gratiam collatam non quidem ex opere operato, idest ex virtute Sacramenti, sed ex opere operantis, idest propter fidem, & merita suscipientis. Et quidem hæc distinctio *in eodem art.5.à D. Thoma* ponitur, nam
B cum dicit illa Sacramenta non potuisse gratiam iustificantem conferre per seipsa idest propria virtute, idem profectò est, ac si diceret non potuisse gratiam iustificantem conferre ex opere operato. Deinde cum subiungit, Antiquos Patres per fidem passionis Christi fuisse iustificatos, sicut & nos, quam videlicet, fidem in susceptione antiquorum Sacramentorum protestabantur; profectò insinuat, in illis *Sacramentis*, gratiam ex opere operantis, præfatis anti-
C quis Patribus fuisse collatam, nam si per illam fidem, quam in Sacramentorum susceptione protestabantur, verè iustificabantur, vtique gratiam iustificantem in illis sacramentis recipiebant, cum non possit quis absque gratia iu-
Rom. 3. stificari, quemadmodum in illo *Rom.3.* constat, *Iustificati* (inquit) *gratis per gratiam ipsius*. Quod pariter ipsemet *D.Thomas in d.artic.5. in responsione ad tertium* edocet.

Si igitur illis terminis, scilicet, ex opere operato, & ex opere operantis
D *D. Thomas* ibi non vtitur, non mirum videatur, nam huiusmodi termini à recentioribus Theologis, qui D. Thomæ successerunt, inuenti sunt (quemadmodum *Bellarminus de Sacrament. in gener.*
Bellarmin *lib.1.cap.refert*) ideoq; magnã calumniã,
Caluinus ingentemq; contradictionem à nonnul-
Kemnitius lis hæreticis passi sunt. *Caluinus* namque *lib.4.institut.cap.14.§.26. & Kemnitius in 2.par.examinis pag.95.* hos terminos recipere noluerunt, vnde ipse *Caluinus* dicebat; Quidquid de opere ope-
E rato nugati sunt sophystæ, non modo falsum est, sed repugnat cum Sacramentorum natura, quæ instituit Deus, vt fideles vacui bonorum omnium, & inopes, nihil præter mendicitatem eò adferant.

His præmissis, difficultatem propo-
Magist. sent. sitæ quæstionis dissoluere aggrediamur, in qua quæritur, An Circuncisio in lege
Glosa. veteri, gratiam ex opere operato conferebat. Ad quod respondens *Magister* F *sententiarum in 4.dist.1. circa finem* dicit per Circuncisionis sacramentum fuisse peccatum originale remissum, sed non fuisse gratiam collatam. Idem tenet *Glosa in cap. Quod autem de consecrat. dist.4.* vbi significat, in Circuncisionis Sacramento tantum pœnam fuisse condonatam, atque remissam.

Sed hæc opinio *Magistri sent.* merito *Refellitur Mag.sent.* à Theologis minimè recipitur, nam quemadmodum docet *D. Thomas 3.p.* G *q.62.art.6.in responsione ad 3. & Suarez* *Primum ibid. disput. 10. sect.1.*) non potest pec- *argument.* catum remitti, nisi gratia infundatur, *S.Thomas* nec potest homo à peccato iustificari, *Suarez* nisi per gratiam, quæ verè iustificat, iux- *Rom.3.* ta illud *Roman.3. Iustificati gratis per gratiam ipsius*. Hoc profectò argumento vtitur *D.Thomas* ad refellendam opinionem Magistri, veruntamen eius nomẽ *Secundum* propter reuerentiam tacet. Insuper nõ *argum.* datur medium inter statum gratiæ, & statum peccati, siue originale sit, siue mortale; nam aut quis est amicus Dei, H & sic est in gratia, & per consequens extra statum peccati, cum non possint gratia, & peccatum in eodem subiecto simul stare; aut est Dei inimicus, & sic est in peccato, & extra statum gratiæ; sed amicitia Dei in gratia, & charitate præcipuè consistit; ergo si est Dei amicus habet iam gratiam. Constat autem quod solum peccatum, siue originale, siue actuale mortale, constituit nos, vt Dei inimici existamus, vnde hoc sublato, illico ad amicitiam Dei reuertimur, quæ siquidem absque gratia, & charita- I te, vt supra dictum est) non potest consistere; ergo hoc ipsum quod originale peccatum tollitur, necessarium est, vt gratia simul conferatur.

Nec etiam est vera illa opinio *Glosæ*, *Glosæ* quæ non immeritò ab omnibus Theologis communiter reprobatur; eo quod principijs fidei nostræ apertè, manifestèq; repugnet. Non enim potest remitti peccati pęna non sublato peccato, nam si in homine peccatum originale, siue K mortale remanet, vtique ad gloriam cęlestem, & ad vitam sempiternam peruenire non potest, & per consequens, in perpetuum pęnam damni patietur, quæ in priuatione visionis diuinæ Essentiæ consistit; ergo &c. Insuper non datur medium inter statum reprobationis, & inter statum gratiæ; aut ergo quis est electus habens gratiam, & sic præmium cælestis beatitudinis consequi promeretur,

A tur, in Regno cęlorum, nam omnis gradus gratiæ sufficiens est ad obtinendam supernam beatitudinem, quemadmodum in infantibus baptizatis conspicimus, qui per vnum gradum gratiæ in sacramento *B*aptismi receptum, si in infantia decederent, præminm cælestis gloriæ obtinerent. Aut verò quis est reprobus iam in peccato, siue originali, siue mortali existeus, & sic si est adultus ad pænas inferni descendit, si verò B est infans in Lymbo SS. Patrum, domicilinm habebit; sed vterque locus aliquã pænam habitaroribus suis præbet, ergo, &c. Minor quò ad primam partem probatur, ex illo *Matth. Ite maledicti in ignẽ æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius, & Matth. 3. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Et infrà, *Congregabit triticum suum in horreum paleas autem comburet igni inextinguibili.* Et iterum *Matth. 13. Sicut* (inquit) *colligutur Zizania, & igni comburuntur, sic erit in consummatione sæculi, mittet filius homi-* C *nis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus, & stridor dentium. Marc. 9. Si scandalizauerit té* (inquit) *manus tua abscinde illam, bonum est tibi debilem introire ad vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.* Item esse in Inferno ignem corporeum, quo dam- D nati, ac reprobi cruciantur apertè testatur *D. Hieronymus in cap. 10. Matth. Duplicem* (inquit) *gehennam nimiũ ignis, & frigoris, in Iob plenissimé legimus. Et Venerabilis Beda in commentar. illius loci Iob. 24. Quasi* (inquit) *duas gehennas Iob dicere mihi videtur, ignis, & frigoris per quas diabolus hæreticus, & homo impius commutetur. Et Augustinus lib. de triplici habitaculo cap. 2. Principalia* (inquit) *duo sunt tormenta in inferno, frigus* E *intolerabile*, ignis *inextinguibilis.* Idem fusius probat *Lessius* tam ex scripturis, quam ex Patribus, *in tractat. de perfectionib. diuin. lib. 13. cap. 24.* Ignis autem ingentes cruciatus intolerabilesq; pænas infert ijs, quos suis ardoribus concremat; ergo damnati in Inferno maximas, dirissimasq; pęnas substinent.

Matth. *Marc. 9.* *Hieronym.* *Beda.* *Augustin.* *Lessius.*

Minor, quo ad secũdam partem probatur. Lymbus enim est quidam tetrus carcer, in quo detrusæ animæ infantium impediuntur, ne in ianuam Regni cælestis introire queant. Quapropter in F huiusmodi loco omnes infantes absque Baptismo decedentes, saltem pęnam damni tolerant; quia videlicet se esse priuos visione Dei, cælestique beatitudine, propter quam procreati fuerant, veraciter contristantur. *Ità D. Augustinus lib. 6. contra Iulian. cap. 4. Abulens. in Matth. cap. 25. q. 662. Soto de natura, & gratia 1. cap. 14. Gregorius de Valent. 2. tom. sua summ. d. 6. q. 17. punct. 4. & alij Authores de hoc tractantes.*

Augustin. *Abulensis.* *Soto.* *Gregor. de Val.*

Secunda sententia asserit in Circuncisione fuisse gratiam datam, quo ad G effectus priuatiuos, non àutem quo ad politiuos. Per effectus priuatiuos intelligunt carentiam culpæ, aut reatum pęnæ; Per positiuos verò, aut acceptationem ad gloriam, aut internam animæ renouationem, atque sanctificationem intelligunt, quemadmodum refert *Suarez dispnt. 10. sect. 1.* Quapropter liquido constat, hanc secundam sententiam ab illa *Magistri sent.* non differre, nisi in modo loquendi, & in quadã ampliatione siue extensione verborum. H Sed hæc sententia qualiscunque sit, etiã à *D. Thom. 3. p. q. 62. art. 6. in responsione ad 3.* reprobatur, atque reijcitur, & rationem de hoc adducit, *Quia* (inquit) *per Circuncisionem dabatur pueris facultas perueniendi ad gloriam, quæ est vltimus effectus positiuus gratiæ; & præterea secundum ordinem causæ formalis priores sunt naturaliter effectus positiui, quam priuatiui licet secundum ordinem causæ materialis, sit è conuerso; forma enim non excludit priuationem, nisi informando su-* I *biectum.* Sic ille.

2. sentent. *Refellitur hæc secunda sentẽtia.* *Suarez.* *D. Thom.*

Item, non potest esse; vt Circuncisio in antiqua lege daret gratiam quoad effectus priuatinos, non autem quo ad positiuos. Peccatum enim, aboleri, atque auferri non potest, nisi per gratiã vnde hoc ipsum quod gratia infunditur dantur simul effectus positiui, qui ipsam gratiam concomitantur. Confirmatur, nam hoc ipsum quod quis à peccato emundari per gratiæ infusionem K promeretur, vere atque realiter iustificatur, & amicus Dei efficitur, per ipsam gratiam iustificantem, vnde si est amicus, vtique ad gloriam æternam acceptatur, quam *D*eus à constitutione mundi amicis, & electis suis præparauit.

Præterea gratia, per quam culpa originalis, vel mortalis remittitur; non est solum actus diuinæ voluntatis, per quem homo à peccato emundatur, &

ad

A ad gloriam cælestem acceptatur, sed est quodam donum supernaturale intrinsecè animæ infusum, per quod (quemadmodum tradit *Concil. Trident. sess.6. c.3. & 4.*) homo de statu peccati, in statu gratiæ, & adoptionis filiorum Dei trāsfertur; vnde opus est, vt gratia quandocunq; ad tollēdam culpam infunditur; vtrosq; effectus videlicet & priuatiuos, & positiuos simul operetur.
Con.Trid.

B CAPVT XXXVI.

Examinantur aliæ Theologorum opiniones.

S.Bonau. opinio. Opinionem *D. Bonauentura, quam in 4.sent. dist.1. q.vlt.* tenuit, in præsenti cap. primo loco examinare, atque discurere opportunum duximus. Ibi namq; tradidit per Circuncisionem in veteri lege fuisse datam gratiam, quę
C ad remittendam culpam sufficeret, non autem ad reprimendam carnis concupiscentiam, acquirendamq; cælestem beatitudinem. In qua pariter sententia
S.Thomas aliquando fuit *D. Thomas in 4. dist. 1. q.1.art.5.quæstiunc.3.* Sed postmodum diligentius rem ipsam considerans, à pristina sententia in *3.part.q.62.art.6.* se retractauit.

Cōfutatur 1.ratio. Præfatam autem opinionem, non esse veram, atque probabilem, permultis argumentis comprobatur. Primo non
D potest dici gratiam in Circuncisione datam fuisse insufficientem ad obtinendam vitam æternam, nam cum hæc sufficientia non in intensione, sed in essentia gratiæ consistat, profectò omnis gradus gratiæ quantumuis minimus sufficiens est ad obtinendam vitam æternā.
2.ratio. Secūdo omnis gradus gratiæ sufficiens est facere hominem, Dei amicum, qui prius erat inimicus; sed si iam est amicus, iam habet charitatem, & dilectionē Dei; quæ ipsum hominem fruitione, vi-
E sione, atq; possessione Dei dilecti dignū
3.ratio. efficit; ergo &c. Tertio omnis gradus gratiæ, gradum charitatis, vel cōstituit, vel multiplicat, ita vt quotiescunq; augeatur in anima gratia habitualis, augeatur simul, & charitas; sed gradus gloriæ correspondent, & commensurātur gradibus charitatis, quia videlicet anima beata eò clarius Deum videbit, iucundiusque eius pulchritudine perfruetur, quo perfectius in hoc mundo eum diligit; ergo vnusquisque gradus F
gratiæ, cum verè, ac realiter charitatem augeat, eiusq; gradus multiplicet, sufficit ad acquirendum aliquem gradum gloriæ. ergo &c.

Præterea nec verum est, per gratiam in Circuncisione collatam, non potuisse concupiscentias carnis reprimi, nam (quemadmodum optimè notat *Suarez super 3.part. D.Thom.q.62.art.6. disput. 10. sect.1.*) quilibet gradus gratiæ eo Suarez
quod secum habeat charitatem diuinā, virtutem præstare potest animæ, qua G
tentationibus, & concupiscentijs carnis resistere valeat. Insuper quicunque habet gratiam, habet pariter & charitatem (vt multoties probatum à nobis est) & quicunq; est in charitate, in Deo manet, iuxta illud *1.Ioan.4. Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo;* sed quicunque manet in Deo, obtinet ab eo sufficiens auxilium, vt à peccatis se abstinere possit, iuxta illud *1.Ioan.3. Omnis, qui in eo manet, non peccat, & omnis qui natus est ex Deo peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quia ex Deo natus est.* Ac deinde, vt efficacem effectum diuinæ gratiæ insinuaret in victoria quam fideles de superato hoste infernali obtinere solent, subiungit dicens, Vos ex Deo estis filioli, & vicistis eum quoniam maior est, qui in vobis est, quam qui in mundo; Ergo omnis gradus gratiæ præstare potest homini sufficiens auxilium, quo tentationibus diabolicis, concupiscentijsq; I carnis resistere valeat. 1.Ioan.4 1.Ioa.3. H

Præterea *D.Thomas 3.par.q.62.art.6. in respons. ad 3.* vt ostenderet præfatam opinionem quam ipse aliquādo tenuerat, non esse veram, hoc modo scribit. *Alij dicunt,* (inquit) *quod circuncisio conferebat gratiam, quantum ad aliquem effectum positiuum, qui est facere dignum vita æterna; non tamen quantum ad hoc quod est reprimere concupiscentiam impellentem ad peccandum. Quod & aliquando mihi visum est; sed diligentius consideranti apparet, hoc etiam non esse verū, quia minima gratia potest resistere cuilibet concupiscentiæ, & mereri vitam æternam.* Sic ille. D.Thom. K

Secundo loco illa sententia discutiēda est quæ affirmat Circuncisionem, per hoc solum quod signum externum adhiberetur, semper gratiam suscipientibus contulisse. Sic docet *Alexander Alens. 4.par.q.5.memb.3. & q.7.memb.5. art.1.* Alex.Ale.

A *art.1. & 2. Scotus in 4. dist.1. q.6. & 7. Gabriel q.4. art.1. Durandus in 4. dist.1. q.5.7. & 8. & Paludanus ead. dist. q.5. ar.4.* *Scotus. Gabriel. Durandus Paludanus*

Sed hæc sententia non sine aliqua distinctione intelligenda est, nam necessarium est aliquam differentiam inter adultos, & paruulos circūcisos ponere. Vnde dico primo quod si de adultis suscipientibus circuncisionem loquamur, etiã dicendum est, in tantum obtinuisse in illo Sacramento gratiam, in quantum per fidem, & alios actus virtutis di- B sponebatur. Et hoc affirmare nos compellit illud Decretum *Concil. Florent. sub Eugenio IV.* celebrati, vbi expressè habetur, sacraméta nouæ legis multum à Sacramentis antiquæ legis differre, quia nostra continent gratiam; eamq; dignè suscipientibus conferunt illa vero non causabant gratiam, sed eam solum per passionem Christi dandam figurabant. Quod videlicet intelligẽdum est de gratia, ex opere operato, quæ datur non propter merita suscipientis, sed C ex vi Sacramenti. Hoc autem solummodo de nostris Sacramentis affirmari potest, non autem de illis antiquis nẽ illa antiqua, nostris quoad perfectionẽ, & virtutem comparentur.

Dico secundo, quod si de paruulis loquamur, nimis probabile est, eis gratiam fuisse collatam, hoc ipsum, quod illud signum externum circuncisionis eis applicabatur, nec ad hoc fides parentis, aut ministri de necessitate requirebatur. Ita apertè docet *Alexand. Alen.* D *4. part. q.5. memb.3. & q.7. memb.5. art.1. Scotus in 4. dist.1. q.6. & 7. Paludanus in 4. dist.1. q.5. art.4. Gabriel ibid. q.4. art.1. & Suarez disput.10. sect.1.* Quam videlicet opinionem præfati Authores comprobant authoritate *D. Augustini, lib.1. contra Cresconium c.31.* vbi ait, quod si contigisset Circuncisionem ab aliquo ministro infideli fuisse collatam, non magis reiterari opus fuisset, quam si Baptismus ab aliquo hæretico nunc conferretur, sed Baptismus ab hoc hæ- E retico collatus, esset sufficiens ad delendum originale peccatum (quemadmodum omnes Theologi communiter cõcedunt) ergo & similiter Circuncisio. *Alex. Alē. Scotus. Paludanus Gabriel. Suarez. Augustin.*

Tertio loco illa sententia accedit, quæ asserit per Circuncisionem, & Sacramentum legis naturæ fuisse gratiam ex opere operato collatam. Ita tenet *Scotus in 4. dist.1. q.6. & 7. Alexander Alens. Durandus, & Paludanus locis cit. & Gabriel in 4. dist.1. q.4. ar.1.* Et quo ad F Sacramentum Circũcisionis præfatam sententiam, permulti recentiores amplexi sunt, *Heriquez lib.1. cap.6. nu.1. Nuguez q.70. art.4. difficult.2. Victoria de Sacramentis cap.2. Pitigianus dist.1. q.6. art.5. conclus.2. & 3. Phyliarcus 2. par. lib.1. cap.3. & Bonacina de Sacramēt. in gener. disp.1. q.1. S. vnic. proposit.4.* *Scotus. Alex. Alē. Durandus. Gabriel. Paludanus Gabriel. Henriq. Nugnez. Victoria. Pitigianus Phyliarcus Bonacina.*

Ad quod probandum, hoc argumentum adducunt. Illud (inquiunt) dicitur gratiam ex opere operato conferre, quod nullo merito existente ex parte recipientis, aliquam gratiam ei confert, G sed in veteri lege Circuncisio peccatum originale auferebat, paruulisq; circuncisis gratiam dabat, quæ nimirum eis conferebatur absq; aliquo eorum merito; eo quod in illa tenerrima ætate nullo modo mereri poterant, sicut nec demereri; ergo Circuncisio in veteri lege, gratiam ex opere operato conferebat.

Item arguunt, quod sicut sacta Scriptura de Baptismo dicit, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c.* ita pariter de Circuncisione dicitur, *Masculus cuius præ-* H *puty caro circuncisa non fuerit &c.* Quibus verbis idem genus promissionis significari exponunt.

Insuper ad hãc sententiam comprobandam, quædam verba *D. Bernardi* adferunt *in serm. de assumpt. B. Mariæ Virgin.* vbi ait, *In Baptismate sola gratia lauat hanc maculam*, (idest originalem) *quam olim rasit petra Circũcisionis.* Idem probare nituntur ex pluribus locis *D. Augustini*, qui *in lib.5. Hypognostic. circa finem* dicit Circuncisionem à pec- I cato originali paruulos liberasse. Et *lib. 15. de Ciuit. Dei cap.16.* ait, in veteri lege Circuncisionem fuisse visibile regenerationis signum. *Et lib. 6. contra Iulianum cap.3.* docet per Circuncisionem fuisse ablatum animæ vitium, & culpam originalem deletam. *Et lib.4. de Baptismo cap.24.* dicit, ex illa virtute quam circuncisio in veteri lege habebat, posse nos coniectare quam virtutem nunc habeat Baptismus quo sancta Ecclesia vtitur vnde inferius subiungit, Circun- K cisionem multum valuisse. *Cur* (inquit) *præceptum est Abrahæ, vt paruulos circunciderct, nisi quia ipsum Sacramentum per se ipsum multum valet?* *S. Bernar. S. August.*

Sed huiusmodi sententiam in sequenti cap. præstãre Domino reprobabimus, vbi clarè ostendemus Circuncisionem, non potuisse gratiam ex opere operato suscipientibus conferre; sed tantum ex opere operantis.

A

CAPVT XXXVII.

Circuncisio in veteri lege non poterat gratiam ex opere operato conferre.

IN superiori cap. illos DD. retulimus, qui tenent per Circuncisionis Sacramentum in veteri lege B fuisse gratiam ex opere operato collatam. Sed contrarium probabilius, atq; verius esse existimo, nempè Circuncisionem non habuisse virtutem, conferendi gratiam ex opere operato. Hoc apertè docet, ac tenet *D. Thomas 3. p. q.62. art. 6. ad 3. & q 70.art.4. & in 4. sent. dist.1.q.2.art.4. & 6. Item Ledesma super dictum art.6.D.Thomæ, & ibi Suarez disput.10.sect.2. Sotus in 4 dist.1. q.1. art.4. Bellarminus lib. 2.de Sacrament. c. 14.& 15. Valentia tom. 4. disput. 3. q. 3. punct.3. Sayrus lib.5.de Sacramentis cap. 7. q. vnic.art. 1. Coninchus q.62. art. 6. Turrecrem.de consilus dist.4.in cap.ex quo q.6.Canus in relectione de Sacramentis in* C *gener.par.5. Ioseph Angles de Sacramen. art.5.conclus.2. & alij.* Hæc autem sententia posset permultis rationibus atq; authoritate SS. Patrum probari, necnon *Concil. Flor. & Concil.Trident. decretis*, sed quia hæc omnia *in lib.1.c.18.* iam adducta sunt, idcircò nè eadem repetamus, quæcunque illic scripta sunt, D legantur.

D.Thom. Ledesma. Suarez. Sotus. Bellarmin. Valentia. Sayrus. Coninchus Turrecrem. Canus Angles.

Obiectio.

Vnum argumentum solummodo hic dissoluendum est; in quo (ni fallor) opinio *Scoti* eiusque discipulorum principaliter fundatur. Arguitur enim, hoc modo contra nostram sententiam. Tunc gratia ex opere operato confertur, quando videlicet datur præter meritum suscipientis, sed ex vi, & propria virtute Sacramenti, & è conuerso tunc gratia ex opere operantis confertur, E quando propter meritum, & bonam dispositionem suscipientis datur, sed in veteri lege per Sacramentum Circuncisionis, gratia ex opere operantis conferri non poterat, quia videlicet paruuli circuncidendi, teneræ ætatis impedimento præpediti, nullum actum virtutis elicere poterant, vnde per aliquod meritum ad suscipiendam gratiam se disponere non valebant; ergo in Circuncisione non dabatur paruulis gratia ex opere operantis, sed ex opere operato. Hoc siquidem argumentum non F paruam difficultatem in mente discipulorum *D.Thomæ* parere assolet, ad quod soluendum (nescio) ad quam efficientiam physicam confugiunt, quæ nimirum responsio difficultatem quæstionis minimè tollit.

Responsio prima.

Ego autem ad hoc argumentum dupliciter respondeo. Primo dico quod non poterant illa Sacramenta veteris legis gratiam ex opere operato conferre, & quod instrumenta physica gratiæ nõ erant, nam nondum pretium nostræ redemptionis à Christo fuerat solutum, G nec meritum acquisitum; vnde illa Sacramenta non poterant ex virtute passionis Christi, gratiam causare, ad quod pertinet collatio gratiæ ex opere operato idest ex meritis Christi. Vnde si adulti, absq; bona dispositione, nulloq; præmisso actu virtutis Circuncisionem suscipiebant, nullam gratiam assequebãtur. Nõ enim assequi poterant gratiã ex opere operato, quia vt diximus hanc cõferre illa *Sacramẽta* antiqua ex vi suæ H institutionis nõ poterant. Nec etiã assequi poterant gratiam ex opere operantis, quia videlicet, nullum meritum præmittebant, propter quod gratia infunderetur. In paruulis autem quia nullum meritum nullaq; dispositio inuẽniri poterat, hac necessitate existente, omnipotens Deus suà particulari prouidentia conferebat eis gratiam intuitu Sacramenti, idest ad præsentiam Sacramenti, quod suscipiebatur. Quandocunque enim illud signum externum I Circuncisionis paruulis applicabatur, erat vtiq; sufficiens, vt Deus eius intuitu gratiam ipsis paruulis ad delendum originale peccatum conferret. Quod optimè significat *Alexander Alensis par. 2.q.5.memb.3. Paludanus in 4.dist.1.q.5. art.5. & Suarez disput. 10.sect.1.* Si autẽ quæras cur hoc modo gratia paruulis conferebatur, nulla siquidem ratio assignari potest, nisi quia sic diuina prouidentia disponebat, & necessitas ex parte infantium existens exigebat. K

Alex. Alẽ. Paludanus Suarez.

Secundo ad illud argumentum dissoluendum illa responsio *Cani in relection. de sacrament.in gener.d.5.* assignari potest: ibi dicit Sacramentum Circuncisionis non potuisse gratiam ex opere operato conferre paruulis, sed existente fide ministri, ob quam gratia dabatur; vnde hac fide non existente, nullam gratiam Circuncisio conferre poterat. Hæc autem responsio *Cani*, non placet

2.responsio ad argumentum Canus

Sua-

A *Suarez*, vnde eam *in disput.* 10. *sect.* 2. refellit. Sed mihi quò ad primam partem probabilis videtur, scilicet fuisse gratiã paruulis collatam existẽte fide ministri. Probatur, nam in lege naturę de necessitate requirebatur, vt in illo Sacramẽto, quo peccatum originale infantium auferebatur, parentes per aliquod signum externum fidem in Christo venturo, protestarentur, quemadmodum communiter docent D. *Thomas* 3. *par. q.* 60. *art.* 3. & *q.* 59. *art.* 5. & *q.* 70. *art.* 4. *ad secundum Alexander Alens. in* 4. *sent. dist.* 1. *q.* & *ibi Scotus, Durandus, Paludanus, Maior, Gabriel, & alij. Item Adrianus in* 4. *q. vlt. de Baptismo, ad* 2. *Armachanus lib.* 5. *de quæstionibus Armen. cap.* 27. *Filliuceius de Sacrament. in commun. tract.* 1. & latè docet idem *Suarez super* 3. *par. D. Thom. q.* 60. *art.* 3. *disp.* 4. *sect.* 2. Si ergo fides parentum in sacramento legis naturæ de necessitate requirebatur non solum ad validitatem ipsius sacramenti, sed etiam ad hoc vt gratia conferretur qua peccatum originale infantium tollebatur, sic pariter non improbabile esset, si diceretur in legis scriptæ Circuncisione, fidem ministri potuisse esse aliquam dispositionem ob quam Deus gratiam ipsis paruulis circuncisis conferret.

Suarez. *S. Thomas* *Alex. Alẽ.* *Scotus* *Durandus* *Paludanus* *Maior* *Gabriel* *Adrianus.* *Armachan* *Filliuce.* *Suarez.*

Deinde illam assertionem Cani quò ad secundam partem in qua dicebatur, non existente fide ministri nullam gratiam paruulis in Circuncisione fuisse collatam, nec potuisse conferri; neque reprobare, neque approbare volo, quia tam in approbatione, quam in reprobatione; magna, ac fusa quæstio adhibenda esset ex qua siquidem paruùm, vel nullum fructum lector extraheret, & ipse maximum laborem disputando substinerem.







A B

DE SACRAMENTIS

TOMVS PRIMVS

LIBER TERTIVS.

B *CAPVT PRIMVM* G

An Sacramentum, aliquem caracterem in anima imprimat.



C Roprium est Sacramentorum, gratiam habitualem suscipientibus conferre, vel iam collatam augere, qua siquidem gratia peccatum siue originale, siue actuale deletur, anima purificatur ab inuisibilibus sordibus criminum, sanctificatur, ineffabilique pulchritudine ornatur, ac denique hæres efficitur vitæ D æternæ, quam Redemptor noster spopondit ijs qui sanctæ Ecclesiæ Sacramento vtuntur, dicens, *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, hic saluus erit*. At quia de gratia, quam sacramenta nouæ legis conferũt iam in praecedenti libro sufficienter pertractauimus; nunc congruum tempus est, vt de caractere nonnullas disputationes agamus, eo quod E ipse pariter sit proprius Sacramentorũ effectus quemadmodum inferius patebit.

Quæritur igitur. An Sacramentum, aliquem caracterẽ in anima imprimat. Hæc quæstio de Sacramentis nouę legis intelligenda est, ad quæ propriè pertinet, fideles spiritualiter signare, quemadmodum ait *Ambrosius, Vnxit nos* (inquit) *spirituali vnctione, & signauit nos dando Spiritum sanctum nobis signum, vt non ambigamus de promissis eius. Et in lib.1.de Spiritu sancto cap.6. Sancto spiritu(inquit)signati sumus à Deo; sicut enim Christo morimur, vt renascamur; ita etiam spiritu signamur vt splendorem, atq; imaginem eius tenere possimus, quod est vtique spirituale signaculum.* Contra partem affirmatiuam posset hoc argumentum adduci. Per sacramenta enim veteris legis aliqua gratia conferebatur, idest ex opere operantis; sed sacramenta veteris legis non imprimebant aliquem caracterem in anima, quemadmodum ex *cap. 9. ad Hebr.* colligitur, & probat *D.Thomas 3. part. q.63. art.1*, ergo nec sacramenta legis euangelicæ aliquem caracterem in anima imprimunt.

Ambrosius H *Hebr.6.* *S.Thomas* I

Sed verissimum indubitatumque est aliqua sacramenta, indelebilem caracterem in anima imprimere. Hæc conclusio est de fide, quia hoc apertè colligitur, tum ex sacra Scriptura, tum ex Concilijs, tum etiam ex SS. Patribus. Non obscurè hoc indicat *Apostolus Paulus 1.ad Corin.1.* dicens, *Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui vnxit nos Deus, & qui signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris*. In quibus verbis Apostolus, dum dicit *(Vnxit nos)* gratiam significat; dum vero ait, *(Signauit nos)* caracterem designat, quemadmodum communiter explicant PP. atq; Theologi. Item ex *1.ad Ephes.4.* vbi habetur, *In quo signati estis,* idest

1.Cor.1. K *Ephes.4.*

A idest caractere, quemadmodum vnanimiter interpretantur, *Anselmus, & Hieronymus, nec non D.Thomas 3.part.q.63. art.1.& ibi Vazquez Coninchus, Nugnus Pesantius, Sayrus lib.4.cap.3.Suarez disp. 11.sect.1.Ledesma in summ.cap.5. Bonacina de Sacramentis in genere disp.1. q.5. punct.1.proposit.1.& alij.*

Anselmus. Hieron. S.Thomas Vazquez. Coninchus Nugnus. Pesantius. Vazq. Sayrus. Suarez Ledesma.

Item probatur ex *Concil. Florent. in instructione Armenorum*, vbi definitur, aliqua sacramenta nouæ legis caracterẽ imprimere. Et in *Trid.sess.7.can.9.de Sacramentis in communi*, vbi sic habetur, *Si quis dixerit in tribus Sacramentis Baptismo, Confirmatione, & Ordine non imprimi caracterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale indelebile; vnde ea reiterari non possint, anathema sit.* Vide de hoc *Bellar. lib.2.de Sacrament. à cap.20. vsq; ad 22.& Pesant.super 3.par.D.Tho. q.63.art.2.disp.1.*

B Bonacina. Con. Flor. Con. Trid. Bellarm. Pesantius.

Præterea hoc idem infallibiliter, indubitanterq; tenet sancta Mater Ecclesia Catholica, quemadmodum communiter testantur, *Suarez disp. 11. sect. 1. Vazquez 3.par.tom.2.disput.146.num.5. Petrus Ledesma de Sacramento Confirmat.cap.4.conclus.2.Pitigianus d.6.quæst. 9.& 10.Henriquez lib.1.cap.13.Camerota de Sacramentis cap.4.dub.5. Reginaldus lib.26.nu.48. Sayrus lib.4.cap.3.Coninchus super 3.par.D.Thoma q.63.art.1. Bonacina de Sacramentis in genere disput. 1.q.5.punct.1.proposit.2.Filliuccius tract. 1.cap.7.& Bartholomæus ab Angelo dialog.1.§.18.*

C Suarez. Vazquez. Ledesma. Pitigianus Henriq. Camerota. Reginald. Coninc. Sayrus. Bonacina. Filliuc. Bart. ab Angel.

Si autem quæras cur aliqua sacramẽta nouæ legis aliquem caracterem indelebilem in anima imprimant. Respondeo, hoc conuenienter, & significanter fieri, diuina prouidentia sic disponente, nam (quemadmodum optime docet *D.Thomas 3.part.q.63.art.1. in corpore, & Suarez ibid.disp.10.*) consuetudo erat antiqua, vt quisquis ad aliquid certum deputaretur, aliquo caractere visibili, insigniretur, vt milites, qui ad prælium deputabantur, & in militia scribebantur, aliquo caractere corporali obsignabantur, eo quod ad aliquid corporale deputabantur; & hoc modo in scriptura, *Apocal.13.14.* caracter accipitur, quo Antichristus sectatores suos signabat. Sic pari ratione milites Christi, idest fideles Christiani, aliquo caractere spirituali debent insigniri, eo quod ad aliquid spirituale deputentur; & sicut in illis militibus antiquis illud signum corporale semper in obsignato remanebat, sic istud signum spirituale, semper in Christiano insignito, indelebile perdurat. Vnde *D.Augustinus contra epist. Parmenian. lib.2. cap.13. tom.7.dicit, Si militia caracterem in corpore suo, non militans pauidus exhorruerit, & ad clementiam Imperatoris confugerit, ac prece fusa, & impetrata iam venia, militare cœperit, nunquid homine liberato atq; correpto, caracter ille repetitur; ac non potius agnitus approbatur? An forte minus hærent sacramenta Christiana, quam corporalis hæc nota?*

D Ratio cur aliqua sacramenta caracterem imprimã. D. Thom. Suarez. E Apoc.13. F S. August. G

Deniq; notandum est ex *Suarez loc. cit.* ad quam rem tripliciter aliquo signo signari. Primo vt cognoscatur, & ab alijs distinguatur, vt ouis, æquus, & seruus, vt cognoscantur sub cuius Domini potestate sint. Secundo vt in pretio habeatur, & hoc modo pecunia signo regio signatur. Tertio vt ad aliquod munus deputetur, vt patet in exemplo militum; & hoc tertio modo, aliquo caractere fideles obsignantur. H

CAPVT II.

Quæritur, quænam Sacramẽta, characterem in anima imprimant.

IN superiori quæstione, de Sacramento in communi, tantum quæsitum est, an scilicet aliquẽ charactẽrẽ in anima imprimat; & hoc modo, morem *D. Thomæ 3.par. q.62. art.1.* secuti sumus qui in principio præfatæ quæstionis, hanc propositionem de Sacramento in communi, siue indefinitè, & indeterminatè proposuit differendam; vnde non de Sacramentis omnibus vniuersaliter loquutus est, neq; de aliquo particulari; sed absolutè, & confusè, de Sacramẽtis nouæ legis, illam quæstionem pertractandam aggressus est. Ità exponunt Caietanus, & Suarez in comment. super d. art.1.

I S.Thomas Caietanus Suarez K

Nunc autem nobis quærendum est de aliquibus Sacramentis in particulari; quænam videlicet sint ista Sacramenta, quæ characterem in anima indelebiliter imprimunt. Respondeo, esse tãtum tria, nempe Baptismũ, Confirmationẽ, & Ordinem. Hoc expresse definitum est in *Concilio Tridentino sess. 7. can.9.* vbi sic habetur, *Si quis dixerit in tribus Sacra-*

Tria solummodo Sacramenta characterem imprimunt. Probatur ex Concilijs.

cramentis Baptismo, Confirmatione, & Ordine non imprimi characterem in anima hoc est signum spirituale indelebile; unde ea reiterari non possint Anathema sit. Hoc idem definitum est in Concil. Flor. in Decreto Eugenij; & ita tenet Sancta mater Ecclesia, quemadmodum Suarez, Vasquez, Petrus Ledes. Pitigianus Henriquez, Chamerota Reginaldus Sayrus Coninchus, Bonacina Filliuccius, & Bartholom. ab Ang. locis cit. contestantur.

B Probatur ex Patrib. Basilius. August. Item probatur ex Patribus, nam de charactere Baptismi loquitur Basilius homil. 13. dicens, Charactere sacro carentibus, os aciemq; intentat, scilicet diuinus gladius. Et D. Augustinus tract. 5. in Ioã. de eodem charactere Baptismi alloquẽs ait Si baptizatus characterem non habet characterem quidem impositum habet. De charactere Confirmationis etiam adest locus Augustini lib. 2. contr. lit. Petil. cap. 104. Sacramentum chrismatis (inquit) semel datum permanet etiam in pessimis. Et de C charactere Ordinis loquitur Gregorius Nissen. in tract. de Baptism. Sacerdos (inquit) post consecrationem inuisibili quadã vi, ac gratia inuisibilem animam transformatam gerit in melius. — Augustin. Greg. Nis.

Probatur ratione. Præterea probatur hac ratione; Hæc namq; tria Sacramenta, tantummodo sunt initerabilia, quemadmodum decernit Concil. Trid. loc. cit. cætera verò Sacramenta reiterari possunt; vnde ex hoc quod illa tria reiterari nõ possunt, manifestè deducitur, aliquem characte-D rem indelebilem in anima imprimere, quo efficitur vt nouus character reiterati Sacramenti, recẽter imprimi haud possit. Lege de hoc Ioan. de Lugo in tract. de Sacrament. in gener. q. 12 de charact. vbi ad probandam hanc nostram assertionem, isto argumento vtitur. — Conc. Tr. Io. de Lug.

Bonacina Barthol. ab Ang. Quæres primò cur cætera Sacramenta non imprimant characterem in anima. Ad hoc respondent Bonacina de Sacrament. in gener. disp. 1. q. 5. pun. 1. proposit. 2. & Bartholomæus ab Ang. dialog. 1. §. 19. & dicunt, non imprimere chara-E cterem cætera Sacramenta, quia nulla sufficienti ratione probari potest. Sed melior ratio esset si diceretur, Ideo cætera Sacramenta non imprimere characterem, quia sunt iterabilia; nam si characterem imprimerent, vtiq; reiterari non possent, quemadmodum de illis tribus Sacramentis definit Concil. Trident. loc. cit.

F Obiectio. Obijcies, matrimonium, viuente prima coniuge reiterari non potest, ergo quo ad primam coniugem est initerabile, ergo characterem aliquem imprimit. Respondeo characterem dupplicitur distingui (quemadmodum optimè docet Ioannes de Lugo loc. cit.) nempè in homogeneum, & in Eterogeneum. In matrimonio autem non potest habere locum, character homogeneus, sed æterogeneus; vnde si prima coniux moriatur, poterit aliam ducere, quapropter ex hoc aperte deducitur, matrimonium non imprimere aliquem characterem indelebilem, ex eo quod homo iam mortua prima coniuge, Sacramentum matrimonij reiterare possit; quæ videlicet reiteratio in Baptismo, Confirmatione, & Ordine habere locum nullatenus potest. — Responsio. Io. de Lug. G

Quare solummodo tria sacramenta imprimunt characterẽ. Quæres secundo cur hæc tria Sacramenta solummodo characterem imprimant. Respondeo, esse triplicem characterem, per hæc tria Sacramenta impressum, vt triplex hominis distinctio significetur. Per characterẽ enim Baptismi distinguitur Christianus ab infideli. Per characterem Confirmationis distinguitur miles fortis ab infirmo. Et per characterem Ordinis distinguitur perfectus à non perfecto. Quapropter prima distinctio fuit significata in distinctione populi Iudaici ab Aegiptijs; secunda in descriptione militũ Num. 2. Et tertia in separatione tribus Leuiticæ Num. 3. Vide de hoc Filliucc. de Sacrament. in com. tract. 1. cap. 7. n. 4 num. 118. Cætera vero Sacramenta (quemadmodum superius diximus) nullum characterem imprimunt, quia nulla necessitas cogit, nec authoritas docet. Non cogit necessitas nam per pænitentiam, Eucharistiam, Extremam vnctionem, & matrimonium, homo non deputatur specialiter ad cultum Dei propter quã rationem debeat obsignari; sed potius ipsa Sacramenta sunt quidam speciales actus diuini cultus, ad aliquos speciales effectus ordinati. Ita Suarez disp. 11. sect. 1. — H Num. 2. Num. 3. Filliucc. I Suarez. K



CA

A

CAPVT III.

In tribus Sacramentis imprimi characterem; probatur ex Patribus, contra hæreticos.

IN sancta Ecclesia Catholica, receptissima atq; peruulgata est illa sententia comunis, quæ asserit per *B*aptis-

B

mum, Confirmationem, & Ordinem, indelebilem characterem in anima imprimi, quemadmodum in duobus præcedentibus cap. sufficientet me probasse reminiscor. At quia nonnulli hæretici hoc prorsus negant; idcirco hanc opinionem referre, eamq; Sanctorum Patrum authoritate refellere cõgruum duxi.

Hęreticorũ error.

Hęretici igitur prorsus denegant per dicta tria *S*acramenta characterem in anima imprimi, nam de cęteris Sacra-

C

mentis, inter hęreticos, & Catholicos nulla quæstio est. Huius hæresis primus

Vuiteleph. *Vualdensis*

Author fuit *Vuiteleph*, quemadmodum *Vualdens. tom. 2. de Sacrament. c. 109.* refert, qui pertinaciter negauit, hæc tria sacramenta characterem imprimere. Quam videlicet hæresim nunc amplexi

Lutherus. *Caluinus.*

sunt, omnes recentiores hæretici, vt *Lutherus, Caluinus*, & alij, quemadmodum *Suarez disput. 11. sect. 1.* testatur; vide de hoc *Bellarm. & Vazquez in tract. de Sa-*

D

crament.

Sed contra præfatum hæteticorum errorem permultæ SS. Patrum sententię adduci possunt, quibus apertè ostenditur, per Baptismum, Confirmationem, & Ordinem caracterem in anima im-

S. Basilius.

primi. Primo loco accedit *Basilius in homil. 13.* vbi sic loquitur. *Caractere sacro* (inquit) *carentibus, os aciemque intentat.* Et infra. *Nisi caracterem in te agnoscat Angelus, quonam modo pro te pugnabit, aut ab inimicis vindicabit, quomodo (in-*

E

quam) dices, Dei sum, signa non ostendens? An ignoras quemadmodum signatas domos in Aegypto exterminatar præteryt? Thesaurus non obsignatus, furibus facilè patebit; ouis item absq; nota, insidijs protinus est obnoxia. Item *Cyrillus Hierosolymi-*

Cyril. Hie. *Greg. Naz.* *Damascen.*

tanus in præfation. Catech. appellat Baptismum, vestimentum candidum, & signaculum candidum, & indelebile. Et *Catechesi. 3.* ad Catecumenos loquẽs ait, *Spiritus sãctus obsignabit animas vestras, diligendi estis in militia magno regi; itaq;*

F

parate vos, & instructi estote. Et *Catechesi. 4. cap. de Spiritu sancto, Spiritus sanctus* (inquit) *tempore Baptismi animam tuam obsignat. Gregorius Nazianzenus orat. 40. in sanctum Baptism.* docet, Baptismum esse lauacrum, quia abluit; sigillũ vero, quia est significatio, & conseruatio dominationis. *Damascen. lib. 4. cap. 10. Per Baptismum* (inquit) *regeneratio signaculum, præsidium, & illuminatio nobis efficitur: Basilius homil. 13. Caractere sacro carentibus* (inquit) *os aciemque intentat;*

G

scilicet diuinus gladius.

De latinis autem hanc veritatem manifestè comprobant permulti SS. Pa-

Dionysius.

tres, vt *Dionysius de Ecclesiast. Hierarch. c. 2. par. 3.* vbi hoc modo effatur. *Accedenti* (inquit) *ad Baptismum Deum lumẽ suum perinde, atq; signum aliquod tradere sanctum efficiendo, & Sanctorum participem.* Item *Ambrasius lib. de his qui ini-*

Ambrosius

tiant. cap. 7. illud *Cant. 8.* exponens, *Pone me, vt signaculum in corde tuo. Vt signaculum* (inquit) *quo fides tua plena fulgeat*

H

Sacramento. Augustinus pluribus in locis

Augustin.

hunc caracterem Sacramentorum recenset, vt *lib. 1. contra Cresconium cap. 3. lib. 2. contra literas Petilian. epist. 23. post medium, & 50. circa finem* vbi ait, *Non facio iniuriam caracteri Imperatoris cum errorem corrigo desertoris.* Item *lib. 2. contra Gaudentium cap. 4. & tract. 5. & 6. in Euangel. Ioa.* vbi sic habetur, *Si baptizatus* (inquit) *caritatem non habet, caracterem quidem impositum habet, sed desertor vagatur.*

I

De caractere Ordinis præcipuam

Greg. Nyss. *Augustin.*

mentionem facit *Gregorius Nyssen. in lib. de Baptism.* vbi sic ait, *Sacerdos post consecrationẽ quod ad externã speciem attinet, idem est, qui antea; inuisibili tamen quadam vi, ac gratia, inuisibilem animam transformatam gerit in melius.* Item *D. Augustinus d. lib. 2. contra liter. Petilian. c. 13. & in serm. de gestis cum emerit.* de hoc caractere Ordinis aperte loquitur. Ac denique in *lib. de bono coniugal. cap. 24.* docet, Sacramentum Ordinis in

K

ordinato permanere, etiam si ab officio contingat remoueri; ex quo apertè colligitur caracterem Ordinis esse indelebilem, quia dato quod Sacerdos suspẽdatur, aut interdicatur, aut deponatur, semper sacramentalis caracter animæ

Caracter quid.

indelebiliter inest. Est enim caracter quædam qualitas spiritualis, diuinitus animæ infusa (vt infra fusius tradetur) qua homo redditur aptus ad sacramen-

ta

A ta suscipienda, siue administranda; & ideò ad certum quodam officium in Ecclesia specialiter deputatur. Insuper per talem characterē Ordinis singulari modo ad cultum Dei homo deputatur; & à cęteris Ecclesiæ membris distinguitur tanquam proprius minister Christi, sacerdotium eius speciali modo participans, & ad sacramenta diuina ex officio ministranda potestatem accipiens vnde valde consentaneum, atq; conueniens est, vt sic ordinatus speciali quo-
B dam signo obsignetur; quod semper in anima indelebiliter, atque inseparabiliter permaneat, & persistat.

Epiphan. Præterea, de charactere Sacramentorum non obscure alij Patres loquūtur, vt *Epiphanius hæref.* 80. *in medio*, vbi inter Circuncisionem, & Baptismum discrimen ponens dicit, *Illic enim Circuncisio fuit carnalis, quæ inseruit tēpori vsq; ad magnam circuncisionem, hoc est Baptismum, qui circuncidit nos à peccatis, & obsignat nos in nomen Dei. Et hæref.* 30. vo-
C cat Baptismum signaculum Christi. Itē
Chrysost. *Chrysostomus homil.* 2. *in epist. ad Ephes. Porro idem* (inquit) *charactere Spiritus sācti nos insigniuit.* Et infra subiungit dicens, *Signati etiam sunt Israelitæ, sed Circuncisionis nota, vt pecora, nos autem, vt filij signati sumus Spiritu sancto.* Accedit
Nicetas. *Nicetas qui in orat.* 4 *Nazianz.* sic scribit *Quemadmodum sigillum insuper, quoniā per eum cōsignati, cuiusnam domini simus cognoscimur, atq; ab insidijs tuti conseruamur. Quod enim sigillo aliquo notatum*
D *est, furum aggressioni minimè patet.*
Augustin. Insuper concurrit *D. Augustinus* ad hanc veritatem probandam in *lib.* 6. *de Baptismo contra Donatistas*, vbi cum docuisset baptizatos apud hæreticos à peccatis suis minimè emundari; subiungit sic dicens, *Sed conuertentibus oculis ad interioris paleæ multitudinem; cum & ij qui in ipsa vnitate peruersi sunt, & perditè viuunt appareat remissionem peccatorum, nec dari posse, nec habere, quia non malignis, sed bonis filijs dictum est; si cui*
E *dimiseritis peccata dimittuntur ei; si cuius tenueritis, tenebuntur, habere tamen, & dare, & accipere Baptismi Sacramentum satis eluxit Pastoribus Ecclesiæ Catholicæ toto orbe diffusæ, per quos postea plenarij Concilij authoritate originalis consuetudo firmata est, etiam ouem quæ foris errabat, & Dominicum characterem à fallacibus depredatoribus suis foris acceperat, venientem ad Christiana vnitatis salutem ab errore colligi, à captiuitate liberari.* Hæc *Augustinus.* Quibus verbis D. Augusti- F
nus illud decretum Patrum Concilij Africani expresse approbat, nam cum ipsis decernit, eos qui apud hæreticos baptizantur, minimè à peccatis emundari, recipere tamē indelebilem characterem, vnde eos comparat ouibus, quæ extra ouile, signaculum gerentes vagātur. Hoc ipsum clarioribus verbis idem *Augustinus in epist.* 23. edocet, hoc modo idem Aug. scribens. *Nam si Christiani* (inquit) *Baptismi Sacramentum quod vnum, atque idipsum est, etiam apud hæreticos valet,* G
& sufficit ad consecrationem quamuis ad vitæ æternæ participationem non sufficiat, quæ consecratio reum quidem facit hæreticum extra Domini gregem habentem Dominicum characterem.

Item idem *Augustinus lib.* 2. *contra liter. Petilian. cap.* 104. de charactere Confirmationis mētionem facit his verbis. *Et in hoc vnguento* (inquit) *Sacramentum Chrismatis multis interpretari, quod quidem in genere visibilium signaculorum, sacrosanctum est, sicut ipse Baptismus, sed* H
potest esse, & in hominibus pessimis, & in operibus carnis vitam consumentibus Regnum cęlorum non possessuris; & ideò neq; ad barbam Aron, nec ad oram vestimenti eius, neq; ad vllam contextionem vestis sacerdotalis pertinentibus. Quibus eloquijs D. Augustinus expressè insinuat, characterem Confirmationis etiam in hominibus prauis imprimi, nam quamuis in ipsa susceptione Sacramenti gratiam nō recipiant, spiritalem characterem tamē recipiunt, qui est proprius Sacramento- I
rum effectus, omnibus hominibus tàm prauis, quàm bonis indifferenter collatus.

CAPVT IV.

Assignatur diffinitio characteris.

IAm illa veritate confirmata, imprimi scilicet in anima verum characterem per quædam nouę legis Sacramēta, opportunum est vt diffinitionem huius characteris assignemus. Quæritur igitur quid sit character. Respondeo, & dico quod character, Est qualitas spiritualis, & supernaturalis ab anima realiter distincta eiq; diuinitus infusa, indelebiliterq; inhęrens, qua homo redditur aptus ad Sacramenta su- K

A scipienda,siue administranda,& ad alia opera quę ad diuinum cultum pertinēt. Hęc diffinitio ex comuni Theologorū opinione desumitur, ita enim docet *Suarez disput.11.sect.2. Valentia tom.3. disput.3.q.4.punct.1. S.Thomas 3.par.q. 63.art.2.Nugnus ibid. difficult.1. Henriquez lib.1. cap.3. Bellarminus de Sacramentis lib.2.cap.19.Vasquez supr 3.par. D.Thom. q.63. Bonacina de Sacramentis in gener.q.6.disp.1.pun.2.Filliuc. de Sacramentis in comun.tract.1.cap.8.quaest.4. Alexander Alens. & D.Bonauentura 4. par.q.19.memb.1.art.2. Gabriel dist.6. q. 2.Richar. q. 1. Angles de Sacramentis in* B *gener.q.4.art.2.conclus.1.& 2.*& alij cōmuniter contra *Durandum in 4. dist. 8. q.1.*conspicantes.

Suarez. Valentia. D.Thom. Bonacina. Filliuccius Alex.Alē. Bonauent. Gabriel. Ricchard. Angles.

Huius diffinitionis singulę partes segregatim explanantur. Primò dicitur *(Qualitas spiritualis, & supernaturalis)* loco generis, nam sub hoc genere qualitatis supernaturalis, comprehenduntur,& continentur,gratia, & character, atq; cęterę qualitates supernaturales C animę inherentes. Item dicitur*(supernaturalis)*tum quia fit per actionem Sacramentalem supernaturalem,tum etiā quia eius effectus supernaturalis est.

Dicitur secundò *(Ab anima realiter distincta.)* Character enim ab anima nō solum formaliter,sed etiam realiter distinguitur,quemadmodum probat *Suarez disput.11.sect.2.Sotus dist.1.q.4.art.2. & Filliuccius de Sacrament. in comun. tract.1.cap.8.q.4.* fit enim per propriam actionem diuinam, adhoc vt fidelis distinguatur ab infideli,Sacerdos à non D Sacerdote, & fortis ab infirmo, non per aliud,quam per illud spirituale, ac supernaturale signum; vnde quia hoc signum non est de essentia animę, eo quod non fuerit ei concreatum,sed est quędam qualitas supernaturalis ei ex quodam tempore inhęrens; hinc fit, vt ab essentia animę realiter distinguatur.

Suarez. Sotus. Filliuccius

Dicitur tertiò.*Ei diuinitus infusa)*nā E vt diximus hęc impressio characteris fit per actionem diuinam,quemadmodum ex Patribus,& Concilijs colligitur, ergo animæ diuinitus infunditur. Tum quia hunc effectum nullum agens naturale causare potest, quia cum huiusmodi effectus sit supernaturalis, à nulla causa naturali potest produci; ergo est effectus diuinæ potentię saltem,si vt prima causa consideretur.

Dicitur quarto *(indelebiliter in hęrens)*character enim sacramētalis semel susceptus semper perdurat,& nunquam F per peccatum,aut degradationem, aut suspensionem, aut mortem amittitur; quemadmodum ex Concilijs, & DD. constat, ex *Trident. sess.7. can.9. & ex Florēt.in instruct. Armenorum,* & docent *D.Thomas 3.par.q.63.art.5. & ibi Caietanus,Suarez,Vazquez Pesantius, & alij Thomistæ Sayrus de Sacramentis lib.4. cap.4.q.vnic.art.2.Henriquez lib.10.cap. 14. Coninchus, Nugnus, & Reginaldus,* quos citat, & sequitur *Bonacina de Sa-* G *cram.disp.1.q.6.pun.3.propos.3.*

Dicitur quinto. *Ad sacramenta suscipienda,siue administranda.* Nam character Baptismi efficit hominem aptum, ad cętera sacramenta suscipienda; vnde per hunc characterem habet homo quādam potestatem spiritualem, & supernaturalem passiuam, vt cęterorum Sacramentorum sit particeps. Character vero Ordinis efficit hominem aptum ad sacramenta administranda, vnde ex H hoc habet homo quamdam potestatem actiuam in conficiendis, & administrādis Sacramentis. In charactere autem Confirmationis datur vtraque potestas nempè,& passiua,& actiua. Passiua quidem, nam Confirmatio quamuis non sit absolute necessaria ad suscipienda cętera sacramenta, quemadmodum est Baptismus, tamen nullo modo omitti debet,ad hoc vt cętera sacramenta licitè, & debito ordine conferantur. Est etiam actiua potestas in Confirmato, I quia videlicet habet virtutem, & robur, quo fidem Christianam profiteri,ac defendere cōtra hostiles nequitias valeat. Verumtamen magis videtur esse actiua, quam passiua, nam si cōtingat aliquem absq; Confirmatione ordinari, vere suscipit Ordinem, vt in cap.vlt.de Clerico per saltum promoto.

Dicitur vltimo. *Et ad alia opera,quæ ad diuinum cultum pertinent,* nam Sacerdotis officium non solum consistit in K administrandis Sacramentis, sed etiam in alijs operibus sacris, quæ ad cultum diuinum pertinent, vt in celebrandis missis, recitandis officijs diuinis, &c. De quibus Sacerdotis officijs, vide *P.Molinā Cartusianum, in tract.instruct. Sacerdot.* vbi ipsū Sacerdotem vbertim, ac doctissimè instruit, quomodo se gerere debeat,in his, quæ ad suum officiū pertinent.

Molina Cart.

CAP.

A

CAPVT V.

An character sit qualitas supernaturalis, ab anima distincta.

Durandus

IN hac quæstione sentit *Durandus in 4. dist. 4. q. 1.* Characterem, solummodo esse relationem rationis, seu denominationem extrinsecam, per quam ex institutione diuina, homo ad sacras actiones deputatur. Ità de eo refert *Suarez disput 11. sect. 2. Bonacina vero de sacrament. in gener. disp. 1. q. 5. pun. 2. propos. vnic.* hanc opinionem tribuit *Scoto dist. 6. q. 10.* nã refert eum docuisse, Characterem esse puram relationẽ. Sed quidnam senserit in hoc Scotus inferius patebit. Durandum vero refert idẽ *Bonacina loc. cit.* tenuisse, Characterem, esse ens rationis. *Angles vero de Sacrament. q. 4 art. 2.* dicit, *Durandum* docuisse, Characterem esse quandam relationem. At quomodocunq; opinio *Durãdi* in hac quæstione exponatur, procul dubio falsissima est; ita vt si his temporibus eam substinere contenderet, in manifestam hæresim incideret, nã eius assertio est contra doctrinam *Concilior. Innocentij III.* & omnium Theologorum, vt in sequentibus clarissimè patebit.

B — *Bonacina.* — *Scotus.* — *Angles.* — C

Itaq; verissimum est, Characterem nõ esse relationem rationis, sed qualitatem quamdam absolutam, supernaturalem ab anima realiter distinctam, eiq; indelebiliter inhærentem. Ità *Alexander Alens. & Bonauentura 4. par. q. 19. memb. 1. art. 2. Gabriel dist. 6. q. 2. Ricchard. ca. 1. D. Thomas 3. par. q. 63. art. 2. Angles q. 4. art. 2. Suarez disput. 11. sect. 2. Filliucius de Sacrament. in comun. tract. 1. cap. 8. q. 4. Bonacina de Sacrament. in gener. disp. 1. q. 5. punct. 2. propos. vnic*

D — *Alex. Alẽ.* — *Bonauent.* — *Gabriel.* — *Riccard.* — *S. Thomas* — *Angles.* — *Suarez.* — *Filliucc.* — *Bonacina.*

Hæc autem veritas probatur primo ex *cap. maiores de baptism.* vbi decernitur, characterem sacramentalem in anima imprimi; cum ibi dicat *Innocentius III. Tunc characterem sacramentalis imprimit operatio, cum obicem voluntatis cõtrariæ non inuenit obsistẽtem;* sed si character esset aliqua relatio rationis, aut denominatio extrinseca, non posset in anima imprimi, ergo character sacramentalis, non est relatio rationis.

E — *Cap. maiores de Baptis.*

Con. Flor.

Probatur secundo ex *Concil. Florent. & Trident.* vbi clarè diffinitur characterem esse spirituale signum, animæ inhærens, atq; impressum, sed hæc relationi rationis cõuenire minimè possunt; quia relatio nõ dicit aliquam actionem realem, nec est spirituale signum animæ inhærens, ergo &c. Hinc *Magister Suarez d. disp. 11. sect. 2.* præfatum errorem *Durandi* commemorans, asserentis characterem esse relationem rationis; dicit hanc sententiam potuisse in illis temporibus antiquis substineri absq; hæresis macula; non autem absque euidenti temeritate; cum communi Theologorũ opinioni, atque *Innocentij III.* decreto repugnet; nunc autem subiungit non posse absque manifesta hæresi teneri; eo quod in *Concil. Florent. & Trident.* contrarium manifestè decernatur.

F — *Con. Trid.* — *Suarez.* — G

Opinio autem *Scoti in 4. dist. 6. q. 10.* parum à præfata opinione *Durandi* distat quia inquit *Scotus*, characterem esse quidem aliquid reale non tamen concedit esse aliquid absolutum, sed solum relationem. Sed contra *Scotum* acriter pugnant *Sotus in 4. dist. 1. q. 4. art. 2. Suarez d. disp. 11. sect. 2. & Filliuccius de Sacramentis in commun. tract. 1. cap. 7. q. 4.* vnanimiter dicentes, characterem esse aliquid absolutum.

Scotus. — H — *Sotus.* — *Suarez.* — *Filliuccius*

Quam doctrinam refert *Filliuccius* esse valde cõsentaneam communi DD. opinioni, ac SS. Patrum traditioni. Addit insuper *Sotus loc. cit.* characterem nõ esse aliquam rem ab anima, & eius potentijs distinctam, sed fortasse aliquem modum eius. Quam videlicet sententiã *Suarez loc. cit.* probabilem putat, dummodo per hoc nõ tollatur, characterem in anima imprimi, & ab ipsa, eiusq; potentijs formaliter distingui, ideoq; in genere qualitatis constitui.

I

Sed queres, ad quam speciem qualitatis character reducatur. Respondeo in hac quæstione duas esse opiniones. Prima asserit reduci ad habitum, & dispositionem formaliter perficientem animam: Ita *D. Bonauentura, Scotus, & alij,* quos refert, & sequitur *Suarez disput. 11. sect. 3.* Secũda autem opinio docet characterem reduci ad potentiam, qua homo redditur aptus ad opera diuini cultus præstanda. Sic *D. Thomas 3. part. q. 63. art. 2. & ibi Nugnus difficult. 3.* Item *Caietanus, Capreolus, Sotus, & alii,* quos citat *Henriquez cap. 13. n. 4. & Bonacina de Sacramen. in gener. dispnt. 1. q. 5. pun. 2. prop. vn.* Et hanc sententiam *D. Thomæ* dicit *Scotus dist. 6. q. 10.* non posse satis

1. opinio. — *S. Bonau.* — K — *Scotus.* — *Suarez.* — *2. opinio.* — *S. Thomas.* — *Nugnus.* — *Caietanus.* — *Sotus.* — *Capreolus.* — *Henriq.* — *Bonacina.*

A improbari; additq; posse simul habere rationem potentiæ, & habitus supernaturalis operatiui. *Fillinccius* vero hanc opinionem *D. Thomæ* recipere nô vult, nam illam opinionem *Suarez* sequitur, atque defendit in *d.cap.7.n.123.* Miror autem cur *Fillinccius*, & *Suarez* ab hac opinione D. Thomæ discedant, cum eius doctrinæ sectatores se esse profiteãtur.

Scotus. *Fillinccius*

Ego autem hanc *D. Thomæ* sententiam probabiliorem existimo. Nã B character est qualitas supernaturalis qua homo efficitur aptus ad suscipienda siue administranda sacramenta, aliaque diuini cultus opera agenda; vt in cap.4. probauimus, ergo ad huiusmodi potentiam reducitur.

CAPVT VI.

Quæritur in quo subiecto sit character.

C

ANtequam ad resolutionem quæstionis deueniamus supponendum est, subiectum characteris sacramentalis posse dupliciter considerari, nam, vnum est subiectum remotum, & alterum subiectum proximum. Subiectum remotum est quilibet homo, ex eo quod habet quandam potentiam recipiendi aliquod Sacramẽtum, characterem imprimens. Subiectum vero proximum est D anima, in qua verè atq; indelebiliter ipse character imprimitur. Ita *Suarez disput.11.sect.4. Fillinccius de Sacrament. in commun. tract.1.q.6.cap.7. & alii.* Hoc posito.

Suarez. Fillincc.

1. opinio. Quæritur in quo subiecto sit, & inhæreat character; quæ videlicet quæstio intelligenda est non de subiecto remoto, quia nulla dissentio circa illud inter Theologos esse potest; sed de subiecto proximo; in cuius assignatione, inter eos aliquam discordiam reperio. *Durandus* enim *in 4.dist.4.q.1.* opinatus est E subiectum proximum characteris esse potentiam aliquam exequutiuam, veluti manum, vel linguam, quemadmodũ de eo refert *Ioseph Angles de Sacramẽt. in gener. q.4.art.3.* necnon & *Sotus in 4. dist 1.q.4.art.4.* vbi alium errorem *Durando* ascribit, referens eum tenuisse nô dari alium characterẽ, præter characterem Ordinis. At *Suarez d.disp.11.sect.4.* de huiusmodi errore *Durandum* liberare nititur, reprehendens *Sotum*, de falsa impositione, quam aduersus *Durandum* agit. F At posttemo *Durandi* opinionem de subiecto characteris, subtilius discutiens *Suarez*, refert ex ea posse colligi, vel nullum esse subiectum characteris, si videlicet, dicatur characterem esse ens rationis; vel esse totum hominem simpliciter, aut corpus humanum, si videlicet asseratur, characterem esse quãdam denominationem. Sed quomodocunq; opinio Durandi exponatur, ab errore proculdubio excusari non potest, quod intellige quoad subiectum characteris, G non autem quoad ipsius multiplicitatem. Nam cum docuerit, subiectum characteris esse aliquod membrum corporis .f. manum, vel linguam, aut totum hominem simpliciter, aut solũ corpus, quemadmodum diuersi Authores diuersimodè eius sententiam interpretãtur; vtiq; de manifesto errore conuincitur, eo quod à communi Theologorum sententia recesserit, qui vnanimiter tõtestantur, subiectum proximum characteris esse animam. H

Durandus. Angles. Sotus. Suarez.

Hæreticorũ opinio. Si autem opinionem hæreticorum discutere voluerimus; profectò cõpertum erit, proximum subiectum characteris, esse corpus humanum. Hæretici enim nequaquam asserere volũt characterem esse aliquam rem distinctam à Sacramento, sed ipsummet Sacramentum; quatenus ex diuina institutione ad hoc ordinatur, vt suscipiens illud perpetuo destinatus maneat ad tale munus, & hoc volunt esse characterem. I Vnde ex hac sententia concluditur, proximum subiectum characteris esse corpus humanum; quatenus enim Sacramentum immediatè in corpore recipitur; nec character est aliquid distinctum à Sacramento; profectò asserendũ est, proximũ characteris subiectum esse corpus humanum. Verumtamen quicunq; hanc opinionem hæreticorum subtiliter indagare voluerit, clarissimè comperiet, eos nullum characterẽ velle admittere in Sacramentis; nam dicere characterem non esse rem distinctam K à Sacramento, sed esse ipsum Sacramentum; vtiq; idem est ac si diceretur non dari hũc characterem, nec in anima imprimi. At aduersus hanc hæreticorum *Cõfutatur.* opinionem *in cap.3. huius libr.* fusè disputauimus; vnde nunc tantum superest, vt aduersus opinionem *Durandi* disputemus, atq; probemus subiectum proximum characteris esse animam.

Subie-

A Subiectum igitur proximũ characteris est anima. Probatur primo ex *Concil. Florent.* & *Trident.sess.7.can.9.* vbi dicitur characterẽ imprimi in anima, & esse signum spirituale. Probatur secundo ratione, character enim, (vt sæpè diximus) est qualitas spiritualis; vnde opus est, vt illi parti hominis adhæreat, quæ est spiritualis; sed hæc pars spiritualis est anima; ergo subiectum proximum

Con. Flor.
Con. Trid.

B characteris est anima.

Probatur tertio ex communi Theologorum sententia, qui vnanimiter asserunt, subiectum proximum characteris esse animam, non obstante quod magna sit inter eos quæstio, vtrum sit in potentijs, vel in essentia ipsius animæ character. Hanc sententiam tenent *Alexander Alens.4.part. q.19.memb.3. Bonauentura in 4.dist.6. art.1.q.3. D.Thomas 3.part. q.63.art.3. Caietanus, Sotus, Ledesma, Paludanus,* & *Capreolus in 4. sent.dist.4. art.2.q.2. Riccardus dist.5.art.2.q.2. Scotus in 4.d.6.q.11. Vazquez super 3. part.*

Subiectum proximum characteris est anima.

Alex. Alẽs.
Bonauent.
S. Thomas
Caietanus.
Sotus.
Ledesma.
Paludanus

C *D.Thom.q.63.ar.3.* & *ibi Suarez disput. 11.sect.4. Marsilius in 4.q.4.art.1. Gabriel dist 6. q.2.art.3. dub.2. Angles de Sacrament.in gener.q.4.art.2.conclus.2. Argentina*, quem citat, & sequitur *Filliuccius de Sacramentis in commun. tract.1.cap.7. q.6.n.124. Bonacina de Sacram.in gener. disput.1.q 5.punct.2.propos.vnic. Valentia tom.4. disput.3.q.4 punct.4. Nugnus super 3.part.D.Thom.q.63 art.3.diffic.1. Sayrus lib.4. de Sacrament. in gener.c.8. q.1.art.2. Phyliarchus 2.par. lib.1.cap.5.*

Capreolus.
Riccardus.
Scotus.
Vazquez.
Suarez.
Marsilius.
Gabriel.
Angles.
Argentina
Filliuccius
Bonacina.

D *Bellarminus lib.2. de Sacrament. cap.19. Coninchus q.63. art.4. Camerota cap.4. dub.3. Pitigianus art. 1. pag. 270. vers. Explosis aliorum, Pesantius super 3.part. D.Thom.q.63.art.4.* & *alii communiter.*

Valentia.
Nugnus.
Sayrus.
Phyliarch.
Bellarm.
Coninchus
Camerota.
Pitigianus
Pesantius.

CAPVT VII.

An character sit in potentijs animæ, vel in eius essentia.

E

OMnes Theologi communiter asserunt, (quemadmodum in præcedenti cap.diximus) proximum subiectũ characteris esse animã. Sed quia in ipsa anima tria considerantur, videlicet, intellectus, voluntas, & essentia; idcirco magna quæstio est inter DD. an character sit in intellectu, an vero in voluntate; vel in voluntate simul, & intellectu; vel in ipsius animæ essentia. Vnde cum diuersi Theologi diuersimode in hoc

F opinentur, idcirco singulas eorum opiniones in præsenti cap.distinctè referre, ac denique meliorem, ac veriorem amplecti, necessarium est.

Prima igitur opinio tenet characterẽ esse in anima, & in vtraq; eius potentia, idest, & in intellectu, & in voluntate; vnde ex hac opinione colligitur, hanc qualitatem spiritualem, & supernaturalem esse in tota imagine Trinitatis. Ita docet *Alexander Alens. 4. part. q.19. memb.3.* & *D.Bonauentura in 4.sent.dist. 6.art.1.q.3.* Hoc pariter ex loquutione permultorũ antiquorum desumi refert *Suarez disput.11.sect.4.* Verumtamen huiusmodi opinio si subtiliter examinetur; profectò patebit, aliquid superfluum per eam poni; quando videlicet ipsius characteris subiectum assignat. Nam quæ necessitas cogit multiplicari subiectũ characteris, & poni tàm in intellectu, quàm in voluntate, atq; in ipsa essentia, hoc spirituale signum cum possit stare in solo intellectu, vel in sola voluntate, vel in essentia, quemadmodum inferius patebit.

1.opinio.

Alex. Alẽs.
G
Bonauent.
Suarez.

H

Secunda opinio existimat subiectum proximum characteris esse solam voluntatem; ita docuit *Scotus in 4.dist.6.q.11.* quemadmodum refert *Pesantius super 3.par.D.Thom.q.63.ar.4.Suarez disput. 11.sect.4. Bonacina de Sacramẽt.in genere disp.1.q.5.punct.2.propos.vn. Angles,* & *Pitigianus art.1.pag.270.* Prima ratio *Scoti* est, nã (inquit) character est dispositio ad gratiam; sed gratia cum sit idẽ, quod charitas, est in voluntate; ergo character est in volũtate, vt in suo proximo subiecto. Secunda est, homo enim obligatur Deo per solam voluntatem, sed character est quodã spirituale signũ obligationis hominis ad Deum, quia ea quæ ad diuinum cultum pertinent, debitis temporibus agere tenetur; ergo proximum subiectũ characteris, est voluntas non autem intellectus.

2.opinio.

I

3.opinio.

Tertia opinio docet proximum subiectum characteris esse solũ intellectũ. Quam sententiam tenet, atq; defendit *D.Thomas 3.part. q.63. art.3.* quem sequuti sunt plerique discipuli eius, *Caietanus ibidem, Sotus, Ledesma,* & *Paludanus in 4.dist.4. q.2. art.2.* & *ibidem Capreolus, Riccardus dist.5.art.2.q.2. Valentia tom.4.disp.3.q.4.punct.4. Nugnus super d.ar.3.D.Thom.difficult.1. Pesantius ibidem Sayrus lib.4. de Sacrament.in gener. cap.8. q.1.art.2. Phyliarchus 2.part. lib.1.*

K
S.Thomas
Caietanus.
Sotus.
Ledesma.
Paludanus
Capreolus
Riccard.
Valentia.
Nugnus.
Pesantius.
Sayrus.
Phyliarcus

A *lib.1.cap.5.* Primum argumentum, quod ad hanc sententiam comprobandam praefati DD. adducunt est; nam character propriè ordinatur, ad quosdam actus diuini cultus, & praecipuè ad protestandam fidem, eamq; exercendam in administratione, vel susceptione Sacramentorum; sed fides est in intellectu, quia sicut subiectum perfectionis vbi inhaeret charitas est voluntas, ita subiectum fidei est intellectus; ergo subiectum proximum characteris est intellectus. *Probatur.*

B Secundo arguit *D. Thomas d. art.3.* Character (inquit) imprimitur animae rationali secundum imaginem, sed imago Trinitatis in anima attenditur secundum potentias; ergo character in potētia animę existit. Deinde in corpore subiungit dicēs: *Character est quodam signaculum, quo anima insignitur ad suscipiendum, vel alijs tradendum ea, quae sunt diuini cultus. Diuinus autem cultus in quibusdam actibus consistit. Ad actus autem propriè ordinantur potentiae animae, sicut essentia ordina-*C *tur ad esse: & ideo character nō est sicut in subiecto in essentia animae, sed in eius potentia.* Hac D. Thomas.

Huic autē opinioni, à pręfatis Theologis traditae contradicere non audeo, praecipuè ob reuerentiam, quam ad doctrinam D. Thomae habere profiteor, quapropter dictam sententiam probabilem esse existimo. Verumtamen nullum argumentū ex his, quae allata sunt ad id fatendum nos compellere posset; nam tota, atq; omnimoda ratio, cui prę-D fata opinio innititur est, quia character diuinitus in anima imprimitur, vt sit quodam spiritale signaculum, quo insignitus obligetur ad exercenda ea, quę ad diuinum cultum pertinent, & praecipuè ad protestandam fidem, sed fides est in intellectu, tanquam in suo proximo subiecto; ergo character est in intellectu. Sed ego ad hoc respondeo, quod nulla necessitas cogit, vt significatio, & res significata in eodem subiecto simul maneāt; quemadmodum ex illo exem-E plo militis ab eodem *D. Thoma* allato colligere possumus. Miles enim antiquitus quodam corporeo signaculo in pectore vel in capite obsignabatur, quò obligaretur ad exercendos actus militiae; sed huiusmodi actus in manibus cōsistunt, & non in pectore, siue in capite; vnde sicut in hoc exemplo non est necessarium, vt in eodem subiecto sit significatio, & res significata; ita pariter dicendum est de charactere Sacramenti, qui est quodam signum militiae Chri-F stianae.

Quarta opinio, quam ego veriorem, ac probabiliorem puto existere; tenet characterem esse immediatè in essentia animae. Ità *Gabriel in 4. dist. 6. q. 2. art. 3. dub. 2. Marsilius q. 4. art. 1. Argentina, quē citat Filliuccius de Sacramen. in comun. tract. 1. cap. 7. q. 6.* Item accedit *Alexander Aleus. q. 19. memb. 3. & D. Bonauentura d. 5. art. 1. q. 3.* qui dicunt characterem esse in anima medijs potentijs. Hanc eamdem opinionem amplexi sūt G plerique recentiores Theologi non obstante quòd discipuli D. Thomae existāt, vt *Vasquez 3. par. q. 3 art. 6. disput. 134. cap. 4. nu. 8. Suarez super 3. par. D. Thom. q. 63. art. 2. disput. 11. sect. 4. Bellarminus de Sacramentis lib. 2. cap. 19. Coninchus q. 63. art. 4. Chamerota cap. 4. dub. 3. Filliuccius de Sacramentis in comuni tract. 1. cap. 7. q. 6. nu. 124. Bonacina de Sacramentis in gener. disp. 1. q. 5. pun. 2. propos. vnic. & alij.* 4. *opinio.* *Marsilius. Gabriel. Argentina Alex. Alē. Bonauent. Vazquez. Suarez. Bellarm. Coninchus Camerota. Filliuce. Bonacina.*

Probatur autem haec sententia multis rationibus, siue argumentis. Pri-H mo per characterem enim homo sanctificatur, & deputatur ad quosdam actus diuini cultus (quemadmodū omnes communiter fatentur, & aduersarij pariter concedunt) sed huiusmodi sanctificatio, & deputatio maximè est in essentia, quae sanctificatur, & distinguitur; ergo subiectum proximum characteris est ipsa essentia animae. Secundo quandocunq; de charactere loquitur, tam *Concil. Florent.* quam *Concil. Trid. loc. saepè citat.* dicit, absolutè, eum impri-I mi in anima, sed anima praecipuè, & principaliter non consistit in aliqua potentia, sed in ipsa essentia; ergo subiectum characteris est ipsa essentia. Deinde si Cōcilia intelligi voluissent characterem in aliqua potentia imprimi, scilicet in intellectu, aut in voluntate; vtiq; illam expressissent; at quia absolutè dixerunt subiectum characteris esse animam; profectò hoc intelligēdum est de ipsa essentia, quae se habet, vt to-K tum, non autem de aliqua potentia, quae se habet ad modum partis distinctae à suo toto distinctione rationis. Tertiò Character non est quodā principium alicuius actus intellectus aut voluntatis pertinentis ad cultum diuinum, sed est quodam spirituale signum quo homo distinguitur ab alio homine, & deputatur ad aliquid particulare agendum; ergo nulla ratio, siue necessi- 1. *argum.* 2. *Con. Flor. Con. Trid.* 3.

tas

A tas cogit, vt in intellectu, vel in voluntate ponatur; sed potius ponendus est in essentia propter rationes quas supra adduximus, & inferius adducturi sumus;

Quartum Quartò Character est quodam signum distinctiuum, quod videlicet signum in notiori, & manifestiori parte poni debet; vt euidentius pateat (quemadmodum in militibus antiquis signum militiæ ponebatur in capite, cum pars notior corporis sit;) sed notior, atq; ma-

B nifestior est essentia animæ, quam aliqua eius potentia; ergo subiectum proximum huius spiritualis signi debuit esse ipsa essentia.

Nominales. *Marsilius.*

Deniq; in fauorem huius nostræ sententiæ accedunt omnes *Nominales*, quos citat *Marsilius in 4. dist. q. 4. art. 1.* Quia enim isti volunt essentiam animæ non distingui ab intellectu, & voluntate; proculdubio constat, quod quamuis ponatur character in intellectu, siue in voluntate; necessarium est, vt simul po-

C natur, & in ipsa essentia; Deinde subiungit *Marsilius* quod etiam si supponatur aliqua distinctio inter animam, & eius potentias, adhuc character potius ponendus esset in essentia, quam in potentijs, aitq; hanc sententiam ab illa *Nominalium* minimè discrepare.

CAPVT VIII.

D

An character sit indelebilis.

OMnes Theologi vnanimiter fatētur characterem Sacramentalem adhærere animæ indelebiliter itá vt nec per censuram, nec per depositionē, neq; per mortem destrui possit, & ab hac sententia, neminem discrepare, mihi perspicuum est. Vnde in præsenti cap. nulla quæstio erit sedanda, sed præfata veritas authoritate *Conciliorum*, & *D. Augustini* confirmanda, ac deniq; breui

E expositione elucidanda.

Probatur ex Patrib. *Augustin.* *Ex Concilijs.* *Concil. Fl.* *Concil. Tr.* *Ex Doctoribus*

Cōclusio igitur est affirmatiua, quod videlicet character sit indelebilis, animæ semper, & indelebiliter inhærens. Probatur primo authoritate *D. Augustini lib. 2 contra Parmen. cap. 13.* vbi ait, Non minus hærent Sacramenta Christiana, quam corporalis nota militiæ, Sed character militaris non repetitur, sed agnitus approbatur in eo, qui veniā meretur ab Imperatore post culpam. Ergo nec character Sacramentalis deleri potest.

F

D. Thom. *Alex. Alen* *Bonauent.* *Ricchard.* *Caietanus.* *Suarez,* *Coninchus* *Nugnus* *Bellarmin.* *Sayrus* *Reginald.* *Henriqu.* *Bonacina.* *Angles.* *Pesantius.* *Filliuccius*

Probatur secundo *ex Concil. Florent. sub Eugenio IV. & ex Trident. sess. 7. can. 9.* & habetur in *cap. maiores de Baptismo, & can. quod quidam 1. q. 1.* vbi expresse definitur, characterem Sacramētalem esse indelebilem. Et hoc est de fide.

Probatur tertio comuni Theologorum consensu, qui expresè hanc veritatem edocent, atq; defendunt, *D. Thomas 3. par. q. 63. art. 5. Alexander Alens. q. 19. memb. 5. Bonauentura q. 5. Ricchardus q. 3. Caietanus super dictum art. 5. D. Th. & ibi Suarez Coninchus, & Nugnus, Bellarminus lib. 2. de Sacramentis cap. 19. Sayrus de Sacrament. lib. 4. cap. 5. q. vnic. art. 2. Reginaldus, Henriquez, & alij, quos citat, & sequitur Bonacina de Sacrament.*

G

in gener. disp. 1. q. 5. pun. 3. prop. 3. Angles de Sacramentis q. 4. art. 2. diffic. 1. conclus. 1. Alexander Pesantius super dictum art. 5. D. Thomæ, Filliuccius de Sacramentis in comun. tra. 7. 1. cap. 7. q. 8. num. 127. & alij communiter.

H

Probatur deniq; rationibus. *1. ratio.* *2 ratio* *3. ratio.*

Probatur quarto permultis rationibus. Primo proximum subiectum characteris est anima, vt in præcedenti cap. probatum est; sed hæc est incorruptibilis, & æterna; ergo & ipse character pariter est perpetuus, quia in subiecto vbi inest, non habet contrarium. Secundo character est quædam animæ consecratio; sed anima perpetuo tempore perdurat; ergo & eius consecratio. Tertio dantur aliqua Sacramenta, quæ sunt initerabilia, vt Baptismus Confirmatio,

I

& Ordo; ergo per ea character indelebilis in anima imprimitur; ita vt reiterari non possint.

S. Thomas

S. Thomas autem *loco cit.* hanc veritatem, quæ est de fide, his verbis defendit, atq; declarat. *Character sacramentalis* (inquit) *est quædam participatio sacerdotij Christi in fidelibus eius; vt scilicet sicut Christus habet plenam spiritualis sacerdotij potestatem; ita fideles eius ei configuren-*

K

tur in hoc quod participant aliquam spiritualem potestatem respectu Sacramentorū, & eorum quæ pertinent ad diuinum cultum. Et propter hoc etiam Christo non competit habere characterem, sed potestas sacerdotij eius comparatur ad characterem. Sicut id quod est plenum, & perfectum ad aliquam sui participationem. Sacerdotium autem Christi est æternum secundum illud Psal. 109. Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Et inde est quod omnis sanctificatio, quæ fit per sacerdotium eius est æterna re consecrata

ma-

A *manente. Quod patet etiam in rebus inanimatis; nam Ecclesia, vel altaris manet consecratio semper nisi destruatur. Cum igitur anima sit subiectū characteris secūdum intellectiuam partem, in qua est fides, manifestum est, quod sicut intellectus perpetuus est, & incorruptibilis; ita character indelebiliter manet in anima.*

Phyliarcus

Phyliarcus 1.tom.lib.1.cap.5. hanc rationem *D.Thomæ* pariter sectatur, ait enim, ideo characterē esse indelebilem, quia habet participationem quamdam B sacerdotij Christi in fidelibus eius, Christus .n. habet plenam spiritualis sacerdotij potestatem, quam fidelibus suis communicat per characteris impressionem, respectu Sacramentorum, & corū, quæ ad diuinum cultum pertinent; sed Sacerdotium Christi est æternum, iuxta illud Psal.109. *Tu es Sacerdos in æternū, &c.* ergo eius participata potestas pariter debet esse æterna.

Philiarch. oppositio.

Deinde addit idem *Phyliarchus loc. cit.* illam rationem, quam complures Theologi adducūt, non esse veram atq; C probabilem, quando videlicet dicitur, ideo characterem sacramētalem esse indelebilem, quia est in subiecto incorruptibili, nempe in anima. Nam (inquit) gratia quæ est in essentia animæ, & virtutes, quæ sunt in intellectu, vel in voluntate amittuntur, quia sunt quædam formæ in anima habentes esse completum; forma autem completa est in subiecto secundum conditionem subiecti; & animæ conditio quandiu est in hac D vita est, vt sit mutabilis secundum liberum arbitrium; consequens igitur est quod gratia, & virtutes sint in anima mutabiliter. Sed huiusmodi animaduersio, quam agit Phyliarcus contra com-

Confutatio

munem Theologorum sententiam mihi non placet, dispar enim ratio datur inter gratiā, & virtutes; & inter characterem sacramentalem, quoad modum essendi in eodem subiecto; nam gratia, & virtutes eam consequentes ita animę diuinitus infunduntur, & cum ea con- E nectuntur, vt per quodcunq; peccatum mortale amitti, ac deleri possint; non sic autem dicendum est de charactere, quia tali connexione animæ inhæret (operante diuina potentia) vt neq; per peccatum, neq; per interdictum, neque per mortem aboleri, & ab anima separari possit. Vide de hoc *D. Augustinum lib.2. contra epist. Parmen. cap.13. epist 50. circa medium, & tract.6. in Ioann. & lib.1. contra Crescon. cap.30. Catechism. Roman. de Sacrament. in gener. par.2. nu. 30. D.Thomam d. art.5. & alios DD. sup. citatos.* F

Augustin.

Catech. Ro.

S. Thomas

Deniq; notandum est hanc propositionem *(Character est indelebilis)* multipliciter posse intelligi, atque explicari. Primo quatenus character tali modo animæ impressus consideretur, vt etiam per potentiam Dei absolutam remoueri minimè possit. Et hoc est falsum, quemadmodum vnanimiter docēt *Caietanus, & Suarez in comment. super 3.part. D.Thom. q.63. art.5.* Cum enim G character sit quædam qualitas realis, vtique per potentiam Dei in suo esse continuò conseruatur, quapropter si omnipotens Deus suum influxum suspenderet; proculdubio destrueretur, & ad nihilum redigeretur; non enim Deus ex necessitate naturæ, sed libere eum conseruat; vnde quandocunq; vellet illum destruere, atq; delere; posset si videlicet illum mirabilem influxum diuinæ potentiæ, quo omnia in suo esse conseruantur, veraciter suspenderet.

Quomodo intelligendū sit, characterem esse indelebilem.

1. sensus.

Caietanus.

Suarez.

Secūdo explicari potest, vt character H intelligatur animæ adeò impressus, vt quandiù homo viuit deleri, & auferri non possit, quia Deus eum in suo esse incorruptibili semper conseruat. Et hoc est de fide, quia Concilia saltem de toto tempore, quo homo viuit, loquuntur; & hinc inferunt sacramenta characterem imprimentia reiterari non posse, quia præsupponitur primum characterem semel impressum adeo esse indelebilem vt nouus superaddi nequeat. Vide *Suarez disput.11. sect.4.* I

2. sensus.

Tertio explicari potest, characterem esse indelebilem etiam post hanc vitam, ita vt per mortem nec valeat auferri. Quam sententiam tenet *D.Thomas 3.part. q.63. art.5. in solut. ad 3. & ibi Coninchus, Suarez, & Nugnus, Bellarminus de Sacrament. lib.2. cap.19. Sayrus lib.4. de Sacrament. cap.5. q. vnic. art.2. Reginaldus, Henriquez, & Bonacina locis cit.* Hinc sequitur quod si quis moriatur iam baptizatus, vel confirmatus, vel ordinatus, & postmodum per diuinam K potentiam à mortuis resurgat, & ad vitam iterum reuocetur (quemadmodum Lazaro successit;) non esse necessarium vt iterum baptizetur, aut confirmetur, aut ordinetur, quia iam character sacramentalis adhuc in eo incorruptibilis perdurat. *Suarez loc. cit. Viualdus de Sacrament. cap.2. nu.2. Bonacin. de Sacrament. in gener. disput.1. q.5. propos.3. & alij communiter.*

3. sensus.

S. Thomas

Coninchus

Suarez.

Nugnus.

Bellarm.

Sayrus.

Reginald.

Henriq.

Bonacina.

Suarez.

Viualdus.

Bonacina.

Deniq;

A *Probatur esse indelebilem etiã post mortẽ.* Deniq; esse characterem indelebilem etiam post mortem ex hoc probari potest, quia nimirum cum sit qualitas spiritualis, animæ inhærens, non pendet ex corpore; ita vt, si anima à corpore segregetur, character pariter ab anima separetur; vnde dato quod corpus moriatur, & corrumpatur, character tamen quia pendet immediatè ex anima, cui inseparabiliter inhæret, semper incorruptibilis perdurat. Hinc collige quod in beatis vsq; in æternum character sacramentalis perdurat, eo quod illi felicissimo statui minimè repugnet, B character enim est quædam qualitas supernaturalis, & spiritualis perficiēs animam, vnde potius ei quodam ornamentum, quam deformitatem confert. In damnatis pariter vsq; in æternum perdurat, sed non est eis ad ornatum, sed ad confusionem; quatenus illum considerantes, confundantur de sua nimia ingratitudine, nam illis Sacramentis salubriter non vsi sunt, quæ eis ad consequen- C dam gratiam, & vitam æternam, fuerant diuinitus collata. *S. Thomas, & Suarez loc. cit.* (*S. Thomas Suarez.*)

CAPVT IX.

An character sit qualitas indiuisibilis.

D IN præsenti cap. queritur, an character sit qualitas indiuisibilis; ita vt ex natura sua nec intendi, nec remitti possit. Ratio autem dubitandi ex hoc exoritur, nam cum gratia in Sacramentis non conferatur æquali mensura, inæqualiter dispositis, quemadmodum in præcedenti lib. clarissimè ostendimus; hinc dubitari posset, an character sit inæqualis in his, qui inæquali dispositione Sacramentum suscepere; idest an ista qualitas supernaturalis, quam nos characterem appellamus, vni intensior, E alteri vero remissior conferatur.

Character est qualitas indiuisibilis. Ad hoc breuiter respondeo, & dico, characterem sacramentalem, absolutè loquendo, esse qualitatem omnino indiuisibilem, ac propterea nec intensionem, nec remissionem ex sui natura posse recipere, sed æqualiter omnibus dari. Ita expresse docet *Suarez super 3. par. D. Thomæ q. 63. art. 5. disput. 11.* (*Suarez.*)

Probatur rationibus Hæc autem sententia probatur permultis rationibus. Primo character ex sui natura de necessitate non requirit F illam dispositionem, per quam quis maiorem intensioremq; perfectionem in ipsa qualitate supernaturali promereretur accipere, nam si quis absq; gratia, vel attritione peccatorum, baptismum, vel Confirmationem, vel Ordinem susciperet, verum susciperet Sacramentũ; ideoq; in eo verus imprimeretur character; vnde si character per se non requirit aliquam dispositionem, & ex ea nullo modo pendet; manifestum est, quod æqualiter omnibus detur. Nec obstat si dicatur, inæqualem gratiam, inæqualiter dispositis dari; ita pariter inæqualem characterem inæqualiter dispositis conferri. Nam respondeo imparem dari rationem inter gratiam, & characterem; nam gratia requirit aliquam dispositionem quatenus quantitas gratiæ commensuretur quantitati dispositionis; character vero nullam dispositionẽ de necessitate requirit, cui commensuretur. *1. ratio* G

Ex his collige quod si quis reciperet Sacramentum Baptismi, vel Ordinis, & habeat actualem, & explicitam voluntatem non recipiendi characterem, adhuc non obstante hac negatiua voluntate, verè in eo character imprimitur, dummodo habeat intentionem suscipiendi verum Sacramentum. Et ratio est, quia huiusmodi Sacramentum, tali voluntate negatiua susceptum, est verũ Sacramentum; vnde suo effectu ordinario, ac necessariò priuari nõ potest characteris autem impresio nullo modo ex voluntate recipientis pendet, sed ex veritate Sacramenti; quapropter dato quod verum Sacramentum suscipiatur; illico verus character imprimitur. H *Habens intentionem suscipiendi Sacramentum, & nõ characterẽ, suscipit etiam characterem.* I

Secundo si prædicta qualitas supernaturalis intensior fieri posset, hoc esset propter reiterationem Sacramenti, vt scilicet Sacramẽtum iterum susceptum illam qualitatem supernaturalem, magis perficiat, & intendat; sed omnia sacramenta characterem imprimentia nullo modo reiterari possunt, vt ex *Concil. Florent. in instruct. Armenor. & ex Trident. sess. 7. can. 9.* patet; ergo character non potest intensior, aut remissior fieri. *2. ratio* K *Concil. Fl. Concil. Tr.*

Tertio character animæ imprimitur, vt sit quodam spirituale signum, quo distinguatur fidelis ab infideli, & Sacerdos à non Sacerdote; ergo debuit esse certum, atque indiuisibile, ac perinde æquale in omnibus, eum detur omnibus *3. ratio.*

A æqualis potestas ad suscipienda, siue administranda sacramenta, & ad peragenda ea, quæ ad cultum diuinum pertinent. ergo character est qualitas indiuisibilis, quæ non potest intensior, aut remissior fieri. Ita *Suarez super 3.part. D.Thom. quæst.63. art.5. disput.11. vers. vltimo potest.*

Suarez.

Deniq; notandum est quinque esse proprietates characteris. Prima est, esse indelebilem, tum quia Concilia, & omnes Theologi expresse hoc docent; tum etiam, quia sacramenta in quibus character imprimitur reiterari nõ possunt; vnde ex hoc colligitur characterem semel impressum, semper permanere. Secunda est quod per illum transit homo in ius Dei iuxta illud 1.*Cor.6. Non estis vestri, &c.* Tertia est quod anima per characterem velut quodam templum Deo consecratur. Quarta est quod per eum magis Christo, eiusq; membris assimilamur, & ab infidelibus distinguimur. Quinta est, quod ad alia sacramenta recipienda, siue administranda disponimur.

Quinque characteris proprietates.

B

C

Queres primo an in Christo fuerit character. Respondeo negatiuè. Et ratio est, quia Christus nullum suscepit Sacramentum, nisi Eucharistiam, quæ videlicet nullum imprimit characterem. Deinde character est signum ouium, seruorum & militum, Christus autem est summus Pastor Dux, ac Dominus; vnde dicendum est excellentiori modo ratione suæ diuinitatis, fuisse in Ducè, ac Principem designatum. Ita *Suarez disput.11. sect.4. & Filliuccius de Sacrament. in commun. tract.1.q.7.cap.7.n.126.*

In Christo nõ fuit character.

Suarez. D *Filliuccius*

Queres secundo. An B. Virgo Maria habuerit hunc characterem sacramentalem. Respondeo affirmatiuè, nam verè suscepit Baptismum, & Confirmationem; vnde in eius anima vterque character impressus est. *Filliuccius loc.cit.*

An Beata Virgine fuit character Baptismi.

Queres tertio an in Apostolis fuerit character. Respondeo eos habuisse triplicem characterem; nam præter Baptismum, & Confirmationem, susceperunt pariter Sacramentum Ordinis, quo possent sacramenta conficere, eaque ministrare; vnde colligimus eos habuisse characterem Baptismi, Confirmationis, & Ordinis.

An Apostolis Baptismi, Confirmationis, & Ordinis.

E



E

CAPVT X.

An omnia sacramenta noua legis fuerint à Christo proximè instituta.

QVidam recentiores hæretici in hac quæstione à Catholicorum vera sententia dissentiunt, volunt enim non omnia sacramenta fuisse proximè, atq; immediatè à Christo Dominõ instituta, sed duo tantum, idest Baptismum, & Eucharistiam, quæ dicunt vera esse sacramenta; *Caluinus* enim *in Antidot. Concil.Trident. sess.7. can.1. & Kemnitius in 2.part.Examin.pag.13.* ideò confessi sunt Baptismum, & Eucharistiã fuisse proximè, ac immediatè à Christo Domino instituta, quia dicunt hæc duo tantum esse vera sacramenta, cętera vero non, nisi aut figmentum humanum, aut ritum tantum, & cæremoniam à Patribus acceptam. Ad quam sententiam comprobãdam Kemnitius citat *Cyprianum in serm. de ablution. pedum, Hugon. Victorin.lib.2.de Sacramentis par.15.c.2. & Magistr. sent. in 4.dist.23.* quos refert negasse, omnia sacraméta fuisse à Christo Domino instituta.

G *Hæreticorum opinio*

Caluinus; Kemnitius

H

Cyprianus Hug. Vict. Mag. sent.

Hanc autem opinionem *Caluinij, & Kemnitij* commemorans *Vazquez super 3.par. D.Thom.q.64.ar.4.disput.135.c.1.* dicit, quod ideo illi hæretici docuerunt cetera sacramenta non fuisse à Christo Domino instituta, quia existimabant non esse propriè, ac verè sacramenta; alioquin concessissent, hæc pariter fuisse à Christo instituta, quemadmodum de Baptismo, & Eucharistia dixerunt.

Vazquez; I

Deinde miror cur nonnulli Scholastici negauerint omnia sacraméta fuisse proximè, atque immediatè à Christo Domino instituta, nam dixerunt quædam sacramenta fuisse per Christum remotè, sed proximè per alium potestate ab eo accepta; instituta. Alij vero quamuis fateantur certum esse, omnia nouæ legis sacramenta Christum immediatè, ac proximè instituisse; tamen dicunt hoc non esse de fide, cum Concilium Tridentinum hoc apertè non definiat. Nam quamuis dicat, omnium Sacramentorum nouæ legis fuisse Christũ insti-

K

A institutorem, tamen non dicit ea per seipsum, & immediatè, siue proximè instituisse: vnde intelligi posset instituisse ea Christum remotè, sed proximè, & immediatè per alium. Attamen sine vlla ambiguitate confitentur, posse colligi ex mente *Concil. Trident. sess. 7. can. 1.* omnium Sacramentorum, proximum institutorem esse Christum, quamuis hoc in *d. Concil.* expresse, atq; explicitè non tradatur. Sed hanc doctrinam esse explicitam, atque expressam in *Concil.*
B *Trident.* nos infra ostendemus; ideoque horum Scholasticorum sententiam esse erroneam clarè patebit.

Probatur omnia nouæ legis sacramenta fuisse à Christo instituta.

Veritas autem Catholica edocet, omnia nouæ legis sacramenta fuisse à Christo Domino proximè, atq; immediatè instituta. Probatur primo ex Patribus, *Ambrosius* enim *lib. 4. de Sacrament. cap. 4. Author Sacramentorum* (inquit) *quis est nisi Dominus Iesus?* Item *D. Augustinus in epist. 118. cap. 1.* hanc veritatem his verbis confirmat. *Sicuti*
C (inquit) *Baptismus est Trinitatis nomine consecratus communicatio corporis, & sanguinis ipsius, & si quid aliud in Scripturis canonicis commendatur, exceptis ijs, quæ seruitutem populi veteris pro congruentia cordis illorum, & prophetici temporis onerabant, quæ & in quinq; libris Moysis leguntur. Illa quæ non scripta nempe in sacris literis, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obseruantur: dantur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel plenarijs Concilijs, quorum est in Ecclesia saluberrima authoritas commendata, atq; in-*
D *stituta retineri. Sicut quod Domini passio, & resurrectio, & ascensio in Cœlum, & aduentus de cælo Spiritus sancti, anniuersaria solemnitate celebratur.* Hæc ille. Insuper in *lib. 3. de doctrin. Christian. cap. 9.* clarissimè docet sacramenta à Christo fuisse nobis tradita tanquam à vero Institutore, & ab Apostolis tanquam ministris promulgata. *Quædam pauca* (inquit) *pro multis eadem, quæ factu facillima, & intellectu augustissima, & obserua-*
E *tione castissima ipse Dominus, & apostolica tradidit disciplina.* Ita *Augustinus.*

Probatur ex Patribus. Ambros. Augustin.

Cyprian. Insuper, & *Cyprianus in sermon. de ablutione pedum* hanc veritatem approbat his verbis. *Ipse* (inquit) *summus Sacerdos sui est Sacramenti Institutor, & Author, in cęteris homines Spiritum sanctum habuere Doctorem, & sicut par est Spiritui sancto, & Christo diuinitas ita in suis institutis æqua est authoritas, & potestas; nec minus ratum est, quod dictante Spiritu sancto Apostoli tradiderunt, quam quod ipse tradidit, & in sui commemorationem præcepit.* Quæ verba *Cypriani* hæ- F
retici in fauorem suæ falsissimæ sententiæ adducunt, ex eis probantes quædam sacramenta non fuisse à Christo, sed ab Apostolis instituta. In quem pariter errorem inciderũt (sed non pertinaciter) *Alexander Alensis 4. part. q. 59. membr. 3. Bonauentura dist. 17. art. 1. q. 3. & Marsilius in 4. dist. q. 14.* asserentes Sacramentum pœnitentiæ non fuisse à Christo, sed ab Apostolis institutum. Insuper idē G
Alexand. q. 24. membr. 1. & Bonauentura in 4. dist. 7. art. 1. q. 1. dicunt Sacramentum Confirmationis post obitum Apostolorum fuisse ab Ecclesia in *Concilio Meldensi* institutum. Quorum Theologorum opinionem refert expresis nominibus, *Bellarminus de Sacramentis lib. 1. cap. 22.* Tacitis autem nominibus referunt *Vazquez super 3. par. D. Thom. q. 64. art. 4. disp. 135. cap. 1. & Suarez ibidem disp. 12. sect. 1.*

Alex. Al. Bonauent. Marsilius. Bellarm. Vazquez. Suarez.

H Sed illa *D. Cypriani* verba non sunt intelligenda iuxta hæreticorum expositionem; ex illis namque inferunt, duo tantum sacramenta fuisse à Christo Domino instituta, cum dicitur *(Ipse summus Sacerdos sui est Sacramenti Institutor, & Author.)* Dum vero subinfertur *(in cęteris homines Spiritum sanctum habuere Doctorem)* deducunt cętera sacramenta ab Apostolis inspirante Spiritu sancto fuisse instituta. Sed illa verba *Cypriani* si recto sensu exponantur, & intelligantur, nihil aliud probant, nisi I
Christum fuisse Institutorem, atq; Authorem Eucharistiæ, cum & hoc Sacramentum non solum verbis instituerit; sed etiam proprijs manibus, cum debitis cæremonijs, ac ritibus ministrauerit, ac tandem per se ipsum confecerit; cęterorum autem Sacramentorum fuisse ipsum Christum Institutorem, Apostolos vero Magistros quò ad ritus, & cæremonias, Ministros quò ad effectionē, ac promulgatores quo ad manifestationem.

Sententia D. Cypriani expositio.

K Vel illud *(Ipse summus Sacerdos est sui Sacramenti Institutor, & Author)* interpretari possumus, tūc *D. Cyprianum*, de Sacramento genericè sumpto fuisse loquutum; quatenus sub illo nomine Sacramenti, omnia nouæ legis sacramenta comprehendi, intelligatur; quemadmodum nos dicere consuescimus, Deus est Creator hominis, Deus est Creator cæli, &c. quibus profectò verbis, non

Alia expositio.

P 2 vnius

A vnius tantum hominis, neq; vnius cæli, Deum esse Creatorem intelligi volumus, sed omnium hominum, omniumq; cælorum, qui sub tali nomine generali continentur.

Probatur ex Concilio. *Con. Trid.* Hæc Catholica veritas probatur secundo ex *Concil. Trident. sess. 7. can. 1.* vbi sic habetur, *Si quis dixerit sacramenta noua legis non fuisse omnia à Iesu Christo Domino nostro instituta, anathema sit.* Et quamuis *Concilium Tridentinum* non adiunxerit illam particulam (proximè, B vel immediatè) ad hoc, vt clare indicaretur Christum esse omnium Sacramētorum nouæ legis proximum institutorem; tamen dicendum est, harum particularum nullam ab eo fuisse appositā, quia sunt quidam termini, quibus solummodo Theologi Scholastici in disputationibus vti solent. Sed in horum terminorum significatione fuisse mentem Concilij, clarè ex ipsius verbis supra citatis patet. Nam cum dicitur sacramenta fuisse à Christo Domino in- C stituta, sanè intelligitur, eorum fuisse Christum proximum, & immediatum Institutorem. Alioqnin si Ecclesia immediatè, idest potestate à Christo accepta instituisset, aliqua sacramenta, vtiq; dici non posset omnia sacramenta verè, ac propriè, fuisse à Christo instituta. *Vazquez. Bellarm. Suarez. Filliuc.* Vide de hoc *Vazquez super 3. part. D. Thom. q. 64. art. 4. Bellarmin. de Sacramentis lib. 1. cap. 23. Suarez disput. 12. sect. 1. & Filliuc. de Sacrament. in commun. tract. 1. cap. 2. q. 3. n. 25.*

D *Probatur rationibus. 1. ratio.* Probatur tertio permultis rationibus. Prima est illa quam *D. Thomas 3. part. q. 64. art. 4.* adducit. Ibi namque ideo Christum fuisse immediatum, ac proximum omnium Sacramentorum Institutorem; non autem aliquem hominem; propter fidelium (inquit) vtilitatem, ne in homine spem ponerent.

2. ratio. S. Thomas Suarez. Secunda ratio ab eodem *D. Thom. loc. cit.* assignatur; *Nè essent* (inquit) *in Ecclesia diuersa sacramenta, ex quibus diuisio, & scisma in ipsa oriretur, sicut apud* E *illos qui dicebant 1. ad Cor. 1. Ego sum Pauli, ego autem Cephæ ego vero Christi.*

3. ratio. Tertia ratio est illa, quam affert *Suarez loc. cit. Quia* (inquit) *hæc institutio pertinet ad quamdam excellentiæ potestatem, quā decuit soli humanitati Christi propter singularem eius dignitatem, & excellens meritum communicari.*

Opinio Magistri sent. & Vgonis Victor. interpretatur. Denique huic nostræ sententiæ nihil officit, assertio *Magistri sentent. & Hugonis Victorin. locis citat.* dicentium, non omnia sacramenta fuisse à Christo Do- F mino instituta; nam posset dici, tàm *Hugonem*, quàm *Magistrum sent.* in hoc errasse, quemadmodum respondet *Vazquez loc. cit.* Sed nos horum Authorum doctrinam benignius interpretamur, & dicimus cum *Bellarmin. loc. cit. & Filliucc. d. q. 3.* eos per institutionem intelligere voluisse promulgationem, quemadmodum lex antiqua appellari solet lex Mosayca, cum tamen constet illam legem non à Moyse, sed à Deo fuisse institutam, à Moyse autem promulgatam. G Et eodem modo exponenda est sententia illorum Theologorum, qui docent Sacramentum pœnitētiæ fuisse ab Apostolis institutum.

Alex. Alē. & D. Bonauent. opinio reiicitur. Non eodem modo opinionem *Alexandri Alensis, & Bonauentura loc. cit.* excusare possumus, qui dixerunt Confirmationem fuisse in *Concilio Meldensi* institutam, redditur enim omnino inexcusabilis, nam Sacramentum Confirmationis fuisse in Ecclesia, longè ante tempora *Concilij Meldensis* communi- H ter referunt *Dionysius Areopagita in lib. de ecclesiastic. Hier. cap. de Baptismo, Cyprianus lib. 2. epist. 1. & in serm. de Chrismate, Tertullianus lib. de resurrect. carnis, & Fabianus in epist. ad Orientales.* *Dionysius Areopagit. Cyprianus Tertull. Fabianus.*

4. ratio. Postremo ad comprobandum, omnium Sacramētorum nouæ legis solum Christum fuisse Institutorem; Apostolos vero tantum promulgatores duo argumenta authoritate sacræ Scripturæ firmata possent adduci. Primum est, I nam Apostoli in sacra Scriptura nunquam Sacramentorum Institutores, sed solum Promulgatores, ac ministri vocantur, vt *1. Cor. 4. Sic nos* (inquit) *existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei*, ergo nullo modo potest dici aliquod Sacramētum fuisse ab Apostolis institutum, sed solū promulgatum, ac ministratum. *1. Cor. 4.* Secundum est; in veteri lege solus Deus fuit Sacramentorum proximus, & immediatus Institutor, Moyses autem solum Promulgator, vt patet ex *lib. Exod. & Leu.* quia ibi Deus præcipiebat id quod K erat faciendum, Moyses autem illa præcepta promulgabat, & exequebatur; ergo multo magis nostra sacramēta, cum sint perfectiora debuerunt à Deo immediatè institui. *Exod. Leuit.*

CA-

A

CAPVT XI.

Prædictæ sententiæ veritas, comuni Scholasticorum cõsensu confirmatur.

B Per experientiam videmus, alicuius rei veritatem eo clarius in mentibus audientium elucere, quo firmioribus, abundantioribusq; authoritatibus comprobatur. Iam optimè reminiscor in superiori cap. & authoritate scripturæ, *SS. Patrum*, *& Concilij Tridentini* comprobasse, omnia sacramenta nouæ legis fuisse à Christo immediatè, ac proximè instituta, sed quia ad hanc veritatẽ si comunis Scholasticorum sententia simul accederet clariorem proculdubio efficeret, idcirco omnes illos, qui C huius veritatis sunt Authores, atque defensores hic seriatim apponere, operæ pretium duxi. Hanc itaque sententiam nostram, tenent, atque defendũt *S.Thomas 3.p.q.64.art.4.DD.in 4.sent.d.2.Sotus q.5.art.1.ad 2.Ledesma q.1. Vict. §.3.Canus in relectiou.de sacrament. p. 5. Castro verb.Vnctio,Taper.art.1.Nauarrus cap.22.num.2.in cap. nouit. notab. 3. Coroll.45.Couarrunias.1.variar.cap.10.cap. Almamater 2.p.§.2. num. 7. Perez lib. 1. tit.5.Calius 28.antiquit.cap.19.Vega lib. 7.in Concil.Trident.cap.11.Roffens.art.9. & 10.Dried.lib.5.de Ecclesiast.dogmat.c. 5.Henriquez de Sacrament.in gener.lib.1.* D *cap.3.Bellarminus de sacrament.lib. 1. c. 23.Vazquez super 3.par. D. Thom.q.64. disp.135.cap. 1.Sayrus lib.2. de sacramen. cap.2.q.3. Suarez disput. 12.sect. 1. Reginald.lib.28. num.4. Chameróta de sacrament.cap.4. Pitigianus dist.1.q.1.art.3.Coninchus super 3.par. D.Thomas q.64. art. 4.dub.1. Fillinccius de Sacrament. in comun.tract.1.cap. 2.q.3.& Bonacin. de Sacrament.in gener.disput.1.q.3.pun.1.propos.2. Layman.lib.5.tract.1.cap.5.num. 3.* & alij communiter.

D. Thom. Ledesma Victoria Sotus. Canus Castro. Nauarr. Couarr. Perez. Calius. Vega. Roffens: Dried. Henriq. Bellarm. Vazquez Sayrus. Suarez. Reginald. Chamerot. Pitigianus Coninch. Fillincc.

E Congruè autem potestatem instituẽdi sacramenta Christus Dominus sibi soli reseruauit, nec alicui homini eam concedere voluit, nam cum ipse sit caput huiũs corporis mystici, idest Ecclesiæ, ipse solus debuit fundamenta ponere cuiusmodi sunt sacramenta. Ērenim in Sacramentis S. Ecclesia catholica fundatur, quasi in firmissimis, & tutissimis basibus super quæ spiritual æ-

Bonacina. Layman.

Quare Christus institutionẽ Sacramentorũ sibi soli reseruauit.

dificium erigi possit. F

Deinde necessarium fuit, vt Christus esset proximus absolutus, ac vnicus Sacramentorum institutor, ad hoc vt potestatem eius, ac prouidentiam, fideles agnoscerent, considerantes, quam ingens sit nostri Saluatoris potestas, qua ipse potuit talia sacramenta instituere, quibus peccatores ab omnibus culpis, & criminibus emundarentur, & per diuinæ gratiæ collationem verè sanctificarentur. Insuper & benignitatem atq; prouidentiam cognoscerent eiusdem G Saluatoris, quæ remedia apportuna, animarum langoribus præparauit, vt eis essent, velut saluberrima anthidota, quibus peccatorum venena expellerentur, & spiritualis vitæ salus integrè restitueretur.

Plures alias rationes idem probantes inuenies apud *Augustinum lib.19. contra Faustum cap.11.S.Thom.3.p.q.64. art.4, Suarez, Bellarmin.& Fillincc. loc.cit.* Si autem scire cupis quonam tempore, & quibus verbis Christus singula sacramẽta instituerit, lege *cap.22.lib.1.huius nostri tract.de sacram.* ibiq; plures alias rationes reperies, ac Theologorum sententias, quibus præfata veritas comprobatur; quapropter in hac quæstione diutius immorari, nec congruum est, nec vtile; sed vlteriùs procedamus. H

August. S.Thomas Suarez. Bellarmin. Fillincc.

CAPVT XII.

An Christus potestatem instituendi Sacramenta, potuerit hominibus communicare. I

Varia est in hac quæstione opinio Theologorum qui *in 4. sent.* disputant, An Christus potuerit alicui homini cõmunicare potestatem instituendi Sacramenta. In hoc autem comuniter conueniunt, quod Christus potestatem authoritatis competentem, quatenus Deus est, nulli creaturæ potuit cõmunicare, sicut nec suam diuinam K essentiam. Ita *D.Thomas 3. part. q.64. art.4.Scotus in 4.dist.1.q.5.art. 2. Durandus d.2.q.1. Gabriel q.2.art.3.dub.2.Bellarminus de Sacramentis lib.1. cap. 23. Suarez disput.12.sect,2. Valentia tom.4. disp.3.q.5.punct.3. Filliuccius de Sacramentis in commun. tract.1. cap.2. q.5. & alii*

Potestas authoritatis non potuit à Christo hominibus comunicari.

S.Thomas Scotus. Durandus Gabriel. Bellarmin. Suarez. Valentia Fillincc.

A *alij communiter.* Et ratio est, quia illa potestas authoritatis dicit, ac proprie significat quandam independentem facultatem instituendi, eleuādiq; aliquam creaturam, quæ effectum supernaturalē possit causare, atq; producere; sed ista independens facultas, siue potestas intrinsecè competit diuinitati, quæ habet plenissimam, infinitamque potestatem super omnia, à nullo alio dependētem; ergo sicut Diuinitas ipsa in aliquam B creaturam transferri non potest; ita nec potestas authoritatis. Vide de hoc *D. Bonauent. art. 3. q. 1. Alessand. Alens. q. 15. memb. 1. Ricchard. q. 3. art. 1. d. 5. & Angles de Sacramentis in gener. q. vlt. ar. 3. & Henriq. lib. 1. c. 3.*

Bonauent. Alex. Alē. Riccardus. Angles. Henriq.

An potestatem excellētiæ potuerit communicare. 1. opinio negans.

Tota igitur difficultas consistit, An Christus in quantum homo; potuerit potestatem excellentiæ Apostolis comunicare, qua possent sacramenta instituere. Et ad hoc communiter respondēt *Scotus, Gabriel, & Durandus locis cit.* & absolutè negant aliquam potestatem C instituendi sacramenta potuisse hominibus communicare; vnde vtramq; potestatem, tàm authoritatis, quàm excellentiæ, incommunicabilem efficiunt. *Angles* vero *d. art. 3.* refert *Durandum in 4. d. 6. q. 4.* docuisse quod Deus potuisset Apostolis concedere, vt res quasdam sensibiles eligerent, quæ essent sacramēta; non tamen illis conferre gratiam capitis, qua sacramenta conderent.

Scotus. Gabriel. Durandus

2. Verior opinio affirmans.

Sed contraria sententia mihi placet, cui libenter assentior, quæ videlicet tenet, Christum potuisse illam potestatem excellentiæ hominibus communicare, D qua, sacramenta instituere valerent. Ita *D. Thomas 3. part. q. 64. art. 4. Bonauentura art. 3. q. 1. Riccardus in 4. dist. 5. art. 1. q. 3. Magist. sent. in 4. dist. 5. Soto q. 5. Ledesma q. 5. Suarez disput. 12. sect. 2. Henriquez lib. 1. de Sacrament. in gener. cap. 3. n. 2. Coninchus super d. art. 4. D. Thom. & ibi Nugnus, Valentia tom. 9. disput. 3. q. 5. punct. 3. Summa Corona de Sacramentis in gener. n. 31. Angles loc. cit. Sayrus lib. 2.* E *de Sacrament. cap. 3. q. 7. art. 1. Reginaldus lib. 28. n. 4. Vazquez de Sacrament. disput. 135. cap. 2. n. 27. Fillinccius tract. 1. cap. 2. q. 5. nu. 28. & Bonacina de Sacramentis in genere disput. 1. q. 3. punct. 1. prop. 2. nu. 6. Laym. lib. 5. tract. 1. cap. 1. n. 3.*

D. Thom. Bonauent. Riccard. Mag. sent. Sotus. Ledesma. Suarez. Henriq. Coninch. Nugnus. Valentia. Sum. Coro. Angles. Sayrus. Reginald. Vazquez. Fillincc. Bonacina. Layman.

Probatur autem hæc opinio authoritate *D. Augustini tract. 5. in Ioann.* vbi sic scribit. *Potuit autem Dominus noster Iesus Christus si vellet dare potestatem alicui seruo suo, vt daret Baptismum suum tanquam vice sua, & transferre à se potestatem baptizandi, & constituere in aliquo* F *seruo suo, & tantam vim dare Baptismo translato in seruum, quantam vim haberet Baptismus datus à Domino.* Hæc *Augustinus.*

Probatur D. August.

S. Thomas autem *loc. cit.* duas in Christo distinguit potestates, vnam, quæ appellatur potestas authoritatis alteram vero quæ nūcupatur potestas excellentiæ, primam docet esse incommunicabilem, secundam vero potuisse à Christo hominibus communicari. Ponamus G hic eius propria verba. *Christus* (inquit) *in Sacramentis habuit duplicem potestatē. Vnam authoritatis, qua competit ei secundum quod Deus, & talis potestas nulli creaturæ potuit communicari, sicut nec diuina essentia. Aliam potestatem habuit excellentiæ, quæ competit ei secundum quod homo; & talem potestatem potuit ministris communicare, dando scilicet ei tantam gratiæ plenitudinem, vt eorum meritum operaretur ad Sacramentorum effectus, vt ad inuocationem nominum ipsorum san-* H *ctificarentur sacramenta, & vt ipsi possent sacramenta instituere, & sine ritu Sacramentorum, effectum Sacramentorum conferre solo imperio. Potest .n. instrumentum coniunctum quanto fuerit fortius tanto magis virtutem suam instrumento separato tribuere, sicut manus baculo.*

S. Thomas In Christo duplex potestas.

Ex his autem quæ iam dicta, atque probata sūt, quædam quæstio exoritur. Et est, an de facto cōmunicauerit Christus hanc potestatem excellentiæ Apostolis, vel Ecclesiæ, qua poterant hæc, vel noua sacramenta institui. Ad quam quæstionem quis affirmatiuè respondere posset adducens illud *Ioan. 20. Sicut misit me Pater, ego mitto vos, accipite Spiri-* I *tum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, &c.* Ex quibus verbis apparet, Christum dedisse Apostolis potestatem illam excellentiæ, ad Sacramētorum institutionem necessariam, quā ipse habebat, & in quantum homo à Patre acceperat; dicit enim *Sicut misit me Pater; ego mitto vos, accipite, &c.* Vn- K de idem est, ac si dixisset, *Sicut Pater misit me cum potestate instituendi sacramenta; ita similiter cum eadem potestate vos mitto.*

An de facto Christus communicauerit potestatem excellentiæ hominibus. Ioa. 20.

Verumtamen hoc non obstante argumento ad propositam quæstionem negatiuè respondemus, dicentes quod quamuis Christus hanc potestatem excellentiæ potuerit Apostolis, vel Ecclesiæ communicare, tamen de facto de-

Negatur communicasse.

cen-

A center eam minimè communicauit. Ita *D. Thomas 3. part. q. 64. art. 4. in respons. ad 1. Suarez, Henriquez, Bonacina loc. cit. & alij communiter.* *S. Thomas. Suarez. Henriq. Bonacina.*

Probatur autem hæc conclusio permultis rationibus. *Probatur rationibus. 1. ratio.* Primo si huiusmodi potestas fuisset iam Apostolis, vel Ecclesiæ collata; hoc totum factũ fuisset propter vsum; quatenus ea vterentur in institutione aliorum Sacramentorum; alioquio frustrà fuisset hæc collatio facta; sed talis vsus nunquam fuit, nec nũc
B extat, neq; vsq; ad finem mundi erit, nã sicut Ecclesia ab exordio suæ natiuitatis, & promulgationis legis euangelicæ, ijsdem numero Sacramentis semper vsa est, ita nunc vtitur, & vsque ad consummationem sæculi semper vtetur. ergo, &c. 2. Secundo Ecclesia non habet potestatem mutandi formam, vel materiam Sacramentorum, ergo tanto minus habet potestatem, instituendi ipsa sacramenta. 3. Tertio per experientiam videmus, & nos in præsenti tractatu Sacra-
C mentorum in varijs locis probauimus nullam creaturam, aliquando aliquod Sacramentum instituisse, nam tàm legis naturalis, quàm legis scriptæ, quam etiã legis euangelicæ sacramenta fuerunt à Deo instituta; & Ecclesia hac recepta institutione quandiù mundus durabit, nec minoet, nec augebit numerum septenarium Sacramentorum, quibus nũc vtitur; vnde hæc potestas, tàm quoad tempus præteritum, quàm quoad præsens, & futurum, frustra fuisset homini-
D bus collata; ergo nullo modo de facto illam Christus contulit. Si autem quæras permultas, congruẽtias, & rationes, cur de facto communicata non fuerit, lege *D. Thomam d. art. 4. in respons. ad 1. Sayr. lib. 2. de Sacrament. cap. 3. q. 7. art. 2. Pitigianum dist. 1. q. 1. art. 4. conclus. 4. Filliuccium de Sacrament. in commun. tract. 1. cap. 9. q. 3. & Bonacin. de Sacrament. in gener. disp. 1. q. 3. pun. 1. prop. 2.* *S. Thomas. Sayrus. Pitigianus. Filliucc. Bonacina.*

E

CAPVT XIII.

An Sacramentum legis naturæ fuerit à Deo proximè institutum.

IN superioribus iam ostensum probatumque est; sacramenta nouæ legis fuisse à Christo vero Deo, & homine proximè instituta; non obstante quod F nõnulli de aliquibus Sacramentis contrarium asseruerint; sed quia hæc etiam quæstio moueri posset de Sacramento legis naturalis; idcirco queritur in præsenti cap. An Sacramentum legis naturæ fuerit à Deo proximè, & immediatè institutum. Ad quod quæsitum negatiuè respondet *Sotus in 4. dist. 5. quæst. 1. art. 2.* *1. opinio negans. Sotus.* In hoc enim differentiam ponit inter sacramenta legis naturalis, & legis scriptæ; & inter sacramenta legis nouæ, quia hæc nostra sunt à Deo instituta, illa vero nequaquam; quia illa antiqua G (inquit) non poterant gratiam conferre, nisi implicitè, & valdè obscurè.

Sed contraria sententia verior est, ac probabilior, nempè Sacramentum legis naturæ fuisse à Deo proximè institutũ. *2. opinio affirmans.* Ita *Suarez disp. 12. sect. 1. & Filliucc. de Sacrament. in commun. tract. 1. cap. 2. q. 2. nu. 23.* *Suarez. Filliucc.* Et ratio est, nam illud Sacramentum legis naturalis fuit verum Sacramentum quemadmodum in exordio huius tractationis probauimus, & per H illud Deus peccatum originale infantium delebat, & in illo gratiam ipsis cõferebat, sed nullus hanc gratiam promittere, & conferre valet, peccatumq; extinguere, nisi solus Deus; ergo ipse solus fuit causa principalis, & immediata illius Sacramenti. Item in illo Sacramento supponitur fuisse condonatam culpam originalem, & per consequens aliquam iniuriam Deo factam; sed iniuria Deo illata non potest principaliter auferri, quam à Deo; creaturæ enim I cum sint Deo subiectæ non possunt remittere iniuriam Domino, ac Principi suo illatam; vnde nec possunt aliquod remedium instituere, quo ipsa iniuria condonetur; ergo solus Deus potest hanc iniuriam remittere, & per consequens aliquod certum remedium idest Sacramentum instituere.

Obijcies, in Sacramento legis naturæ *Obijcies.* non fuerat à Deo determinatum aliquod sensibile signum, necessarium ad validitatem Sacramenti, sed hominum, K arbitrio relinquebatur, quemadmodũ docent *D. Thomas 3. part. q. 60. art. 3. Alexander Alens. 4. par. q. 1. memb. 3. ar. 3. Paludanus in 4. dist. 1. art. 5. q. 5. Maior ibidem q. 4. circa finem, Gabriel q. 2. art. 3. dub. 1. Cano in relection. de Sacramentis in gener. par. 3. & Suarez in 3. par. D. Thom. q. 60. ar. 3. dispnt. 4. sect. 3.*

Respondeo, hoc argumentum tãtum *Responsio.* probare aliter fuisse factam institutionẽ Sacra-

A Sacramenti legis naturalis, quam legis scriptæ,& legis euangelicæ;sed non per hoc tollitur,hanc institutionem fuisse à Deo immediate factam. Ad validitatem namq; illius Sacramenti necessario requirebatur protestatio fidei à parentibus facta per aliquod sẽsibile signum, & vt protestatio fidei fieret,ac etiam vt illud sensibile signũ applicaretur, vtrũque profecto fuerat à Deo institutum, adhoc vt verum Sacramentum conficeretur, vnde si aliquo sensibili signo, in
B ipsa fidei protestatione minimè vsi fuissent,vtiq; non fuisset verum Sacramentum. Attamen, vt hoc, vel illud signũ applicaretur, hoc nimirum non fuit à Deo institutum, sed Reipublicæ, vel Vniuersitatis arbitrio relinquebatur. Quod videlicet non tollit, institutionem illius Sacramenti fuisse à Deo immediatè factam:

An sacramenta legis scripta fuerint à Deo proximè instituta.

Deinde queritur, An sacramenta legis scriptæ,siue Mosaycæ fuerint à Deo proximè instituta. Ad quod respondet similiter negatiuè *Sotus in 4.d.3.q.1.art.2.*quemadmodum in exordio huius cap. retulimus, & testatur *Suarez*
C *disp. 12.sect.1.* Ad cuius sententiæ comprobationem posset adduci illud *Ioa.1.* vbi habetur *Lex per Moysen data est*, sed in lege Mosayca comprehẽduntur etiam ipsa Sacramenta; ergo tam lex, quam Sacramenta fuerunt à Moyse data. atq; instituta, ergo proximus Author illorum Sacramentorum Deus nõ fuit.

Prima opinio negat. Sotus.

D Sed hoc argumento non obstante, certum esse opinor, Authorem, atque institutorem proximum, & immediatum antiquorum Sacramentorum, fuisse solum Deum. Ita *Suarez disput. 12. sect.1. & Fillincc. de Sacramant.in commun. tract.1.cap.2 q.2.nu.24.*quod vnanimiter probant ex *Genes.17.*& ex toto *lib.Exod.& Leuit.* Ad cuius sententiæ confirmationem duplex ratio assigna-
E tur. Prima est, Nam per Circuncisionem conferebatur gratia, & remittebatur originale peccatum, & de ceteris sacramentis etiam potest dici, quod in illis aliqua gratia ex opere operantis conferebatur; sed nullus poterat hanc gratiam dare, ac promittere in illis Sacramentis, nisi solus Deus; ergo ipse est proximus, ac principalis *Institutor*; vel (vt ait *Fillucceius*) causa efficiens immediata. Secunda ratio est; Per illa namq; sacramenta antiqua, permulta, ac varia mysteria nostræ fidei

2. opinio affirmat. Suarez. Fillucceius

Prima ratio.

2. ratio.

Euangelicæ præfigurabantur, per circuncisionem enim præfigurabatur Baptismus, per Sacerdotium Ordo Sacer, F
per Agnum Paschalem Sacramentum Eucharistiæ, & per expiationes sacrificiorum, Sacramentum pœnitentiæ, & alia huiusmodi mysteria,in cæremonijs illorum sacramentorum præfigurabantur; sed nullus poterat talia signa, quæ essent rebus futuris accommodata, & proportionata, nisi solus Deus, qui habet infinitam sapientiam, ergo, &c.

Ad argumentum autem in contrarium adductum, respondemus, fuisse quidem per Moysen datam legem antiquam populo Iudaico, sed tamen ipse Moyses non erat illius legis institutor, sed promulgator; quemadmodum comuniter docent *Bellarmin. de Sacramentis in gener.lib.1.cap.23. Henriquez de sacramen.lib.1.cap.3.Suarez disput.12 sect.1.Fillucceius de sacrament.in commun. tractat.1. cap.2.quæst. 2. num.24. & alij.* Itaq; Moyses non se habuit, tunc, vt legislator, sed vt promulgator, siue vt minister; per quem omnipotens Deus voluntatem suam, præcepta, ac legem sub qua includuntur Sacramenta, populo Iudaico manifestabat. Hinc ferè in omnibus *cap.Leuit.* inuenies, *Dixit Dominus Moysen &c.* ex quo colligitur Deum per se, & immediatè legem instituisse, ac deinde per Moysen famulum suum, etiam populo donasse.

Refellitur prima opinio. G

Bellarm. Henriquez Suarez. Filluct.

H

CAPVT XIV. I

An solus Deus operetur ad interiorem effectum Sacramenti.

EX dictis satis constat omnia sacramenta fuisse à Deo proximè, & K
immediatè instituta, vnde nullus præter ipsum potest appellari alicuius Sacramenti Institutor;sed quia sicut ipse solus est causa principalis, absoluta, & immediata Sacramenti; ita etiam videtur esse absolutus,& solus operator quo ad effectum eiusdem Sacramenti; idcirco in præsenti cap. queritur, an solus Deus operetur ad interiorem effectum Sacramenti. Ratio autem dubitandi ex hoc exoritur,nam minister dicitur causa ministerialis illius, vt *1.Cor.4.Sic nos existimet homo,vt ministros Christi,& dispen-*

A *S.Thomas. Sayrus. S.Anton. Vazquez. Coninchus Suarez. Bonacina.*

spensatores ministeriorum Dei; & docent *D.Thomas 3.par.q.64.art.1.Sayrus lib.2. de Sacrament. cap. 3. q. 9. S.Antoninus 3. part.tit.14.c.2.§.9. Vazquez de Sacrament.disput.135.cap.3. Coninchus, Suarez,& Bonacina de Sacrament.disp.1.q.3. pun.1.propos.3.& alij.* si ergo est causa, videtur, quod ad interiorem effectum cooperetur.

Solus Deus operatur. S.Thomas B *Suarez. Rom.8.*

Sed omni seclusa ambiguitate dicendum est solum Deum operari ad interiorem effectum Sacramenti. Ita *D.Thomas 3. part. q.64. art.1.* quem sequitur *Suarez disput.11.* Hæc autem conclusio probatur primo ex illo *Rom.8.Deus est, qui iustificat*, sed in Sacramento iustificatur homo per gratiam; ergo solus Deus illic interius operatur. Secundo

Matth.9.

ex illo *Matt.9. Nemo* (inquit) *potest remittere peccata, nisi solus Deus*; sed in Sacramentis remittitur tàm peccatum originale, quàm peccatum actuale; ergo

D.August. C

&c. Tertio ex authoritate *D.Augustini lib.3. contra liter.Petil.cap.54.* vbi sic effatur. *Ad ministrandum, & dispensandum verbum, ac Sacramentum, aliquid est; ad mundandum vero, ac iustificandum, non est aliquid, quia hoc non operatur in interiori homine, nisi per quem creatus est totus homo.* Et *lib.4.de Baptismo cap.22. Sacramentum* (inquit) *ministrorum opere corporaliter adhiberi, sed per illud Deum hominis cōsecrationem spiritualiter operari.*

Insuper ad prædictæ sententiæ confirmationem ponamus hic propria ver-

D. Thom. D

ba *D.Thomæ*, quibus hæc veritas comprobatur, & argumentum superius allatum dissoluitur. *Dicendum est* (inquit *D.Thomas loc.cit.*) *quod operari aliquem effectum contingit dupliciter; vno modo per modum principalis agentis; alio modo per modum instrumenti. Primo igitur modo solus Deus operatur interiorem effectū Sacramenti; tum quia solus Deus illabitur animæ, in qua Sacramenti effectus existit; non autem potest aliquid immediatè operari vbi non est; tum quia gratia, quæ est interior Sacramēti effectus, est à solo Deo,*

E

vt in 2.part. dictum est. Character etiam, qui est interior quorundam Sacramentorū effectus, est virtus instrumentalis, qua manat à principali agente, quod est Deus. Secundo autem modo homo potest operari ad interiorem effectum Sacramenti in quantum operatur per modum ministri; nam eadem ratio est ministri, & instrumenti; vtriusq; enim actio exterius adhibetur; sed sortitur effectum interiorem ex virtute principalis agentis, quod est Deus. Hæc ille. F

In Sacramento igitur considerari debet causa principalis, & causa ministerialis. Causa principalis auctoritatiuè est solus Deus. Ita *D. Thomas 3. part. q.64.art.1. & ibi Nugnus, & Coninchus art.4.dub.1. Bellarminus lib.1.de Sacrament. cap.23. Valentia tom.4. disput.3. q.5.pun.3. Suarez disp.12.sect.2.conclus. 2.& 3. Reginaldus lib.29.n.42.Viualdus de Sacramentis in gener.cap.1.n.7. Henriquez lib.1.cap.3. Sotus in 4.dist 1.q.3. art.5. S.Antoninus 3.part. tit.14. cap.2. §.5.Bartholomæus ab Angelo dial.1.§.21. & 24.Victoria de Sacramentis cap.4.Pitigianus dist.1.q.3.art,4.conclus.1. Ioseph Angles de Sacrament. q.vlt.art.1. conclusion.1. & Bonacina de Sacramentis in gener.disp.1.q.3.pun.1.propos.1.* Vnde sicut Deus solus potuit sacramenta per potestatem authoritatis instituere; ita pariter ipse solus potest gratiam in ipsis Sacramentis conferre, & peccata delere, & homines iustificare, quapropter operatio ad interiorem effectum Sacramēti, ad ipsum solum pertinet.

S.Thomas Nugnus. Coninchus Bellarm. Valentia. Suarez. Reginald. G *Viualdus. Henriq. S.Anton. Bart. ab Ang. Victor. Pitigian. Angles. Bonacin.* H

Causa autem ministerialis, est minister; quia habet potestatem ministerialē remittendi peccata, & conferendi gratiam per ipsa sacramenta. Apertè hoc colligitur ex *Concil. Florent. in Decret. Eugeny & Trident.sess.7. 13. & 14.* Quod etiam patet ex illis verbis *Ioa.20. Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis &c.* Et ratio est, nam minister aliquod Sacramentum conferendo, veluti Baptismum, vel pœnitentiam, verè remittit peccatum, & confert gratiam; alioquin non essent vera, neq; verificarentur illa verba formæ, *Ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis, &c.* ergo minister concurrit, non vt causa principalis, sed vt causa ministerialis. Ita *D.Thomas 3.part.q.64.art.1. S.Antoninus 3.par.tit.14.cap.2.§.9. Suarez super d.art.1.D.Thom.disp.11. & ibi Coninchus, Sayrus lib. 2. de Sacrament. cap.3.q.7.art.2. Vazquez de Sacrament. in gener. disput.135. cap.3. & Bonacina loc.cit.propos.3.*

Con. Flor. Con. Trid. Ioan. 20. I *S.Thomas S.Anton. Suarez. Sayrus.* K *Vazquez. Bonacina.*

Sed aduertendum est ex *Suarez loc. cit.* ministrum, non habere actionem aliquam, siue influxum distinctū ab actione, vel influxu ipsorum Sacramētorum, quo ad interiorem effectum, neq; aliter illum conferre, quam dando, & efficiendo sacramenta, per quæ ille confertur.

A Quam doctrinam refert esse communē apud omnes Theologos, iam ex decretis Conciliorum receptam.

Hinc queres, an minister cōsecratus, maiorem efficiēriam physicam habeat, quoad effectum Baptismi, quam minister non consecratus. Ad quod negatiuè respondendum est, cum *Sot. in 4. dist. 1. q. 5. art. 1. Capreol. ibid. q. 1. art. 3. ad 2. Durand. contra 4. conclus. & Suarez loc. cit.* contra *Paludan. in 4. dist. 1. q. 1. n. 85.* affirmatiuam sententiam tenentem. Et

Sotus.
Capreolus.
Suarez.
Paludanus

B ratio est, nam si contingat Baptismum conferri à ministro non cōsecrato, idest ab aliquo sæculari, dummodo omnia verba formæ proferat, & ea quæ ad validitatem Sacramenti sunt necessaria, integrè adimpleat; non minus vera est ipsa forma Baptismi, *Ego te baptizo &c.* quam si per ministrum consecratum proferretur. Sed per ipsam formam non solum significatur externa, sed etiam interna ablutio, idest remissio peecati, & collatio gratiæ ergo inter vnum, & al-

C terum ministrum quo ad hanc efficientiam physicam ministerialem, nulla datur differentia. Item interior effectus Sacramenti, est remissio peccati, collatio gratiæ, iustificatio interioris hominis, & impressio characteris; sed hæc omnia dum fiunt, nullo modo dependent ex maiori dignitate, vel perfectione, vel aptitudine ministri, dummodo ipse sit idoneus ad conferendum tale Sacramentum; ergo non minus cooperatur ministerialiter, aliquis minister non

E consecratus, quam conseeratus.

CAPVT XV.

An Christus in quantum homo habuerit potestatem operandi interiorem effectum Sacramenti.

D AD hane quæstionem; s. an Christus in qnantum homo habuerit potestatem operandi ad interiorem effectum Sacramenti, cum quadam distinctione respondēdnm est. Christus enim operatur ad interiorem effectum Sacramenti, & quatenus est Deus, & quatenus est homo; sed aliter, & aliter. In quantum enim est Deus operatur per potestatem authoritatis, in quantum autem est homo operatur meritoriè, & F efficienter, siue instrumentaliter. Ita *D. Thom. 3. part. q. 64. art. 3. Suarez ibid. disp. 12. & 1. tom. disput. 47. sect. 1. Alexander Pesantins super d. art. 3. D. Thom. conclus. vnic. & Henriquez de Sacrament. in gener. lib. 1. cap. 16.*

S. Thomas
Suarez.
Pesantius.
Henriq.

Itaq; Christus solum quo ad suam diuinitatem potuit ad interiorem effectum Sacramenti per potestatem authoritatis operari. Quod nimirum probatur ex *D. Augustino lib. 3. contra Donatist. cap. 10.* vbi dieit, quod in Sacramentis G diuina virtus secretius operatur salutē; sed diuina virtus est Christi (quemadmodum docet *D. Thomas loc. cit.*) secundum quod est Deus; non autem secundum quod est homo; ergo Christus non operatur interiorem effectum Sacramenti per authoritatem; seeūdum quod est homo, sed secundum quod est Deus.

Augustin.
S. Thomas

Quatenus autem Christus est homo, etiam operatur interiorem effectum, non autē per modum principalis agentis, & per authoritatem; sed per modum instrumenti, & meritoriè. Quia enim humanitas Christi est coniuncta Diui- H nitati per vnionem hypostaticam in vna, eademque persona, idcireo dicitur quodam instrumentum Diuinitatis, quo ipsa Diuinitas ad operandam humanam salutem vtitur. Hinc à quibusdam Patribus, humanitas Christi appellata est, organum, siue instrumentum Diuinitatis. Ita *Cyrillus 6. Synod. act. 11. in epist. Sophronij. Eusebius 4. demonstr. cap. 13. & Theodor. dial. immutab.* Hinc I pariter alij Patres colligunt Christi carnem fuisse instrumentum physicum miraculorum, quæ Diuinitas vt principale agens operabatur. Ita *Athanasius serm. 4. & 5. contra Arrian. Augustinus tract. 24. in Ioan. Chrysostomus hom. 26. & 27. in Matth. Cyrillus loc. cit. & 6. in Ioann. cap. 14. & 15. lib. 2. cap. 5. lib. 4. cap. 14.* Vide de hoc *Concil. Ephes. can. 11. Canis. lib. 5. de Maria Deipar. cap. 18. col. 4. Mart. lib. 2. hypot. cap. 3. lib. 10. reg. 11. Dried. de captiuit. & redempt. tract. 2.* K *cap. 2. part. 3. art. 6. D. Thom. 3. par. q. 13. art. 2. Bellarmin. lib. 1. de Christo cap. 8. §. potentia. Caietan. 3. part. q. 13. art. 2. Sot. dist. 1. q. 2. art. 3. & q. 3. art. 5. Vega lib. 7. cap. 10. & 11. Capreol. in 4. d. 1. ad arg. contra 4. conclus. Paludan. in 4. dist. 1. q. 1. à nu. 51. Ferrariens. 3. contr. gent. cap. 56. & Henriquez lib. 1. de Sacramentis in gener. cap. 16.*

Operatur per modum instrumenti, & meritoriè.
Cyrillus.
Sophron.
Eusebius.
Theodoret.
Athanas.
Augustin.
Chrysost.
Con. Ephe.
Canisius.
Mart.
Driedo.
D. Thom.
Bellarm.
Caiet.
Sot.
Vega.
Capreolus.
Paludanus
Ferrarien.
Henriq.

Deniq;

A *D. Thom.*

Denique notandum est ex *D. Thom. 3.par.q.64.art.3.* quod Christus in quãtum est homo, & est quodam instrumentum diuinitati coniunctum, habet quãdam principalitatem, & causalitatem respectu instrumenrorum extrinsecorũ, & propter hanc rationem habet potestatem ministerij principalis, siue excellentiæ. Quæ videlicet potestas in quatuor consistit. Primo quod meritum, & virtus passionis eius operatur in Sacramentis, iuxta illud Rom.3. *Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius.* Secundo quod in nomine Christi sacramenta sanctificantur. Tertio quod ipse qui dedit virtutem Sacramentis potuit sacramenta instituere. Quarto quod ipse potuit effectum Sacramentorum, sine exteriori Sacramento conferre.

Rom.3. B

CAPVT XVI.

An Angeli possint sacramenta ministrare.

Lutherus.

IN præsenti cap. queritur, an Angeli sint ministri Sacramentorum. Ad quam quæstionem affirmatiuè respondet *Lutherus in lib. de missa priuat. & vnct. Sacerdot.* vbi docet, omnes omnino esse ministros Sacramentorum, nõ solum homines, sed etiam dæmones. *Ego non dicam* (inquit) *quod Papistæ dicunt nullum Angelorum, nec Mariam ipsam consecrare posse. Sed è contra dico, si diabolus ipse veniret, & ego postea rescifcerem diabolum sic irrepsisse in officium pastoris Ecclesiæ, in specie hominis vocatũ ad prædicandum, & publicè in Ecclesia docuisse, baptizasse, celebrasse Missam. & absoluisse à peccatis, & tali munere functum esse iuxta institutionem Christi; tunc cogeremur fateri, ideo sacramenta non esse inefficacia, sed verum Baptismum, verum Euangelium, veram absolutionem, verum Sacramentum corporis, & sanguinis Christi nos accepisse.*

D E

Caietanus.

Itẽ *Caietanus* refert, docuisse *Scotum*, quod Angelus de lege ordinaria possit sacramenta ministrare in corpore assumpto, quod nimirum repugnat communi opinioni Theologorum, quemadmodum infra probabitur. Sed ab hac falsa impostura, ipsum *Scotum* liberant *Magister Soto, Ioseph Angles de Sacrament. in gener. q. vlt. art. vlt. conclus. 4. & Henriquez de Sacrament. lib. 1. cap. 26.*

Sotus. Angles.

F

Dicendum est ergo absq; vlla ambiguitate, Angelos de lege ordinaria, non esse ministros Sacramentorum. Ita *D. Thomas 3. part. q. 64. art. 7. Alexander Alens. q. 16. membr. 4. DD. in 4. d. 6. Scotus q. 1. Riccardus dist. 5. art. 2. q. 2. & art. 4. q. 4. Gabriel dist. 6. q. 1. Ledesm. q. 5. Syluest. Angelus, Tabien. verb. Sacramentum. Astensis lib. 4 tit. 1. art. 5. Nauarr. cap. 22. princip. Suarez dispnt. 13. sect. 1. Ioseph Angles de Sacramentis in gener. q. vlt. art. vlt. conclus. 1. Henriquez de Sacramẽt. lib. 1. cap. 26. Fillineeius tract. 1. q. 1. n. 71. & Bonacina de Sacrament. in gener. disput. 1. q. 3. pun. 1. prop. 3. & alij communiter.* Item *Bellarminus lib. 1. cap. 24. Alexand. Pesantius super d. art 7. D. Thom. conclus. vnic.* Ratio autem hæc est, nam virtus Sacramẽtorum ex passione Christi secundum quod est homo deriuatur, cui in natura tantum homines, non autem Angeli conformantur; ideoque ad homines tantum, non autem ad Angelos pertinet, dispensare sacramenta, & in eis ministrare.

Henriq. Lege ordinaria Angelus non potest esse minister. S. Thomas Alex. Alẽ. Scotus. Riccardus. Gabriel. G *Ledesma. Syluester. Angelus. Tabiena. Astensis. Nauarr. Suarez. Angles. Henriq. Bellarmin. Pesantius.* H *Filliucc. Bonacina.*

Item probatur hæc sententia ex illo *Habr. 5. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum. Ephes. 5. Ascendẽs in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.* Et infra. *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam prophetas, alios vero Euãgelistas, alios autem Pastores, & Doctores ad consummationem Sanctorum in opus ministerij inædificationem corporis Christi. 1. Corinth. 4 Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. Habr. 5. Oportet* (inquit) *vt sit ex hominibus assumptus, vt pro hominibus constituatur in his, quæ sunt ad Deum.* Deinde probatur ex Christi institutione quam de vnoquoq; Sacramento fecit; nam solis hominibus Christus dixit *Matth. 28. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. & Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem. Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata, &c. & Iacob. 5. Vocet presbyteros Ecclesiæ, & Act. 8. Apostoli mittuntur ad confirmandos homines, qui in Samaria conuersi fuerant.* Hinc *D. Chrysostom. lib. 3.* de sacerdotio apertè testatur, Angelis non esse concessum, quod est concessum hominibus, vt sacramenta ministrent. Idemque docet *homil. 85. in Ioan. propè finem.*

Habr 5. Ephes. 5. 1. Cor. 4. Habr. 5. I *Matth. 28. Luc. 22. Ioa. 20. Iacob. 5.* K *Act. 8. Chrysost.*

Deniq; confirmatur prædicta senten-

1. ratio.

A

tia duplici ratione. Prima est,quemadmodum enim ad validitatem, & confectionem Sacramenti, verum requiritur elementum, ita pariter verum requiritur verbum naturaliter prolatum; sed Angelus siue bonus, siue malus etiam in corpore assumpto nō potest proprie, & naturaliter loqui, quemadmodum docet *D. Thomas 1. part. q. 51. art. 3. ad 4.* necnon & *Bellarminus de Sacramentis in gener. lib. 1. cap. 24.* quia loqutio est quædam actio corporis viuentis per instrumentum linguæ, & palati; vnde cum solus homo naturaliter, ac propriè hæc habeat; ad eum solum pertinet propriè, ac naturaliter loqui; ergo Angeli saltē de lege ordinaria non sunt ministri Sacramentorum.

S. Thomas
Bellarm.

B

2. ratio.

Secunda ratio est, etiam si veris elementis, verisq; verbis, siue Angelus bonus, siue Angelus malus vteretur; adhuc Sacramentum non conficeret, nam per Sacramentum infallibiliter confertur gratia, deletur peccatum, & imprimitur character, quos nimirum effectus neque elementum, neq; verbum per se producit, sed quatenus applicatur verbum elemento per ministrum habentem sufficientem authoritatem à Deo sibi datam; sed Deus hanc authoritatem conficiendi, administrandiq; sacramenta solis hominibus præstitit, vt superius latè probauimus; ergo solum homines sunt Sacramentorum ministri non autem Angeli, siue boni sint, siue mali.

C

D

C A P V T XVI.

An ex particulari Dei dispensatione, Angelus possit esse minister Sacramenti.

Ex dispensatione Angelos potest esse minister Sacramenti.

IN hac questione, an Angelus ex particulari Dei dispensatione possit esse minister Sacramenti, respondendum est, quod si loquamur de Angelis bonis, & tunc absq; vlla ambiguitate concedimus hoc posse fieri. Ita docent communiter *DD. S. Thomas 3. par. q. 64. art. 7. Scotus in 4. dist. 6. q. 1. Bellarminus de Sacramentis in gener. lib. 1. cap. 24. Angles quæst. vlt. art. vlt. conclus. 2. & 3. Sotus in 4. dist. 6. Ledesma ibid. q. 5. Alexand. Alens. q. 16. membr. 4. Gabriel q. 1. circa 1. conclusion. Aureolus dist. 5. Caietanus super d. art. 7. D. Thomæ, & ibi Vazquez alijq; recentiores Thomistæ, Pesantius ibid. conclus. 2. Astensis lib. 4. tit. 1. art. 5. Syluester baptism. 3. §. 2. Tabien. baptism. 6. §. 4. Angelus baptism. 5. princ. Archidiaconus de consecration. dist. 4. Suarez disput. 13. sect. 1. Henriquez de Sacramentis in gener. lib. 1. cap. 26. nu. 2. Conincbus, Nugnus, & Summa Corona, quos citat, & sequitur Boracina de Sacramentis in gener. disput. 1. q. 3. punct. 1. propos. 3. nu. 10. & 11.*

E

D. Thom.
Scotus.
Bellarm.
Angles.
Sotus.
Ledesma.
Alex. Alē.

F

Gabriel.
Aureolus.
Caietanus.
Vazquez.
Pesantius.
Astensis.
Syluester.
Tabiens.
Angelus.
Archidiac.
Suarez.

G

Henriq.
Coninch.
Nugnus.
Sum. Coro.
Bonacina.

Ad cuius sentētiæ comprobationem duplex ratio assignari potest. Prima est, nam virtus Dei, cum sit infinita, & illimirata, non est alligata talibus elementis, vel talibus personis; vnde sicut posset instituere alia sacramenta ad sanctificandos homines; ita potest assignare quandocunq; vult, alios ministros, idest Angelos præter ordinarios, quibus licitum sit sacramenta administrare. Quapropter si contingat aliquem hominem à bono Angelo fuisse baptizatum, credendum est hoc esse verum Sacramentum; quia præsumitur ex particulari Dei dispēsatione, huiusmodi Angelum id fecisse. Ita docent *D. Thomas, Bellarminus, Henriquez. Angles, Bonacina, & alij communiter locis cit.*

Probatur rationibus.
1. ratio.

H

D. Thom.
Bellarm.
Henriq.
Angles.
Bonacina.
2. ratio.

Secunda ratio est, nam Deus sicut posset effectum Sacramentorum, absque ipsorum vsu conferre, ita posset eorum ministros, Angelos instituere; quorum ministerio sacramenta ministrentur, & effectus ipsorum conferatur; ergo ex particulari Dei dispensatione potest Angelus bonus esse minister Sacramēti. Quam conclusionem *Suarez disput. 13. sect. 1.* non vult restringi in solo Baptismo, sed ampliari, vt locum habeat in omnibus alijs Sacramentis, *Quia Deus* (inquit) *non magis alligauit potentiam suam signo sensibili, in alijs Sacramentis, quam in Baptismo.*

I

Suarez.

Ex dictis collige primo posse Angelos bonos ex Dei iussu aliquod templū consecrare; hanc enim consecrationem in aliquibus templis fuisse ab Angelis realiter factam, refert *Bellarminus 3. de cultu Sanctor. cap. 5. Henriquez de Sacramentis in gener. lib. 1. cap. 26. num. 2. & D. Thomas 3. par. q. 64. art. 7.*

K

Bellarm.
Henriq.
S. Thom.

Collige secundo quod si contingat aliquem hominem ab Angelo in Episcopum ordinari, & ex certa reuelatione constet illum, fuisse Angelum bonū, talis ordinatio valet, & vt rata habenda est, quemadmodum docent *Suarez, Bellarminus, Henriquez, & alij locis cit.* qui

ad

A ad hoc comprobãdum quodam exemplum adducunt à *Nicephor. lib.* 11. *cap.* 20. relatum, vbi dicit S. Amphilochium, ab Angelis fuisse ordinatum, & consecratum Episcopum, quàm consecrationem postmodum ratam habuerunt cęteri illius prouinciæ Episcopi, quibus credendum est ex certa reuelatione clarè constasse, quod ille *A*ngelus, cui hoc ministerium diuinitus fuerat assignatũ, fuerit *A*ngelus bonus.

Nicephor.

B

CAPVT XVIII.

An Angelus malus possit ministrare Sacramentum.

De lege ordinaria dęmon nõ potest esse minister.

De lege ordinaria *A*ngelus malus idest diabolus non potest esse minister Sacramentorum; & ratio est, nam si *A*ngelis bonis de lege ordinaria huiusmodi ministerium non committitur, C quanto magis *A*ngelo malo committi non debet, cum sit incomparabiliter indignior, & ineptior. Hinc colligitur, quod si constet aliquem hominem à dęmone fuisse baptizatum, tunc supponẽdum est ei non fuisse, collatum verum Sacramentum. Ita *D. Thomas* 3. *part. q.* 64. *art.* 7. *Caietanus ibidem Bellarminus de Sacramẽtis lib.* 1. *cap.* 24. *Suarez disput.* 13. *sect.* 1. *Sayrus lib.* 2. *cap.* 3. *art.* 1. *Angles de Sacramentis q. vlt. art. vlt. conclus.* 4. *Pitigianus lib.* 6. *q.* 1. *art.* 6. *conclus.* 1. D *Coninchus nu.* 55. *Bartholomæus ab Angelo* §. 174. *Pesantius super* 3. *part. D. Thom. q.* 64. *art.* 7. *conclus.* 2. *& Bonacina de Sacramentis in gener. disp.* 1. *q.* 3. *pun.* 1. *prop.* 3. *n.* 12.

D. Thom. Caietanus. Bellarm. Suarez. Sayrus. Angles. Pitigianus Coninchus Barthol. ab Ang. Pesantius. Bonacina.

Ratio autem quæ hanc cõclusionem veram esse nobis ostendit, hæc est. Angelus n. malus nunquam tale Sacramẽtum administraret, nisi ex particulari Dei dispensatione, nam de lege ordinaria non potest; sed nunquam credẽdum est quod Deus hoc permittat, tum quia E diabolus non est aptus minister Sacramenti, tum quia, Sacramentum confertur hominibus ad eorum salutem, diabolus vero non vult homines adiuuare ad acquirendam salutem, sed potius conatur eos perducere ad æternam perditionem; vnde nullo modo credendum est, quod Deus huiusmodi ministerium sanctissimum, ac saluberrimum ei committat, cum aptiores, & digniores ministros, non solum in Ecclesia, sed etiam in cęlo habeat, quibus in ministerio Sacramentorum vti potest. F

Ratione probatur.

*A*duertendum est autem, quod si loquamur de potentia Dei absoluta, potest ipse Deus diabolo præcipere, vt in assumpto corpore Sacramẽtum baptismi alicui ministret; & tunc diabolus cõpelleretur diuino mandato obedire, quia est creatura Deo subiecta; ac propterea si ex certa reuelatione constaret, tale Sacramentum administrasse diabolum, ex particulari Dei iussione, tunc credendum est, verum Sacramentum G fuisse tali homini collatum, ac propterea, vt ratum habendum esset. Ita docet *Scotus in* 4. *dist.* 6. *q.* 1. *Suarez disput.* 13. *sect.* 1. *Pitigian. lib.* 6. *q.* 1. *art.* 6. *conclus.* 3. *Bonacina disp.* 1. *q.* 3. *pun.* 1. *prop.* 3. *nu.* 12.

Ex particulari Dei dispẽsatione Dæmon potest.

Scotus. Suarez. Pitigianus Bonacina.

Ratio autem hæc est, nam effectus, siue validitas Sacramenti principaliter non dependet ex probitate ministri, sed ex diuina virtute; vnde sicut si hæreticus, vel excommunicatus aliquem baptizaret, verum conficeret, & conferret Sacramentum; ita & diabolus, si à Deo H hoc ministerium ei traderetur.

Deniq; si queras cur *A*ngeli, siue boni, siue mali non sint de lege ordinaria, ministri Sacramentorum; respondeo hoc per diuinam prouidentiam dispositum esse propter conformitatem naturæ, quam inter se homines habent, vnde & ipse Deus, vt homines saluos faceret factus est homo. Vide *D. Thomam d. art.* 7. *Sot. in* 4. *dist.* 1. *q.* 5. *art.* 7. *Angel. verb. Baptismus, Tabien. verb. Baptismus* 6. *nu.* 5. *Syluestr. Baptismus* 3. *n.* 3. I *Angles de Sacrament. in gener. q. vlt. art. vlt. Bartholom. ab Angel. de Sacrament. Baptism. dialog.* 2. §. 173. *Armill. verb. Baptismus num.* 46. *Sayr. de Sacrament. lib.* 2. *cap.* 3. *q. vnic. ar.* 2. *propos.* 4. *Suar. d. disp.* 13. *sect.* 1. *vers. Hoc posito, & Bonac. loc. cit. n.* 13.

Angeli, & Dæmones quare de lege ordinaria non possunt. 1. ratio. D. Thom. Sotus. Angelus. Tabien. Syluester. Angles. Barthol. ab Ang. Armilla. Sayrus. Suarez. Bonacina.

Insuper, & alia ratio adhuc assignari potest, cur solis hominibus, non autem *A*ngelis, ministerium Sacramentorum fuerit traditum; Ecclesia namq; ad cuius vsum instituta sunt sacramenta est corporea, visibilis, atq; sensibilis, vnde K corporeos, visibiles, atq; sensibiles ministros debuit habere, sed huiusmodi sunt tantum homines, non autem *A*ngeli, cum ipsi habeant quandam substanciam incorpoream, & omnino spiritualem; ergo non *A*ngeli, sed solum homines debuerunt ministri Sacramentorum institui. Vide *Henriquez de Sacrament. in gener. lib.* 1. *cap.* 26. *Suarez loc. cit. & Augustin. lib. de doctr. Christ.*

2. ratio. D. August. Henriq. Suarez.

CA-

A

CAPVT XIX.

An anima à corpore separata possit conficere, & ministrare sacramenta.

QVeritur in 'præsenti cap. Vtrum anima beata iam à corpore sepa-
B rata possit conficere, & ministrare sacramenta, ita vt inter numerum ipsa pariter computari posit. Et ratio, quæ ad tenendam partem affirmatiuam nos mouere posset, est quia character est quædam qualitas supernaturalis indelebilis, etiam post mortem in anima permanens, sed per characterem homo deputatur ad recipienda, siuè administranda sacramenta; ergo videtur, quod animæ beatorum, conueniat sacramento-
C rum ministerium.

Anima nō potest ministrare sacramenta à corpore separata.

Sed hoc argumento non obstante dicendum est animam à suo corpore separatam non esse ministram sacramentorum. Est communis Theologorum opinio, à qua neminem discrepare prospicio. Ità docet *D. Thomas 3. par. q. 64. art. 7. in responsione ad secundum Suarez disput. 13. sect. 1. Henriquez de sacramentis in gener. lib. 1. cap. 26. nu. 2. & aly, quos ipsemet Henriquez citat, & sequitur.*

S. Thom. Suarez. Henriquez

Ad cuius sententiæ confirmationem
D duplex assignatur ratio. Prima est, nam sacramentorum ministerium propriè ad homines tantum pertinet; cum solis hominibus data sit a Deo potestas conficiendi, administrandiq; sacramta, quemadmodum in superioribus satis probauimus; sed anima beata iam à corpore separata, non posset verè, ac propriè homo appellari; quia homo est quodam compositum ex anima, & corpore simul naturaliter vnitis; ergo &c.

Probatur. Prima ratio.

Secunda ratio.

Secunda ratio est. Ad validitatem enim sacramentorum necessario requi-
E ritur, vt verba formæ corporaliter, ac vitaliter proferantur; sed anima iam à corpore segregata non potest corporaliore, & vitali loqutione proferre verborum formam; quemadmodum probant *Henriquez, & Suarez locis cit.* ergo anima extra corpus existens non potest conficere, & ministrare sacraméta. Hinc colligitur, quod anima sacerdotis beata, quamuis characterem ordinis habeat, tamen quia verba formæ non potest proferre; conficere Eucharistiæ sacramentum minimè valet. F

Suarez. Henriquez

Sed quid dicendum est, si anima iterum reuertatur in hanc vitam, & corpori suo naturali iterum vniatur? Respondeo tunc posse esse legitimam ministrum sacramentorum, & absque vlla ambiguitate hoc posset affirmari, si talis anima, per hanc reiteratam vnionem informaret suum corpus iam passibile, & mortale, quia tunc non solum esset homo, sed etiam viator. Ità docet *Suarez loco cit.* Et ratio est, quia illa separatio animę à corpore non effecit, vt cha- G racter, deleretur; vnde manente iam illa spirituali potestate, si iterum anima ad suum corpus passibile, & mortale reuertatur, optimè poterit suum munus sacerdotale exercere, quemadmodum prius exercuerat.

Suarez.

An possit esse minister, anima vnita corpori beato. Prima opinio negat. Alex. Alēs.

Maior autem, atq; difficilior quæstio est, an anima vnita corpori beato, posit conficere, & ministrare sacramenta. Ad quod negatinè respōdet *Alexāder Alens.* quem nonnulli recentiores sequti sunt. Ad cuius sententiæ comprobacinnem hanc rationem adducunt. Potestas namquè conficiendi, administrandiq; sacramenta data est à Christo viatori- H bus idest Apostolis, eorumq; sequacibus, Ecclesiæ militantis ministris; sed anima beata, corpori glorificato vnita, non posset appellati viatrix ergo non habet potestatem conficiendi, administrandiq; sacramenta.

2. opinio affirmat.

Sed ego ad hanc questionem affirmatiuè respondeo, quam videlicet sententiam affirmatiuam tenent communiter *DD. S. D. Th. quem citat, et sequitur Suarez in comment super art. 7. disp. 12. & disput. 13. sect. 1. Tabien. Angelus. Sylucster verb. sacramentum, sotus, Ledesma, quos citat., & sequitur* Henriquez *de sacramēt. in gener. lib. 1. cap. 26. nu. 2.* Ratio autem est, nam in hoc beato, essent omnia illa, quæ ad confectionem, & administrationem sacramentorum sunt necessaria. Haberet enim characterem, cum sit indelebelis, ac propterea haber illam spiritualem potestatem, item posset in illo corpore beato formare verba formæ eamq; cum debita intentione ap- K plicare materię, ac deniq; esset verus homo; ergo nihil prohiber, quod huiusmodi beatus posit esse verus minister.

S. Thom. Suarez. I Tabien. Angelus. Sylucster. Sotus. Ledesma. Henriquez Probatur.

Ad argumentum vero breuiter respondemus, quod quamùis verum sit Christum tradidisse potestatem conficiendi, & ministrandi sacramenta hominibus viatoribus; tamē ex sacra scriptu-

ra

A ra non constat, hanc potestatem in solis viarotibus limitasse; ita vt eam aliquis beatus habere non possit, iam conpori glorificato vnitus.

CAPVT XX.

An quilibet homo licitè possit ministrare sacramenta. B

IN hac quæstione partem affirmatiuam tenent hæretici lutherani, sequentes doctrinam *Lutheri, qui in lib. de missa priuat. & vnction. sacerd.* docet omnes homines esse ministros sacramentorum, quia existimat omnes Christianos baptizatos absq; vlla exceptione habere in se dignitatem sacerdotalem. Vnde in *lib. de captiuit. Babylon. cap. de ordine sic scribit.* Esto (inquit) certus, & C se se cognoscat quicunq; se christianum esse cognouerit, omnes nos æqualiter esse Sacerdotes, hoc est eandem in verbo, & Sacramento quocunq; habere potestatem. Hoc idem repetit *in articulis à Leone X. damnatis art. 13. qui enim* (inquit) *baptizatus est, spiritum Christi habet, vbi autem spiritus Christi, ibi omnium potestas, & libertas,*

Lutherus omnes homines esse Sacerdotes docuit.

Hanc eandem tenuisse sententiam *Martinum Kemnitium*, ex eius verbis, quæ aduersus *Conc. Trident. sess. 7. can. 10.* scribit, non obscurè apparet. Illa nam- D que verba Concil. (*Siquis dixerit Christianos omnes in verbo, & omnibus Sacramentis administrandis habere potestatem, Anathema sit*) commemorans contra ea *pag. 140.* sic scribit. *Obliquè & quasi aliud agentes hoc axioma petuut, nemin em etiam si legitimè iuxta præsciptum verbi Dei ab Ecclesia electus, & vocatus sit, nisi ab Episcopo aliquo vnctus, & rasus sit, habere vllam potestatem in verbis, & sacramentorū administratione, & sacramenta ab illis ad-* E *ministrata non esse vera, & efficacia. Has insidias lector intelligat occultatas in hoc Canone*, hæc ille.

Kemnitius Concil. Trident.

Sed non obstante hac falsa assertione hæreticorum, dicendum est, verum ministrum sacramentorum (exceptis baptismo, & matrimonio) non esse quemlibet hominem etiam baptizatum, sed eum tantum, qui ab Ecclesia ritè est ordinatus. Hanc veritatem acriter defendit, ac probat contra hæreticos *Bellarminus de sacrament. in gener. lib. 1. cap. 24.* quem sequuti sunt, *Suarez disput. 13. sect. 1.* F *Henriquez lib. 1. de sacrament. cap. 16. nn. 2. & alij.*

Refellitur hæreticorum opinio, et contraria probatur. Bellarminus. Suarez. Henriq. I

Hæc veritas probatur primo ex illo *Hebr. 5. nemo assumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aron.* Ex quibus verbis apertè colligitur in Ecclesia catholica, non omnes fideles baptizatos esse Sacerdotes, & habere dignitatem sacerdotalem, sed eos tantum, qui specialiter vocati sūt, & electi ex communi populorū Christianorū multitudine, vt G speciali signo obsignati, & diuinis ministerijs mancipati; ex officio sacramenta conficiant, atq; ministrent.

1. ratio. Hebr. 5.

Probatur secūdo ex illo *Ephes. 4. alios* (inquit) *posuit Apostolos, alios prophetas, &c. Et nunquid omnes Apostoli, nunquid omnes Prophetæ, &c.*

2. ratio. Ephes. 4.

In quo loco siquidem innuatur, in Ecclesia Christi esse quædam officia, siuè spirituales dignitates inter sè distinctas, quæ non omnibus, sed quibusdam personis conueniunt. Cum enim dicit H Apostolus Paulus, *nunquid omnes Apostoli, nunquid omnes Prophetæ?* non omnes baptizatos, habere dignitatem sacerdotalem significat, sed eos tantum qui specialiter ad tale officium sunt electi.

Probatur tertio, ex decreto *Concil. Trident. sess. 7. can. 10.* vbi dicitur, *si quis dixerit Christianos omnes in verbo, & omnibus sacramentis administrandis habere potestatem, anathema sit.* Quod nimirum decretum præcipuè fuisse factum I ad confutandum *Lutheri* errorem arbitror. Sed expressius permulti *Lutheri* errores inter quos iste, quem supra commemorauimus, enumeratur, damnari sunt per *Bullam Leonis X.* Quā damnationem articulorum suorum ipse *Lutherus* intelligens, adhuc in sua pertinacia persistere volens, sic scripsit *in lib. quem contra dictam Bullam addidit. Assero* (inquit) *et amplector fiducia tota spiritus mei articulos per eam damnatos asserendosq;* K *pronuncio omnibus Christianis sub pæna damnationis æternæ.* Et infrà subiungit dicens; *His scriptis testor me omnia damnata per Bullam istam execrabilem confiteri prò Catholicis dogmatibus.* Et paulò inferius; *Vltimum (inquit) quod habeo, exponam nempè hanc animam, & hunc sanguinem. Melius enim est mè millies occidi quam vnam syllabam damnatorum articulorum reuocare.*

3. ratio. Concil. Trident.

Probatur quarto rationibus. Primo in veteri lege, non omnes Iudæi poterāt illa

4. ratio.

A illa ſacramenta antiqua miniſtrare, ſed ſolum Sacerdotes de Tribu Leui, vt ex *lib. Leuit.* conſtat; vnde Rex Ozias *Paral.* 16. lepræ morbo punitus eſt, quia fungi voluit munere ſacerdotali, quod non habebat; ſed ſacramenta nouæ legis ſunt perfectiora illis antiquis, vt in 1. lib. huius operis pluries probauimus; ergo tanto magis, non omnibus fidelibus, ſed quibuſdam perſonis horum Sacramentorum miniſterium aſsignari debuit. Secundo ſi omnes baptizati

Paral. 16.

B (prout vult Luthærus) eſſent Sacerdotes, & poſſent ſacramenta miniſtrare, ſequeretur, quod tàm amentes, quàm infantes poſſent ſacramenta conficere, miſſaſq; celebrare, confeſsioneſq; audire; ſed ridiculum eſt huiuſmodi perſonas ad talia miniſteria admitti, quia impotentes, & inepti ſunt; ergo &c. Tertio ſi illa aſſertio Luthæri eſſet vera, ſequeretur quod etiam mulieres poſsẽt confeſsiones audire, ordines conferre miſſaſq; celebrare; ſed hoc inconueniẽs

C eſt; vnde non ſolum ab Eccleſia Catholica, ſed etiam à Caluino Hæreſiarca damnatur; vt ex *Antidot. aduerſ. Concil. Trident. can.* 10. *ſeß.* 7. ſcripto, liquido conſtat; ergo non quibuſcunq; perſonis baptizatis conceditur, poſſe ſacramenta conficere, & miniſtrare.

Caluinus.

Denique non alienum eſt, ſi explanemus, quibuſnam perſonis conueniat, ſingula ſacramẽta miniſtrare. Et quamuis hoc fuſius infra in tractatu vniuſcuiuſq; Sacramenti, dicturi ſimus, tamen non incongruum eſt, ſi hoc idem breuiter, ac ſummatim exponamus. Itaq; dico primo quod omnes fideles in caſu neceſsitatis poſſunt, Sacramentum Baptiſmi miniſtrare. Hæc concluſio eſt contra doctrinam *Caluini loc. cit.* vbi docet, mulieres non poſſe miniſtrare Baptiſmi Sacramentum.

Quibus ſingula ſacramenta miniſtrare conueniat.

D

Baptiſmũ omnes fideles in caſu neceſſitatis

Caluinus.

Dico ſecundo Confirmationem, & Ordinem, non à quolibet fideli, neque à ſimplici Sacerdote, ſed ab Epiſcopo cõſecrato poſſe miniſtrari; hoc enim miniſterium ad ſolos Epiſcopos pertinet. Ita *Suarez diſp.* 13. *ſect.* 1. & *Henriquez de Sacramentis in gener. lib.* 1. *cap.* 26.

Confirmationem, & Ordinẽ ſolus Epiſcopus conſecratus.

E Dico tertio Sacramentum Euchariſtiæ, & Extremæ vnctionis poſſe à quolibet ſimplici Sacerdote miniſtrari. Imo Euchariſtiam iam conſecratam poteſt etiam Sacerdos mutus miniſtrare. Item huius Sacramenti poteſt eſſe miniſter interdum Diaconus. *D. Thom. q.* 82. 3. *ad* 1. *cap. præſenti* 93. *Soto d.* 13. *q.* 1. 3. *Ledeſma q.* 23. 3. *Alexander Alenſ. q.* 50. *membr.* 3. *Paludanus d.* 13. *art.* 4. *S. Antonin.* 3. *par. tit.* 24. *cap.* 12. §. 4. *Syluester Euchariſtia* 3. §. 4. *Armill.* §. 5. *Caietanus verb. communio, Tabien. verb. communicare* §. 52. *Aſtenſis lib.* 4. *tit.* 13. *Bellarminus lib. de ordine cap.* 6. & *Henriquez lib.* 1. *cap.* 26. Item Diaconus Sacerdote impedito poteſt Euchariſtiã ad infirmum deferre. *D. Thomas loc. cit.* & *add. q.* 37. 3. *ad* 5. *Durandus diſt.* 13. *q.* 4. & *alij DD. ſupra citati*, & habetur in *cap. Diaconos diſt.* 93. *ex Gelaſio Papa epiſt.* 1. *ad Epiſcopos Lucaniæ cap.* 10. *Concil. Laodicenſ. cap.* 25. *Item cap. non oportet* 93. *diſt.* & *cap. præſente ex Concil. Carthag.* 4. *cap.* 38.

Suarez. Henriq. Euchariſtiã, & Extremã vnctionẽ à quilibet Sacerdos.

F

S. Thomas. Soto. Ledeſma. Alex. Al. Paludanus. S. Anton. Syluester. Armilla. Caietan. Tabien. Aſtenſis.

G

Bellarm. Henriq. S. Thomas. Durandus. Con. Laod. Con. Cart.

Dico quarto miniſtrum Pœnitentiæ eſſe ſolum illum Sacerdotem qui habet iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam. Quamuis enim vnuſquiſq; Sacerdos habeat poteſtatem abſoluendi à peccatis, quia vniuerſaliter omnibus dictum eſt, *Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis &c.* tamen non omnes hanc poteſtatem exercere poſſunt, ſed tantum illi, qui habent iuriſdictionem. Ita *Suarez diſp.* 13. *ſect.* 1. In caſu autem neceſsitatis id eſt in articulo mortis vnuſquiſq; Sacerdos poteſt eſſe miniſter huius Sacramenti, quamuis nullam habeat iuriſdictionem.

Pœnitentiæ Sacerdos habens iuriſdictionẽ ordinariã, vel delegatam.

H

In articulo mortis quilibet Sacerdos.

Suarez.

Dico quinto in matrimonio eſſe miniſtros, ipſos contrahentes, qui videlicet hoc Sacramentum conficiunt, dum per expreſſa verba, & per mutuum conſenſum vnuſquiſq; eorum alterutri proprium corpus offert. *Bellarminus de Sacram. in gener. lib.* 1. *cap.* 24. *Suarez d. diſput.* 13. *ſect.* 1. *Henriquez lib.* 1. *de Sacrament. cap.* 26. *n.* 7. & *alii*.

Matrimonij miniſtri ſunt ipſi contrahentes.

I

Bellarmin. Suarez. Henriq.

Aduertendum eſt autem, quod nemo poteſt ſibi ipſi miniſtrare aliquod Sacramentum, niſi contrahens, quo ad matrimonium, & Sacerdos quo ad Euchariſtiam. Sacerdos enim non poteſt ſibi miniſtrare Confirmationem, baptiſmum, pœnitentiam, extremam vnctionem, vel Ordinem, ſed ſolam Euchariſtiam, quia Chriſtus, qui fuit ſummus Sacerdos, hoc tantum Sacramentum ſumpſit, & ſibi miniſtrauit. *D. Thom. q.* 81. *ar.* 1. *Sotus diſt.* 12. *q.* 2. *art.* 1. *Ledeſma q.* 29. *Chryſoſtomus homil.* 88. *in Matth. Hieronym. epiſt. ad Edib. Iſich. in Leuit.* 8. *Gloſ. in Ruth.* 3. *Euſebius Emiſſen. homil. de Euchariſt. Teophylact. Euthym. Can. lib.* 12. *de loc. c.* 13. *contr. Epiſcop. Ritontin. Clittoue.* 2. *antiluth. c.* 21. *Magiſter ſent. d.* 11.

K

D. Thomas. Sotus. Ledeſm. Chryſoſt. Hieronym. Iſichius. Gloſ. Euſebius Emiſſen. Theophil. Euthimius. Clittoueus. Mag. ſent.

A *Riccardus. Cartusian. Bonauent. Gabriel. Albertus. Alexand. Henriq.*

d.11. vbi Riccard. dist.4. q.1. Dionysius Carthus. q.4. Bonauent. art.9. ar.1. q.4. Gabriel in Can. lect.37. Albertus d.12. art.15. Alexand. q.44. memb.2. Et ratio est, quia nemo à seipso clarificatur (iuxta illud *Hebr.5.* vt Pontifex fiat, aut Sacerdos. Vide de hoc *Henriquez de Sacramentis in gener. lib.1. cap.26. num.7.*

Nemo potest se ipsũ baptizare.

Item nemo potest seipsum baptizare, quia diuersus est minister, qui coniungens formam materiæ efficit Sacramẽtum, illudq; alteri applicat; vnde sicut in B generatione carnali, nemo seipsum generat, sed ab altero generatur; ita pariter in regeneratione spirituali, nemo seipsum per baptismum potest regenerare, sed ab altero regeneratur. *D. Thomas 3. part. q.66. ar.5. ad 4. Sotus dist.3. Ledesma q.7. Henriq. loc. cit. & alij communiter.* Quod probatur primo ex *Matth. vlt.* vbi habetur, *Baptizantes eos*, idest alios. Probatur secundo ex *Matth.3.* vbi fertur, Christum nõ baptizasse seipsum, sed suscepisse baptismum à Ioanne in C Iordane. Vnde Ecclesia Catholica à suo capite Christo exemplum assumẽs præcipit, vt vnusquisq; fidelis ab altero baptismum suscipiat. Quę videlicet regula etiam ampliatur ad Baptismum sanguinis, nam quis non potest sibi ipsi martyrij mortẽ inferre, quemadmodum optimè notat *D. Augustinus in illud Ioan. 21. Alius cinget te.* Possunt tamen duo se inuicem baptizare, quemadmodum docent *D. Thomas 3. par. q.68. art.5. Sotus dist.4. art.5. Ledesma q.9. & Henriquez* D *de Sacramentis in gener. lib.1. cap.26. n.7.*

D. Thom. Sotus. Ledesma. Henriq. Matt. vlt. Matth.3. D. August. D. Thom. Sotus. Ledesma. Henriq.

CAPVT XXI.

Extenditur præcedens doctrina de licita administratione Sacramentorum.

E IN præcedenti cap. ostendimus quænã personæ licitè possint sacramenta ministrare, & quænam ab hac sacra administratione arceãtur; sed hæc materia vberiorem doctrinam, & explanationẽ deposcit; idcirco hoc præsens cap. de licita administratione Sacramentorum pertractans, subdere decreuimus, in quo ostẽdatur, atq; explanetur, ad quos pertineat, Sacramentorum ministerium.

Angelus Sacramentum confectum potest administrare.

Dico igitur primo, quod Angelus de lege ordinaria nullum Sacramẽtum potest conficere, illud autem iam confectũ F potest licitè administrare, quod intelligitur de sola Eucharistia, quã Angelos multoties ministrasse, legimus. Ita refert *Alexander Alens. 4. part. q.50. membr.3.* necnon *Henriq. de Sacram. in gener. lib.1. cap.26. nu.5.* & patet ex *historia B. Honuphrij, & Sozom. 6. histor. cap.29.* & de B. Catharina Senensi refert *D. Antoninus 3. par. histor. tit.23. c.14. §.8.*

Alexand. Henriq. S. Anton. Sozom.

Dico secũdo ordinarium ministrum Confirmationis, & Ordinis sacri esse Episcopum. Ita docet *Concil. Trident. sess.7. de Confirmat. can.3. & sess.23. c.4. Concil. Constant. sess.8. error.28. Concil. Hispalens.2. cap.7. Innocentius I. epist. ad Eugubinum cap.3. D. Augustinus q.42. noui testam. S. Leo Papa epist.66.* & probat *Bellarmin. de Confirmat. cap.12. Torrens. 3 Conf ss. cap.5. §.5. & Henriquez de Sacrament. in gener. lib.1. cap.26. nu.5.*

Con. Trid. Con. Const. Con. Hisp. G *Innoc. I. Augustin. S. Leo. Bellarm. Torrens. Henriq. Solus Episcopus est minister Confirmationis, & Ordinis.*

Dico tertio Summum Pontificem ex plenitudine potestatis posse alicui presbytero committere, vt chrysmate per Episcopum consecrato fideles vngat, eisq; Sacramentum Confirmationis, debita forma prolata ministret. Habetur hoc in *cap. peruenit 95. d.* ibique *Glosa*, *Concil. Florent.* probat ex *Gregor. lib.3. epist.26. D. Thom. 3. par. q.72. ar.11. Sotus Ledesma loc. citat. Bellarminus de Confirmat. cap.12. Hẽriq. loc. cit. & Conarruuias 1. var. cap.10. n.6. in vlt. adition.*

H *Summus Pontif. potest simplici Presbitero committere, vt Sacramentum Confirmationis ministret.*

Dico quarto Abbates benedictos, & Cardinales non Episcopos, habere potestatem ex iure, conferendi ordines minores. Habetur in *cap. quoniam 69. dist.* & docent *D. Thomas 3. part. q.38. art 1. Magister sent. dist.25. & ibi DD. Sotus q.1. art.1. & dist.7 art.1. Conarr. loc. cit. Taper. art.12. Syluester verb Ordo 3. & Henriquez d. cap.26. n.5.* Ordinem vero Subdiaconatus prædictæ personæ conferre non possunt, nisi ex particulari commissione Summi Pontificis. Sed olim Subdiaconatus, quia inter ordines sacros non cõnumerabatur, nec votum castitatis sibi annexum habebat, à Chorepiscopo cõferebatur, quemadmodum patet ex *Concil. Ancyran. cap.13. ex Antiochen. cap.10. ex Hispalens.2. cap.7.* & habetur in *cap. quamuis 68. dist.* quod pariter significat *S. Leo Papa epist.86.* Hic autem Chorepiscopus erat Sacerdos, Episcopi Vicarius. Vide de hoc *Turrian. sup. Concil. Nicen ex Arabic. can.54. Isid.2. offic. cap.6. Ayal. de tradit. par.6. consider.4. de ordin. S. Antonin. 3. par. tit.21. cap.2. Bellarmin. de ordin. cap.7.* &

I *Glosa. Con. Flor. D. Thom. Sotus. Ledesma. Bellarm. Henriq. Cardinales nõ Episcopi, & Abbates benedicti possũt cõferre ordines minores.* K *D. Thom. Mag. sent. Sotus. Conarr. Taper. Syluester. Henriq.*

A alios,quos refert, & sequitur *Henriquez de Sacrament.in gener.lib.1. cap.26.num. 5.in fin.lit.I.*

Solus Parochus est minister ordinarius baptismi, vel alius ex sua commissione. In casu necessitatis vnusquisque Christianus vsū rationis habens.

Dico quinto,quod minister Baptismi ordinarius est Parochus , vel alius Sacerdos , cui ipse dederit licentiam baptizandi. In casu autem necessitatis vnusquisque homo Christianus , & vnaquæq; mulier dummodo fidem Catholicam teneat, habeatq; intentionem faciendi quod facit Ecclesia, potest baptizare. Quod intellige si rationis vsum habeant, & formam Sacramenti pronunciare possint. Hine ab hac regula primo excluduntur infantes , qui vsu rationis carent,nec non,& amentes,aut
B furiosi , quemadmodum docet *Henriquez de Sacrament.in gener.lib.1.cap.26. num.6.* Secundo excluduntur muti,qui dum vsu loquelæ carent , formam verborum nequaquam pronunciare valēt, vnde impotentes sunt ad conferendum Baptismum. Item in casu necessitatis potest baptizare infidelis, hæreticus,vel scismaticus, dummodo seruet debitam
C formam, & materiam, habeatq; intentionem faciendi, quod facit Ecclesia Catholica , & quod Christus instituit. Quod si contingat huiusmodi personas esse ministros baptismi extra tempus necessitatis; adhuc verum efficiunt , & conferunt Sacramentum , vnde non est necessarium , quod baptismus taliter collatus reiteretur. *Henriquez loco cit.*

Henriquez. Possunt etiā heretici sciismatici, & infideles.

Henriquez. In tempore necessitatis persona dignior præferenda est.

Aduertendum est autem,quod quando plures personæ , sed diuersæ conditionis astant,quando in tempore necessitatis conferendus est baptismus; tunc persona dignior,ceteris præferenda est, quæ debet Sacramentum statim mini-
D strare. Sacerdos namq; præferendus est Diacono , Diaconus , Subdiacono , & qualibet persona Ecclesiastica præferēda est sæculari ; item homo præfertur mulieri,& vnusquisque catholicus,præfertur hæretico,hæreticus vero cuilibet pagano. Vide *Tolet.de Sacrament.baptis.*

Toletus.

E Dico sexto, quod si quis aliquod Sacramentum ministrauerit, nullam habens potestatem ministrandi , peccat mortaliter, grauissimumq; sacrilegium committit. Primo quia facit contra Christi institutionem. Secundo quia occasionem præbet idolatriæ adorandi creaturam existimantibus esse Creatorem, veluti si quis celebraret missam , cum non sit Sacerdos . Tertio quia detestabilem fictionem in re graui efficit. Quarto quia ex tali sacrilegio , magnū scandalum in populo exoriri faciliter F potest ; Quinto quia fideles suscipientes decipit, nam credunt verum suscipere Sacramentum , cum in rei veritate tale non sit. Sexto quia eosdem suscipientes de fructu Sacramenti defraudat, nam si verum eis conferret Sacramentum , vtiq; reciperent gratiam , remissionem peccatorum,& permulta dona,& virtutes infusas , quæ ipsam gratiam consequuntur. Plura leges apud *Suarez 1.tom. de Sacrament. disput.13.*

Ministrans sacramenta quę non potest ministrare peccat mortaliter.

Suarez.

Ex dictis deniq; quædam dubitatio G exoritur, & est , an debeat quis Sacramentum ministrare si dubius sit,an habeat potestatem, vel non . Ad quod respondeo cum *Suar. loc.cit.* Quod si huiusmodi dubietas talis sit, vt homo magis inclinet ad tenendam partem affirmatiuam,quam negatiuam, & tunc poterit securè ministrare; & ratio est,quia hæc est quædam probabilis coniectura , per quam moraliter affirmare possumus talem personam habere debitam potestatem. Si autem ad partem nega- H tiuam magis inclinet,aut ad neutram , nullo modo debet Sacramentum ministrare. Et ratio est,quia in hoc casu probabiliter timetur periculum ; vnde ad euitandum sacrilegium,necnon & omnia illa inconuenientia , quæ superius enumerauimus,talis persona nullo modo debet Sacramentorum ministerio se ingerere.

Suarez. In dubio ęquali non potest sacramenta ministrare.

CAPVT XXII. I

Queritur , quanam præcepta ministro sint imposita .

Potest minister sub vna forma verborum permultis hominibus aliquod Sacramentum ministrare , veluti si quis dicat , *Ego vos baptizo in nomine Patris,& Filij,& Spiritus sancti,* & tunc siquidem omnibus confertur verus ba- K ptismus,verumq; Sacramentum; distinguuntur tamen numero sacramenta , ex diuersis subiectis , quibus applicantur . Colligitur ex *Luc.22.*vbi Christus ordinans omnes Apostolos, conferensque eis potestatem conficiendi Eucharistiam , sub vna forma verborum dixit, *Hoc facite in meam commemorationem .* Item ex *Actor. 2.* vbi fertur Apostolos in primitiua Ecclesia permultos homi-

Sacramentum pluribus vno tępore potest conferri,

A homines simul, & sub vna forma verborum baptizasse. Et habetur in *cap. propriè verb. tria millia de consecration. dist. 4. & ibi glos. & DD. in eap. 1. de baptism. Tiraq. retract. tit. 1. §. 1. Hostiens. Ioann. Andr. eol. 2. Alexan. Alens. 4. par. quæst. 16. D. Thomas 3. par. q. 66. art. 7. Sotus dist. 3. Ledesma 1. part. q. 7. DD. in 4. dist. 3. Riccard. Gabriel q. 1. Durandus q. 3. Paludan. q. 2. art. 3. Scotus d. 6. quæst. 2. Marsilius q. 4. art. 3. Eki tom. 4. hom. 55. Victor. §. 17. Syluest. verb. baptismus 3. §. 7. Henriquez* B *lib. 1. de Sacrament. cap. 27. nu. 1. Tolet. de Sacrament. baptism. & Bonacin. de Sacrament. in gener. disp. 1. q. 2. punct. 4. vnic. propos.*

Glos. Tiraq. Hostiens. Io. Andr. Alexand. S. Thomas Sotus. Ledesma. Riccard. Durandus. Gabriel. Paludan. Scotus. Marsilius. Eki. Victor. Syluest. Henriq. Toletus. Bonacina.

Ex dictis collige, quod Episcopus si permultis hominibus dicat, *Ego vos confirmo, &c.* & singulos oleo consecrato vngat; sub illa vnica forma singuli confirmantur. Idem est, si Episcopus permultis ordinandis dicat, *Accipite potestatem, &c.* eisq; materiam tangendam offerat; tunc enim vnusquisq; verum Sacramentum Ordinis recipit. Sed C hoc intelligendum est, quando idem Ordo, idest vel sacerdotium, vel Diaconatus, singulis confertur; nam si diuersæ personæ accederent ad diuersos suscipiendos Ordines; non possunt sub vna tantum forma præfati Ordines eis cōferri. Et ratio est, quia vnusquisq; Ordo suam propriam formam à cæteris distinctam, & diuersam habet; vnde cum in hoc casu mutetur substātialiter forma, non confertur ille Ordo, cuius propria D forma minimè profertur.

1. opinio. Sed quid dicendum erit, si tempore pestis vnus Sacerdos, multorum pœnitentium peccata audiat, eisq; sub vnica forma verborum absolutionem largiatur dicens, *Ego vos absoluo, &c.* Ad hoc respondet *Scotus*, & dicit hanc confessionem non esse sacramentalem, *Angel.* vero damnat. Sed in contrarium est cōmunis opinio, quam ego sequor, tenet namque huiusmodi confessionem esse validam, ac propterea singulis pœnitentibus verum esse collatum Sacramentū.

Scotus. Angelus. 2. opinio.

E Ita *Turrecrem. cap. quamuis de pœnitent. dist. 1. Tabien. Confessio. 2. nu 32. Medina C. de confession. quæst. 19. fol. 63. Syluester verb. confessio 1. num. 23. Sotus dist. 18. q. 2. art. 5. Nauarr. cap. 8. num. 13. F. Alexand. sum. cap. 11. & Henriquez de Sacramentis in gener. lib. 1. cap. 27. n. 1.* Ad opinionem *Scot.* respondemus, non esse de essentia Confessionis, vt sit secreta, & auricularis. *Concil. Trid. sess. 14. cap. 5. Riccard. dist. 17. art. 3. q. 8. Sotus dist. 18. q. 1.* F *Palac. dist. 17. q. 5. Nauarr. cap. 2. nu. 5. Caiet. in opusc. art. 5. Sixt. lib. 6. biblioth. cap. 219.*

Turrecr. Tabien. Medin. Syluest. Sotus. Nauarrus. Alexand. Henriq. Con. Trid. Riccard. Sotus. Palac. Nauarr. Sixtus.

Præterea, Sacramentum ab vno tantum ministro debet conferri, & ministrari; vnde si duo Sacerdotes alicui homini, Sacramentum baptismi conferre intenderent dicentes, *Nos te baptizamus*, probabilior opinio tenet, non fieri, nec conferri Sacramentum. *D. Thomas 3. par. q. 67. art. 6. & q. 66. art. 5. ad 4. Alexander Alens. q. 16. membr. 7. Scotus, Angelus, Tabien. baptismus 6. §. 1. Gabriel dist. 3. q. 1. conclus. 6. Eki tom. 4. hom. 55. Abbas, Hostiens. in cap. debitum de baptis. Syluester verb. Baptism. 3. §. 7. Sotus, Ledesma q. 7. Victor. §. 17. Henriquez de Sacrament. lib. 1. cap. 17. nu. 2. lit. I. & Bonacin. de Sacramentis in gener. disput. 1. q. 2. punct. 4. propos. vnic.* Quod si scire cupis rationem, cur hoc non sit Sacramētum lege *Henriq. & Bonacin. locis cit.*

Sacramentū ab vno tantum potest conferri. D. Thom. G Alexand. Scotus. Angelus. Tabiena. Gabriel. Eki. Abbas. Hostiens. Syluester. Sotus. Ledesma.

Neq; est verum Sacramētum, si vnus minister truncatis manibus formam baptismi proferat; & alter minister mutus, corpus alicuius abluat; Est communis Theologorum, & Canonistarum opinio *D. Thomas 3. par. q. 67. art. 6. Riccardus, Scotus, Gabriel. Sotus, Ledesm. Victor. Henriq. locis cit. Abbas Panorm. & Hostiens. in cap. debitum de baptismo*, quā uis *Caietanus, & Marsilius q. 4. art. 3. dub. 11.* existiment contrariam sententiā esse probabilem.

H Victoria. Henriq. Bonacina. Non conficitur Sacramētum si ab vno ministratur materia, & ab altero profertur forma.

Sed si plures ministri vnum hominē baptizarent, & vnusquisque eorum cum debita, & independenti intentione, pro ferat formam *Ego te baptizo &c.* atque eamdem, vel diuersam corporis partem abluat; est verus Baptismus; quia videlicet ad vnitatem Sacramenti necessario non requiritur vnitas ministri, & huiusmodi baptismus erit vnum tantum Sacramētum formaliter. Ita *Tabien. verb. Baptismus 6. §. 2. Caietanus q. 67. art. 7. Sotus dist. 3. ar. 4. Ledesma q. 8. Henriquez lib. 1. cap. 27. nu. 2. & alij communiter.*

I Riccardus. Panormit. Caietanus. Marsilius. Tabiena. Sotus. Ledesma. Henriq.

Quod si vnus ex ipsis ministris, aliqua K parte corporis iam abluta, prius quam alij formam verborum expleat; vtiq; ipse solus baptizat. Et ratio est, quia sacramenta suos effectus in instanti producunt, idest eodem tempore quo suscipiuntur; sed per illum solum ministrum iam collatum est verum Sacramentum, quia quidquid est necessarium ad validitatem talis Sacramenti, integrè adhibitum est; ergo hoc ipsum quod ab illo

Caietanus.

R 2 mini-

A ministro tota forma pronunciata est collatum, consectumq; est Sacramentu, necnon & eius effectus; ergo ipse solus baptizat, nam quamuis cęteri ministri successiuè formam materiæ applicent; tamen quia hoc Sacramentum baptismi semel susceptum reiterari non potest, Idcirco nemo eorum baptizat.

Item est præceptum Ecclesiæ, vt minister Sacramentotum sit vnus; vnde si duo Sacerdotes eamdem hostiam, vel B vinum simul consecrarent, conficerent vtiq; Sacramentum dummodò debitam formam simul pronuncient; sed mortaliter peccant, quia contra Ecclesiæ præceptum faciunt. Ab hac autem regula excipitur, & excluditur illa consuetudo Ecclesiæ, quæ in collatione Ordinis seruatur. Episcopus enim celebrās missam assistentibus, & concelebrantibus Sacerdotibus recenter initiatis, consecrat C hostiam, quam etiam simul ipsi Sacerdotes consecrant, Similiter, & calicem, si vtriusque formæ verba in eodem instanti simul cum Episcopo expleant. Ita *Innocentius lib. 4 de officio missæ cap. 25. D. Thomas 3. part. q. 82. art. 2. DD. in 4. dist. 13. Riccardus art. 2. q. 1. Capreolus, Paludanus q. 4. art. 1. Henriquez lib. 1. de Sacram. cap. 27. nu. 2. Syluester verb. Eucharistia 2. §. 3. Rosell. Tabien. Eucharistia 2. §. 2. Alexan. Alens. q. 33. memb. 8. Caie*D*tanus, & Sotus*, quos citat, & sequitur *Henriq. loc. cit.*

Innocentius. D. Thom. Riccardus. Capreolus Paludanus Henriq. Syluester. Rosella. Tabiena. Alexand. Caietanus Sotus. Henriq.

Deniq; permulta alia præcepta Ecclesiasticis ministris sunt imposita, quæ obseruare debent in sacramentorum ministerio. Primo, vt talem habeat potestatem, & iurisdictionem, quæ ad licitè ministrandum illud sacramentum est necessaria. Secundo, vt habeat intentionem faciendi quod facit Ecclesia catholica, & Christus instituit. Tertio, vt sit in gratia saltem illo tempore quo administraturus est sacramentū, ne aliquod sacramentum in peccato morta-
1 li suscipiat. Quarto, ne ipsa sacramen-
2 ta indignis personis ministret, idest hæ-
3 reticis infidelibus scismaticis, excommu-
E nicatis, apostatis, & cæteris publicis pec-
4 catoribus. Quinto, ne formam cuiusli-
5 bet sacramenti mutet, diminuat, aut ali-
6 quid addat. Sexto, vt credat saltem im-
7 plicitè, omnia quæ sancta Ecclesia catholica tenet, ac credit, & in administrandis secramentis nullam opinionem teneat; quæ catholicæ fidei sit contraria. Septimo, vt in periculo mortis, vel in casu magnæ necessitatis sacramentum baptismi vel pęnitentię petentibus ministret. Hæc, & alia præcepta ministris sunt imposita quæ fusius infra erunt explananda; quæ, autem nunc dicta sunt, quasi quædam summulæ, vel compendiola accipiantur. F

Quæ á ministro in administratione sacramenti obseruāda.

CAPVT XXIII.

Queritur, quam intentionem habere debeat minister in administratione Sacramentorum. G

DE necessitate sacramenti, necessaria est intentio in ministro, ita vt sacramentum nequaquam confici possit, si hæc intentio desit. Hoc est de fide, & definitum est in *Concil. Florent. sæpè citato, & in Trident. sess. 7. can. 11. & docent communiter DD. in 4. dist. 5. Alexander* H *Alens. quæst 19. membr. 1.* D. *Thomas 3. part. quæst. 64. art. 8. D. Bonauentura q. 1. & 2. art. 2. Ricchardus quæst. 1. art. 1. Scotus quæst. 3. 5. & 6. Durandus q. 2. Sotus dist. 1. Ledesm. quæst. 5. Angles de Sacrament. in gener. quæst. vltima conclus. 1. 2. & 3. Tabien. verb. Baptismus 6. §. 5. Bellarminus lib. 1. de sacrament. cap. 27. Henriquez de Sacrament. in gener. lib. 1. cap. 29. nu. 1. Suarez disput. 13. sect. 2. Valent. tom. 4. disp. 3. quæst. 1. punct. 2.* Pesantius. *super D. Thom. loco cit. Vazquez 3. parte* I *tom. 2. disput. 146. num. 5. Sayrus lib. 1. de sacrament. cap. 4. §. adnotatione.* Nugnus *quæst. 64. art. 8. ibique Coninchus dub. 1.* Petrus *Ledesm. de sacrament. in commun. cap. 4. vers. 12. concl. 1.* Atonin. *3. par. tit. 13 cap. 6. nu. 2. Toletus lib. 2. cap. 16. nu. 5. Viuald. de Sacramen. in gener. cap. 3. num. 6. Reginald. nu. 40. Chamerota cap. 1. dub. 7. Fillinecius de sacrament. in commun. tract. 1. cap. 5. quæst. 2. & Bonacina de Sacrament. in gener. disp. 1. q. 3. punct. 2. prop. 3. & 4.*

Cōcil. Flo. Cōc. Trid. Alexand. D. Thom. D. Bonau. Riccardus Scotus. Durandus. Sotus. Ledesma. Angles Tabiena. Bellarmi-nus. Henriq. Suarez. Valentia Pisantius. Vasquez. Sayrus. Nugnus. Conineb. Pet. Ledes. Anton. Toletus.

Et ratio est nam actio qua conficitur, & K ministratur sacramentum, est quædam actio humana, vnde humano modo cōsequenter fieri debet, sed non potest humano modo absq; intentione exerceri; ergo, &c. vide *Sot. in 4. dist. 1. quæst. 5. ar. 8. Bartholom. ab Angel. dialog. 1. §. 27. & Bonacin. loco cit.*

Viualdus. Reginald. Chamerot. Fillineius. Bonacina. Sotus. Bartol. ab Angelis

Sed antequam vlterius procedamus necessarium est præmittere diffinitionē, & diuisionem intentionis; idest quid sit, & quo-

Quid sit intentio.

A & quotuplex sit intentio; vt ex hac doctrina ea quę infra erunt dicenda facilius intelligantur. Itaq; intentio, est actus liber voluntatis in finem: Hinc collige diuersam esse intentionem ab attentione nam attentio est actus intellectus, quo homo considerat, & attendit ea, quæ agit; intentio autem est actus voluntatis quo homo sè determinat ad aliquid agendum.

Diuiditur autē intentio tripliciter, nā Primo datur intentio, quæ est voluntas faciendi quod facit Ecclesia, & Christus B instituit. Secundo datur intentio, qua minister solummodo intendit exercere aliquem actum externum Sacramenti, velnti abluere, vngere, &c. Tertio datur intētio, qua minister, conferre effectum Sacramenti tantum intendit.

Intentionis diuisio. Item diuiditur intentio in absolutā, & conditionatam. *Absoluta quæ?* Absoluta est illa, qua quis Sacramentum absq; aliqua conditione ministrat. *Conditionata quæ?* Conditionata est, quando minister sub aliqua conditione sacramentum confert, veluti si dicat, si non C es baptizatus, *Ego te baptizo in nomine Patris, & filij, & Spiritusſancti.*

Alia intentionis diuisio. Præterea diuiditur intentio in actualem, virtualem, & habitualem. *Actualis quæ?* Actualis est illa, qua quis actualiter intendit, vul e facere id quod facit, veluti sacramentum quod Christus instituit, & Ecclesia facit. *Virtualis quæ?* Virtualis est illa, qua minister antequam faciat sacramentum, determinat illud facere, & postmodum in ipsa confectione illā intentionem actualiter D non habet; vel quando minister procedit ad conficiendum Sacramentum, absque actuali intentione; sed si aliquis eum interrogaret, ad quam actionem efficiendam procederet, statim ipse respondėret, ad conficiendum Sacramentum. *Habitualis quæ?* Habitualis est, quando homo facit habitum in aliqua actione, quam frequenter exercere assolet; ita vt eam exerceat, etiam illo tempore, quo rationis vsu caret; velnti si aliquis Sacerdos recitaret officium diuinum dormiēdo, K vel aliquod Sacramentum ministraret dementiæ morbo granatus.

Quę intentio sufficiat His præmissis, queritur, quam intentionem debeat habere minister, ad hoc vt Sacramentum conficere possit. Ad *Hæreticorū opinio.* hoc respondent nonnulli recentiores hæretici, & dicunt ad validitatem Sacramenti necessario non requiri aliquā intentionem in ministro, sed Sacramentum omnino perfici si res, & verba adsint; quia enim Sacramentis nihil aliud tribuunt, quam externum symbolum, F quatenus est aptum ad excitandam fidem, & hoc facere possunt, verba sensibilia, & externæ actiones, dato quod ex nulla intentione procedant, & omnino casu, & indeliberatè fiant; hinc asserunt, quod si quis iocosè, aut irritoriè, aut fictè, & mendaciter illam actionem externam agat, verum perficit Sacramentum. *Lutharus* enim in *lib. de captiuitat. Babilon. cap. de Baptism.* sic scribit. *Non dubitem* (inquit) *si quis in nomine Domini susceipiat, etiam si impius minister non det* G *in nomine Domini, verè baptizatum esse in nomine Domini. Non enim in conferentis, quantum in suscipientis fide, vel vsu sita est virtus Baptismi, sicut legitur exemplum de quodam mimo per iocum baptizato.* *Lutharus.*

Sed expressius hoc docet *Caluinus in antidot. Concil. Trident. sess. 7. can. 11.* vbi Luthæri sententiam prosequens sic scribit, *Quod* (inquit) *de intentione consecrandi garriunt, à sophistis, nulla probabili ratione fuit proditum. Ego vero sacrosanctæ Christi institutioni tantum defero, vt si* H *Epicurus quispiam intus totam actionem subsannans mihi cœnam ex Christi mandato, & secundum regulam ab eo datam, rituq; legitimo administret, non dubitem panem, & calicem illius manu porrecta, vera mihi esse corporis, & sanguinis Christi pignora.* Idem tenet *Kemnitius in 2. par. Examinis pag. 141.* cuius verba refert *Bellarminus lib. 1. de Sacrament. cap. 17. lit. C.* *Caluinus.* *Kemnitius Bellarmin.*

Alia opinio quorundam Catholicorum tenet sufficere ad validitatem Sa- I cramenti si minister habeat tantum intentionem faciendi illas externas Sacramentorum actiones quas Christus instituit; vnde voluit de necessitate nō requiri, quod minister intentionem habeat Sacramentum faciendi, quod Ecclesia facit, & Christus instituit. Hanc opinionem tenuisse *Catharinum in opuscul. de intent. ministr. Sacrament.* refert *Alexander Pesantius super 3. par. D. Tho. q. 64. art. 8. disput. 1.* necnon & *Bellarminus lib. 1. de Sacrament. in gener. cap. 27.* K Tribuitur etiā hæc opinio *Angel. verb. Baptismus 5. n. 7. Paludanus* autem *quæst. 2. art. 3.* putat eam esse probabilem, sed contrariam esse veriorem fatetur. Nonnulli vero dictam opinionem tribuunt *D. Thom. Syluestr. & Aureol.* sed immerito, & falsissimè, quod nimirum probāt *Suarez disp. 13. sect. 2. & Pesantius loc. cit.* qui nimirum prædictorum DD. patrocinium *Alia opinio* *Catharin.* *Pesantius.* *D. Thomas Bellarmin. Angelus. Paludanus* *Sylueſter. Aureolus. Suarez.*

A cinium assumentes, ab hac falsa impositione eos liberare conantur.

Ad huius sententiæ comprobationem posset adduci quędam sententia *Augustini tract.5.in Ioan.* & habetur in 1.q.1. *canon.dedit*, vbi dicit, *Nō timeo ebriosum in aqua Baptismi*. Et *in lib.7.de Baptism. cap.53.* & habetur in *cap.solet etiam quæri de consecration.dist.4.* vbi ait, eum qui baptizatur, absq; simulatione baptizari, seruata forma Ecclesiæ, manere baptizatum. Ex quibus verbis *Suarez* argu- B mentatur, ab hac regula simulationis excipi ministrum.

Augustin. cap dedit. q.1. cap.solet. de consecr. dist.4. Suarez.

Item posset adduci quodam exemplū quod refert *Nicephor. lib.8. cap. 40. & 44. Ruffinus lib.1.histor.cap.14. Sozomen. lib.2.cap.16. & Gratianus in cap. Spiritus sanctus* § *ecce* t. q.1. Aiunt itaque quod quidam puer nomine Athanasius se esse Episcopum finxit; vnde iocosè nonnullos pueros baptizauit, naturali aqua eos aspergendo, prolata iam integra forma verborum; ex qua actione pro- C culdubio potest deduci, illum puerum nullam habuisse intentionem conferendi Baptismi Sacramentum, sed tantum illas externas actiones iocosè exercendi. At Alexander Patriarcha Alexandrinus talem baptismum ratum habuit; & fuisse verum Sacramentum declarauit. Nec differt illud exemplum quod apud *Nicephor. lib.3.histor.cap.vlt.* legitur, aientem, quod quidam Iudæus adhuc puer à nonnullis alijs pueris iocose baptizatus est, qui videlicet baptismus, D in Ecclesia Constantinopolitana, validus fuit declaratus. Ex quibus exemplis aduersarij probare possent, intentionem ministri in confectione Sacramenti, nō esse necessariam, sed sufficere, si habeat intentionem, exercendi illas externas actiones Sacramenti. Nam præfati pueri, nihil aliud præter hanc intentionem habuerunt, & tamen ab illis patribus, græcis decretum fuit, verum, & validum fuisse Sacramentum. Quo decreto intelligere voluerunt, hanc solam inten- E tionem ad validitatem Sacramenti sufficere, & nullam aliam necessariò requiri.

Nicephor. Ruffinus. Sozomen. Gratian. Nicephor.

Nihilominus dicendum est, ad validitatem Sacramenti necessariam esse intentionem faciendi Sacramentum, vel quod facit Ecclesia, vel quod Christus instituit; quæ intentio debet esse actualis, aut saltem virtualis, non autem habitualis. Hanc opinionem communiter tenent omnes DD. quos in exordio huius cap. citauimus, nec non *Hugo de S.Victor. lib. 2. de Sacrament. part.6. cap.13. Hadrianus de Baptism.q.3. & Gabriel.q.1.art.2.conclus.3. & 4. Maior dist. 2.q.1.§.penult.Victor.in summa de Sacrament.in materia de Baptism.n.31.*

Verior sententia. F *Hug. Vict. Hadrianus Gabriel. Maior. Victor.*

Probatur autem hæc sententia ex *Concil.Florent.in instruct.Armenor.& ex Concil.Trident.sess.7.can.11.* vbi habetur requiri in ministro intentionem faciendi quod facit Ecclesia, quemadmodum optimè, & accuratè notat *Bellarminus lib.1.de Sacrament. cap.27.* Deinde in G confirmatione prædictæ sententiæ potest adduci hæc ratio. Verba enim res, & actio ministri, quibus sacramenta conficiuntur, sunt per se indifferentia, & indeterminata, quia alij operi applicari possunt, nō enim semper baptizat quotiescunq; quis alium abluit; ergo necessarium est, vt determinentur, ad hoc vt Sacramentum conficiatur; sed non possunt determinari, nisi per intentionem ministri, qua intendat conficere Sacramentum, vel facere quod facit Ecclesia, H vel quod Christus instituit. ergo hæc intentio in ministro est omnino necessaria.

Probatur sententia. Con. Flor. Con. Trid. Bellarmin.

Denique circa hanc doctrinam sunt quædam notanda, quæ videlicet vnicuiq; ministro, non erunt inutilia. Primo minister Sacramentorum quandocunq; conficit aliquod Sacramentum debet habere intentionem vniuersalem faciendi quod facit Ecclesia Catholica, vel quod Christus instituit, vel quod Christiani catholici faciunt. Secundo si I hanc vniuersalem non habeat, saltem debet habere aliquam intentionem particularem, idest conferendi Baptismum, consecrandi Eucharistiam, &c. Quæ videlicet intentio particularis est sufficiens; imo est melior, quemadmodum docet *Bellarminus de Sacrament.in gener.lib.1.cap.27. lit.D.* Tertio non requiritur de necessitate, vt intendat facere quod facit vniuersalis Ecclesia, sed sufficit si fit particularis, veluti Neapolitana, Veneta, &c. cuius ipse minister K membrum sit diœcesanum. Et ratio est, quia omnes Ecclesiæ sunt quædam mēbra Ecclesiæ Romanæ simul cum ipsa vnum corpus constituentes; vnde in ritibus, cęremonijs, & præceptis minime dissentiunt, idcirco vnumquodq; membrum facit idem, quod facit suum caput, idest Ecclesia Romana. Itaq; si minister intenderet facere, quod facit aliqua Ecclesia particularis, tacitè intenderet

Bellarmin.

A deret facere, quod facit tota Ecclesia vniuersalis, quia nimirum in administratione, confectione, ac cæremonijs Sacramentorum, omnes Ecclesiæ vnum, eumdemq; ritum tenent.

Hinc dissoluūtur duo dubia. Primum est, si quis conficiat Sacramentum intēdens facere quod facit aliqua Ecclesia falsa, & hæretica, veluti Ecclesia Geneuensis, putans eam esse veram, atq; catholicam; adhuc verum conficit Sacramentum; & ratio est, quia talis minister B non fallitur in intentione necessaria ad perfectionem Sacramenti, quamuis fallatur in cognitione veræ Ecclesiæ; vnde dum existimat illam falsam Ecclesiam esse veram; profecto intendit facere quod vera Ecclesia facit. Secundum est, si quis baptizaret, intēdens facere quod facit Ecclesia falsa Geneuensis pro certo habens eam esse falsam Ecclesiam, adhuc conficit Baptismum. Et ratio est, quia Baptismus collatus ab hæreticis in sua Ecclesia, est verum Sacramentum; C vnde si cōtingeret aliquem hæreticum conuerti ad nostram fidem catholicam, non rebaptizaretur. Igitur dum minister in Baptismo intēderet facere quod illa falsa Ecclesia facit, vtiq; haberet intentionem conficiendi verum Sacramētum, quia quamuis baptismus hæreticorum differat à baptismo catholicorum in quibusdam cæremonijs; in essentialibus tamen nequaquam differt.

D. August. Deniq; si cupis solutionem illius argumenti, quod ex *D. Augustini* sententia deducitur, E necnon illorum argumētorum, quæ hæretici ad comprobādam suæ hæreticæ opinionis falsitatem afferunt; lege *Bellarmin. lib. 1. de Sacrament. cap. 27. & 28. & Suarez disp. 13. sect. 2.* qui aduersus hanc heresim acriter disputant. *Bellarm. Suarez.*

CAPVT XXIV.

D An minister excommunicatus possit licitè sacramenta ministrare.

Excommunicatus ministrans sacramenta regulariter pecc. mort.

QVotiescunq; aliquis minister excommunicatus aliquod Sacramentum ministrat, vel missam celebrat, (regulariter loquendo) peccatum mortale committit. Habetur in *cap. si celebrat de cleric. excommunic. ministr. & in cap. latores eod. tit.* Et ratio est, quia F tam grauis materia est actio ministrandi, sicut receptio; quemadmodum probat *Suarez tom. 5. disput. 11. sect. 1.* sed quotiescunq; aliquis excommunicatus aliquod Sacramentum suscipit, mortaliter peccat, vt in *cap. cum illorum, & cap. si quem de sentent. excommun. & in cap. illud, & cap. si celebrat, de cleric. excommunic. ministr.* & docent communiter *DD. in 4. dist. 18. D. Thomas, D. Bonauentura, Riccardus, Paludanus, & alij, Argentin. dist. 19. art. 4. Soto dist. 22. art. 1.* G *Nauarr. cap. 24. n. 18. Couarruuias in cap. Alma 1. part. §. 6. num. 5. & Suarez tom. 5. disp. 10. sect. 1.* ergo quemadmodum excommunicatus suscipiens; sic, & ministrans, mortaliter peccat.

D. Thom. D. Bonau. Riccard. Paludan. Argentin. Sotus. Nauarr. Couarr. Suarez.

Possunt tamen permulti assignari casus, in quibus licitum est excommunicato, ministrare sacramenta, & non peccet mortaliter. Primus casus est si minister illud Sacramentum ministrauerit ex inuincibili ignorantia, veluti si naturaliter oblitus fuerit, & non aduerterit, se esse excommunicatum, illo tēpore quo ministrabat Sacramentum. Et tunc à peccato mortali omnino excusatur. H Ita habetur in *cap. Apostolicæ de cleric. excommunic. minist.* Et raio est, quia hæc naturalis obliuio, & inaduertentia, in omnibus actibus humanis interuenire potest; vnde minister per eam legitimè excusatur, non solum in foro interiori, sed & exteriori, si hoc sufficienter probari possit.

Excommunicatus ministrans ex inuincibili ignorantia excusatur à mortali.

I Secūdus casus est, si minister excommunicatus, ex hoc quod aliquod Sacramentum non ministraret, notabile detrimentum in fama, & honore suo pateretur, scilicet si aliquod publicum, & graue scandalum, vel odium, vel inimicitia, inde ei eueniret; sic enim si commoditatem non habet petendi, obtinēdiq; absolutionem; cum debita reuerētia, & contritione potest illud Sacramētum absq; peccato mortali ministrare. Et ratio est, quia ministratio, & receptio Sacramenti, quo ad hoc pari passu K deambulant, quemadmodum superius probauimus; sed ad euitanda hæc incōmoda licitum est excommunicato aliquod Sacramentum recipere; ergo, & ministrare. Tum quia huiusmodi impedimentum, quo minister excommunicatus ab administratione Sacramentorum excluditur, prouenit ex iure humano; quia aliter illa actio ministerialis esset omnino licita; sed ius humanum

Ministrans ad euitādū graue damnum, vel scandalum excommunicatus nō peccat.

non

A non obligat cum tanto rigore, & in tam graui dispendio personarum; ergo &c. Ita *Suarez loc.cit.* Ex quo notandum est, hunc casum posse accidere solummodo in excommunicato non euitando; nam euitandus, & publicus moraliter non potest hanc excusationem sibi arrogare, cum sit omnibus nota eius excommunicatio. vnde potius graue scādalum pareret ministrando, quam ab administratione se abstinendo.

Suarez.

Ex metu neq; peccat

Tertius casus est, si Sacerdos compellatur ex metu, & vi cadente in constan- B tem virum, aliquod Sacramentum ministrare, vel missam celebrare, tūc enim excusatur à peccato mortali si ministrer, aut celebret.

In articulo mortis potest.

Quartus casus est, si in articulo mortis minister cōstitutus, ad salutem æternam consequendam Sacramento Eucharistiæ indigeat; puta si sit attritus, & alium ministrum non habet, à quo Eucharistiam sumat; tunc enim potest ex præconsecratis particulis, aliquam as- C sumere, vel missam celebrare, vt hoc Sacramento ex attrito contritus fiat; & remissionem suorum peccatorum consequatur. Ita *Suarez tom.5.disp.11.sect.1.*

Suarez.

Quintus casus est, quando adest vrgens necessitas ex parte recipientis, cui Sacramentum ministratur; puta si aliquis infans in articulo mortis constitutus, Sacramento Baptismi indigeat; tūc enim talis necessitas non solum à peccato mortali ministrum excommunicatum excusat; sed eum obligat ad mi- D nistrandum Sacramentum. Ita docent communiter *DD. in 4.dist.5. & ibi Riccardus, Sotus, & alij omnes, D. Thomas q.2.art.2.q.5. & 3.part. q.64.art.6.ad 3. Suarez 3.tom.disput.71.sect.5. & tom.5. disput.11. sect.2.* & sumitur ex *D. Augustino lib. 1. de Baptism. cap. 2. & lib. 6. cap.5.*

Riccard. Sotus. D. Thom. Suarez. D. August.

Sed dubium est, an hac necessitate ex parte tertiæ personæ subsistente, licitè possit minister excommunicatus, aliud Sacramentum præter baptismum mini- E strare: puta Eucharistiam, vel pęnitentiam. In qua ambiguitate partem negatiuam quo ad Sacramentum pænitentiæ tenent *Paludan. in 4.dist.17.q.3. Marsilius 4.q.12. art.4.memb.3. Turrecrem. in cap. Verbum Dei de pęnitent. dist.1. Glos. in cap. præter dist. 32. verb. per manus, Nauarrus de pænitent.dist.6.cap.1.in prin. n.87. & in manual.cap.26.nū.26. Vgolin. c.13.§.16.n.9.* qui citat *D. Thom. & Couarrnu. cap. Alma mater par.1.§.6.* Item *Medin. tract.2. de confess. 9. de concess. excommun. fact. ignorant.* F

Paludan. Marsilius. Turrect. Glosa. Nauarr. Vgolin. Couarr. Medina.

Verumtamen ego existimo quod minister excommunicatus licitè possit Sacramentum pęnitentiæ ministrare alicui homini in articulo mortis constituto, si alium ministrum tunc non habeat. Hæc est certior, probabiliorq; opinio, quam tenent *Durandus dist.19. q.2. ibiq; Paludan. dist. 23.q.1. Maior quæst.1. Cano. relect de pænitent.p.5. Ledesm.2.p. 4. quæst. 21. art.6. & q.22. art. 1. Sylvester verb. Confessor 1. §. vlt. Angelus verb. Confessio 3.n.2. Ruardus art.3.contra Luther. Vgolinus tab.c.de censuris c.14.§.16. n.12. & Suarez tom.5.disp.11. sect.2.* qui citat *Nauarr. in sum.cap.22.n.4. & cap. 27.n.272.* Ratio autem hæc est, nam iurisdictio, & potestas absoluendi à peccatis, in Sacerdote est de iure diuino, vt ex illo *Ioa.* patet, *Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, &c.* & docent cōmuniter *DD. in 4.dist.20. vbi D. Thomas q.1.art.1. quæst.2. Durandus dist.19. q.2. & Paludan. q.1.art.2.* vnde non potest per ius humanum omnino tolli, sed solum impediri, quod videlicet impedimentum tollitur, quando vrgens necessitas adest quemadmodum colligitur ex mente illorum DD. quos citauimus supra in quinto casu, de ministro Baptismi. Sed est vrgens necessitas; (imò, nec maior excogitari potest) si aliquis in articulo mortis constitutus, beneficio absolutionis indigeat; puta si sit tātum attritus, & Sacramentum pęnitentiæ ei sit necessarium, ad hoc vt fiat con- I tritus, & perinde remissionem peccatorum consequatur, (alioquin enim cum sola attritione non posset salutem consequi; ergo quilibet minister excommunicatus in articulo mortis potest Sacramentum pænitentiæ licitè ministrare.

Potest etiā in casu necessitatis Sacramentum pænitentiæ ministrare.

Durandus Paludanus Maior. G *Cano. Ledesma. Sylvester. Angelus. Ruardus. Vgolinus. Suarez. Nauarrus.*

D. Thom. Durandus H *Paludanus*

Deniq; idem dicendum est de Sacramento Eucharistiæ, quemadmodum præcitati DD. docent quidquid contra sentiat *Adrianus q.5.de Baptismo.* Et ratio est, quia eadem necessitas ex parte tertiæ personæ adesse potest; puta si sit K tantum attritus, & Eucharistiæ Sacramento indigeat, quo efficiatur ex attrito contritus; tunc enim potest excommunicatus alicui in articulo mortis constituto, & alium ministrum non habenti, Sacramentum Eucharistiæ licitè ministrare. Secus autem dicendum est, si sit in gratia talis homo, & solum propter viaticum hoc Sacramentum petat,

Sic etiam potest Sacramētum Eucharistia.

Adrianus.

tunc

A tunc enim non licet ministro excom-
municato Eucharistiam ministrare. Et
ratio est, quia tunc nulla adest necessi-
tas ex parte tertiæ personæ; impedimē-
tum autem excommunicationis in tan-
tum tollitur, in quantum vrgens neces-
sitas adest; ergo &c.

CAPVT XXV.

B *An Minister hæreticus in extrema necessitate possit aliquod Sacramentum ministrare.*

HVius siquidem quæstionis resolu-
rio dari potest; si de vnoquoque
Sacramēto particulariter inductio fiat.
Et primo si loquamur de Sacramento
Baptismi, certum est, atque ab omnibus
communiter receptum, quod quilibet
C minister hæreticus, & excommunicatus
potest illud in articulo mortis licitè
ministrare; si ibi nullus alius minister
Augustin. adsit. Ita docet *D. Augustinus lib. 1. de
Baptism. cap. 2.* & habetur in *cap. si quem
fortè 24. q. 1.* & colligitur ex *Vrbano II.
in quadam epist. & ex Gratiano post cap.
præter §. ad hoc dist. 32.* Quod intelligen-
dum est si omne periculum absit, quo
baptizandus in errorem hæresis induci
possit.
1. opinio negatiua. Tota autem difficultas consistit in Sa-
cramento pœnitentiæ, an scilicet liceat
D ministro hæretico beneficium absolu-
tionis impendere alicui homini in arti-
culo mortis constituto. In qua siquidem
ambiguitate partem negatiuam tenet
Glosa. *Glosa in cap. præter hoc §. ad hoc verb. per
Abbas.* *manus dist. 32.* Item *Abbas in cap. non est
Castro.* *de sponsal. lib. n. 9.* Quam opinionem apud
Sotus. Iurisperitos esse communem, atq; pro-
Nauarrus batam retulit *Nauarrus in manual. cap.
26. num. 16.* necnon & *Alphons. à Castr.
lib. 2. de iust. hæretic. punit. cap. 23. Sotus*
autem in hac difficultate se dubium
E ostendit.
2. opinio affirmans. In contrarium autem est communis
sententia tenens licitum esse ministro
hæretico, Pœnitentiam conferre homini
in articulo mortis constituto, nec non
talem hominem licitè posse hoc Sacra-
mentum ab huiusmodi ministro petere:
Paludanus Ita *Paludanus in 4. dist. 25. q. 1. & ibi Ma-
Maior.* *ior q. 1. Durandus dist. 19. q. 2. Capreolus
Durandus* *ad arg. contra 3. conclus. Armilla verb.
Absolutio §. 12. Syluester verb. Confessio* F
3. q. 2. & verb. Confessor 1. q. 20. & Con- *Capreolus.*
fessor 3. q. 6. Cano relection. de pœnitent. *Armilla.*
p. 5. Victoria in summ. 4. n. 318. Nauarrus *Syluester.*
27. nu. 272. Ruardus art. 3. contra Luther. *Cano.*
& Suarez tom. 5. disp. 11. sect. 1. num. 15. *Victoria.*
Et ratio est, quia iurisdictio, & potestas *Nauarrus.*
absoluendi, quam habet vnusquisq; Sa- *Ruardus.*
cerdos non fundatur in fide, quemad- *Suarez.*
modum probat *Suarez loc. cit.* aliter
enim per mentalem hæresim minister
amitteret statim hanc potestatem, & iu- G
risdictionem, quod est falsum. Vnde si
minister hanc veram fidem dereliqne-
rit, & postmodum cum vera contritio-
ne ab hæresi resipiscat, & ad catholicam
fidem fuerit conuersus, quamuis in foro
exteriori ab hæresis excommunicatio-
ne non fuerit absolutus, adhuc hac ex-
trema necessitate imminente, potest
Sacramentum pœnitentiæ ministrare.
Deniq; si loquamur de cęteris Sacra-
mentis, s. de Confirmatione, Extrema
vnctione, Ordine sacro, & Matrimonio, H
nullo modo, nulloque tempore licitum
est hæretico illa ministrare, quia vrgēs,
& legitima necessitas in his assignari
non potest, cum non sint necessaria ad
salutem; vnde nullus fidelis aliquod ex
ipsis à ministro hæretico licitè petere
poterit. Sola difficultas esse posset quò
ad Sacramentum Eucharistiæ, quod in-
terdum potest esse necessarium ad salu-
tem, in qua siquidem ambiguitate pars
negatiua tutior mihi videtur.
Obijcies contra secundam conclu- I
sionem, *Ambrosius lib. 1. de pænitent. cap.* *Ambrosius*
2. & 3. & refertur in *cap. verbum, & cap.
potest fieri de pænitent. d. 1.* dicit, hæreti-
cos non habere potestatem ligandi, at-
que soluendi; eo quod à corpore veræ
Ecclesiæ sint segregati. Sed ad hoc re-
spondetur intelligendum esse per se, &
extra articulum extremæ necessitatis,
quemadmodum optimè notat *Suarez* *Suarez.*
tom. 5. disp. 11. sect. 1. n. 16.

CAPVT XXVI. K

An minister, aliquod Sacramentum excommunicatò ministrans, mortaliter peccet.

ANtequam ad resolutionem quæ-
stionis deueniamus danda est

 quæ-

A quædam distinctio inter excommunicationem publicam, siue notoriam, & secretam; ex qua siquidem diuersitate excommunicationis duo ordines excommunicatorum exoriuntur. Nam alij sunt excommunicati publici, siue notorij, & alij secreti. Publici sunt illi, qui per publicos cedulones, vinculo excommunicationis fuerunt astricti; vel publici Clericorum percussores. Secreti autem sunt illi, qui in excommunicationem minorem, vel maiorem occultè
B inciderunt; & isti appellantur excommunicati non euitandi; illi vero excommunicati euitandi; eo quod cum ipsis aliquod commercium habere, vnusquisque fidelis prohibeatur. His positis.

Sacramēta excommunicato ministrari nō possunt.

Communis sententia est, nullum ministrum posse licitè aliquod Sacramentum excommunicato euitando ministrare; vnde si hoc fecerit, peccat mortaliter. Probatur hoc ex multis decretis 11. q. 3. *& cap. Episcoporum de priuileg.*
C *in 6. & ex cap. significauit, & cap. cum desideres de sententia excommunication.* Quæ iura minime reuocata sunt per nouum ius *Concilij Constantiensis in Extrauagant. Ad euitanda*; nam ibi quoad hoc nihil fuit innouatum. Deinde posset adduci duplex ratio ad huius sententiæ comprobationem. Prima est, nam quilibet fidelis prohibetur, habere aliquam communicationem cum excommunicato euitando eo quod extra commercium Ecclesiæ per excommu-
D nicationem sit segregatus; sed ministratio Sacramentorum est quædam communicatio in rebus sacris; ergo &c. Secunda ratio est, nam sacramenta sunt quædam res sacræ, spirituales, & supernaturales, vnde ingentem præstantiam, ineffabilemque dignitatem habent, sed cum sint tam digna ex rigore iustitiæ non debent dari indignis, idest peccatoribus, & præcipuè excommunicatis, sed tantum dignis, & benè dispositis; er-
E go quotiescunque minister aliquod Sacramentum excommunicato ministrauerit; mortaliter peccat.

Con. Const. *Probatur.* *1. ratio.* *2. ratio.*

Verumtamen hæc regula generalis, quam tradidimus, suam patitur exceptionem. Et est si aliquis excommunicatus in extrema necessitate cōstitutus, Sacramentum, quo indiget ad suam cōsequendam salutem, à ministro illic astante petat; tūc enim quemadmodum excommunicatus à culpa mortali omnino excusatur petendo, ita pariter excusatur minister dando. Nam vrgens F necessitas tollit impedimētum excommunicationis; vnde in articulo mortis quilibet minister potest cum ipso excōmunicato euitando, communicare in sacris, ergo potest ei Sacramentum pœnitentiæ ministrare. Et confirmatur, nam Ecclesia concedit facultatem cuilibet Sacerdoti, vt in articulo mortis possit quemlibet excommunicatum à qualibet censura absoluere, nec non ab omni peccato etiam reseruato; ergo ex hoc deducitur, quod licitè possit Sacra- G mentum pœnitentiæ excommunicato in articulo mortis ministrare, nullum peccatum propter huiusmodi ministerium committens. Imo aliquando contingere potest, vt minister teneatur sub mortali hoc facere, veluti si sit Parochus, ad quem pertinet cura de animabus sibi commissis.

In articulo mortis quis potest petere absolutionē etiā ab excommunicato vitando, & ille absoluens non peccat.

Ex dictis quædam difficultas oritur, & est, an si excommunicatus adeò sit morti propinquus, vt simul à peccatis, & à censuris absolui non possit, quænam H absolutio prius danda est. Ad quod respondet *Medina tract. 2. de confession. quæst. de Confess. ab excommunic fact.* & dicit prius dandam esse absolutionem à peccatis, & postmodum si temporis aliquod spatium superat, conferendam esse absolutionem à censuris. Sed ego magis assentior opinioni *Suarez tom. 5. disp. 10. sect. 2. nu. 7.* cum sit melior, atque securior.

Medina. *Suarez.*

Dico ergo cum Suarez in tali casu ministrum debere eodem tempore I vtramq; absolutionem largiri, quod videlicet fieri potest si dicat, *Ego te absoluo ab omnibus censuris, & peccatis tuis.* Et tunc quidem si talis homo moriatur statim postquam expleta fuerint illa verba *(ab omnibus censuris)* certum est, tàm à peccatis, quàm à censuris eum decedere absolutum. Et ratio est, quia absolutio à peccatis essentialiter consistit solū in illis verbis, *(Ego te absoluo;)* quibus expletis, nec non & illis *(ab omnibus censuris)* statim vtramque absolu- K tionem pœnitens consequitur. Absolutio tamen à censuris natura præcedit absolutionem à peccatis. Sed extra hoc vltimum periculum mortis minister nequaquam debet vtramq; absolutionē simul, eodemq; tempore dare, sed prius danda est absolutio à censuris, ac postmodum absolutio à peccatis, quemadmodum omnes DD. communiter docent.

Modus absoluēdi excommunicatum in articulo mortis.

A Si autem minister vtramq; absolutionem excommunicato in articulo mortis constituto intendat conferre, proferens hæc tantum verba, *Ego te absoluo*; magnum dubium est an pęnitens absolutionem à censuris tunc consequatur, quia quamuis illa verba sufficiant ad tollendum quodcunq; peccatum, non tamen sufficere videntur ad tollendam censuram, nisi illa verba addantur, (ab omnibus censuris. Vnde nihil certum in hoc casu affirmari potest. Quapropter minister pronunciare debet totam hãc B formam, *Ego te absoluo ab omnibus censuris, & peccatis tuis, &c.* Illa autem sententia *Medinæ* tunc siquidem vera esset si vtraq; absolutio sub vna, eademq; forma simul dari non posset, vnde talis necessitas excusaret; sed quia hoc remedio minister licitè vti potest, quod nimitum tutius est, atq; pęnitenti vtilius; idcirco hanc vltimam sententiam potius tenendam esse arbitror.

C *CAPVT XXVII.*

An minister Sacramentum excõmunicato ministrans, in aliquam pœnam, vel censuram incurrat.

D QVilibet minister secluso periculo extremæ necessitatis si aliquod Sacramentum excommunicato euitando ministrauerit, peccatũ mortale committit, & in quandam pęnam incurrit. Vnde opportunè hic queritur quęnam pęna tali ministro detur. Ad quod quæsitum respondentes dicimus in iure nullam aliam pęnam exprimi nisi illam, quæ propter communicationem cum excommunicato in sacris datur, idest minor excommunicatio, necnon & interdictum ab introitu Ecclesiæ, ijs qui excommunicatos ad Ecclesiæ sacramenta admitE tunt, impositum. Habetur in *cap. Episcoporum de priuileg. 6.* Et hæc est pęna in quam huiusmodi minister ipso iure incurrit.

Pęna quam incurrit ministrans Sacramentum excommunicato vitando.

Adhuc & alia pęna talibus ministris dari solet, in quam videlicet, non ipso iure incurrunt, sed ab Ecclesia præcipitur, vt ad eam statim damnentur. Et hęc pęna habetur in *cap. Excommunicamus 1. de Hæreticis §. credentes*, vbi iubetur, vt omnes Clerici qui sacramenta ecclesiastica quibusdam excommunicatis idest fautoribus hæreticorũ ministrauerint, illico suo officio priuentur. De qua pœna vide *Bern. Diaz in pract. canon. criminal. cap. 115. & Suarez tom. 5. disput. 10. sect. 2. n. 8.* qui vnanimiter explicant in quibus personis hæc pęna canonica locum habeat. F

Alia pœna.

Diaz. Suarez.

Item in *cap. significauit de sentent. excommun.* declarat, ac statuit Summus Pontifex in eamdem excommunicationem incurrisse eos qui cum excommuG nicatis ab ipso aliquam communicationem habuerunt, & in officijs receperunt. Vnde DD. hanc pęnam considerantes, quærunt an talis minister cum excommunicato à Papa communionẽ habens, in excommunicationem minorem tantum incurrat. Sed concludunt hoc non posse affirmari, quia ibi Summus Põtifex sibi reseruat absolutionem à tali censura, quod nimirum non fieret si minor excommunicatio existeret. Dicendum est ergo talem ministrum in excommunicationem Papalem incurrere. Quæ videlicet pęna nimis rigorosa videtur *Suarez*, vt scilicet omnis minister cum excommunicato à Papa cõH municans, in excommunicationem papalem, summo Pontifici reseruatam ipso facto incurrant. Vnde *Caietanus in summa verb. excommunicatio cap. 58.* hoc benignè interpretatur, & dicit prædictã pęnam restringi ad excommunicatos à Papa à iure, vel ab homine, sed nominatim declaratos, siue denunciatos. Cui I sententiæ adhærent *Adrian. quodlibet 6. D. Antoninus 3. part. tit. 24. cap. 32. Syluester verb. excommunicatio 7. casu 6. & Suarez tom. 5. disput. 10. sect. 2. num. 9.* & colligitur ex *Extrauag. Ad euitanda.* Vide de hoc *Glos. in cap. significauit de sentent. excommunicat. ibiq; Panormitan. & Nauarr. in Manual. cap. 27. n. 30.*

Communicans cum excommunicatio à Papa nominatim incidit in excõmunicationem papalem.

Suarez.

Caietanus

Adrianus D. Anton. Syluester. Suarez. Glosa. Panorm. Nauarrus.

Denique hæ pænæ quas vsque adhuc enumerauimus solum modò dantur illis ministris, qui excommunicatis euitandis Sacramentum ministrant. Et ratio est, quia cum huiusmodi excommunicatis nullam communicationem, & præcipuè in sacris habere debent. Sed K si minister Sacramentum ministrauerit excommunicato non euitando, idest secreto, in nullam pęnam temporalem, siue censuram incurrit. Patet hoc ex *Extrauag. Ad vitandum*, & probat *Suarez tom. 5. disp. 10. sect. 2. n. 10.* Dicendum est autem ministrum aliquod Sacramẽtum

Suarez.

Ministrans sacramenta excommunicato non uitando peccat solummodo mortaliter. Adrianus. Couarruu. Suarez.

A excommunicato ministrantem, toties peccare mortaliter, quoties illud ministrat. Ita *Adrian. mater. de clauib. q.3. Couarr nuias in cap. Alma 1. part. §. 2. n. 11. & Suarez loc. cit.* Et ratio est, quia ex iure diuino connaturali ipsis Sacramentis, tenentur ministri illa præbere, ac ministrare dignè petentibus, & benè dispositis, non autem indignis, & malè dispositis; sed excommunicatus occultus est indignus, & malè dispositus tum propter censuram, tum propter pecca-B tum mortale ei annexum; vnde quotiescunque huiusmodi personis ministrat, agit contra ius diuinum, & naturale; ergo mortaliter peccat. Adde quod excommunicatus occultus cum hac praua indispositione Sacramentum suscipiens, peccat mortaliter; ergo & minister qui ad commissionem huius peccati ministrando concurrit. Vnde prohibitum est ministris aliquod Sacramentum huiusmodi excommunicatis præbere, quemadmodum communiter do-C cent *Adrian. & Couarr. locis cit. & Suarez 3. tom. disp. 18. sect. 2. & disput. 72. sect. 3. & 4. & tom. 5. disp. 10. sect. 2. nu. 10. & 12.*

Adrianus. Couarr. Suarez.

Sed quid dicendum erit si excommunicatus secretus sacramentum publicè petat, cui absq; eius infamia, & scandalo denegari non potest. Hoc si quidem dubium proposuit *Adrianus q. 3. de Baptism. ad 6. in fine*, illudque indecisum reliquit. In quo casu seruanda est illa generalis regula, & est, si excommu-D nicatus petens sit euitandus, omnino ei denegandum est Sacramentum; Et ratio est, quia cum sit publica, omnibusque nota eius excommunicatio, ex hac denegatione nulla infamia ei oriri potest, imò potius scandalizarentur astantes si sacramentum ei conferri videret. Si autem excommunicatus sit secretus, & non euitandus; tunc si publicè Sacramentum petat, nequaquam ei denegandum erit, ne detrimentum in fama, & honore patiatur, aut ex crimine iam E patefacto contumax fiat. Ità docet *Suarez tom. 5. disp. 10. sect. 2. num. 13.* Et ratio est, quia talis excommunicatus in tali necessitate poterit consistere, vt illud Sacramentum absq; vel prima expolceat, putà si id faciat, ne graue damnum in fama, & honore patiatur; vnde sicut iste non peccat petendo; ità nec minister peccat ministrando.

Adrianus.

Minister tenetur ministrare Sacramentum excommunicato secreto publicè petenti.

Suarez.

Si verò excommunicans secretus, & non euitandus secretò Sacramentum petat; tunc si minister de eius excommunicatione certus existat, tale Sacramentum ei denegare debet, atq; tenetur: Habetur *in cap. cum cum ab homine de sentent. excommunicat. & cap. Si Sacerdos de Officio Ordinar.* Et ratio est, quia indignus est, & male dispositus ad recipiendum Sacramentum; vnde omnino ei denegari debet, quia hoc casu nõ excusat periculum famæ, vel honoris, cum talis denegatio sit omnibus occulta.

Si autem excommunicatus secretus secretè petat debet ei denegare. F

Ex præcedenti doctrina permultorũ G dubiorum resolutio inferri potest. Primo denegare etiam tenetur Sacramentum, si quis excommunicationis vinculo detineatur, & tamen hanc censuram ignoret, cum tamen nota sit ministro. Tunc enim minister tali homini petenti secreto sacramentum debet manifestare censuram, qua est alligatus, præcipuè si illam ignoret ignorantia crassa. Potest autem ignorantia esse duplex, vna est ignorantia Iuris, altera vero est H ignorãtia facti Et vtroque modo cõtingere potest, vt quis censuram iam contractam ignoret. Primò si nesciat ius quo talis censura imponitur, secundo si sciat ius, obliuiscatur tamen obliuione naturali se esse excommunicatum.

Secretè petenti debet etiam denegare ignorãtiam suã excommunicationem

Secundò denegare debet minister sacramentum ei, quem prò certò scit in hæresi versari. Cum enim hæretici sint membra præcisa Ecclesiæ non debent fieri participes illorum sacrorum munerum, quibus fideles vtuntur. Tertiò denegandum est sacramento ei, quem minister prò certò scit esse in statu pec-I cati mortalis, quod intelligẽ si secretè petat. Quartò, si publicus peccator, nullam emendationem de sua praua vita faciens publicè sacramentum Eucharistiæ, postulet, publicè ei denegari debet. Et ratio est, quia nullam iacturam in fama, & honore talis homo per hoc pati potest cum eius peccatum sit omnibus notum, ex quo indignus participatione sacramentorum redditur:

Etiam debet denegare hæretico occulto secreto petenti.

Etiam ei quem minister certo scit esse in statu peccati mortalis.

Peccatori publico etiam publicè petenti denegare debito.

Denique quilibet ministet, sibi ipsi K sacramentum ministrans in sacrificio missæ, cum iam sit excommunicatus, ipso iure fit irregularis, *cap. Latorem, cap. vlt. de Cleric. excom. minist.* Et ratio est, quia ministri Ecclesiæ quatenus tales sunt excõmunicationem violando, grauissimam contumaciam commictunt, propter quam suo ordine, atque officio censentur indigni; vnde ipso facto in-

Sacerdos excommunicatus ministrans sibi ipsi sacramentum, est irregularis.

itre-

A irregularitatem incidunt.

Innocent. *Tabien.* *Suarez.* *Vgolinus.*

Secularis solum susci piens ordines incurrit in pęnā.

Si autem aliquis excōmunicamus sæcularis, aliquod sacramentum, excepto Ordine suscipiat, in nullam pęnam, incurrit, quæ statuta sit à Iure: Ità *Innocentius cap.1.de sentent. excommunicat. in 6.Tabien.1.cap.14.num.22.Suarez, tom.5.disput.10.sect.1.num.5.& alij, quos refert,& sequitur Vgolin.& Tabien. loc. cit.* Et ratio est, quia in iure nulla pœna aut censura,aut irregularitas propter hoc delictum inuenitur stabilita: Neque ibi Iudici specialiter præcipitur, vt talem pœnam huiusmodi delinquenti imponat, quemadmodum notat B *Suar. loc. cit.* Vnde si delictum ex sufficienti probatione constauerit, talis excomunicatus arbitrio Iudicis erit puniendus.

CAPVT XXVIII.

C *Quibus personis debeat minister denegare, quibusuè ministrare Sacramentum.*

Iusti qui dicantur.

ANte omnia præmittendum est,duo esse genera personarum in Ecclesia, sub quibus tàm religiosi, quàm sæculares includuntur. Alij enim sunt iusti, alij vero peccatores. Iusti sunt illi, qui nullum peccatum mortale perpe- D trauerunt, vel si aliquando perpetrarūt, Sacramento pęnitentiæ sufficientique satisfactione illud deleuerūt, vnde gratia Sacramenti postmodum iustificati, iusti appellari promerentur.

Peccatores qui.

Peccatores autem sūt illi, qui in statu peccati mortalis permanent, de quo resurgere minimè curant.

Publicus peccator qui,& quotuplex.

Secretus qui.

Item alius est peccator publicus,& alius secretus.Publicus est ille cuius peccatum omnibus est notum, atq; perspicuum, cuiusmodi sunt publici concubinarij,vel vsurarij,vel publicæ E merertrices.Secretus vero est ille,qui occultè peccat, eiusque peccatum non est publicum. Rursum subdiuiditur tripliciter peccator publicus. Primo enim aliquis dicitur peccator publicus. Iure &,est quando suum crimen in iudicio per propriam confessionem deposuit, vel ex communi testium depositione constar, vel ex sententia Iudicis in iudicio delata. Secundo dicitur quis publicus peccator, quando aliquod delictum coram permultis hominibus cō- F misit; vnde eius delictum appellatur publicum notorietate facti; ad hoc autem vt huiusmodi delictum dici publicum posit,(iuxta *Soti* sententiam,)sufficit si coram decem hominibus perpetretur; *Suarez vero, & Bonacina disp. 2. q.2. punct.1.§.1.n.5.& 6.* censent hoc statuēdum esse arbitrio boni viri. Tertio dicitur quis peccator publicus, quando ex probabilibus indicijs, maior pars Vrbis,Parochiæ,vel Collegij notitiam habuit de delicto, quod aliquis homo ibi G vitam degens commisit.

Sotus. *Suarez.* *Bonacina.*

His præmissis dico primo, quod minister nequaquam denegare debet Sacramentum Eucharistiæ,vel penitentiæ viris iustis, qui in statu gratiæ manent. Imo si sit Parochus adhoc renetur ex officio,& recepturus Sacramentum iustè poterit à suo Pastore illud postulare; Et ratio est,quia homo habet ius ab Ecclesia,vt à proprio Pastore salubrium Sacramentotum pastum exigat, quem ille sine peccato præstare potest. Colligitur H. *ex cap. cum Ecclesia Vlterana de electiòn. Vide Caietan.q.64. art.6. ad secundum Sot.d.1.quæst.5. art.6. con. 3. & 4.Vict.§.30. Syluester ver. suspensio §.t. & verb.Baptism.3.nu.7:Nauarr.cap.14. nu.31.§.15.& Henriquez de Sacrament. in gener.lib.1.cap.30.nu.2.lit.D.*

Caietan. *Sotus.* *Victor.* *Syluest.* *Nauarr.* *Henriq.*

Peccatori publico sēper denegādum Sacramētum.

Dico secundò peccatori publico semper denegandum est Sacramentum, à ministro, tam si priuatim, quam si publicè illud petat.Ità *Viualdus de Sacrament.in gener.cap.3.conclus.1. Henriquez* I *lib.1.cap.30.num.4. lit. O. Chamerota de Eucharist.cap.10.dub.15. Pitigianus dist. 9.q.1.art.15.Filliuccius de Sacrament.in com.tract.1.cap.5.q.12. & tract. 4. cap.9. q.10.Bonacina de Sacrament.in gener.disput.1.q.6.punct.4.proposit.1.& alij communiter.* Et ratio est,quia minister tanquam fidelis dispensator,& prudens,ob reuerentiam Sacramentorum aduertere debet ne prætiosas margaritas mictat in porcos *Matth.7.* sed ita faceret, qui indignis hominibus Sacramenta ministraret; ergo &c. K *Item* sicut Sacerdos grauiter peccaret si Sacramentum *Eu*charistiæ in loco immundo collocaret ità pariter si peccatori illud præberet, cum propter sua peccata, omni corporali ac sensibili spurcitia,sit immūdior. Vnde ob hanc grauem iniuriam, quæ Sacramento fieret,tam minister, quam suscipiens mortaliter peccaret.

Viualdus. *Henriq.* *Camerota* *Pitigian.* *Filliucc.* *Bonacin.* *Matth. 7.*

Dico tertio, quod minister non debet

A bet ministrare Sacramentum peccatori publico, dato quod ipse iam paratus sit in tali indignitate, & praua in dispositione illud recipere; quamuis enim actus interioris efficacis malitia per actum exteriorem subsequentem non augeatur; tamen prudens, ac fidelis minister impedire debet nè huiusmodi actus illiciti, qui Reipublicæ obsunt, exerceantur *D. Thomas 1.2. q.19. art.8. ad tertium DD. in 2. dist.42. vbi Bonauentura, Richardus, Durandus quæst.1. Palac. q. vnic. Capreolus Hyspalens. Gregorius* B *q. vnic. concl.7. Gabriel, Dyonisius Carthusian. dist.40. q.2. Medin. super D. Tho. q.20. art.4. & ibi Caietanus, Conradus, Hugo de S. Victor. lib.1. de Sacramen. par. 14. cap.6. Vega in Concil. Trident. lib.6. cap.37. Henric. quodlib. Cordub. lib.2. q. 18. colun. antepenultima, & q.12. & Henriquez de Sacrament. in gener. lib.1. cap. 30. nu.49.*

Dico quarto, quod minister nec debet ministrare Sacramenrum ei, qui est suspectus de aliquo graui crimine, tam graui suspicione, quæ moralem quandā certitudinem inferat. Ita *Suarez tom.3.* C *de Eucharist. disput.66. sect.6. Rodriquez in summa cap.68. conclus.2. nu.2. Corinchi quæst.80. art.6. num.39. Posseuinus de administratione Sacramentor. cap.5. n.13. & de comunione Sacramentor. cap.8. num. 16. & Bonacina de Sacrament. in gener. disput.1. q.6. punct.4 prop.1.*

Dico quinro, quod neq; ministrari debet Sacramentum illis personis, quæ cum reuerentia illud assumere minimè possunt; imò probabiliter timetur aliqua irreuerentia Sacramento. Huiusmodi autem sunt phrænetici, furiosi, D dementes, demoniaci, infantes, & patientes assiduum vomitum. Vide, *Henriq. loc. cit. & Nauarr cap.8. num* 12. qui sub hoc numero etiam includunt eos, qui de publici peccati scandalo adhuc minime sunt purgati; vnde donec suspicio de crimine porgetur, ad Sacramentum altaris admicti non debent.

Dico quintò, quod si secretus pecca-E tor secretè Sacramētum petat, ei denegandum est à ministro. Colligitur hoc *ex cap. si tantum 6. q.2. & docent communiter DD. Suarez disp.67. sect.3. Henriquez lib.1. cap.30. num.5. Coninch. quæst. 80. art.6. Filliuccius tract.4. de Sacramēt. Eucharist. cap.9. q.11. nu.278. & Bonacina de Sacrament. in gener. disput. 1. q.6. propos.2. punct.4. nu.4.* Quod intelligendum est tam respectu Sacerdotis ministrantis non ex officio, quam Parochi. F Et ratio est, quia minister tenetur non dare Eucharistiam existenti in peccato mortali, quemadmodum docet *D. Th. q.80. art.6. Durandus q.5. Palac. q.4. Nauarrus cap.21. num.55. & Filliuccius loc. cit. q.10. nu.274.* vnde cum occultè Sacramentum denegetur, ex quo nullum detrimentum in honore, vel in fama occultus peccator pati potest; hinc sequitur quod omnino Sacramentum sit denegandum.

S. Thomas. Bonauent. Ricchard. Durandus. Palacius. Capreolus. Hyspalens. Gregorius. Carthusiā. Medina. Caietanus. Conradus. HugoVict. Vega. Henricus. Cordaba. Henriquez.

Grauiter suspecto de crimine, nec debet sacramentum ministrare. Suarez. Rodriq. Coninchus. Posseuinus. Bonacina.

Nec debet ministrari sacramentum cum irreuerentiæ periculo. Henriquez. Nauarrus.

Secreto peccatori etiā est denegandum. Suarez. Hēriquez. Coninchus. Filliuccius. Bonacina.

Dico sextò, quod si minister habuit G noticiam in confessione de aliquo peccato occulto, & in illo adhuc permanēs peccator, Sacramentum occultè petat, regulariter loquendo, non debet ei minister Sacramentum denegare. Ita *Gabriel Palac. Syluester D. Antoninus, & Nauarr. cap.21. nu.55. Filliuccius tract. 4. de Sacrament: Eucharistiæ cap. 4. q.11. nu.178. & Bonacin. loc. cit. contra Tabien. verb. comunicare nu.59.* Et ratio est, quia confessio non debet reddi odiosa, nè homines ea vti pertimescant; sed sic esset H in casu nostro; ergo &c. Tum quia minister peccatum in confessione cognoscens omnibus occultum se habet, vt Deus; vnde extra confessionem non sic se habere debet; sed vt homo cui illud crimen vtiq; occultum esset. *Posset* autem vti minister hac notitia, in confessione habita, non objiciendo directè crimen in confessione expressum, sed allegando aliam iustam causam, & excusationem; ob quam Sacramentum illi I denegat, & hoc modo nequaquam sigillum Confessionis frangeret, quemadmodum communiter docent *Alexāder Alens. Angel. Tabien. Vict. Antoninus, & Nauarrus, quos citat, & sequitur Filliuccius tract. 4. cap. vlt. q.11.* Poterit etiam minister (quemadmodum optimè docet *Bonacin. loc. cit.*) monere pœnitentem in secreto, vt à sumptione Sacramenti se abstinear, dummodo prius ab eo licētiam obtinuerit, vt possint simul de rebus in confessione auditis, colloqui. Et ita non frangitur sigillum Con- K fessionis.

Dico septimo, quod si peccator occultus publicè Sacramentum petat, minister ei ministrare debet. Est communis sententia, quam tenet *D. Thomas 3. p. q.80. art.6. & ibi Coninchus, & Nugn. difficult.1. & 2. Alexand. Alens. q.48. & 49. memb.1. Bonauentor. q. vlt. art. 2. Ricchard. art.2. per 2. q. Suarez, disp. 18. sect. 2. Reginaldus num.62. Sanchez de matri-*

D. Thom. Durandus. Palacias. Nauarrus. Filliuccius.

Gabriel. Palacius. Syluester. Antoninus. Nauarrus. Filliucc. Bonacina. Tabien.

Existenti in mortali cognito ex confessione non potest denegari.

Alexand. Angelus. Tabiena. Victoria. D. Anton. Nauarrus. Filliucc. Bonacina.

Peccatori secreto publicè petenti non potest denegari. S. Thomas. Alexand. Bonauen. Riccardus.

monio

Suarez. Reginald. Sanchez. Nauarrus Syluester Gabriel. Palacias. Antoninus Fillincc. Armilla. Sotus. Rodriq. Vinaldus. Angles.

A *monio lib.3.disp.16.Nauarrus cap.21.nu. 55.& 56.Syluester verb. Eucharistia 3. num.7. Gabriel.Palac.& Antoninus,quos citat Filliuccius d.cap.9. Armilla verb. Eucharistia num.22.& 27.Sotus in 4.dist. 12.q.1. art.6.Rodriquez in summa capit. 68.conclus.4.n.4.Vinaldus de Sacram. in gener.cap.3.num.12.concl. 2. Ioseph Angles de Eucharistia q.2.art.4.conclus.1.Pitigianus dist.9.q.1.art.15.Graffius lib.2. decis.cap. 18. Chamerota de Eucharist. dub.16.Valentia tom.4. disput. 6.quæst. 8 punct.3.vers.4.Henriquez de Sacrament. in gener. lib.1. cap.30. num.5. Posseuinus loc.cit.Bartholomæus ab Angelo dia-*
B *log.4.§.36.Filliuccius tract.4.cap.9.q.10. & Bonacina de Sacram.in gener.disp.1.q. 6. punct.4.propos.2.* Ac denique colligitur hoc ex cap.si tantum, cap. placuit, & cap.Sacerdos de offic.ordinar.

Pitigianus Graffius. Chamerot. Valentia. Hẽriquez. Posseuinus Barthol. Fillinceius Bonacina

Probatur rationibus

Prima ratio

Possunt autem ad huius sententiæ comprobationem per multæ rationes adduci. Prima est, Nam Christus, in cæna non denegauit Iudæ Eucharistiam, quem sciebat esse peccatorem, & tamẽ, illi Eucharistiam ministrauit, quia cum cæteris Apostolis publicè venit ad cænandum. Quem Christus ad manducãdum panem vitæ non induxit, sed vt
C indigne manducaret suum corpus Dominicum tantum permisit. Quod autẽ Iudas verè comunicauerit docet *D.Th. q.81.art.2.& probant ex comuni SS. Patrum consensu, Henriquez de Sacrament. cap.58.lit.E.& lib.1.cap.30.nu.5. lit.R. & Filliuccius tract.4.cap.9.q.10.n.274.*

S.Thomas Hẽriquez Filliuccius

2. ratio.

Secunda ratio est, quia, si minister publice Sacramentum denegaret occulto peccatori, eius facinora quodammodo manifestarentur; vnde graue dam-
D num in honore, & fama pateretur, & publicum scandalum ex tali actu in astantibus oriretur. Ad euitanda igitur hæc mala, concedendum est illi Sacramentum. Et tunc minister non cooperatur eius peccato, sed tantum permittit illum peccare, quemadmodũ Christus permisit, vt Iudas sacrilegium committeret, suum sacratissimum corpus ei tribuens ad manducandum.

Filliuccius

3. ratio

E Tertia ratio est illa, quam affert *Filliuc.loc.cit.* Ad bonum (inquit) Ecclesiæ gubernatorem pertinet, vt bona comunia à comuni ministro, non secundum priuatam, sed publicam scientiam distribuantur, alioquin permulta scandala, perturbationes, infamiæ, & iniuriæ sequerentur, nam quilibet minister malus posset aliquem fidelem infamare de occulto crimine, Sacramentum ei publice denegando. Ergo &c. Quarta est, quia intolerabile quodam onus imponeretur ministro, ad comprobandum in iudicio, verum esse crimen illius hominis, cui Sacramentum publice denegauit, vide *Bonacin.de Sacrament.in gener.disp.1.q.6.punct.4.propos.2.* F

4. ratio

Bonacina.

Dico octauo, quòd si peccator occultus publice Sacramentum petens, possit absq; scandalo, & infamia repelli, minister ei Sacramentum denegare tenetur. Ità *Nugnus, & Coninchus locis cit. Suarez disput.67.sect.4. Vinaldus de Sacrament.in gener.cap.3.nu.12. Victor.de Eucharist.conclus.80.& alij, quos citat, & sequitur Bonacin.loc.cit.nu.4.& 5.* Et ratio est, quia absoluta, atq; vnica causa, cur occulto peccatori publice Sacramentum petenti, sit concedendum; est, ne detrimentum graue infamaę, & honore patiatur; vnde cessante hac causa, cessat simul, & effectus.

Nugnus Coninchus Suarez. Vinaldus Victoria Bonacina

G

Parochus extra confessionem cognoscens impedimentum dirimens matrimonium debet illud impedire etiã si publicè petant.

Dico nonò, quòd si Parochus extra confessionem nouerit impedimentum occultum, ob quod contrahentes non possent se in matrimonium coniungere; & tamen publice petant à suo Pastore, vt coniungantur; ipse tenetur hoc impedire matrimonium, ne contrahẽtes in perpetuo damnationis statu permaneant, quem videlicet statum Sancta Ecclesia euitare curat. Colligitur ex *Concil.Trident.de reformat. sess.24. cap. 1.de clandest.matrimon. leg.2. fin. Ibiq; Gregor.Lop.tit.3. par.4. Michael Medin. lib.5.de sacror.homin.continent.lib.4.controu.7.cap.26.controuers.10.cap.7. Sotus dist.28.q.1.2.ad secundum, & 3.art. Couarruuias 2.par.sponsal.cap.6. princip n. 7.& Henriquez de Sacrament. in gen.lib. 1.cap.3.nu.6.*

H

Concil.Tr. Gregor. Michael Medin. Sotus Couarruu. Hẽriequz.

I

CAPVT XXIX.

Queritur quinam sint peccatores publici, quibus semper Minister denegare debet Sacramentum.

K

Peccatores publici qui sint.

Dictum est in superioribus peccatores publicos tam publice, quã secrete repellendos esse à Sacramentorum sumptione, tum quia si minister aliter faceret, ageret contra proprij officij obligationem, qua tenetur Sacramen-

A menta dignis, non autem indignis tri-
buere; tum quia cooperaretur peccato
eius, qui indigne suscipit; quemadmo-
Suarez, dum docet *Suarez disp.18.sect.2.& disp.*
Filliuccius *67.sect.2.& Filliuccius tract.4. cap.9. q.*
*10.*qui hanc esse comunem opinionem
contestantur. Quapropter scire opor-
tet, quinam sint illi peccatores publici
quibus minister tam publice quam se-
crete, Sacramentum denegare debet.

1 Dico igitur primo peccatores publi-
Histriones cos, esse hystriones, turpes comædias
B recensentes, & repræsentantes. Ità *Ale-*
Alex. Alē. *xander Alens.q.48.& Filliuc.loc.cit.* Si
Filliuc. autē illas comedias absq; peccato mor
Palacius. tali repræsentant, non eis est denegan-
Nauarrus, dum Sacramentum, quemadmodū do-
Filliuc. cet *Palac.q.4.conclus.4.*Secundo pecca-
2 tores publici, sunt illi, qui in torneamē-
Exercētes tis frequenter se exercent, ex quibus se-
se in torne- quuntur cædes, ac vulnera; *Nauarrus c,*
amentis *15.num.9.Summistæ verb. Torneament.*
3 *& Filliuccius loc.cit.*Tertio Parasiti, qui
Parasiti in proximorum præiudicium, & infa-
C miam, dicterijs vtuntur, *cap.tres sunt de*
Nauarrus. *pœnitent.11. ibiq; Nauarrus num.16. &*
4 *cap.14.num.31.* Quarto aleatores, qui cū
Aleatores, sint personæ Ecclesiasticæ sacros ordi-
qui sint per nes habentes, notabilem nummorum
sonæ eccle- quantitatē ludunt, *Nauarr.cap.20. num.*
siastica. *5.& 6.& Filliuccius loc.cit.* quinto me-
5 retrices publicæ quæ omnibus personis
Meretrices corpora sua exponunt. Sexto publici
6 vsurarij. Septimo publici concubinarij.
Publici vsu Octauo mulieres, quæ fuco, & ornatu
rarij. vano, ob turpem, & inhonestū finem
D vtuntur, *Nauarr.cap.23.num.19. & 20.*
7 *Filliuccius loc.cit.* Nono hæretici. Deci-
Publici Cō mo excommunicati à Summo Pontifi-
cubinarij. ce, vel per cedulones, vel publici per-
Nauarrus cussores Clericorum. Vndecimo omnes
Filliuc. illi, qui de aliquo crimine graui, atq;
9 scandaloso in publico iudicio, vel ex
Hæretici de positione testium fuerunt conuicti,
10 de quo nullam pœnitentiam egerunt.
Excommu Duodecimo; qui non absque periculo
nicati à Sū choreas cum fœminis comuniter exer-
mo Pontifi cent *Nauarrus cap.23.num.123. & Fil-*
ce. *liuccius d.cap.9.q.10.num.276.*

E Dico secundo, posse, dici peccato-
11 ros publicos eos, qui aliquam proba-
Conuicti in bilem suspicionem de graui crimine de
iudicio de derunt, ità vt ex tali suspicione, mora
graui cri- lis quædam certitudo oriatur, *Suarez*
mine de quo *loc. cit.& alij communiter.*
pœnitentiā Quæres primo, An illi, qui in Ciui-
non egerūt tate Neapolis fuit peccator publicus, &
postmodum in Vrbem Romæ venit, vbi
occulta sunt eius peccata, denegandū
sit sacramentum à ministro, qui scit in F
Patria eius talem hominem esse publi- 12
cum peccatorem. Adhoc nonnulli re- *Choreas es*
spondent, & dicunt, nullo modo ei mi *periculosi*
nistrandum esse sacramentum. Ità *Sua-* *fœminis ex*
rez dispu.7.sect.5.conclus.3. & Bonacina *cuntes.*
*disput.1.q.6.punct.4. num.12.*Qui hanc ra *Filliuc.*
tionem adducunt, talis enim homo cū *Nauarrus*
iuridice amiserit famam ex manifesta- *Suarez.*
tione, & diuulgatione proprij delicti in *Suarez.*
patria sua amisit Ius suæ famæ, & hono- *Bonacina*
ris; vnde Sacerdos ei sacramentum de-
negans, nullam iniuriam facit, præci-
puè cum adhoc agendum ex iusta cau- G
sa inducatur. Sed ego existimo huiusmo
di homini in tali casu concedendum es
se Sacramentum dummodo non timea-
tur eius peccatum etiam Romæ esse ma
nifestandum. Ità docet *Sotus dist.12.q.1,* *Sotus*
art.6.Coninchus super D.Thom.q.80.art. *Coninch.*
6.num.34.Nugnus ibid. difficult.3.Henri *Nugnus*
quez de Eucharistia cap.57. Chamerota de *Henriquez.*
Eucharistia cap.10.dub.15.Ledesma q. 21. *Chamerot.*
Cano, Penna, & Fr. Ambrosius quos *Ledesma.*
citat, Henriquez loc. præallegat. in *Cano.*
commen.lit.A. & alij recentiores com- *Penna.*
muniter. Et ratio est, quia peccatori *Henriquez.*
occulto publicè sacramentum petenti, H
nunquam est denegandum, ne grauè
detrimentum in fama, & honore patia-
tur, quemadmodum omnes DD. cōmu
niter docent, quos in præcedenti cap. ci
tauimus, sed huiusmodi homo, quam-
uis sit publicus peccator in patria sua,
tamen in Ciuitate Romæ, vbi nunc ho
spitatur, est peccator occultus, quia
eius peccatum, non omnibus, aut ma-
iori parti ciuium, sed solum ministro
est notum; ergo ei ministrari debet Sa-
cramentum, dummodo non sit proba- I
bilis suspicio, quod eius peccatum in
cognitionem Ciuium Romanorum sit
venturum. Ad rationem autem aduer-
sariorum respondemus, hunc hominē
amisisse ius famæ, tantummodo in Pa-
tria sua, vbi peccatum est publicum,
non autem in cæteris Ciuitatibus, vbi
peccatum est occultum. Vnde sicut non
licet peccatum alterius verbis manife- K
stare in loco vbi est occultum, quemad *Toletus.*
modum docent *Toletus, & alij*, ità nec *Ad euitan*
denegatione Sacramenti. *dam mor-*
Quæres secundo, An minister possit *tem potest*
licitè ministrare Sacramentum publico *minister sa*
peccatori, ad euitandam mortem, quā *cramentū*
probabiliter timet sibi superuenturam, *peccatori*
nisi sacramentum administret puta si *publico mi*
denegando Sacramentum, adeo ani- *nistrare se-*
mum peccatoris ad odium concitet, vt *cluso scan*
paratus *dalo.*

A paratus sit ipsum ministrum interficere. Ad quod negatiuè nonnulli respondent, quos tacitis nominibus recensent *Nugnus*, & *Bonacina* locis infrà citandis. Sed probabilior, ac verior sententia est si dicatur, in tali casu posse ministrum licitè sacramentum ministrare ita *Suarez disp. 67. sect. 1. ad fin. Nugnus 3. par. q. 80. artic. 6. difficult. 4. & Bonacina, de Sacramentis in gener. disp. 1. q. 6. punct. 4. propos. vlt. nu. 14.* Quod intelligēdum est iuxta horum *DD.* doctrinam, secluso scandalo actiuo, quod
Suarez. Nugnus. Bonacina.

B à ministro semper est euitandum. Ratio autem quæ hanc sententiam affirmatiuam nobis suadet est, quia regulariter loquendo in tantum peccatori publico publicè petenti Sacramentum denegatur, occulto vero peccatori publicè petenti conceditur, adhoc, s. ne occultus bonam famam amictat, publicus vero, quia eam iam amisit nullam iacturam in honore ex hoc pati potest, alioquin ei pariter concederetur. Ergo si conceditur Sacramentum personis indiguis
C ad saluandam earum famam. ergo pariter licitum erit ministro Sacramentū publico peccatori ministrare, vt propriam vitā saluare possit. Honor enim, & vita, (quemadmodum in lege Ciuili habetur) pari passu deambulant.

Quæres tertiò si peccator publicus publicè Sacramentum petat, an minister licitè possit ei hostiam non consecratam tribuere, fingens eam esse consecratam: Ad hoc respondeo negatiuè,
D etiam si minister hanc fictionem ipsi peccatori prius manifestauerit. Ita *Bonacina disp. 1. q. 6. punct. 4. proposit. vlt. nu. 15.* Et ratio est, quia hoc agens præbet cæteris fidelibus occasionem idolatrandi, omnes enim, qui missam audiunt Sacramentum Eucharistiæ adorare ac profunda reuerentia colere assolent; vnde in tali casu adorarent purum panem, quem Sacerdos publica actione fingeret esse verum Christum. Hinc grauius peccat, qui missam celebrat, & fin-
E git consecrare Eucharistiam, cum verè non consecret, quam si in peccato mortali existens, verè conficeret, *D. Thom. 3. par. q. 80. art. 6. ibiq; Suarez disp. 67. sect. 4. Graffius lib. 2. decis. cap. 38. num. 37. Valentia tom. 4. disp. 6. q. 8. punct. 3. & Bonacin. loc. cit.*
Bonacina. D. Thom. Suarez. Graffius. Valentia. Bonacina.

Quæres quartò, An si peccator occultus Sacramentum publicè petat, sed solummodo coram illis personis, quibus eius peccatum est notum ac manifestum, debeat nè minister Sacramētum
F petitum conferre. Respondeo negatiuè. Et ratio est, quia in tali casu, quāuis hic peccator dicatur occultus absolutè; tamen habetur, vt peccator publicus respectiuè; peccatori autem publico publicè petenti denegandum est Sacramentum. Deinde nullum detrimentum in fama, & honore huiusmodi homo ob hanc denegationem pati potest, cum eius peccatum notum sit illis corā quibus denegatur Sacramentum. Secus autem dicendum est, si permultè aliæ
G personæ adstēt, quibus peccatum petētis est occultum, tunc enim habetur vt peccator secretus, peccatori autem secreto publicè petenti, Sacramentum denegari non debet, *Suarez disput. 7. sect. 5. conclus. 3. Coninchus loc. cit. & Bonacina de Sacramentis in gener. disp. 1. q. 6. pun. 4. prop. vltima nu. 13.*
Suarez. Coninchus Bonacina.

Quæres quintò, ac vltimo. An minister administraturus aliquod Sacramētum inquirere debeat de statu, atq; conditione illarum personarum, quibus
H Sacramentum est administrandum. Ad hoc patet responsio, si inductio agatur ex singulis Sacramentis. Quandocunq; enim ministratur Sacramentum Baptismi, inquirendum est de fide baptizādi si sit adultus, si vero sit infans sufficit si baptizetur in fide parentum. Si ministretur confirmatio inquirendum esset, an susceperit baptismum, & an habeat fidem de his, quæ ad vnumquemq; Christianum pertinet scire. Sed hæc præsu-
I muntur adesse in eo, qui ad Confirmationem suscipiendam accedit. Si ministretur Eucharistia, sufficit si minister nullam habeat cognitionem, quod talis homo sit in statu peccati. Tunc enim, quia non constat eum esse malū, præsumitur esse bonum, *Sotus in 4. dist. 12. par. 1. art. 6. Suarez disput. 67. sect. 4. conclus. 1. Henriquez de Sacramentis lib. 1. cap. 30. num. 6. Bartholomæus ab Angelo Dialog. 4. §. 46. & Bonacina loc. cit. nu. 17.* In tempore autem paschatis inqui-
K rere debet minister, an talis homo sit, sub eius iurisditione, tunc enim vnusquisque à proprio Parocho Eucharistiæ sacramentum suscipere debet. Item si ministretur pœnitentia, vel extrema vnctio, sufficit, si ministro non constet, petentem esse indignum, tunc enim censetur dignus. Si ministretur Ordo præcedere debet examen circa scientiā ordinandorum, an habeant aliquod impedimentum, quo ad sacros ordines
Sotus. Suarez. Henriq. Barthol. ab Ang. Bonacina.

T pro-

A promoueri non possint, ac denique omnes perquisitiones, agendæ sunt tam in ordinis, quam Matrimonij sacramento, quas fieri præcipit Concilium Tridentinnm, de vnoquoque Sacramento pertractans.

CAPVT XXX.

B

An liceat petere Sacramentũ à Ministro, improbo; qui administraturus in peccato mortali.

S. Thomas. Du andus. Paludanus. Ricchard. Syluester. Suarez.

AD propositam qnæstionem, cnm quadam distinctione respondendum est iuxta *D. Thomæ* doctrinam, quam pleriq; DD. sequuntor, vt *Durandus in 4. dist. 5. q. 2. & Paludanus q. 3. art. 1. Ricchardus art. 3. q. 4. Syluester ver. Baptismus 3. num. 7. & Suarez super 3. par. D. Thom. q. 65. art. 4. disput. 18. sect. 1.* C Alius est enim minister roleratus ab Ecclesia, & hic, est, qui non est propter hæresim præcisus, vel à ministerio Sacramentorum pœna excommunicationis susponsus. Alter est, qui, vel est præcisus, vel à prædicto ministerio suspensus, & hic non toleratus appellatur. His positis atque præmissis.

Dico primò, quod licitè potest quis D propter necessitatem, vel rationabilem vtilitatem, Sacramentum perere à ministro toleraro, habente iurisdictionem, etiam quòd ipse administraturus sit in peccato mortali. Est comunis Theologorum sententia *D. Thomas 3. par. q. 64. art. 6. ad secundum, & q. 82. art. 9. Suarez disp. 18. sect. 1. Sanch. lib. 7. de matrimon. disput. 9. num. 8. Durandus in 4. dist. 5. q. 2. Paludanus q. 3. art. 1. Ricchardus art. 3. q. 4. Syluester verb. Baptismus 3. nu. 7. Taletus lib. 1. cap. 88. Coninchus super D. Tho. q. 64. art. 6. dub. 2. Bartholomæus ab Angelo dialog. 1. de Sacrament. §. 49. Petrus Ledesma de Sacramentis in communi cap. 6. versicul. La vndecima conclusione, Henriquez de Sacrament. in gener. lib. 1. cap. 23.* E *nu. 1. & cap. 30. num. 1. Reginaldus lib. 26. nu. 64. Pitigianus dist. 5. q. 2. art. 2. Sayrus de Sacramentis in gener. lib. 2. cap. 8. q. 1. art. 2. 3. & 5. Valentia tom. 4. disput. 3. q. 5. punct. 3. Chamerota cap. 2. dub. 6. Viualdus de Sacramentis cap. 3. nu. 13. Naldus verb. Sacramentum nu. 5. Fillinccius trac. 1. cap. 8. q. 6. Nugnus, quem citat, & sequitur Bonacina de Sacrament. in genere disp. 1. q. 6. punct. 5. proposit. 1.* F Et ratio est, quia, Quicunq: vtitur iure suo, nemini iniuriam facit *l. iniuriarum. ff. de iniuriis*, sed in casu nostro petens Sacramētum, iure suo vtitur quia videlicet rem sanctam, & iustam petit sibi necessariam, vel vtilem ad spiritualem salutem, quam Deus propter hunc finem instituit; ergo nullo modo peccat petens ab improbo ministro in morrali peccato administraturo; qnia & ipse minister non ex necessirate peccat sed spontè; cum dignè posset illud Sacramentum admiuistrare, si vellet. G

S. Thomas. Suarez. Sanchez. Durandus. Paludanus. Ricchard. Syluester. Toletus. Coninchus. Bart. ab Ang. Pett. Ledesm. Henriquez. Reginald. Pitignan. Sayrus. Valentia. Chamerota. Viualdus. Naldus. Filliuct. Nugnus. Bonacin.

Ex prædicta doctrina opportunè colligunt DD. quod qnis habet ex iure, vt in extrema necessitate vitæ corporalis, possit alienum diripere inuito Domino, ad suam refocillandam vitam, possitq; pro necessaria defensione inimicũ inuadentem interficere. *Caietan. 2. 2. q. 68. art. 4. Sotus lib. 6. inst. q. 1. art. 5. lib. 9. q. 2. art. 3.* H *Durandus in 3. dist. 37. q. 4. Paludanus Dyonis. Carthusian. q. 3. Nauarr. cap. 14. nu. 27. & nu. 31. lit. F. §. 21. cap. 17. nu. 263. Antoninus 2. par. tit. 1. cap 9. §. 14. Henriquez lib. 1. de Sacrament. in gener. cap. 30. num. 1. & Bonacin. disput. 1. q. 6. punct. 5. propos. 1.* Qui communiter docēt, licere alicui in exrrema vitæ necessitate, vel in periculo honoris petere necessarium mutuum ab vsurario, offerendo ei ininstum lucrum, cum præcognouerit gratis non mutuaturum.

Caietanus. Sotus. Durandus. Paludanus. Carthus. Nauarrus. Antoninus. Henriq. Bonacina.

I Dico secundò, quod non potest quis licitè petere Sacramentum à ministro non tolerato ab Ecclesia, idest excomunicaro vel hæretico. *Ità D. Thomas 3. par. q. 64. art. 6. & q. 82. art. 9. Durandus in 4. dist. 5. q. 2. Paludianus q. 3. art. 1. Vasquez de censuris dubio 3. n. 2. Henriquez lib. 13. cap. 6. nu. 3. Nauar. cap. 9. num. 10. Syluester verb. Baptismus 3. nu. 7. Suarez disput. 21. sect. 4. Valentia tom. 4. disput. 7. q. 11. Sayrus lib. 2. cap. 2. num. 9.* quamnis contrarium sentiant *Sanchez de matrimon. lib. 7. disput. 9. num. 8. Sotus in 4. dist. 22. q. 1. Lopez, Ledesma, Driedo, quos citat, & sequitur Bonacina de censuris disp. 2. q. 2. punct. 1. §. 3. proposit. 2.* qui vnanimiter tenent, posse aliquem absq; peccato mortali, Sacramentum petere ab excomunicato tolerato. Mihi vero illa prima opinio probabilior, ac tutior videtur; Cuius fundamentum est, quia talis minister, non solum est daturus iniquè Sacramentum, sed nec potest licitè

S. Thomas. Durandus. Paludanus. Vasquez. Henriq. Nauarrus. Syluester. Suarez. Valentia. Sayrus. Sanchez. Sotus, Lopez, Ledesma, Driedo. Bonacina.

dare

A dare,cum non habeat iurisdictionem.
Dico tertio in casu necessitatis idest
in articulo mortis, quando non adest
alius minister idonior, posse aliquem
Sacramentum petere absq; culpa mor-
tali,à ministro non tolerato. Quod in-
telligendum est tantummodo de Bap-
tismo,& Pœnitentia,quæ sunt necessaria
Augustin. ad salutem. Quoad Sacramentum Bap-
tismi siquidem docet *D. Augustin.lib.* 1.
B *de Baptism.c.*2.& habetur in *cap. si quē*
Vrban. II. *forte* 24. *q.*1. & colligitur ex *Vrbano II.*
Gratianus. *in quadam Epistol. & ex Gratiano post c.*
Glosa *præter* §. *ad hoc dist.*32. Quoad pœniten-
Abbas. tiam vero, quamuis partem negatiuam
Alphons. teneat *Glosa in cap.præter hoc* §. *Adhoc,*
Castr. *verb.per manus dist.*32. *Abbas in cap. non*
*est de consulatib.nu.*9.*& Alphonsus à Ca-*
*stro lib.*2.*de iust.hæretic. punition. c.*23.
Nihilominus partem affirmatiuam co-
munis sententia tenet. Ità *Paludanus in*
C 4.*dist.*25.*q* 1.*& ibi maior q.*1. *Durandus*
Paludanus *dist.*19.*q.*2.*Capreolus ad argumenta con-*
Maior. *tra tertiam conclusionem Armilla verb.*
Durandus *absolutio* §.12.*Syluester verb. confessio* 3.
Capreolus. *q.*2.*& verb.confessor* 1.*q.*20.*& confessor*
Armilla 3.*q.*6.*Cano relection. de pœniten. par.* 5.
Syluester. *Victor.in summa* 4.*nu.*328. *Nauarrus* 271
Cano *nu.*272. *Ruardus art.*3.*contra Luther. &*
Victor. *Suarez tom.*5.*disp.*11.*sect.*1.*nu.*15.
Nauarrus. Dico quarto extra casum necessita-
Ruardus tis,vel rationabilis vtilitatis,non licere
Suarez. alicui,aliquod Sacramentum petere ab
improbo ministro etiam ab Ecclesia
D tolerato,qui administraturus esset in pec-
Sotus. cato mortali.*Sotus in* 4.*dist.*1. *q.*5.*art.*6.
Suarez *Suarez tom.*3.*disput.*18.*sect.*2. *Reginald.*
Reginald. *lib.*1. *nu.*165. *& alii communiter*,quos in-
exordio *præsentis cap.vers.*Dico primo
citauimus. Et ratio est, quia ex ordine
charitatis tenemur ruinam spiritualem
proximi euitare in quantum possumus,
sed qui seclusa necessitate, vel rationa-
bili vtilitate Sacramentum petit ab eo,
qui administraturus est in peccato mor
E tali,hanc ruinam cooperatur, quia tūc
cum nulla immineat rationabilis cau-
sa;non permittere, sed magis inducere
videtur; ergo &c.
Dico quinto hominem ius habere
ab Ecclesia,vt à proprio Parocho etiam
peccatore salutarium Sacramentorum
Caietanus. cibum exigat. Colligitur ex *cap. cum*
Sotus. *Ecclesia Vulterana de election. & commu-*
Syluester *niter docent DD. Caietanus q.*64. *art.*6.
Victoria *ad secundum Sotus dist.*1.*q.*5. *art.*6. *con-*
Nauarrus. *clus.*3.*&* 4.*Victor.*§.30. *Syluester verb.*
Hēriquez. *suspensio* §.1.*& verb.Baptism.*3.§.7.*Na-*
*uarrus cap.*14.*nu.*31.§.15.*& cap.*9.*nu*7.

& Henriquez lib 1.*de Sacrament. c.*30. F
*nu.*2. Quod intelligendum est,si nō ha-
beat alium ministrum, à quo Sacramē-
tum habere possit. Nam si faciliter aliū
inuenire possit , qui ministraturus est
absq; peccato , ab hoc siquidem mini-
stro tenetur recipere Sacramentum , &
non à proprio Parocho, quem proba-
biliter conijcit administraturum esse
in peccato mortali. Ita *Sotus* 6.*de iustit.* *Sayrus*
*quæst.*1.*art.*5.*Nauarrus cap.* 14. *num.*28. *Filliuce.*
*Sayrus loc.cit.art.*3. *Henriquez de Sacra-* *Bonacina &*
*mentis in genere lib.*1.*cap.*30. *nu.*2. *lit.E.* G
Filliuccius,quem citat, & sequitur Bona-
cina de Sacramentis in genere disput. 1.*q.*
6.*punct.*4.*proposit.*2. Et ratio est,quia
vnusquisq; ex ordine charitatis in quā-
tum commode potest,euitare debet dā-
num proximi,& præcipue spirituale ;
vnde si faciliter suæ necessitati, vel vti-
litati satisfacere potest ab alio ministro
Sacramentum petens; ad quid propriū
parochum inducere, vt in mortali pec-
cato ministretur: Posset autem licite ab
improbo Parocho suo petere , si alium H
ministrum faciliter inuenire nō posset,
præsupposita tamen aliqua necessitate ,
vel rationabili vtilitate: Ita *Caietanus,*
*Sotus Paludanus dist.*5. *q.*3.*art.*1.*Scotus* *Caietanus,*
q. 2. *Ricchardus art.*3.*q* 4. *Durand.q.*2. *Sotus,*
*num.*7.*Adrianus de Baptism.q.*3: *& Hē-* *Paludanus,*
*riquez d.cap.*30.*num.*2.*lit.F.& alij DD.* *Scotus,*
locis cit. *Ricchard.*
Dico sexto in tempore Paschatis, in- *Durandus*
bilæi , vel alicuius festi præcipui posse *Adrianus,*
hominem suum Parochum compellere *Henriq.*
ad ministrandum sibi Sacramentum I
pœnitentiæ, & Eucharistiæ , dato quod
Parochus administraturus sit in pecca-
to mortali , dummodo ipse pœnitens
alium ministrum faciliter nō inueniat.
Ita docet *Nauarrus cap.* 25. *num.*131. *&* *Nauarrus*
Henriquez lib. 1. *de Sacrament. cap.* 30. *Henriq.*
num. 2. *liter. G.* Quemadmodum (in-
quiunt)licitum est propter commodum
temporale;iuramentum per Idola,à vi-
ro infideli,& idolatra exigere *Caietanus* K
2.2.*q.*89.*art.*6. *Sotus lib.*8. *iustit. q.*2.3. *Caietan.*
*col.*3 *art.* 4.*ad* 2.*Nauarr.cap.*14.*num.*31. *Sotus.*
*lit.F. Syluester iurament.*4.§.4. *Armilla* *Nauarr.*
§.8.*Corduba lib.*1.*quæst.*38.*p.*321. *Conar-* *Syluester:*
*ruuias cap.quamuis pact.*1.*p.*§.1.*num.*6. *Armilla.*
& Henriquez loc.cit. *Cordub.*
Dico septimo,posse hominem à quo- *Couarr.*
cunq; ministro habente iurisdictionem *Henriq.*
Sacramentum petere. Et tunc non opus
est inquirere,an ille minister sit probus,
vel improbus,nam dum non constat eū
esse improbum,& administraturum in
T 2 pec-

A peccato mortali, præsumitur esse bonū & administraturum in gratia. *Nauarr. Sotus*, quos citat, & sequitur *Henriq. loc.cit.num.3.& Bonacina de Sacramens. in gener. disput.1. q.6. punct.4. propos. 2. num.5.*

Henriquez. Bonacina.

Ampliatur autem hæc regula, vt locum habeat etiam in ministro, qui paulo antea aliquod peccatum commisit, sed emendatio moraliter speraretur; veluti si quis viderit aliquem Sacerdotē peccantem, potest ab eo licitè petere B Sacramentum, dummodo probabiliter conijciat talem Sacerdotem dignè administraturum esse Sacramētum, actum contritionis eliciendo. Si vero probabiliter timetur illum ministrum indignè esse administraturum, puta si sit concubinarius, tunc extra necessitatem, vel rationabilem vtilitatem, non licet ab eo petere Sacramentum. Ita *Suarez disput. 18.sect.1. Vazquez de pœnitent.q.93.art.1. dub.2.& 14. Henriquez loc.cit. Nauarrus, Sotus, Reginaldus num.167. Coninchus q.64.art.6.num.45.* C *Sayrus lib.2.de Sacramentis in gener.cap.8.q.1.ar.2. Pitigianus dist.5.q.2.art.2.vers.2. Bonacina loc.cit. num.6.*

Suarez. Vazquez. Henriquez. Nauarrus. Sotus. Reginaldus. Coninchus. Sayrus. Pitigianus. Bonacina.

CAPVT XXXI.

De his, quæ minister Sacramentorum euitare debet.

D PErmulta à ministro in Sacramentorum administratione sunt euitanda, quæ hic recensere, & enumerare oportet. Vnde

Dico primo, quod non licet vti Sacramento ad explorandum aliquod peccatum occultum pœnitentis; vnde minister si sit Iudex Ecclesiasticus non potest suum subditum ad faciendam confessionem inducere, vt in ipsa confessione cognitionem habeat de peccato, de quo dubius est. *Ledesma 2.part.* E *q.10. art.3. dub 2.& vlt. Henriquez de Sacramentis lib.1.cap.30.num.7.* vide *Sotum lib.5. instit. quæst.6.art. 2.rel. secret. membr.3.q.4.conclus.5.& Nauarr.cap.7. num.3.*

Ledesma. Henriquez. Sotus. Nauarr.

Dico secundo, neque licere aliquem hominem ad sacram communionem inducere, vt ex hoc probetur, verum ille sit in peccato, vel in gratia. Ita *Sot.loc. cit.& Henriquez d.cap.30.num.7.lit.D.* Colligitur ex *can.consuluisti 2. q.4.* & ex *Augustino sermon. 16. de verbis Domin.* F *contra Alexandr. 4. part. q.39. membr.2. art.2. & Adrian. quodlibet 3. art. 3.* qui putant hoc licitum esse. Antiquitus autem erat licitum, vt patet ex *cap.sæpè cōtingit 2.q.5.* ex *Concil.Vuormat.* sed iam abrogatum est. *D.Thomas dist.9 art.5.1. & 3.part.quæst.8.art.6. Sotus dist. 12.q.1. art. 6. ad 3. Tabien. verb. communicare §.14. fin. Ledesm.q.21.* & alij apud *Henriquez num.7. liter.C.*

Sotus. Henriquez. D. August. Alexander. Adrianus. Con. Vuor. D.Thomas. Tabiena. Ledesma.

Dico tertio, quod minister, qui est concubinarius publicus non debet aliquod Sacramētum ministrare, aut missam G celebrare, non solum ad euitādum sacrilegium, quod ipse committeret, quia indignè ministraret; sed etiam ne præbeat fidelibus occasionem contraueniendi illi mandato Ecclesiastico, quo prohibentur, à concubinario publico missam audire, vel Sacramentum recipere. Patet ex *cap.nullus, & cap.præter dist.2. & ex cap.vlt. 15.q.8.* & habetur in *cap.vestra, & cap.vlt.de cohabitat. Cleric.& mulier.* Quod nimirum præce- H ptum omnes personas ligasse tradit *D. Thomas 3. part. q. 82. art.9. ad 3. & quodlib.11.art.8. Syluester verb.concubinarius §.4. & verb. excōmunicatio 5.§.7. Nauarr.in summa cap.25. num.80.*

D.Thomas. Syluester. Nauarrus.

Dico quarto, quod minister debet cauere nè habeat intentionem deprauatam circa Sacramenti abusum; veluti si conficeret Eucharistiam, vt venenum Sacramento admixtum alicui porrigat, vel puellam infidelem baptizaret, vt cū ipsa stuprum committeret; tunc enim I quamuis Sacramentum conficiat; tamē grauissimè peccat. Vide *Alexandr. Alēs. quæst.23. memb.1. art.12. D.Thom.q.64. art.vlt. & Angles de Sacrament.in gener. q.vlt.art.8.difficult.5.conclus.2.* Si vero intentio deprauata, sit circa essentialia Sacramenti, veluti si quis baptizaret nō intendens baptizare, sed decipere baptizandum, tunc profectò non conficit Sacramentum, quia ibi deest recta intentio, quæ est de essentia Sacramenti. *Alexand. D. Thom.loc.citat.& Angles d.* K *art.8. conclus.1.*

Alexander. D.Thomas. Angles.

Dico quinto, quod Sacerdos dum habet conscientiam peccati mortalis, subsistente hoc impedimento, nullum Sacramētum ministrare debet, alioquin mortaliter peccaret. Si autem petitione, & nimia importunitate alicuius hominis ad indignè ministrandum fuerit inductus, tàm ministrans quàm ille cui ministratur, mortaliter peccat. Sed le-

uius

A uins peccat minister, quam qui ipsum ministrum ad ministrandum indignè Sacramentum inducit. Ita *D.Thomas 3.part.quæst.64.art.6.ad 3.art.9.ad 1.Ledesma quæst.5. Victor.§.90.Magister sent. in 4.dist.5.ibique DD.Scotus, Bonauĕtura, Riccardus, Durandus, Paludanus, Gabriel, Adrianus, Cauarruuias, cap.Alma mater 1.part.§.6. Syluester verb.Cleric.§.2.fin.Antoninus 3.part.tit.14.cap.13. §.4. Caietanus opuscul. de vsu spiritual. q.14. Sotus dist.1.q.5.art.5.& dist.7.quæst. 1.art.7.& 8. Bellarminus lib.1. de Sacra-*
B *ment.cap.26. Cano relectiõn. de pœnitent. par.4. Corduba lib.1.quæst.2. Henriquez de Sacrament.in gener.lib.1. cap.23.nu.1.* & colligitur ex *D.Augustino lib.2. contra Parmens.cap.15.& sequent.* Sed grauius peccatum perpetrat, qui absq; necessitate, vel rationabili vtilitate ministrum peccatorem, hæreticum, vel excommunicatum ad ministrandum sibi Sacramentum inducit quem pro certo scit indignè esse administraturum. *D.Thomas 3.par.q.64.art.6.& quæst.82.*
C *art.9. Bellarminus lib.1.de Sacramen. cap. 24. & sequentib. Sebastianus quæst.64. §.27.Sotus, Ledesma* quos citat, & sequitur *Henriquez de Sacrament. lib.1. cap. 23 lit.B.* vbi præfatam doctrinam colligit ex *Concil.Trident.sess.7.de Sacramĕt. can.12.de Baptism.can.4.*

D.Thom. Victoria. Ledesma. Mag.sent. Scotus. Bonauent. Riccardus. Durandus Paludanus Gabriel. Adrianus. Couarr. Syluester. Antoninus Caietanus. Sotus. Bellarm. Cano. Corduba. Henriq. D.August. D.Thom. Bellarm. Sebastian. Sotus. Ledesma. Henriq. Con.Trid.

Dico sexto ministrum religiosum nõ debere Eucharistiam, aut Extremam vnctionem clericis sæcularibus, aut laicis ministrare; aut nuptias benedicere, alioquin in pœnam excommunicationis
D incurreret. *Nauarrus cap.22.num.7.& Henriquez d.cap.23.num.3.* Quod intelligendum est, si careat priuilegio; alioquin posset licitè præfata sacramenta ministrare, quemadmodum & confessiones audire, si habeat iurisdictionem à superiore competente sibi concessam.

Nauarr. Henriq.

Dico septimo nullum ministrum debere Sacramentum Ordinis conferre; nisi personis sibi subiectis, & in propria diœcesi. Quod si contrarium facere ausus fuerit, suspenditur per annum à col-
E latione Ordinum, & omnes ab ipso ordinati remanent suspensi ab executione ordinum susceptorum arbitrio Ordinarij cuius iurisdictioni sunt subiecti. Habetur in *Concil.Trident. sess.cap.8.de reformation.* Quod pariter ad Episcopos titulares extenditur in *sess.14. cap.2.de reformat.* Si autem obtinuerit licentiam ab Ordinario, poterit in ipsius diœcesi omnes ordines conferre, non solum suis subditis, sed etiam omnibus, qui sub F
potestate illius Ordinarij manĕt subiecti. Quod si ordines conferat in aliena diœcesi, non sibi subditis absq; licentia, vel dimissorijs eorum Prælati, suspenditur per annum à collatione Ordinum, dato quod in propria diœcesi ordines conferat. Habetur in *cap.fin.de temporib. ordinand. lib.6.* & notat *Toletus lib.1. cap.48. num.3.* quem citat, & sequitur *Fornarius de Ordin.cap.5.num.6.*

Con.Trid. Toletus. Fornarius

Dico primo, quod nullus Sacerdos potest sacros ordines conferre, nisi sit G
Episcopus. Solus enim Episcopus, est ordinarius minister Ordinis. Habetur in *Concil.Flor.& in Concil.Trident. sess 23.cap 4. & can.7. de Sacrament. Ordin.* Vide *D.Thom.q.38. Paludan.Sot.disput. 25. Syluest.verb ordo 3.per totum, Bellarmin.cap.11. Valent.disput.9.q.3. Henriquez lib.10.cap.23. Coninch.dub.9.tit.2. disput.20 & Fornar.de Ordin.cap.5.n.1.* Potest autem ex commissione Papæ simplex Sacerdos ordines minores cõferre. Ita *D.Thomas loc.cit.art.1.Bellarmin.lib.1.de clericis cap.17. Victor.de potestat.Eccles. quæst.2. Sotus dist.25. q.1. art.1.Couarruuias lib.1.variar.resolution. cap.10.num.10. Valentia punct.2. Henriquez loc.cit.cap.23.* Cardinalibus autem ex consuetudine conceditur, vt possint minores ordines conferre, quod intellige si sint Sacerdotes. *Sotus dist.25.q.4. art.1.§.Abbatibus, Angles in 4.de Ordin. Henriquez, Valentia locis citat. & Fornar.d.cap.5.num.2.* Abbatibus vero hæc facultas conceditur ex iure communi. I
cap.quoniam dist.69.& cap.cum contingat de ætat.& qualitat.ordin.

Con.Trid. Con.Flor. D.Thom. Paludanus Syluester. Bellarm. Valentia. Henriq. Coninch. H *Fornarius Sotus. Couarr. Victoria. Sotus. Angles. Henriq. Valentia. Fornarius*

Quam potestatem solum habet in suos subditos, sed alienis subditis potest minores ordines conferre, si dederit licentiam, aut dimissorias eorum Ordinarius. Posset pariter simplex Sacerdos ex commissione Papæ Subdiaconatum conferre. Ita *Innocentius in cap.quanto de consuet. Victor.quæst.235. Henriquez lib.10.cap.23.§.2. lit.C. Caietanus, Durandus, & Fornarius nu.2.* qui interdum hanc facultatem à Summo Pontifice fuisse simplici Sacerdoti concessam cõtestantur. Oppositã sententiam tenĕt *D.Thomas, Syluest.ordo 3.q.7.& Bellarminus cap.7.* Ordo vero Diaconatus, & Presbyteratus non potest à simplici Sacerdore conferri, etiam quod ex commissione Summi Pontificis id fiat. Est communis DD.sententia, quam amplectitur *Couar.lib.1.var.resolut.c.10.n.10.*

1.opinio. Innocent. Victor. Henriq. K *Caietanus. Durandus Fornarius 2.opinio. S.Thomas Syluester. Bellarm. Couarr.*

Dico

A Dico nono, quod nullus Episcopus excommunicatus, vel hæreticus, vel præcisus, vel suspensus, vel interdictus, debet ordines conferre, si autem subsistētibus præfatis impedimētis aliquos ordinauerit veros confert ordines. Colligitur ex *cap. non nocet. 1. quæst. 1. & cap. Baptismus de consecration. dist. 4.* & docēt communiter DD. *S. Thomas quæst. 38. art. 2. Sotus dist. 25. quæst. 1. art. 1. Durandus q. 1. Paludanus q. 2. Suarez tom. 3. in 3. par. disput. 13. sect. 4. col. 2. Bellarminus lib. 1.* B *de Sacrament. cap. 26 Coninchus dub. 11. conclus. 1. & tom. 1. quæst. 64. art. 9. Henriq. lib. 10. cap. 21. & Martin Fornar. de Ordin. cap. 5. num 3. ibiq; Victorell.* Peccat autem mortaliter quicunq; recipit Ordinem ab huiusmodi ministro, cum scit eum esse excommunicatum, vel hæreticum &c. Si vero Episcopus esset nominatim denūciatus, vel publicus Clerici percussor, ordinatus, remanere ab C executione suscepti ordinis suspensus.

S. Thomas. Sotus. Durandus. Paludan. Suarez. Bellarm. Coninch. Henriq. Fornarius. Victorell.

Dico decimò nullum ministrum Parochialem posse primam tonsuram nisi ex commissione Papæ conferre. Ita *Sylvester verb. ordo 3. quæst 2. Sotus art. 1. Valentia q. 4. 3. punct. 2. Henriquez ca. 23. nu. 3* quamuis contrarium teneant *Hostiensis, & Abbas Panormitan. in cap. quāto de consuetud.*

Sylvester. Sotus. Valentia. Henriquez. Hostiensis. Panormit.

CAPVT XXXII.

D

De subiecto Sacramentorum.

SOlus homo in hac mortali vita degens est capax subiectum Sacramētorum. Ita *Henriquez lib. 1. de Sacram. cap. 21 Filliuccius de Sacrament. in comu. tract. 1 cap. 8. nu. 138. Bonacina de Sacramentis in gener. disp. 1. quæst 6. punct 1. proposit. vnic. nu. 1. & DD. communiter,* qui quamuis de hoc generaliter non tractent, tamen ex eo colligitur, quia dicunt sacramenta esse sensibilia, & in re- E medium peccati instituta. Vide *D. Th. 3. par. q. 60. art. 1. & q. 61. art. 1.* quem cæteri DD. absque aliqua discrepatione sequuntur. Ad hanc autem conclusionem probandam duplex ratio adduci potest. Primo sacramenta fuerunt à Christo instituta in remedium peccati; quatenus homo peccans, per Sacramentorum remedium de statu peccati resurgere, & gratiam consequi possit; sed solus homo viator, hanc vitam temporalem degens peccatum committere, & F de eo resurgere possunt, nam beati peccare haud possunt, & dæmones quamuis peccent, tamen ad gratiam non resurgūt; ergo solus homo viator est subiectum capax Sacramentorum: Secundo omnia sacramenta tam legis antiquæ, quam Euangelicæ diuinitus instituta sunt ad initiandos, & sanctificādos homines, quemadmodum ex diffinitione sacramenti, quam in 1. cap. 1. libr. tradidimus colligitur, nec non ex *D. Tho. 3. par. q. 60. art. 2. Scot. dist. 1. quæst. 2. Hug. de S. Victor. lib. 1. de Sacrament. par. 9. c. 2. Filliuc. de Sacrament. in gener. tract. 1. q. 5.* & alijs; sed solus homo viator dicitur cultor Dei, qui per infusionem gratiæ habitualis in hac mortali vita sanctificari potest, virtute Sacramentorum: ergo &c. G

Hēriquez. Filliuccius. Bonacina. D. Thom.

D. Thom. Hugo de S. Victore. Filliuc. Scotus.

Angelus autem, quia spiritus est, sensibilium Sacramentorum non est capax. Ità *Henriquez lib. 1. de Sacramen. cap. 21. num. 1. lit. C. Filliuccius, & Bonacin. locis cit.* Quod si aliquando dicatur Angelū manducare panem idest Christum *Psal. 77.* hoc intelligitur spiritualiter, quia ei tanquam capiti in propria specie vnitur, *D. Thomas 3. par. q. 80. art. 2. Alexander Alens. 4. par. quæst. 43. Ledesma q. 21. Sotus d. 12. q. 1. & 2. Henriquez loc. citato.* Quia ergo Angeli sunt spirituales, non possunt esse capaces nostrorum Sacramentorum, quæ in rebus materialibus, & sensibilibus consistunt, *Suarez disp. 14. sect. 1. Reginaldus lib. 25. num. 50. Nugnus quæst. 65. art. 10. difficult. 1. Henriquez, & Bonacina locis citat.* H

Hēriquez. Filliuc. Bonacina. D. Thom. Alex. Alē. Ledesma. Sotus. Hēriquez. Suarez. Reginald. Nugnus. Bonacina.

I Item Angelus malus quamuis peccauerit, nec est subiectum capax Sacramentorum, quia videlicet Sacramenta, eius peccato nullo modo prodesse possunt, cum sit in reparabile, *D. Thomas 1. par. q. 63. Henriquez loc. cit. lit. D. & Bonacin. de Sacrament. in gener. disp. 1. q. 6. punct. 1. proposit. vn. num. 3.*

D. Thom. Hēriquez. Bonacina.

Præterea nec animal irrationale est subiectum capax Sacramentorum; vnde si contingat, quod mus Sacramentū Eucharistiæ manducet; non recipit Eucharistiam Sacramentaliter, sed tantum materialiter, cum non assumet eam, vt Sacramentum, nec attingat Christum secundum propriam speciem, sed secūdum species sacramentales, *Concil. Arelat. habetur de consecrat. d. 2. Vide D. Tho. quæst. 80. art. 3. ad tertium Card. in clemēt. vnic. de reliq. & venerat. Bernard. Diaz pract. cap. 36. ad fin. Claud. repet. 5. de Eucharist.* K

Conc. Arel. S. Thomas. Pyer Diaz. Claud. Hēriquez. Bonacina.

A *charist. cap. 4. Henriquez lib. 1. de Sacrament. cap. 21. num. 1. lit. B. & Bonacin. loc. cit. num. 3.*

An autem brutũ, ideſt mus, vel aliud animal in rationale Euchariſtiam deuorans, aſſumat verum Chriſti corpus, magna quæſtio eſt inter Doctores; nam partem negatiuam tenet *Magiſter ſent.* quam ſequitur *D. Bonauentura diſt. 13. q. 1. art. 2.* Sed verior, ac comunior eſt ſententia affirmatiua, quam tenet *D. Thomas q. 80. art. 4. ad 3. Alexand. Alenſ. q.* B *45. in art. 1. & 2. Ricchardus diſt. 9. art. 1. quæſt. 3. Durandus, & Scotus quos citat, & ſequitur Angles de Sacrament. Euch. q. 2. art. 3. difficult. 2. concluſ. 1.* Alia vero opinio, quam tenet *Gloſ. cap. quod bene; cap. quod acceſſerunt de conſecrat. diſt. 2.* exiſtimat, quod ſi mus, vel aliud animal brutum Euchariſtiam comedat, ſtatim Chriſtus in cælum euolat, quod ſit, eodem tempore, quo panis conſecratus dentibus beſtiæ conteritur. Sed hic error damnatus eſt à *Gregorio II. Papa apud direct. Inquiſit. 3. par. q. 10. & 1. par. fol. 17. & refert Henriquez de Sacramẽt.* C *lib. 1. cap. 21. in comment. lit. B.* Et ratio eſt, quia ſicut non fuit indecens Chriſto neq; eius dignitatem minuit, vt deſcenderet ad inferos, & vt cadauer in triduo retineret, ac deniq; vt naturam humanam in vtero Virginis ſuſciperet; ità & in caſu noſtro ſi animal brutum Euchariſtiam in qua verus Chriſtus continetur deuoraret, nullo modo eius dignitatem minueret. De his ſimilitudinibus ex quibus inductio ſit, vide *Orig. 2. Periarch. cap. 9. Gregor. Nyſſen. orat. ca-* D *tech. c. 27. Cyrillus lib. 3. in Iul. Tertullia. lib. de carn. Chriſti Auguſtin. de vera religion. cap. 16. DD. in 3. diſt. 2. D. Thom. q. 1. 1. Paludan. quæſt. 1. Durandus q. 1. Marſilius q. 3. Alm. q. 2. Capreolus, Caietanus Medin. 3. par. q. 4. art. 1. OKamus quæſt. 1. art. 3. & 9. Gabriel diſt. 1. q. 2. art. 2. Brith. art. 1. quæſt. 4. Dyoniſius Carthuſ. quæſt. 2. Palac. EKius citans Picum, & Henr. Henriquez loc. cit.*

Inſuper homo mortuus non eſt capax Sacramentorum. Et ratio eſt, quia E ſacramenta ſunt quædam inſtrumenta Phyſica, quibus gratia ſuſcipientibus confertur, & propter hunc finem diuinitus inſtituta ſunt; ſed homo mortuus nõ poteſt noua merita acquirere, quod videlicet fit per nouæ gratiæ infuſionẽ, quia hac vita mortali tranſacta, tempus merendi ceſſat; ergo homo mortuus nõ eſt ſubiectum capax *Sacramentorum*.

Prima opinio negat:
Mag. ſent.
Bonauent.
Secunda affirmat:
D. Thom.
Alex: Alen
Riccardus.
Durandus:
Scotus.
Angles.
Gloſa
Gregor. II.
Directoriũ Inquiſitorũ
Henriq.
Origenes
Greg. Nyſ.
Tertull.
Auguſtinus
D. Thom.
Paludanus
Durandus
Marſilius:
Alm.
Capreolus:
Caietanus.
Medina
OKamus
Caietanus:
Ricchard:
Carthuſian
Palacius:
EKius
Picus
Henricus:
Henriquez

Hinc refellitur error *Marchioniſtarum* F hæreticorũ, qui homines mortuos baptizare ſolebant. Vide de hoc *Theophyl. in illud 1. Cor. 15. & Chryſoſtom. homi. 40. Ambroſ. in 1. Cor. 15. D. Thom. q. 2. & 3. diſt. 45. Alphonſ. à Caſtr. bapt. hæreſ. 3. Bellarmin. lib. 1. de Purgat. cap. 4. & Henriquez d. cap. 21. lit. F.*

Anima beata, neq; eſt ſubiectum capax ſacramentorum. Et ratio eſt, quia eſt omnino ſpiritualis ſacramenta verò in rebus materialibus, & ſenſibilibus conſiſtunt; ergo &c. Poſſet autem eſſe capax ſubiectum, ex Dei potentia ab- G ſoluta, quemadmodum notat *Nugnus quæſt. 65. art. 10. difficult. 1. Bonacina de Sacrament. in gen. diſput. 1. q. 6. punct. 1. propoſ. vnic. num. 2.*

Neq; anima damnata eſt ſubiectum capax Sacramẽtorum. Et ratio eſt, quia ſacramenta propter animarum ſalutem à Domino inſtituta ſunt, quemadmodũ ex comuni omnium DD. doctrina apertè colligitur; ſed anima damnata nullã ſpem habet de ſua ſpirituali ſalute, quia ſemel amiſſam, eam acquirere minimè H poteſt, iuxta illud, quod canit Eccleſia, in officijs Defunctorum, Quia in inferno (inquit) nulla eſt redemptio, de quo vide Pinell. in tractat. de alia vita. ergo &c. Item ſacramenta ſunt inſtituta, vt per ea gratia ſuſcipientibus conferatur, ſed anima damnata non eſt capax gratiæ, quia ſtatus gratiæ ſtatui damnationis repugnat; ergo &c.

Item nec homo mortuus eſt capax Sacramenti Pænitentiæ; qua propter à I peccatis abſolui non poteſt. A ſententia vero excomunicationis abſolui poteſt, vt eius cadauer in loco ſacro, cum cęteris fidelibus decenter ſepeliatur; & miniſtri Eccleſię pro eius anima Deum publicè deprecentur, *D. Antonin. 3. par. tit. 25. cap. 75. Nauarrus cap. 26. num. 32. & cap. 27. num. 270. Tabiena verb. excomunicatio 4. in princ. Syluester excomunicatio 1. num. 7. Armilla §. 28. eod. verb.* K *Couarruuias cap. Alma 1. par. §. 11. num 8. Sotus diſt. 22. quæſt. 2. Perez l. 3. tit. 4. lib. 8. ord. Ricchardus in 4. diſt. 18. art. 5. q. 4. Mich. Medin. de indulgent. quæſt. 7. Sixtus VI. Biblioth. cap. 267. Caſtr. de hæretic. puniend. lib. 2. cap. 19. & 20. Simanc. de catech. inſtitut. cap. 18.*

Deniq; neq; omnes, & ſinguli homines viatores in hac mortali, & temporali vita degẽtes ſunt capaces omnium Sacramentorum. Mulier enim non eſt capax Ordinis, neq; infans neq; hermaphro-

Nugnus
Bonacina.
D. Antonin.
Nauarrus.
Tabiena
Syluester.
Armilla
Couarr.
Sotus.
Perez:
Ricchards
Medina
Sixtus
Caſtr.
Simanc.

A phroditus: Amentes,vel infantes vsum rationis non habentes non sunt capaces Pęnitentię Eucharistię, vel Extremę vnctionis,& similiter de alijs personis dici posset: sed hoc distinctius explicabitur in particulari tractatu de vnoquoq; Sacramento: Interea vide *Suarez disp.14.sect.1. Henriq.lib.1.cap.21. Filliuc. tract.1.cap.8.& Bonac.loc.cit.*

Suarez. Henriq. Filliuc. Bonacina.

CAPVT XXXIII.

B

Extenditur præcedens doctrina, de subiecto Sacramentorum pertractans.

IN præcedenti cap.quæsiuimus quodnam sit subiectum capax Sacramentorum; sed quia nonnulla dubia quò ad hanc materiam remanent explicanda; idcirco præcedens doctrina in præsenti C cap. paululum extenditur,vt in eo præfata dubia resoluantur,atq; enodentur.

Quero igitur primo. An infans in vtero matris adhuc persistens, & nulla sui corporis parte ex eo egressus,sit capax Sacramenti baptismi. Respondeo negatiuè. Ita *D.Thomas q.68. art.11. Alexander Alens.4.part.quæst.13. Bonauentura, Sotus,Ledesma, Nauarr.de orat. not.19.n.64. Viguerius cap.15.§.2.ver.3. Cartagen.de prædestinat.discurs.8.Couarruuias cap. Alma 2.part.§.2.n.7.Catharinus* D *lib.5.cap.10. Vega super Concil.Trident.lib.5.cap.16. Petrus à Soto tit.de Baptism.lect.6. Ferrariensis 4.contra gentes cap.59. Armachan.lib.8.cap.39.Corduba lib.2. qq.q.5. Honcal. opusc.de Baptism. fol.75. Henriquez de Sacramentis lib.1. cap. 21. lit.N.* & desumitur ex *Concil. Trident.sess.5.can.4.& sess.6.can.4.& ex cap firmissimè de consecration.dist.4.& ex D.Augustino ex epist.106. & 1.de peccat. merit.cap.15.* Quæ videlicet conclusio est contra doctrinam *Gabriel.dist.5.Ca-*E *ietan.quæst.68.art.2.& 11. Gerson.serm. de Natiuit. B.Mariæ, Tilman. de Sacrament.cap.1.& Thom.Elis. in Clipeo piorum homin. tit.11. art.2.*

S.Thomas. Alexander. Bonauent. Sotus. Ledesma. Nauarrus. Viguerius. Cartagena. Couarr. Catharin. Vega. Petr. Soto. Ferrarien. Armach. Honcal. Henriq. *Con. Trid. S. Augnst. Gabriel. Caietanus. Gerson. Telmanus. Tho. Elis.*

Quero secundo. An si infans foras emiserit caput de vtero matris, cęteras vero corporis partes intra ventrem maternum retineat;possit nè in capite iam apparente baptizari. Respondeo affirmatiuè;vnde si contingat eum post modum egredi, & viuum remanere, rebaptizari non debet. Si autem emiserit foras vnam tantum manum,vel pedem;in tali corporis parte iam apparente debet baptizari; sed si postmodum viuat, rebaptizandum est sub conditione. Ita *D.Thomas quæst.68.art.11.& dist.11.per cap.2.de Baptism. Paludanus dist.3.Sotus dist.5.ar.11.Ledesma quæst.9.ar.11.dub.2. Syluester verb.Baptismus 4.§.1. D.Antoninus Pisan. Tabien. Baptismus 5. §. 3. & 4.Armill.§.32.Astens.lib.4.tit.6.ar.2. q.7. Henriquez lib.1.de Sacrament. cap. 21.num.5.* Ratio autem disparitatis hæc G est,nam cum caput sit maior,atq; nobilior; imo & principalior corporis pars, vbi tota vitæ integritas, & sensuum diuersitas consistit; idcirco si in capite baptizetur,absque dubio verum ei confertur Sacramentum; vnde non debet rebaptizari; quia spiritualiter semel natus,non potest renasci. Non sic pariter dici potest de manu, vel pede, cum sint corporis partes ignobiliores, & minus principales;vnde si contingat in aliqua huiusmodi parte baptizari,ad tollēdam H omnem ambiguitatem, sub conditione infans iam natus rebaptizari debet.

F

S.Thomas. Paludan. Sotus. Ledesma. Syluest. Antonin. Pisan. Tabien. Armill. Astens. Henriq.

Quero tertio. An si infans iam natus aspergatur in pede, vel manu, vna tantum aquæ gutta; verum recipiat Sacramentum. Respondeo affirmatiuè. Est communis sentētia tàm Theologorum, quàm Legistarum. Ita *Barthol.l.3. de posthum.heredib.instit. Iason l.3.ff de acquirend.possess. Tiraquell.l.si vnquam susceperit num.32. Abbas cap. debitum de Baptism. Barbatia in clem.vnic. §.fin.de* I *Summa Trinit. & fid cathol. D.Thomas quæst.66 art.7. Scotus distinct 4.quæst.4.&* Henriquez *lib. 1. de Sacrament. cap. 21. lit.M.*

Barthol. Iason. Tiraquell. Abbas. Barbat. D.Thom. Scotus. Henriq.

Quero quarto: An qui perpetuo rationis vsu caret,veluti amens,vel infans possit in Episcopum consecrari. Ad hoc respondent *Sotus d.25. q.1. & 2. col.7.* Hostiensis, *& alij recentiores*, & dicunt, quod infans possit Episcopalem ordinē suscipere. Sed ego teneo,neq; infantem, neq; amentem posse in Episcopum con-K secrari. Est communis DD.sententia in *4 dist.24.ibiq; D Thom.addit.quæst.392. Bonauentura dist.25. art.2.quæst.2. Riccardus art.4.quæst.2. Astensis lib.6.tit.25. Syluester verb.ordo 4. §.1.ad fin.Angelus ordo 3.in princ. Tabien.ordin.4.post princip. &* Henriq. *lib. 1. de Sacrament. cap. 21.nu 4.* Potest autem infans omnes septem ordines recipere,vnde si sacerdotio initietur, suscipit proculdubio cha-

1.opinio. Sotus. Hostiensis. 2.opinio. D.Thom. Bonauent. Riccardus. Astensis. Syluester. Angel. Tabien. Henriq.

racte-

A racterem; sed ad votum castitatis obseruandum non tenetur; vsque quò ad 14. annum non pertingat; quo expleto cognita voti obligatione, ratificare deber ordinem susceptum. Ita *Azor. lib. 13. cap. 14. q. 9. Henriquez lib. 10. cap. 14. §. 3. Toletus lib. 1. cap. 61. Fornarius de Sacram. Ordin. cap. 3. num. 8. D. Thom. addit. 3. par. quaest. 39. ar. 2. Sotus 4. dist. 25. quaest. 1. art. 1. 2. Valentia quaest. 4. par. 1. Angles in 4. de Ordine, Coninchus dub. 10. conclus. 3. Capponus in D. Thom. loc. cit. Victorell. in*
B *addition. super tract. Fornar. de Ordin. loc. cit.*

Quero quinto an fœmina sit capax Ordinis. Respondeo fœminam non esse subiectum capax Ordinis; vnde quamuis ordinetur, non per hoc sacramentalem suscipit characterem. Ita *Toletus lib. 1. cap. 57. D. Thomas addit. q. 39. art. 1. Henriquez lib. 1. de Sacrament. cap. 21. num. 2. & Fornarius de Ordine cap. 3. n. 1.* Vnde nec B. Virgini Mariæ ex priuilegio diuinitus concessum est, vt sacerdo-
C talem haberet dignitatem. Vide *Ambros. in illud Rom. 16. Salutate Rufum, & matrem eius, Epiphan. hæres. contra Antidicomarianitas, & Canis. lib. 5. Marial. cap. 16.* Insuper excluditur à susceptione Ordinum Hermaphroditus nisi in eo vigeat virilis sexus. Ita *Suarez tom. 1. disput. 51. sect. 1. Valentia disput. 9. quaest. 4. punct. 1. Toletus lib. 1. cap. 63. Henriquez lib. 10. cap. 16. Fornar. loc. cit.* & colligitur ex *D. Thom. quaest. 39. art. 1. Bonacin. de Sacrament. in gener. disput. 1.*
D *quaest. 6. punct. 1. proposit. vnic. n. 5.* Deniq; de subiecto capace huius Sacramenti, vide *D. Thom. & Cappon. loc. cit. Angles de Ordin. Sot. Valent. q. 4. p. 1. lit. C. Maiol. lib. 1. de irregularitat. cap. 28. Sayr. lib. 6. de censuris cap. 2. Coninch. & Reginald.* quos citat *Victorell. in addit. super cap. 3. Fornar. de Ordin.*

Obijcies in decretis fit mentio de Diaconissa, & Presbytera; ergo fœminæ sunt capaces Ordinis. Respondeo quod olim nonnullæ mulieres dicebantur, si-
E ue appellabantur Diaconissæ, vel Presbyteræ non propter ordinem Diaconatus, aut Presbyteratus; sed propter quodam officium; quemadmodum refert *Henriquez lib. 1. de Sacrament. cap. 21. nu. 2. lit. G.* Vide de hoc *D. Thom. addition. q. 39. art. 1. Sot. dist. 25. quaest. 1. art. 2. Alphons. à Castr. & Medic. de hæresib. verb. mulier, Vualdens. sacr. c. 28. Gregor. de Valent. & Coninch.* quos citat, & sequitur *Victorel. loc. cit.* vbi refert, quod

Azor. Henr. q. Toletus. Fornarius. D. Thom. Sotus. Valentia. Angles. Coninchus. Capponus. Victorell. Toletus. S. Thomas. Henriq. Fornarius. Ambrosius. Epiphan. Canisius. Suarez. Valentia. Toletus. Henriq. Fornarius. D. Thom. Bonacina. Cappon. Angles. Sotus. Maiolus. Sayrus. Coninch. Reginald. Victorell. Henriq. S. Thomas. Sotus. Alphonsus à Castro. Medina. Vualdensis.

F olim aliqua fœmina appellabatur Diaconissa, vel Presbitera, vel Episcopa; quando videlicet eius vir post thori diuisionem Diaconus, vel Presbyter, vel Episcopus efficiebatur. Ita pariter refert *Vazquez disput. 245. cap. 3. & Coninchus loc. cit. num. 46.*

Quero sexto, an sit subiectum capax Sacramentorum ille, qui nondum Baptismum suscepit. Respondeo negatiuè, nam Baptismus est ianua cæterorum Sacramentorum. Ita *D. Thom. quaest. 35. art. 3. & addit. q. 39. art. 1. Henriquez lib.* G *1. de Sacrament. cap. 21. num. 2. lit. L. Fornarius de Ordin. cap. 3. num. 2.* qui refert hanc esse communem DD. sententiam, & colligitur ex *cap. veniens de presbyter. non baptizandis.* Hinc Cathæcumeni excluduntur à sumptione Eucharistiæ, quemadmodum in quadam *homil.* docet *D. Augustinus.*

Quero septimo. An sit subiectum capax Ordinis ille qui nondum Sacramentum Confirmationis suscepit. Respondeo affirmatiuè. Et ratio est, quia chara- H cter Ordinis præsupponit characterem Confirmationis, non ex necessitate Sacramenti, sed ex necessitate præcepti; vnde si non confirmatus ordinetur, verum suscipit Ordinis Sacramentum. Colligitur ex *Concil. Trident. de reformat. sess. 23. cap. 4.* Vide *Nauarr. cap. 22. nu. 9. Henriquez lib. 10. cap. 14. num. 2. & Fornar. d. cap. 3. num. 3.*

Quero octauo, an qui matrimonium contraxit; possit aliud matrimonium contrahere cum alia muliere; prima I vxore iam viuente. Respondeo negatiuè. Ita *Innocentius cap. Gaudemus de diuortijs, D. Thomas addition. q. 65. 2. Sotus dist. 33. q. 1. art. 2. Henriquez loc. cit. num. 3. lit. T.* & habetur in *Concil. Trid. sess. 24. can. 2.* Et ratio est, quia contra ius naturæ est, vt homines plures vxores habeant; nam cum filiorum educatio sit de iure naturæ; hinc homines plures vxores ducere non debent; ne tot filios cum ipsis generent, quos postmodum educare nequeant. Hinc cautè legendus est *Franc.* K *Connan. lib. 8. comment. iur. cap. 6. ad fin.* vbi testatur nōdum certum esse de fide, hoc esse contra ius naturæ; sed contrarium probāt DD. quos supra citauimus.

Obijcies in veteri lege legimus illos sanctos Patres antiquos plures duxisse vxores, ergo si illis sanctis viris hoc licuit; cur fidelibus Christianis nunc non licebit? Respondeo illis antiquis, & sanctis Patribus licuisse plures ducere vxo-

Valentia. Coninch. Victorell. Vazquez. S. Thomas. Henriq. Fornarius. Con. Trid. Nauarrus. Henriq. Fornarius. Innocent. D. Thomas. Sotus. Henriq. Con. Trid. Connan.

V res;

A res; qnia hoc ex diuina ordinatione, vel ex interna inspiratione acceperant; vnde omnipotens Deus secundo coniugio dispensabat.

Heuriquez. D.Thomas. Scotus. Riccard. Bonauent. Paludanus. Durandus. Vualdens. Maior. Sotus. Innocent. Syluester. Couarr. Bellarmin. Ledesma. Catharin.

Quero nono. An posit matrimoniũ contrahere frater cum sorore. Respondeo negatiuè. Est communis DD. sententia apud *Henriq. lib.1. de Sacrament. cap 21. lit. X. D.Thomas addit. q.54. art.3. & comm. 4. d.40. ibiq; Scotus, Riccardus, Bonauentura, Paludanus, Durandus supplem. q.1. art.2. Vualdensis tom.2. de Sa-* B *crament. cap.134. Maior quæst.3. Sotus art.4. & lib.2. i. st. q.3. art.1. & 8. Innocentius III. cap literas tuas de restitution. spoliator. Syluest. verb. Pap. §.17. Couarruuias 2. par. sponsal. cap.6. §.10. n.5. Bellarminus lib.1. de matrimon. cap.28. Ledesma quæst.56. art.3. Catharinus, & alij.*

Quero decimo. An condemnatus ad mortem per sententiam Iudicis sit subiectum capax Sacramenti Eucharistię. Respondeo affirmatiuè. Tenetur enim Iudex sub mortali peccato concedere C tempus condemnato pridie quam moriatur, vt Eucharistiam posit deuotè assumere. Colligitur ex *c. quæsitum 13. q.2. c.7. super eo. de hæretic. in 6.* & docent communiter *Sotus dist.12. q.1. art.11. Syluester verb. Eucharistia 3. n.7. Nauarrus cap.25. num.23. & Filliucc. de Sacrament. tract.4. cap.7. q.3. num.191.* In cuius sententiæ comprobationem duplex ratio à præfatis Doctoribus assignatur. Prima est, nam habemus præceptum de iure diuino, vt vnusquisq; fidelis in arti- D culo mortis Sacramentum Eucharistiæ suscipiat. Secunda est, nam facit contra charitatem quicunq; aliquem Christianum in periculum spiritualis salutis tã saluberrimo, & fructuoso pabulo priuat.

Sotus. Syluester. Nauarrus. Filliuccius.

Quæro vndecimo, an infantes sint capaces Eucharistiæ. Respondeo ad præceptum sumendi Eucharistiam teneri solos adultos; vnde infantes ab huiusmodi pręcepto sunt excusati, ac propterea Eucharistiam suscipere non de- E bent. Colligitur ex *Concil. Trident. sess. 21. cap.4.* & docet *Suarez*, quem citat, & sequitur *Filliucc. tract.4. de Sacrament. cap.7. q.2. num.187.* Et ratio est, quia cum hoc Sacramentum sit omnium nobilissimum, atq; dignissimum propter præsentiam Christi; non debet assumi absq; aliqua dispositione, & debita reuerentia ob decentiam tanti Sacramenti; sed F infantes tali modo se disponere non possunt, propter defectum tenerrimæ ætatis; quia neq; comprehendere possent, quis sit Christus, & quomodo in hoc Sacramento sumatur; ergo &c. Hinc per experientiam videmus, quod infantibus in periculo mortis constitutis, viaticum minimè conceditur. Item propter supradictam rationem à sumptione Eucharistiæ pariter excluduntur amentes, qui rationis vsu perpetuo carent; quemadmodum *Suarez, & Filliuccius locis cit.* docent. G

Con. Trid. Suarez. Filliucc.

Quero secundo an phrenetici sint Eucharistiæ capaces. Respondeo quod in articulo mortis phrenetico Eucharistia dari potest. Colligitur ex *cap. qui recedunt 26. q.6. & cap. is qui 26. q.6. & cap. quid in te de pœnitent. & remission.* & docet *D.Thomas q.80. art.9. & Filliucc. loc. cit. num.188.* Sed extra articulum mortis huiusmodi personis Eucharistia ministrari (ob reuerentiam Sacramenti) non debet, quia probabiliter timetur ex periculosa infirmitate subuersio Sacramenti. H At in articulo mortis tenetur Parochus Eucharistiam ei ministrare, & præcipuè si antequam in infirmitatẽ incideret, signa contritionis ostenderit; vel si nullam probabilem notitiam habeat, quod phreneticus sit in statu peccati mortalis; tunc enim quia non constat talem hominem esse malum, existimare debemus eum esse bonum; vnde Sacramentum omnino est ei ministrandum. Quod videlicet intelligendum est, si non adsit probabile periculum vomi- I tus, vel expuitionis; aliter enim præferenda est vtilitati infirmi dignitas Sacramenti. Ita *Paludanus dist.9. quæst.4. Armilla communio num.25. Syluest. verb. Eucharistia 3. n.7. Victor. num.83.* quos citat, & sequitur *Filliuccius de Sacrament. tract.4. cap.7. q.2. n.189.*

S.Thomas. Filliucc.

Paludanus. Armilla. Syluester. Victoria. Filliuccius

Quero decimotertio. An infantes sint capaces Confirmationis. Respondeo affirmatiuè. Ita *D.Thom. q.72. ar.8. Sotus, & Ledesm.* quos citat, & sequitur K *Henriquez de Sacrament. in gener. lib.1. cap.21. num.5.* Qui docent Sacramẽtum Confirmationis prodesse infantibus; vt postmodũ iam facti adulti, fidem Christi contra hostes Ecclesiæ confiteri, ac defendere valeant. Vnde consuetudo, quam tenet Ecclesia nos docet infantes posse Sacramentum Confirmationis suscipere.

D.Thomas. Sotus. Henriq. Ledesma.

DE



A

DE SACRAMENTIS F

TOMVS PRIMVS

LIBER QVARTVS.

B

CAPVT PRIMVM G

Quænam diſpoſitio in ſuſcipientibus Sacramentum requiratur.

1

C



N ſuſceptore Sacramentorum aliqua diſpoſitio proculdubio requiritur, quæ videlicet in intentione poſitiua ſuſcipiendi Sacramẽtum conſiſtit; vnde vnuſquiſq; fidelis ad hoc vt debitum fructũ ex tali ſuſceptione percipere poſſit, hãc intentionem neceſſario habere debet. Ita DD. communiter docent *D. Thomas q.68.ar.7. Sotus diſt.5. Ledeſma q.9.ar.7. Suarez diſput.14.ſect.2. Henriquez lib.1. cap.22.n.1. Nugnus quæſt.64.art.10.difficult.2. concl.1. Reginaldus lib.26.nu.5. Coninchus quæſt.64.art.8.dub.5.num.98. Bonauentura diſt.4.art. 2.q.1. Scotus q.4. Riccardus diſt.6. art. 2. q. 3. Durandus quæſt.7. Alexander Alenſ.4.par.quæſt.18. membr.1. Paludanus q.2. Adrianus q.1. de Baptiſm. art.3. Filliuccius de Sacram. in commun. tract.1. cap.8. q.2. & Bonacina de Sacramentis in gener. diſput.1. q. 6. punct.2. propoſ. vnic.* Sed *Caietanus q.68. art.7.* contrariam ſententiam tenere videtur, quia docet quod ſi contingat, aliquem adultum infidelem baptizari dũ dormit; nulla de eius affirmatiua voluntate habita notitia; verum ſuſcipit Sacramẽtum; quia (inquit) ad validitatem Sacramenti ſufficit ſi ipſe ſuſcipiens nõ contradicat.

D

S. Thomas. Sotus. Ledeſma. Suarez. Henriq. Nugnus. Reginald. Coninch. Bonacina.

E

Bonauent. Scotus. Riccardus Durandus Alex. Alẽ. Paludanus Adrianus. Filliucc.

Caietanus. cõtrariam ſententiam tenet. Reprobatur eius opinio.

Sed aduerſus hanc Caietani opinionem eſt communis DD. ſententia, qui docent in adultis ad validitatem Sacramenti neceſſario requiri intentionem, ſeu voluntatem formalem, aut virtualẽ, H ſeu interpretatiuam ſuſcipiendi Sacramentum; quemadmodum *Suarez loc. cit. notat.* Hæc autem ſententia probatur primo ex *Innocentio III. in cap. maiores §. Item queritur, de Baptiſmo*; cuius hæc ſunt verba. *Ille vero* (inquit) *qui nũquam conſentit, ſed penitus contradicit, nec rem, nec characterem ſuſcipit Sacramenti.* Ex quibus verbis ſatis colligitur intentionem conſentientem in ſuſcipiente eſſe I omnino neceſſariam.

Probatur contraria. Innoc. III. 1

2 Probatur ſecundo ex *Concilio Carthaginenſ. 3. cap. 34.* vbi ſic dicitur. *Con. Cart.* *Aegrotantes ſi pro ſe reſpondere non poſſunt; cum voluntatis eorum teſtimonium hi qui ſui ſunt dixerint, baptizentur.* Idem pariter dicitur in *Concil. Arauſican. 1. cap. 12.* *Con. Arauſ.* *Obmuteſcens* (inquit) *baptizari, aut pœnitentiam accipere poteſt ſi voluntatis præteritæ teſtimonium aliorum verbis* K *habet.*

3 Probatur tertio ex *D. Auguſtini ſententia lib.4. de Baptiſm. cap.24.* & habetur *cap. cum pro paruulis de conſecration. d.4.* Vbi expreſsè docet adultum, qui habet facultatem loquẽdi in ſuſceptione baptiſmi proprio ore, ſenſibilibuſq; verbis debere ſuam voluntatem, & in-

A tentionem manifestare; quod videlicet in infantibus ob defectum tenerrimæ ætatis non exigitur. *At si pro eo (inquit Augustinus) qui respondere potest alius respondeat; non itidem valet; ex qua regula illud in Euangelio dictum est, quod omnes cum legitur, naturaliter monet; ætatem habet, ipse pro se loquatur.*

Augustin. Ioa. 9.

4 Probatur quarto rationibus. Primo Deus nullum hominem adultum absq; suo consensu iustificat; ergo neq; sacramenta, quorum proprium est homines B per collationem gratiæ emundare, atq; iustificare. Secundo. In ministro conficiente Sacramentum, ad eius validitatem, debita intentio necessario requiritur quemadmodum in *lib. 3. cap.* 18. ex communi DD. sententia probauimus; ergo etiam in suscipiente aliqua intentio esse debet. Tertio quicunq; non intendit, & non consentit alicui rei; videtur virtualiter contradicere; quemadmodum notat *Bonacina de Sacramentis in gener. disp. 1. q. 6. punct. 2. proposit. vnic.* C cum omnis homo ita virtualiter dispositus existimetur; vt in rebus magni momenti absq; propria voluntate implicari nolit; sed sicut Deus contradicentes nullo modo iustificat; ita pariter, & sacramenta; ergo in suscipiente intentio affirmatiua necessario requiritur.

Bonacina.

6 Hinc sequitur quod si quis hostiam consecratam assumat nesciens eam esse consecratam; nullum Sacramenti fructũ recipit. Ita *D. Thomas 3. par. q. 80. art. 3. ad 3.* & clarius *dist. 9. art. 2. 3. ad 3. & Henriquez lib. 1. de Sacrament. cap. 22. in comment. lit. B.* D Et ratio est, quia talis homo non intendit recipere Sacramẽtum, sed simpliciter panem azymum; cum ergo nullam habeat intentionem; consequenter nullum recipit fructum. Idem prorsus est si Eucharistiam ad modum cibi corporalis assumat; quatenus ad reficiendam, & substentandam vitam corporis tantum manducet, ne fame pereat.

S. Thomas. Henriq.

7 Item nec valorem siue fructum recipit Sacramenti, qui inuitus, & repugnãs E illud suscipit, secus autem dicendum est si voluntariè mixte susciperet. Ita *Suarez disput. 14. sect. 2. Conin. quæst. 64. ar. 8. dub. 5. num. 99. Reginaldus lib. 26. num.* 50. & alij, quos refert, & sequitur *Bonacina de Sacrament. in gener. disput. 1. q. 4. punct. 2. proposit. vnic. num. 4.* Ex supra dictis colligitur, quod si quis inuitus, & repugnans ordinibus sacris, vel minoribus initietur, non recipit characterem Ordinis, quemadmodum cum *Paludan. Syluestr. Asteus. Tabien. Armill.* docet *Henriquez lib. 10. de Sacrament. cap. 14. num. 3.* quos sequitur *Toletus lib. 2. cap. 16. num. 2.* necnon, & *Martinus Fornar. de Sacrament. Ordin. cap. 3. num. 7.* F Vnde ordinatus ob metum iniustum, qui cadit in constantem virum; si voluerit, poterit vxorem ducere. Est communis DD. sententia apud *Henriquez loco cit. lit. C.* quam refert *Fornar. loc. cit. nu. 7.*

Suarez. Coninch. Reginald. Bonacina. Paludanus. Syluester. Astensis. Tabiena. Armilla. Henriq. Toletus. Fornarius.

8 Sufficit autem intentio habitualis ad validitatem Sacramenti, si desit actualis, vel virtualis: G veluti si quis obmutescens antea petierit Sacramentum: tunc ei omnino est concedendum, quemadmodum colligitur ex *Conc. Carthag. 3. cap. 34. & ex Concil. Arausic. cap. 11. & docent Valent. tom. 4. disp. 4. q. 2. punct. 2. Suarez disput. 14. sect. 2. num. Coninchus quæst. 64. art. 8. dub. 5. num. 107. Reginald. lib. 26. num. 50. Syluester verb. Baptismus 4. q. 14. & Henriquez, quem citat, & sequitur Bonac. de sacrament. in gener. disput. 1. quæst. 4. punct. 2. propos. vnic. num. 8.* H

Con. Cart. Con. Arau. Valentia. Suarez. Coninch. Reginald. Syluester. Henriq. Bonacina.

CAPVT II.

An omnes suscipientes Sacramentum, præfatam intentionem habere debeant.

1 IN præcedenti cap. satis probatum est, in adultis intentionem suscipiendi Sacramentum necessario requiri; I adhoc, vt debitum fructum ex ipsa susceptione extrahant; Non sic autem dicendum est de infantibus suscipientibus *Baptismum*, cum hanc intentionem ob defectum ætatis habere nequeant; vnde neq; eorum, neq; parentum intentio de necessitate Sacramenti requiritur, quemadmodum docet *D. Thomas quæst. 68. art. 10. Sotus, Ledesma, & Henriquez lib. 1. de Sacramentis cap. 22. nu. 2.* K sed sufficit illa intentio quam minister nomine Christi, & vniuersalis Ecclesiæ habet.

S. Thomas. Sotus. Ledesma. Henriq.

2 Hinc ille error hæreticorum refellitur, cuius author fuit *Lutherus in suo Concil. Vuitembergens.* vbi asserit infantes in susceptione Baptismi habere liberum actum fidei. Quem videlicet errorem damnari in *Concil. Trident. de Baptism. can. 13. & sess. 23. cap. 4. refert Henriquez loc. cit. lit. E.* Nec multum differt

Lutherus. Con. Trid. Henriq.

A differt sententia *Calnini*, qui dixit in-
fantes habere actus similes fidei,& dile-
ctioni. Quos videlicet rrrores hæreti-
Snarez, corum recensens *Snarez dijput.14. sect.
2.in princ.*ait eos renuisse, vrl(vt melius
dicamns) finxisse, quod omniporrns
Deus miraculosè efficit, vt infantes su-
sceptioni Sacramrnti cõsentire possint;
eos scilicet illuminãdo; atq; p̃ueniẽdo,
vt rationis facultate,vti queant: Quod
nimirum non solum absq; fundamẽto,
B & temrrè esse dictum;sed etiam vniuer-
salis Ecclesiæ sensui, omnium SS.Patrũ
doctrinæ, atq; ipsi experientiæ repugna
re,ipsemet *Suarez* rodem loco restatur.
3 Hinc clarissimè patet Sanctos Inno-
centes, qui fuerunt ab Hrrode in aduẽ-
tu Christi interfecti,non habuisse vsum
arbitrij; nec intenrionem recipiendi
baptismum sanguinis. Sed B. Ioannes
Baptista nõ sine speciali miraculo hunc
vsum arbitrij in vrrro matris exultans
habnit, quemadmodum testatur *Am-*
C *brosius in Luc.1. Canisius lib. de sacul.*
S.Ambros. *Bapt.cont.centur.Caietanns 3.par. quæst.*
Canisius. *27.art.3.& alij, quos citat* Henriquez *lib.*
Caietanus. *1.de Sacrament.cap.22. num.2. lit.I. &*
Henriq. *Canis.loc.cit.*
4 Præterra in paruulis baptizandis,
nec aliqua dispositio requiritur; idrst
neq; actus fidei,neq; actus contritionis.
Ob drfectum enim ætatis ab huiusmo-
di dispositionibus excusantur,cum non
possint ab ipsis hæc exigi, baptizantur
autem in fide Ecclesiæ. In adultis vero
vtraq; dispositio necessario requiritur,
vt rem, & virtutem Sacramenti recipe-
re possint. Ex parte namq; intellrctus
D habere debent actum fidri; sine qua(vt
Habr.11. ait *Apostol.*Habr.11.)impossibile est pla
cere Deo. Ex parte vero voluntatis in
eo qui actualiter prccauit requiritur
dolor sine contritio de peccatis com-
missis. Nam peccatum nunquam per
Sacramentum remittitur, nisi cessaue-
rit volnntas peccandi, quæ videlicer
tunc verè crssat, quando de præteritis
peccatis ipse pænitens vrram cõtritio-
nem, & pænitentiam habet. Vide *Co-*
E *ninch.quæst.62.art.1.dub. 2. Suarez disp.*
Conineb. *18.sect.1.conclus. 1.Nugn.quæst.62.art.1.*
Suarez. *diffic.3.dub.3.Posseuin. de administration.*
Nugnus. *Sacrament.cap.5.num.40.*Henriquez *lib.*
Posseuinus *1.de Sacram.cap.22.nu.4. Fillucc.tract.*
Henriq. *1.cap.8.quæst.3. Bonacin. de Sacrament.*
Fillucc. *in gener.disp.1.quæst.4. punct.2. num.12.*
Bonacina. Et confirmatur ex *Concil.Trident. sess.*
6.& 14.vbi expresse habetur, ad iustifi-
Conc.Tr. cationem quæ fit per Baptismum,& Pœ-
nitentiam, pro dispositione necessario F
requiri actum voluntaris.Item quod re-
quiratur actus intellrctus,idest actus fi-
dei,docet *D.Thomas quæst.68.art.8.*Vi- *D. Thom.*
de de hoc *Gabriel in 4.dist.14.q.2.art.1.* *Gabriel*
Petr.Sot.lect.9.de Sacrament. Suarez di- *Petr.Sot.*
sput.7.sect.4. & Fillucc. loc. cit. Sotum *Suarez.*
dist.5.Ledesm.q.9. *Fillucc.*
5 Hæc autem dispositio in adultis tam *Ledesma.*
ex parte intellrctus, quam ex parte vo-
luntatis requiritur,non ex necessitate
Sacramenti; sed ad recipiendum fructũ G
Sacramenti;nam si quis hrq; rx parte
inrrllectus,neq; ex parte volnntatis de-
bitam habrat dispositionem: adhuc re-
cipit characterẽ baptismi,vel characte-
rem Ordinis.Est sententia *D.Augustini
3.de Baptism.c.14.quam sequũtur plerıq;
DD.& præcipuè D.Thomas dist.4. Bel-* *D.August.*
larmin.2.lib.de Sacrament.cap.1. & Hẽ- *D. Thom.*
riquez lib.1.de Sacrament.cap.22.nu.4. *Bellarmin.*
6 Deniq: quæritur quænam dispositio *Henriq.*
requiratur in adultis,adhoc vt gratiam
in Sacramrnto recipiant. Respondeo
nil aliud requiri, nisi vt obicem nõ po- H
nant.Sacramenta enim infallibiliter ef-
fectum gratiæ suscipientibus conferũt:
dummodo obicem in ipsis non inur-
niant,qurmadmodum habetur in *Con-
cil.Trident.sess.7.can.7.* & docent com- *Conc.Tr.*
muniter *DD.D.Thom.3.par.q 68.art.4.*
Suarez disp.14.sect.2.Henriquez lib.1. de. *S.Thomas*
Sacrament.cap.22.num 10.Fillinceius de *Suarez.*
Sacrament.in comun.tract.1.cap.8. quæst. *Henriq.*
3.& Bonacin.de Sacram.in gener.disput. *Fillucc.*
1.quæst.4.punct.2.propos. vnic. Et ratio *Bonacina.*
est, quia sacramenta habent coniunctã *Vasquez.*
sibi promissionem gratiæ à Christo Do-
mino datam, dicente. Qui manducat I
hunc panem, viuet &c. Quorum remi-
seritis peccata,remittuntur ei, Qui cre-
diderit,& baptizatus fuerit, hic saluus
erit. Vnde his adimpletis conditioni-
bus,res promissa statim confertur;Ob-
ex autem(quemadmodum docent *Vas-
quez,Suarez,Filliuc.Bonac.& alij DD.)*
est peccatum mortale:quo videlicet op-
posito ex parte suscipientis, nullum ef-
fectum gratiæ sacramenta oprrari pos-
sunt. Et ratio est quia gratia non con-
fertur, nisi peccatum mortale simul re- K
mittatur,& deleatur,sed non remittitur
peccatum, nisi in homine esset volun-
tas peccandi,& actus peccati:ergo qui-
cunq; actualiter mortale peccatum cõ-
mittit:ponit obicem, & consequenter
nullum fructum gratiæ in susceptione
sacramenti consequitur.

CAP.

CAPVT III.

Quomodo se disponere debeat ille, qui susceptururus est sacramenta.

1 QVicunque ad sumendum Eucharistiæ Sacramentum accedit, prius discutere debet, an habeat conscientiam peccati mortalis. Quod si alicuius peccati mortalis est conscius antequam sumat Eucharistiam Confessionem, præmittere debet. Hoc est definitũ in *Concil. Trident. sess. 13. cap. 7. & can. 11.* & docent communiter *DD. Suarez disput. 66. sect. 3. ad fin. Vazquez 3. par. tom. 3. disput. 180. Henriquez lib. 1. de Sacrament. cap. 22. num. 7. & lib. 8. cap. 45. n. 2. S. Thomas in 4 dist. 16. & dist. 17. q. 3. art. 1. & quæst. 4. Valentia tom. 4. disput. 6. quæst. 8. punct. 3. Sotus in 4. sentent. dist. 1. q. 1. art 4. S. Anton. 3. part. tit. 13. cap. 6. num. 7. Nauarrus cap. 22. num. 10. Petrus Ledesma in summa de Eucharist. cap. 10. & 11. Azorius 1. part. lib. 10. cap. 31. quæst. 3. Rodriquez in summa cap. 65. de communion. num. 1. Angles de Sacrament. Eucharist. q. 2. art. 4. difficult. 1. conclus. 1. Bartholomæus ab Angelo dial. 4. §. 18. Camerota cap. 10. dub. 11. Molfesius tract. 3. cap. 8. num. 49. Fillinccius tract. 4. cap. 8. quæst. 2. num. 210. & Bonacina de Sacramentis in gener. disput. 1. q. 4. pun. 2. proposit. 1. & disput. 4. quæst. 6. pun. 1. proposit. vnic. num. 10.*

Con. Trid. S. Thomas. Suarez. Vazquez. Henriq. Valentia. Sotus. Antoninus. Nauarrus. Pet. Ledes. Azorius. Roderiq. Angles. Bart. Ang. Camerota. Molfesius. Fillince. Bonacina.

2 Vnde cautè legendus est *Caietanus*, qui tenuit posse aliquem sumere Eucharistiam, non præmissa Confessione dummodo habeat contritionem. Quãdocunq; enim adest copia Cõfessorum præmittenda est confessio de peccatis lethalibus, iuxta illud ad *Corinth. 11. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit.* Vnde qui absq; graui necessitate, contra facere ausus fuerit, mortaliter peccat, quia manducat indignè. Ita *Alexãder Alens. quæst. 46. memb. 3. 4. & 5. S. Thomas quæst. 80. art. 5. & 6. D. Bonauentura dist. 9. art. 2. q. 3. Riccardus ead. dist. art. 2. q. 1. Scotus ibid. q. 1. Durandus ead. dist. q. 4. & Angles de Sacrament. Eucharist. q. 2. art. 4. conclus. 1.*

Caietanus. Corint. 11. Alex. Alẽ. S. Thomas. S. Bonau. Riccardus. Scotus. Durandus. Angles.

3 Item suscepturus Sacramentum Eucharistiæ debet esse ieiunus ieiunio naturali, quatenus à media nocte illius diei nihil per modum potus, aut per modum cibi gustauerit. Dixi (ieiunio naturali) ad differentiam ieiunij Ecclesiastici, nam non frangitur ieiunium Ecclesiæ, si ieiunans aliquod medicamentum in modum potus, vel cibi sumpserit; sed frangitur ieiunium naturale quod est necessarium ad dignè sumendam Eucharistiam. *D. Thom. quæst. 80. art. 8. Henriquez lib. 1. de Sacrament. cap. 22. num. 7. Suarez disput. 68. sect. 2. conclus. 1. Bartholomæus ab Angelo dialog. 4. §. 203. Rodriquez cap. 66. num. 1. Azor. cap. 30. quæst 2. Pitigianus dist. 7. quæst. 1. art. 2. & 3. Toletus libr. 2. cap. 28. num. 6. S. Antoninus 3. part. tit. 13. cap. 6. num. 8. Graffius 1. part. lib. 2. cap. 10. num. 13. Camerota de Eucharistia cap 10. dub. 9. Molfesius tract. 3. num 12. Filliuccius tract. 4. cap. 8. quæst. 9. & Bonacina de Sacrament. disput. 4. quæst. 6. punct. 2. proposit. 2. nu. 5.*

S. Thomas. Henriq. Suarez. Bart. Ang. Pitigianus. Toletus. Antoninus. Graffius. Camerota. Molfesius. Filliuce. Bonacina.

4 Igitur quicunq; missam celebrauerit, aut Eucharistiam sumpserit non ieiunus ieiunio naturali mortaliter peccat, quia hoc præceptum Ecclesiæ sub mortali obligat. *D. Thomas loc. cit. ar. 8. ad 4. Magister sent. in 4. dist. 8. ibique Scotus quæst. 3. Durandus q. 4. Paludanus q. 2. Bonauentura art. 1. Riccardus art. 2. q. 1. Dionysius Carthus. quæst. 4. Albertus art. 10. & dist. 13. art. 26. Palacius quæst. 5. Gabriel lect. 10. Alexander Alens. 4. par. q. 52. Ledesma, Astensis lib. 4. tit. 18. Syluester Eucharistia 2. §. 7. Angelus verb. Eucharistia 2. § 6. Tabien. verb. communicare §. 42. D. Antoninus 3. part. tit. 4. c. 5. §. 4. Armilla, & Henriquez lib. 8. de Eucharistia cap. 49. num. 2.* Item definitum est hoc in *Concil. Carthag.* & habetur in *cap. sacramenta de consecrat. dist. 1. & cap. ex parte de celebration. missar. & cap. liquido de consecration. dist. 2.* Et ratio est, quia hæc est consuetudo antiquissima, ab Apostolis in primitiua Ecclesia introducta, quemadmodum ex multorũ SS. Patrum traditionibus apertè colligitur; vide *D. Augustin epist 118. ad Ianuar. Clemen. epistol. 2. Tertullian. lib. 2. ad vxorem. Abdias lib. 7. de vita Matthæi Anselm. Theophylact. Oecumen. Sedul. Ambros. in Psalm. 118. serm. 6. & 8. Chrysostom. homil. 27. in 1. Corinth. 11. Conrad. Brun. lib. 6. de cæremon. Eccles. Clittoue. lib. 2. de offic missæ cap 30. Iansen. concordant. cap. 131. Torren. lib. 3. conf cap. 3. § 7. Democar. lib. 4. de sacrific. altar. cap. 4. & Nicephor. lib. 17 cap. 25.* vbi refert in Græcia fuisse quamdam antiquam consuetu-

S. Thomas. Mag. sent. Scotus. Durandus. Paludanus. Riccardus. Dion. Car. Palacius. Gabriel. Alensis. Ledesma. Astensis. Syluester. Angelus. Tabiena. Antoninus. Armilla. Henriq. Con. Cart. S. August. Clemens. Tertull. Abdias. Anselmus. Theophil. Oecumen. Sedulus. Ambrosius. Chrisost. Conr. Bru. Clittoueus. Iansenius. Torren. Democari. Nicephor.

A suetudinem, vt fragmenta Eucharistiæ
pueris ieiunis in salutarem, & spiritualem
cibum, darentur; quod, & sibi, dum
pueritiæ ageret ætatem, nonnunquam
accidisse testatur. Alij vero dicunt hanc
consuetudinem fuisse à Christo institutam
per Apostolorum traditionem. Ita
Sotus. *Sotus dist.11. quæst.1.art.8. Bellarminus*
Bellarm. *lib.2.de missa cap.14.col.3.& Henriquez*
Henriq. *de Sacrament. Eucharist. lib.8. cap.49. in comment. liter. L.*

5 Hæc autem regula suam patitur ex-
B ceptionem, nam imminente periculo
mortis violentæ licitè potest; imò tenetur
quis sacrosanctam Eucharistiam suscipere
etiam quod non sit ieiunus ieiunio
naturali; quod videlicet intelligendum
est si tempus opportunum nō
superfit; puta si statim sit necandus, quia
non datur à Iudice dilatio exequendi
Henriq. sententiam. Ita *Henriquez lib.1.de Sacrament. cap.22.num.7.* Et ratio est, quia
præceptum sumendi Eucharistiam est,
non solum Ecclesiasticum, sed etiam de
C iure diuino, vt patet ex illis verbis *Luc.*
Luc.22. *22. Hoc facite in meam commemorationē,*
Ioan.6. *& ex illis Ioann.6. Nisi manducaueritis*
carnem filij hominis, &c. quem locum sic
Suarez. exponunt SS. Patres, quos citat *Suarez*
Valentia. *disput.69. sect.1. Valentia tom.4. disput.6.*
Reginald. *quæst.8. punct.5. §.4. Reginaldus lib.29.*
Angles. *num.57. Angles quæst.2.art.9. conclus.1.*
Bart. Ang. *Bartholom. ab Angel. dial.4.§.73. Conin-*
Coninch. *chus q.80.art.11. & Bonacina de Sacra-*
Bonacina. *ment. disput.4.q.7.* Præceptum autem ieiunij
naturalis in sumptione Euchari-
D stiæ est tantum Ecclesiasticum; sed præceptum
diuinum anteponendum est ecclesiastico;
ergo hac extrema necessitate
imminente potest quis non ieiunus
Sacramentum Eucharistiæ sumere.
Idem pariter dicendum est de quocūq;
infirmo in postremo puncto vitæ constituto,
qui tempus non habet opportunum
quo Eucharistiam ieiunus sumere
posset; tunc enim in sumptione Sacramenti
propter rationem supra allatam
ad ieiunium naturale minimè te-
E netur.

6 In Sacramento autem Ordinis tenetur
vnusquisq; seruare ieiunium naturale,
non quia Ordo, quem suscipit id
exigit; sed quia in ipsa Ordinis susceptione
sumpturus est Eucharistiam. Ita
Henriq. *Henriquez loc. cit num.7.* In Sacramento
vero Confirmationis olim consuetudo
seruabatur, vt confirmandi ad Sacramentum
suscipiendum, ieiuni ieiunio
naturali accederent; sed hæc consuetu-
do his nostris temporibus minimè ser- F
uatur; vnde Episcopi Confirmationis
Sacramentum post prandium conferre
consueuerunt. Hoc idem dicendum est
pariter de cæteris Sacramentis, nempe
Baptismo, Pœnitentia, Extrema vnctione,
& Matrimonio, quæ si homo suscipere
vellet; neq; ad ieiunium naturale,
neq; Ecclesiasticum teneretur.

Antequam Pœnitentiæ Sacramentum 7
suscipiatur, debet homo contritionem
habere de omnibus peccatis post Baptismum
commissis, & in alijs Confes- G
sionibus minimè expressis. Habemus
enim speciale præceptum, vt ante Confessionem,
contritio, vel attritio, quæ
coniuncta Sacramēto Eucharistiæ æquiualens
est contritioni, præmittatur.

Probatur ex illo *Luc. 13. Nisi pœni-* Luc.13.
tentiam egeritis, omnes simul peribitis.
Quæ videlicet pœnitentia in ipsa contritione,
seu displicentia de peccatis
commissis præcipuè consistit, qua homo
displicentiam habet, & pœnitet se
contra Deum Conditorem, & Saluato- H
rem suum peccasse. Item probatur ex
communi Theologorum sentētia apud
Suar. disput.15. sect.1. & testatur *Filliucc.* Suarez.
de Sacrament. tract.6. cap.8. quæst.1. num. Filliucc.
109. Quænam vero attritio sit sufficiens Henriq.
ad dignè suscipiendum Sacramentum, Medina.
vide *Henriquez lib.1. de Sacrament. cap.* Bonacina.
22. Fr. Medin. 1.2. quæst.109. art.6. Bonacin. de Sacramentis in gener. disput.1.
quæst.4. punct.2. proposit.1. Filliucc. &
alios DD. recentiores in tract. de Sacrament. Pœnitent. I

Quod si contingat, vt homo ad reci- 8
piendam pœnitentiam, per solam attritionem
se disposuerit; necessario debet
Sacramentum Pœnitentiæ simul suscipere,
vt virtute Sacramenti fiat ex attrito
contritus; non quod attritio possit
fieri contritio, cum sint actus diuersæ
speciei, & circa diuersa motiua versentur,
vnde intrinsecè inter se differunt;
sed quia attritio, quæ per se insufficiens
est ad obtinendam gratiam, virtute Sacramenti
sufficiens efficitur; vnde ex- K
trinsecè ex attritione fit contritio, & ex
attrito homo fit contritus. *D. Thomas* S. Thomas
quæst.1. de partib. pœnitentiæ art.3. Suarez Suarez.
disput.5. sect.3. Vazquez quæst.82. art.1. Vazquez.
dub.2. num.14. & quæst. 86. art.3. dub.8.
num.4. Nugnus super d. quæst.1. D. Thom. Nugnus.
dub.1. pag.186. Henriquez lib.4. cap.25. Henriq.
Valentia tom.4. disp.2. quæst.8. punct.2. Valentia.
Zerola de pœnitent. cap.6. quæst.2. & 3. Zerola.
Angles in florib. Theol. in 4. sent. quæst. de Angles.
con-

contrition. lib. 4. Pitigianus par. 2. dist. 14. quæst. 2. art. 6. concl. 2. Camerota tract. 6. de contrition. dub. 2. Filliuccius tract. 6. cap. 7. q. 8. 9. & 11. Molfesius tract. 7. cap. 8. num. 26. & sequentib.

9 Deniq; quicunq; recepturus est aliquod Sacramentum, quod per se primã gratiam conferre non potest, debet esse in gratia; ad hoc vt sancta sanctè tractentur, & sacramenta principalẽ suum effectum in suscipiente operentur, propter quem instituta sunt. Hinc grauius peccat, qui in statu peccati mortalis Sacramẽtum suscipit, quam qui ministrat; nam ministrans nõ redit frustratorium effectum Sacramenti, aut eius significationem inanem redit; idest sua culpa, in qua ministrando manet, nã gratiam nõ impedit, quam significat, & confert Sacramentum; secus autem qui in statu læthalis peccati suscipit. Vide *Suarez disput. 17. sect. 2. conclus. 2. Reginald. lib. 26. num. 61. Vinald. de Sacrament. in genere cap. 3. num 16. Henriquez lib. 1. cap. 22. num. 10. & cap. 23. & sequentib. Filliucc. tract. 1. cap. 8. q. 6. num. 148. Bonacin. de Sacrament. in genere disput. 1. quæst. 6. punct. 2. propos. vnic. & D. Thom. 3. part. quæst. 68. art. 8.* Vnde quicunq; liquido cognoscit se esse in statu peccati mortalis, ac propterea esse indignum Sacramentis; & tamen hoc non obstante Sacramentum indignè suscipit, manifestũ sacrilegium perpetrat, vnde & sacrilegus ritè nuncupatur. *D. Thomas 2. 2. quæst. 99. art. 3. & 3. part. quæst. 68. art. 4. Sotus dist. 5. Ledesma quæst. 9. & Henriquez lib. 1. de Sacrament. cap. 22. num. 8.*

10 Quando vero aliquod Sacramẽtum, quod per se primam gratiam confert; est suscipiendum, veluti Baptismus, vel pœnitentia, ad tale Sacramentum debet homo cum contritione accedere, vt fructum Sacramenti consequi possit. Contritio enim propriè sumpta in tali casu est necessaria necessitate præcepti, quemadmodum communior DD. sententia tenet, vt *Suarez disput. 15. sect. 1. Valentia disput. 7. quæst 8. punct. 3. Bellarmin. de pœnitent. lib. 2. cap. 8. proposit. 2. Pitigian. 2. par. dist. 14. quæst. 3. art. 4. Coninchus disp. 3. dub. 2. Nugnus quæst. 2. de partib. pœnitent. art. 3. dub. 2. Angles in 4. sent. 2. part. quæst. de contrition. art. 5. difficul. 1. Filliuccius tract. 6. cap. 8. q. 1. & Bonacina de Sacrament. Pœnitent. disput. 5. quæst. 5. sect. 1. punct. 2. proposit. 2. nu. 4.* Verum si contritionem faciliter habere non possit, conetur habere attritionem efficacem, & supernaturalem, quæ cum sit proportionata gratiæ, & sufficiens ad excludendum affectum ad peccatum: hinc sufficit ad primam gratiam consequendam. Vide *Bellarmin. de pœnitent. lib. 2. cap. 8. proposit. 1. Valent. tom. 4. disput. 7. quæst. 8. punct. 4. Suar. disput. 5. sect. 1. Reginald. lib. 5. num. 40. & 43. Zerol. de pœnitent. cap. 6. quæst. 1. Camerot. tract. 6. de contrition. dub. 2. Pitigian. 2. par. dist. 14. q. 4. art. 7. conclus. 1. Henriquez lib. 1. de Sacrament. cap. 22. num. 5. Fr. Medin. 1. 2. quæst. 109. art. 6. Filliucc. in tract. de Sacrament. Pœnitent. Bonacin. de pœnitentia disput. 5. quæst. 5. sect. 1. pun. 3. proposit 3. num. 3.* & colligitur ex *Concil. Arausican. 2. cap. 25. & ex Concil. Trident. sess. 14. c. 4. & sess. 6. cap. 5. & 6.* & est communis sententia, quam omnes recentiores DD. amplexi sunt, quamuis nonnulli ex antiquis eam non esse sufficientem existimauerint.

11 Hæc autem attritio efficax, & supernaturalis impulsu Spiritus sancti elicitur excitantis, & mouentis hominem ad talem actum eliciendum. Estq; duplex. Prima est qua homo peccata mortalia odit, ac detestatur ob timorem inferni, quatenus ipsa efficiunt, vt anima in igne æterno crucietur; vel ob amorem Patriæ cælestis, quatenus eadẽ peccata operantur, vt æternæ vitæ gaudia amittantur. Secunda est qua homo detestatur mortale peccatum ob eius deformitatem, & turpitudinem quatenus est iniuria, & offensa Dei, vel quatenus est per se malum causans multa mala. Hi omnes actus attritionis quando coniunguntur cum Sacramento Eucharistiæ, & Pœnitentiæ sunt sufficientes ad delendum peccatum, & ad obtinendam gratiam; aliter enim, nullum ex his duobus effectibus operantur.

CAPVT IV.

Quando teneatur homo Sacramenta suscipere.

OBligatio, qua homo sub præcepto tenetur aliquod Sacramentum suscipere, duplex esse potest. Vna est obligatio per se ratione sui proprij effectus, & finis; & hæc est quando homo tenetur sub mortali semel in anno confiteri, vel Sacramentum Eucharistiæ suscipere. Altera vero est per accidens, ratione

A ratione alicuius extrinsecè, & hæc est, quando tenetur Parochus aliquod Sacramentum petentibus ministrare; vel quando simplex Sacerdos, in articulo mortis constituto, tenetur baptismum conferre, aut absolutionem à peccatis; & censuris largiri. *At* qnia huiusmodi obligationes non semper locum habēt, sedquibusdam temporibus, nec singula Sacramenta hanc obligationem pariūt, idcirco ad propositam quæstionem,per varias; & distinctas conclusiones re-

B spondere opportunum duxi.

Ad suscipiendum Baptismū quādo quis tenetur

Henriq. Suarez. Regiuald. Chamerot. Victoria, Conincb. Filliuc. Bonacina.

Dico igitur primo, omnes adnltos sub præcepto teneri, vt quamprimum commode potuerint Sacramentum Baptismi suscipiant, vel non multum differant. Ità *Henriquez lib.2. cap. 4. Suarez disput.31. sect.2. Reginaldus lib.27. num. 56.Chamerota de* Baptismo *cap.5. dub. 12. Victor.de* Bapt. *quæst.* 33. *Coninchus 3. p. q.68. arc.1. dub.1.Filliuecius tract.2. cap. 6.quæst.5.num.130.&* Bonacina de Sacrament. Baptism. *disput.2.q.2.punct.2. propos.* 2. Et ratio est; quia Baptismus est necessarins ad salutem necessitate medij, itaut, æterno salus absq; ipso ac-

C quiri non possit iuxta illud *Ioan.3.Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritusancto nō poterit introire in Regnum Dei,* & docent communiter DD. Concilia, & Patres apud *Suarez disput. 27. Vasquez 3.par.disput.149.cap.1.& 2.& 3.p. disput.152. cap.2.*Bellarm.*tom.3.lib. de* Bapcism. *cap.5. Heuriquez lib. 2. cap. 3. Sayr. lib. 2.de Sacrament. cap.8. quæst. 2. art.1.Valent:tom.4.disp. 4.quæst.3.punct. 4.Nugn.3. par. quæst.68.art.1. & 2. Conineb.ibid.dub.1. Pitigian.in 4. quæst. 6. art.1.Tolec.lib.2.cap.21. Grassium 2.par.*

D *lib.2.cap 4.num.12.Reginald.lib. 27. nu. 7.*Barthol*om.ab Angel.de Sacrament.*Bap*tism.§.8.& Filliuecium tract.2.cap.6.q.1. num.116.* ergo Baptismus quam prins potest recipi debet.

Ioann.3

Suarez. Vazquez. Bellarm. Heuriq. Sayrus. Valentia. Nugus. Couinch. Toletuc. Graffius Reginald. Barthol.ab Angel. Filiucceius

Confirmatio nō est necessaria ne cessitate studij, neq. precepti.

Dico secundo Sacramentum Confirmationis non esse necessarium ad salutem, neq; necessitate medij, neq; necessitate præcepti; ita vt si quis secluso cōtemptu, vel alia rationabili circumstantia illud omictat; mortaliter non peccet. Ita docent communiter DD. *S. Thomas quæst.65.art.4.& quæst.72.art.3. ibique Nugnus art.8. dub.2. Suarez disp. 38.sect.1.Sayrus de sacrament. in gener. lib.6.cap.4.quæst.1.circa med.Valen.tom. 4. disput. 5.quæst. 2.pun.3.Reginaldus q. 72.art.8.num.88.Vinaldus de Confirmat. cap.5.num.6.& 7.Toletus lib.2. cap. 24. num.11.Nauarrus cap.22.num.9. vers.3. Petrus Ledesma in summa de* Confirmat. *cap.8.Pitigianus dist.7.quæst.2.art.2.Angles de Confirmat.quæst. vnic.art.5. concl. 1.Chamerota de* Confirmat.*cap. 1.dub. 4. Victoria de confirm. conclus.47. Filliuce. tract.3.cap.2.quæst.9.num. 41. Henriquez lib.3.de Sacrament.cap. 1.num.6.&* Bona*cina disput.3.quæst.vnic. punct.2.proposit.* 1.quamuis contrariam sententiam teneat *Sotus, & alij,* quos citac *Emanuel Sà verb.* Confirmat. *num.* 11. Et ratio est, quia nullibi inuenitur hoc præceptum fuisse à Domino Datum; neq; Ecclesia præcipuit, vt omnes fideles sub præcepto peccati mortalis Confirmationis Sactamentum suscipere-

E

S.Thomas Nugnus. Suarez. Sayrus.

F

Valentia. Reginald. Vinaldus Toletus. Nauarrus. Petr.*Ledesma Pitigianus Angles. Chamerot. Filliuce. Henriq.* Bonacina.

G

nt. Dum quia experientia ipsa nos edocet homines posse salutem æternam adipisci absq; Confirmatione, quemadmodum in paruulis exemplum habemus, qui statim post susceptum Baptismum, & antequamConfirmationem suscipiāt moriuntur & tamen ad Regnum cœlorum perueniunt.

Ad Eucharistiam sumendā tenemur ex præcepto diuino, & Ecclesiastico sub mortali

H

Dico certio, Sacramentum *E*ucharistiæ esse præcepto non solum Ecclesiastico, sed etiam diuino, quo tenentur omnes adulti sub mortali illud suscipere. Ita Bellarminus *de Sacram. Euchar. cap.vlt.Suarez disp.69.sect.1.Sotus dist. 12.quæst.1.art.11.Vazquez 3.p.tom.3.disput.69.cap.3.pag.15.Valentia tom. 4. disput.6.quæst.1.punct.5.Coninchus in tract. de Sacramen.Eucharist.Pitigian.dist. 9.q. 3.art.6.Pesantius 3.par.quæst.74.art.4.disput.2.Nauarrus cap.21.num.57.Victoria Henriquez de Sacrament.lib.8. cap. 3.nu. 2. Item D.Thomas 3.par.quæst.80.art.11. Durandus dist.9.quæst.2.num. 7. Paludanus quæst 1.num.15.Ricchardus dist.12.ar. 6.quæst.1.Maior quæst.3.Gabriel lect.* 87. Cath*arinus lib.5.contr.Caietan.Adrianus in 4.de Eucharist. Petrus Soto lect. 9. tit. de Eucharist.Ledesma quæst.21.art.11.Taper.art.15.Roffen.lib.4.de veritat. corpor.* Chris*t.in Eucharist.& in prolog.lib.5.cōtra gentes, cap. 61. Democar.lib. 4. de de sacrific.altar.cap.vltimo Angelus verb Eucharist.disp.4.q.1.pun.3.proposit. 2.contra* Caietanum, *Syluestrum, & alios,* qui putant hoc præceptum esse tantum Ecclesiasticum, non autem diuinum. Et ratio est, quia non solum ab Ecclesia iussum habent omnes fideles adulti, vt Eucharistiam semel in anno accipiant, sed etiam à Christo, vt patet ex illis ver

I

K

Bellarmin. *Suarez. Vasqez Sotus Valentia, Coninch* Pitigianus Pesantius *Nauarrus Victoria Hēriquez. S.Thomas Durandus.* Paludanus *Riccardus Maior Gabriel Catharin. Adrianus. Petr.Soto Ledesma. Taper. Roffeusi, Ferrariēsi. Democ. Angelus* Bonacina *Sylucster Caietanus*

A bis *Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis.* Ex quibus verbis præcitati DD. colligunt, Eucharistiam esse cibum necessarium ad salutem animæ; ita vt si ipsum assumere nollet homo, vitam æternam non consequeretur; quia Christus dicit, *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis.* Vnde *Concil. Trident. sess. 13. cap. 6.* citans *Concil. Nicæn. can. 13.* præcipit, vt omnes fideles adulti saltem in articulo mortis hoc B Sacramentum suscipiant, ad hoc vt huic præcepto diuino satisfaciãt. Sicut enim cibus corporalis est necessarius ad vitã corporis, sine quo ipsa vita corporalis conseruari non potest; ita Eucharistia, cum sit cibus spiritualis *Ioan. 6. Caro mea verè est cibus*; est necessaria ad salutem animæ, ita vt sine huiusmodi cibo vita animæ conseruari haud possit. Vnde hac supposita necessitate, quæ sub præcepto diuino cadit, colligit *Bonacin. loc. cit.* quod si Ecclesia nunquam præ- C cepisset, vt semel in anno omnes adulti Sacramentum Eucharistiæ susciperent; adhuc ad illud suscipiendum sub præcepto peccati mortalis tenetentur; & eo non suscepto, vita animæ periret.

Ioan. 6.
Con. Trid.
Con. Nicæ.
Ioan. 6.
Bonacina.

Infantes, & amentes non tenentur.

Infantes vero, neq; ex præcepto Ecclesiastico, neque diuino, tenentur Eucharistiam suscipere, quemadmodum, & illi amentes, qui perpetuæ amentiæ morbo laborant. Ita *Suarez disput. 69. sect. 4. Fillinceius tract. 4. cap. 7. quæst. 2. num. 137. & Bonacina de Sacram. Euchar-* D *rist. disput. 4. q. 1. punct. 3. proposit. 2.* Et ratio est, quia hoc Sacramentum non est necessarium necessitate medij, quemadmodum Sacramentum Baptismi; sed tantum necessitate præcepti; sed nullo præcepto ligari possunt præfatæ personæ; cum rationis sint expertes; ergo &c. Colligitur ex *Concil. Trident. sess. 21. cap. 4.*

Suarez.
Fillince.
Bonacina.
Con. Trid.

An verò hoc præceptum alliget etiã infideles, magna quæstio est inter DD. nam nonnulli negant, vt *Sotus in 4. dist.* E *18. quæst. 1. art. 3. Sanchez in oper. moral. lib. 1. cap. 11. num. 15. Pitigianus dist. 9. quæst. 3. art. 8. Nugnus quæst. 80. art. 11. diffic. 2. conclus. 3. & Bonacina de Sacrament. Euchar. ist. quæst. 1. disp. 4. punct. 3. prop. 2. num. 4. vers. verum.* Sed ego sententiam affirmatiuam libentius amplector, quam tenet *Suarez 3. par. disput. 69. sect. 2. dub. 1. Vazquez disput. 214. cap. 4. Conincbus 3. part. quæst. 80. art. 12. dub. 2. num. 93. Reginaldus lib. 29. num. 78.* & alij F apud prædictos Doctores. Et ratio est, quia sub illis verbis Christi *Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitã in vobis*, omnes homines, (siue fideles sint, siue infideles) comprehenduntur; nam tanquam medium proponitur, ad salutem æternam obtinendam necessarium; vnde tenentur infideles baptismum suscipere, eoq; suscepto, Eucharistiam assumere. Exemplum de hoc habemus in adultis fidelibus, quibus dum præcipitur, vt Eucharistiam G suscipiant; tenentur Sacramentum pœnitentiæ antea suscipere, si aliquod peccatum mortale habeant. Ita pariter dicendum est de infidelibus, qui tenentur prius Baptismum suscipere, cum Baptismus sit ianua Sacramentorum, ac deinde Eucharistiam.

Sotus.
Sanchez.
Pitigianus
Nugnus.
Bonacina.
Suarez.
Vazquez.
Coninch.
Reginal. l.
Ioan. 6.

Obijcies, Cathæcumeni non possunt Eucharistiam manducare donec baptizentur, quia sic Ecclesia præcipit, & docet *D. Augustinus in tract. super Euangel. Ioan.* ergo si Cathecumeni ad hoc præ- H ceptum implendum non tenentur; à fortiori, neq; tenentur infideles. Respõdeo, cathecumenos non penitus excludi à sumptione Eucharistiæ, sed per aliquod tempus; donec Baptismum suscipiant; quia cum Baptismus sit ianua Sacramentorum; hinc non baptizatus non potest fieri particeps cęterorum Sacramentorum. Sed cathecumenus post susceptum baptismum tenetur sub præcepto Eucharistiæ Sacramentum assumere. Ergo hoc præceptum diuinum omnes homines adultos tàm fideles, quàm infideles ligat. Hæc est autem differentia quoad hoc, inter adultos fide- K les, & infideles; nam fideles tenentur suscipere Eucharistiam, non solum ex pręcepto diuino, sed etiam Ecclesiastico; infideles vero, tenentur tantum ex præcepto diuino. Et ratio est, quia Ecclesia non potest aliquod præceptum imponere, nisi suæ potestati, & iurisdictioni subiectis, sed infideles non sunt subditi potestati, ac iurisdictioni Ecclesiæ, quia I non sunt membra huius corporis mixti; ergo infideles non tenentur ex præcepto Ecclesiastico. Tenentur autem ex præcepto diuino, quia Deus cum sit rerum omnium Creator, ac Dominus, absolutam habet potestatem, iurisdictionem, atq; dominium super omnes gentes; hinc quibusuis personis præcepta potest imponere.

D. August.

Infideles tenẽtur sumere Eucharistiam ex præcepto solum diuino.

Sed

A

Aetas quæ requiritur vt fideles teneantur ad præceptũ sumendi Eucharistiam relinquitur arbitrio prudentis Cõfessarij.

Sed queres quo tempore hoc præceptum habere locum incipiat, in baptizatis. Respondeo non esse concedẽdam Eucharistiam pueris baptizatis, antequam ad decimum annum attigerint; neq; esse differendam vltra annum decimumquartum. Verumtamen quo ad hanc determinationem temporis certa regula tradi non potest, propter diuersas personarum conditiones, & dispositiones; vnde arbitrio prudentis Confessoris, vel Parentum est omnino relinquendum, quemadmodum docet *Suarez disput. 20. sect. 2. S. Thomas, Paludanus, & alij*, quos citat, & sequitur *Fillincius tract. 4. de Sacrament. Eucharist. cap. 7. quæst. 4. num. 192.*

B

Suarez. S. Thomas Paludanus Filliucc.

Fideles obligantur ad confessionem de iure diuino

Dico quarto Sacramentum Pœnitentiæ esse de iure diuino; vnde ad faciendam confessionem peccatorum tenentur fideles ex diuino præcepto, dato quod Ecclesia hoc idem præceptum minimè imposuisset. Quòd autem sit de iure diuino, definitum est in *Concil. Trident. sess. 14. cap. 4. 5.* & patet ex *Concil. Constant. sess. 8. & in Bulla Mart. V.* vbi damnatur Vuicleph error, qui aiebat Confessionem esse de iure Ecclesiastico. Item colligitur ex *Concil. Lateran. in cap. omnis de pœnitent. & remission.* vbi profectò non statuitur vt fideles confiterentur; eo quod Concilium intellexerit hoc præceptum de iure diuino fuisse impositum, quemadmodum *Henriquez lib. 4. cap. 3. lit. C.* huius Concilij mentem subtiliter interpreratur. Vnde in *can. 7.* dixit, de iure diuino esse necessarium, vt fideles omnia, & singula peccata mortalia confiterentur, etiam illa quæ in mente, & sola cogitatione sunt occulta. Item probatur ex illis Apostoli verbis *Iacob. 5. Confitemini* (inquit) *alterutrum peccata vestra*; & ex illis *Ioan. 20. Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt.* Ex quo loco Ecclesia semper intellexit, Confessionem fuisse præceptam iure diuino, quia sic hunc locum exponunt SS. Patres, vt *Cyrillus lib. 12. in Ioann. cap. 56. Chrysostomus homil. 85. Theophylact. Euthymius, Dionysius cap. 3. Ecclesiast. Hierarch. Damascen. lib. 4. cap. 14. Cyprianus lib. 2. epist. 3. Augustinus quæst. 93. noui & veter. testament. Ambrosius lib. 4. de Sacrament. Hieronymus epist. ad Edibiam q. 9. Gregorius homil. 26. in Euang. Origenes in Psal. 37. Anselmus in Luc. 17.* Vide de hoc *D. Thom. addit. quæst. 37. art. 4. ad 1. & art. 5. ad 2. sen dist. 24. q. 3. Durand. q. 5. Scot. Capreol. Ferrariens. 4. contra gentes cap. 72. Hug. de S. Victor. lib. 2. p. 14. cap. 8. Riccard. de S. Victor. lib. 1. de potestat. ligand. cap. 10. & 12. Alexand. Alens. 4. par. quæst. 35. Gagn. Caietan. Catechism. Pij V. Vualdens. c. 139. Turrian. annotat. in Clement. lib. 6. constitut. cap. 12. Vega lib. 13. in Trident. cap. 14. Alphons. à Castr. verb. Sacerdotium hæres. 1. Gerson. in Florent. moral. Turrecrem. lib. 2. sum. Ecclesiast. cap. 77. & lib. 1. cap. 95. ad 2. Henriquez lib. 4. de Sacrament. cap. 2. lit. D. & cap. 3. lit. C. Filliucc. tract. 7. cap. 2. quæst. 1. num. 22.* qui citat *Clement. epist. 1. & Chrysostom. in cap. prædicandum 22. quæst. 1. Bellarmin. 3. de pœnitent. cap. 2. & Bonacin. de Pœnitent. Sacrament. disput. 5. quæst. 3. sect. 2. punct. 4. proposit. 2.* At *Medin. de confession. q. 2. fol. 49.* quamuis hoc præceptum diuinum admittat; attamen falso denegat, ex dicto loco *Ioann. 20.* colligi; quia in contrarium est communis Sanctorum Patrum, & Scholasticorum sententia, quos vsq; adhuc citauimus.

C

Con. Trid. Con. Const. Martin. V. Con. Late.

Henriq.

D

Iacob. 5. Ioan. 20.

E

Cyrillus. Chrisost. Theophyl. Euthimius Dionysius. Damasc. Cyprian. Augustin. Ambrosius Hieron.

F

Gregorius. Origenes. Anselmus. S. Thomas Durandus. Scotus. Capreolus. Ferrarien. Vgo. Riccardus. Alex. Alē.

G

Caietanus. Cathechis. Pij V. Vualdensis Turrianus Clemens. Vega. Alph. Cast. Gerson. Turrecr. Henriq.

H

Filliucc. Bellarmin. Bonacina. Medina.

Obligatur etiam ex præcepto Ecclesiæ.

Con. Late. Con. Trid. S. Thomas

Prætetea ex præcepto Ecclesiæ obligantur omnes fideles semel in anno cõfessionem facere si habeant conscientiã peccati mortalis. Colligitur ex *Concil. Lateran. sub Innocentio III. cap. 21.* & habetur in *cap. omnis vtriusque sexus de pœnitent. & remiss. & in Concil. Trident. sess. 14. cap. 5. fin. & can. 8.* & docet communiter DD. *S. Thomas in 4. dist. 12. quæst. 3. art. 1. Sotus dist. 18. quæst 1. ar. 1. ad 5. Cano relection. de pœnitent. p. 5. Paludanus dist. 17. q. 7. num. 16. Palac. quæst. 5. Ledesma 2. part. q. 5. art. 5. Nauarrus c. 2. num. 6. & 10. Taper. art. 5. Suarez disput. 36. sect. 1. Vazquez quæst. 90. art. 1. dub. 5. num. 4. & 11. Valentia tom. 4. disput. 6. quæst. 9. punct. 5. Azor. 1. par. lib. 2. cap. 39. Molfesius tract. 7. cap. 9. num. 23. Gabriel,* quem citat, & sequitur *Filliuccius tract. 7. cap. 3. q. 1. num. 44. Medina, & Caietanus*, quos citat, & sequitur *Bonacina de Sacrament. Pœnitent. disput. 5. q. 5. sect. 2. punct. 4. prop. 2. num. 9.*

I

Sotus. Cano. Paludanus Palacius. Ledesma. Nauarrus. Taper. Suarez. Vazquez. Valentia. Azorius.

K

Molfesius. Gabriel. Filliucc. Medina. Caietanus Bonacina

Ex supradictis infertur posse Ecclesiã nõnunquam dispensare super hoc præceptum Ecclesiasticum, quatenus vt Papa det licentiam alicui ex iusta causa omittere annualem confessionem. Sed non potest dispensare Ecclesia, vt quis nunquam confiteatur, vel saltem in articulo mortis confessionem non faciat, Et ratio est, quia confessio saltem in articulo mortis facienda est de iure diui-

A no, sed Ecclesia non potest dispensare in his, quæ sunt de iure diuino, quia nõ habet potestatem super his, quæ à superiori Iudice idest Deo instituta sunt; ergo &c. Ita *S.Thomas in additionib. quæst. 6. act.6. Nugnus ibidem Vazquez quæst. 90.art.1.dub.5.num.4. & 11. Suarez disput.36.sect.1.Coninchus disput.5. dub.4. num.48.* Azor. 1.*par.lib.2.cap.29.Valentia tom.4.disp.7.quæst.9.punct.5.* Bellarminus *lib.de pænitent.cap.14. Reginaldus lib.6.num.32. Zerola de pænitent. cap.10. quæst.24.Pitigianus 2.par.dispnt.17.quæst.* B *vnic.art.6.Molfesius tract.7.cap.10.num. 19.Filliuccius tract.7.cap.2.quæst.2.num. 24. qui dicit hanc esse comunem DD. opinionem in 4.dist.17. & nouissimè Bonacin. de Sacrament.Pænitent.dispnt.5. q.5.sect. 2.punct.4.propos.2 num.11.*

S.Thomas
Nugnus
Vasquez
Suarez
Coninch.
Azorius
Valentia
Bellarmin
Reginald.
Zerola
Pitigianus
Molfesius.
Filliucius.
Bonacina.

Sed dubium est, an qui nullum habet peccatum mortale, sed tantum nonnulla venialia, teneatur ex precepto Ecclesiæ ad faciendam annuam confessionẽ: ità vt si illam prætermictat, mortaliter peccet, & in illas pœnas incurrat, quas Ecclesia non confessis infligere assolet. C Ad quod affirmatiuè respondent nonnulli *DD. vt Ricchardus dist.17.art.2.q. 4. Alexander 4.par. quæst. 77. memb.1. Almain.art.2. & Angelus confessio. 2.§. penult.* At ego existimo huiusmodi hominem dummodo conscientiam peccati mortalis non habeat, non teneri ad annuam confessionem, ideoq; in pœnas ab Ecclesia stabilitas minimè incurrere. Est comunior DD. opinio in 4.*dist. 17. ibiq; Scotus quæst.1. Gabriel quæst.1.* D *art.2.Durandus quæst.9. D.Thomas dist. 17.quæst.1. 1.4.ad tertium, & Addit. q.6. art.3.ad 3.& 3.par.quæst.65.art.1. Sotus q.1.art.3. Ledesm.2.par.q.5.art.3.Caietanus quæst.65.art.2.ad 4. & opusc.de Confession.q.5.Victor.§.129. alias 138. Vega in Concil.Trident.lib.13. cap.30. Syluester confessio.1.§.13.Nauarrus cap.2. nu. 6.Fr.Alex.lib.2.tit.1.cap.7. Angelus Cõfessio.1.§ 27. vbi hanc nostram sententiam tenet, quamuis in loco supra cit. contrariã postmodum amplexus fuerit. Item Glosa* E *in cap omnis vtriusq; sexus de pænitent. & remission. quam fuisse ab omnibus recentioribus communiter receptam, refert* Henriquez *lib.4.de Sacrament.cap.4. lit. B.* Ad rationes vero, quas aduersarij in comprobationem suæ sententiæ adducere possent, respondemus cum *Sot. & Henriq. locis citat.* satis esse si homo in solemnitate Paschali coram Parocho se præsentet, eiq; dicat, quod ideo Confessionem non præmictit, quia non habet conscientiam peccati mortalis; quo videlicet actu patenter manifestaret se ad Eucharistiam dignè accedere; vnde & animum Pastoris ab omni mala suspicione liberaret. F

Qui non habet, nisi venialia nõ tenetur ad annuã confessionẽ
Riccardus.
Alexand.
Almanus.
Angelus.
S.Thomas
Scotus.
Gabriel.
Durandus
Sotus
Ledesma.
Caietanus.
Victoria
Vega
Syluester
Angelus
Glosa
Hẽriquez.

Adhoc autem vt præceptum Ecclesiasticum annuæ confessionis impleatur, de necessitate non requiritur, vt in Quadragesima, vel in Paschate Confessio fiat; sed sufficit si homo in qualibet totius anni die confiteatur. *Ità Ledesma* G *2.par.quæst.5.art.5.dub.6. Sotus dist. 18. q.1.art.4.conclus.4.Cano relect. de pænitent.p.5.D.Antoninus 3.par. tit.14.c.19. §.3.Syluester confessio 1:§. 2. Nauarrus cap.2.num.10.Medina lib. 1. instruction. cap.14.§.41.Victor.§.126.alias 137.& §. 192.& Henriquez lib.4. de Sacram. cap. 4.num.1.*

Ledesma
Sotus
Cano
Antoninus
Syluester
Nauarrus
Medina
Victoria
Hẽriquez.

Dico quinto Sacramentum extremæ vnctionis non esse sub præcepto diuino, aut Ecclesiasticò, vnde si quis in articulo mortis illud omiserit, regulariter loquendo; mortaliter non peccat. Ita *D. Thomas dist.23.quæst.1.art.1. & 3. ad 1. Sotus quæst.1.1.ad arg. Suarez lib.4. disput.44.sect.1.Syluester vnctio.§.9.Bonauent.dist.23.in exposit.liter. Nauarrus c. 22.num.16.Ledesma quæst.31.art.9.ad fin. Taper.act.12.*Henriquez *lib.3. de Sacrament.cap.10.num.3.Nugnus quæst.33.art. 2.difficul.1.Emanuel Sà num.5.Victor. §. 219.Caietanus verb. vnctio Armil. §. 1. Coninchus tom.2.disput.19.dub.10. num. 30.Molfesius num.33.Filliuccius tract.5. num 112.Posseuinus, Victorell. super Tolet.lib.cap.18. & Bonacina de sacrament. Extremæ vnctionis disput.7.q.vnic.punct. 5.prop.1.num.10.*quamuis contrarium tenẽat *Petrus à Soto lect.2. de Extrema vnction.& Bellarm. lib.1. de Sacrament. cap. 22.*

Ad extremam vnctionem suscipiendã nõ tenetur ex præcepto
H
S.Thomas
Bonauent.
Sotus
Suarez.
Syluester
Nauarrus
Ledesma
Hẽriquez.
Hẽriquez
Nugnus
Sà
I
Vienna
Caietanus
Armilla.
Coninch.
Molfesius.
Filliucc.
Posseuinus
Victorell.
Bonacina
Petr.àSot.
K
Bellarm.
Mag.sent.
Palludan.
Couarruu.

Veruntamen si in articulo mortis constitutus Extremam vnctionem recipere noluerit, eam paruipendens, atq; contemnens, vel si illam omiserit cum scandalo aliorum; mortaliter peccat. *Ita Suarez, Henriquez, Nugnus, Emanuel Sà, Coninchus Molfesius, Filliuccius, Bonacina, & alij DD. quos supra citauimus.* Accedit pariter *Magister sent. dist. 23. Paludanus quæst.1. art.3. conclus. 3. supplem.q.1.dub.vlt.Couarruuias cap. Alma 2.par.§.2.num.6. Petrus à Soto lect.2.tit. de Extrema vnction. Bonauent. Nauarr. Taper.quos citat, & sequitur Henriquez lib.3.de sacrament.cap.10.num.3.in comment.liter D.*

Dico

Nullus tenetur ex preceptoordines suscipere.

A Dico sexto nullum hominem teneti ex præcepto diuino, aut Ecclesiastico ad suscipiendum Ordinis Sacramentū. Si autem ipsi ordines verè suscipientur, seruanda sunt interstitia, & tempora ab Ecclesie stabilita. Vnde iuxtà DD. communem opinionem, Prima tōsura, quolibet die suscipi potest; Episcopatus in quolibet die Dominico, ordines vero minores, atq; maiores in quolibet Sabbato quatuor temporum, vel in sabbato, sitientes ante Dominicam Passionis

B aut in sabbaro Sancto in missa. Habetur in *cap.3. de temporibus ordinat. & docent communiter DD. vt Rebuffus in prax. beneficior. par.2. tit. de Clericis ad sacros ordines malè promotis, Glosa par.1. num.2. & 3. Rodriquez in summa 1. par. cap.16. num.3. Vasquez disp.246. cap.5. Graffins tom.2. lib.3. decis. cap.12. num.20. Quarant. verb. ordo Emanuel Sà verb. ordo n. 13. Sylnester verb. ordo num.6. Henriquez lib.1. cap.12. nu.2. Vinaldus de sacramen. ordinis num.36. Martinus Fornarius in tract. de Sacramento ordinis, & Bonacina de ordine disput.8. q. vnic. punct.6. pro-*

Rebuffus. Rodriq. Vasquez. Graffius. Quaranta. Sà. Sylnester. Henriquez. Vinaldus. Fornarius. Bonacina.

C *posit.1.*

Ad matrimonium cōtrahendum nemo tenetur.

Dico septimo nullum hominem teneri sub mortali Sacramentum matrimonij suscipere; vel semel susceptum reiterare. Ità docent communiter DD. Et ratio est, quia hoc Sacramentum, neq; necessitate medij, neq; necessitate præcepti est necessarium ad salutem; sed per se est institutum ad multiplicandum, & conseruandum genus humanū, & in salutare remedium carnalis concupiscentiæ, quæ omnia fieri possunt

D absq; eo, quod vnusquisq; particulariter obligetur.

CAPVT V.

De forma vniuscuiusque Sacramenti.

E DE forma vniuscuiusq; Sacramenti, in proprijs locis præstante Domino fusè agetur; vnde ea quæ nunc dicturi sumus, quasi quædam compendiola, seu summulæ recipiantur; quam nimirum tractationem non parum vtilitatis legentibus afferre arbitror, cum hic omnia breniter præstringantur, quæ in proprijs locis vniuscuiusque Sacramenti; permultas paginas implent. Igitur de forma vniuscuiusq; Sacramenti in præsenti cap. breuitèr, & summatim agemus. F

Baptismi forma quæ sit.

Quero igitur primo. Quænam sit forma Baptismi. Respondeo circa hoc, varios fuisse antiquorum hæreticorum errores. Gnostici enim (quemadmodū testatur *Irenæus lib.1. cap.18. & Bellarminus de Sacrament. Baptismi lib.1. cap.3.*) baptizabant, *In nomine ignoti Patris, in veritate matris omnium, & in nomine descendentis Iesu.* Eunomiani vero (teste *Socrate lib.5. cap.23.*) non baptizabant *in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti;* sed *in Domini mortem.* Sed Catphrygani, & Paulianistæ, *in Baptismo,* neque G *nomen Trinitatis,* aut alicuius personæ diuinæ, inuocabant; quemadmodum refert *Innocentius I. in epist. 22. cap.5.* Vnde ad confutandum hunc errorem, tàm in *Concil. Nicæno can.19.* quàm in *Concil. Laodicens. can.8.* iussum est eos rebaptizari. Nec à nostro proposito est aliena illa historia, quam narrāt *Nicephorus 10. lib. histor. cap.35. Bellarminus de Sacrament. Baptism. cap.3. & Suarez disput. 21. sect.3.* de quodam Episcopo Adriano nomine Demetrio, qui baptizabat. *In nomine Patris per Filium in Spiritu sancto.* vnde in detestationem huius hæresis, quam plerique Arriani tenebant, miraculosè accidit, vt aqua, quæ ad conficiendum baptismum præparata fuerat, statim à conspectu ministri euanesceret. H

Variorum Hæreticorū errores. Gnostici. Ireneus. Bellarmin. Eunom. Socrates. Catphryg. Paulinistæ. Innocen. I. Conc. Nic. Conc. Lao. Nicephor. Bellarm. Suarez.

Denìq; alijs erroribus hæreticorum omissis ille commemorandus est, quem apud catholicos, & grauissimos Authores inuenio, quorum sententia fuit, quod si quis *in nomine Christi, aut in nomine Trinitatis,* non expresso vniuscuiusq; personæ nomine, verum conferret I Baptismum. Hanc sententiam profectò tenuit *Nicolaus Papa in cap. à quodam Iudæo de consecration. dist.4.* Item *Ambrosius in lib. de Spiritu sancto cap.3.* vbi sic ait, *Qui benedicitur in Christo, in Patre, & Spiritu sancto benedicitur, quia vnum est nomen, vna potestas.* Et infra subiungit dicens, *Qui Christum nominat, & dicit Filium, qui vnctus est, & Patrem in quo vnctus est, & Spiritum sanctum quo vnctus est, Beda in cap.10. Act. in illa verba, Iussit illos baptizari in nomine Domini Iesu. Bernardus epist.340. vbi hanc formam baptismi approbat, veluti si quis dixerit, Baptizo te in nomine Dei, & sanctæ* Crucis. Hugo Victorin. lib. *2. de Sacramentis par.6. cap.2.* K

Nicolaus Papa. S. Ambr. Beda. S. Bernar. Hug. Vict.

De Scholasticis verò hanc eandem sen-

A sententiam sequuti sunt *Magister in* 4.
Mag. sent. *dist.*3. *Glosa in d.cap.à quodam Iudaeo,&*
Glosa. *cap. multi sunt. de consecration. dist.* 4.
Adrianus. *Adrianus quaest.*2.*de Baptismo,&* Caieta-
Caietanus *nus super D.Thom.*3.*par.quaest.*66.*art.*5.
Sotus. *Sotus* vero refert in hanc eamdem con-
Athanas. uenisse sententiam *Athanasium lib. de*
Cyprian. *Trinit. & Spiritu sanct.* Cyprian. *lib ad*
Chrysost. *Quirin. & Chrysostom. hom.*3. sed apud
hos Patres nihil inuenitur quæ ad hãc
quæstionem pertineat, quemadmodum
testatur *Suarez disp.*21. *sect.*3.vnde falso
B hæc opinio eis ascribitur. Sed verè, &
absq; dubio affirmari potest, non mul-
tum distare ab hac sententia, illam hæ-
Lutherus. resim quæ à *Luthero, Zuinglio,& Bren-*
Zuingl. *tio* ortum habuit, qui (teste *Bellarmin.*
Brentius. *lib.*1.*de Sacrament.Baptism. cap.*3.) asse-
rebant, non esse necessarium ad validi-
tatem baptismi, vt quis consueta forma
vteretur; sed sufficere si non baptizet *in*
nomine hominis, sed *in nomine Domini*,
dato quod quibusuis verbis id fiat.

Vera sen- At his erroribus prætermissis, vera
tentia. forma Baptismi est hæc, *Ego te baptizo*
C *in nomine Patris,& Filij,& Spiritus san-*
cti, quemadmodum docent omnes gra-
D. Thom. uiores Theologi in 4.*dist.*3. vbi *Marsi-*
Bonauent. *lius quaest.*3.*art.*3. *D.Bonauentura dist.*3.
Marsilius. *art.*2.*quaest.*2. *Scotus quaest.*2.*art.*3.*Riccar-*
Scotus. *dus art.* 2. *q.* 3. *Paludanus q.* 1. *art.* 2.
Riccardus *D.Thomas* 3.*par.quaest.*66.*art.*6. *Altisio-*
Paludanus *dor. lib.*4. *summa tract.*3. *cap.*4. *quaest.*2.
Altisiod. *Alexander Alens.*4.*part.quaest.*13.*membr.*
Alex.Alē. 3.*art.*2. §.3. *& art.*4.§.2. *Durandus q.*1.
Durandus Ex recentioribus vero hanc opinionem
D tenent, atque defendunt *Bellarminus de*
Bellarm. *Sacrament.Baptism. lib.*1.*cap.*3. *Suarez*
Suarez. *disput.* 21. *sect.* 3. *Angles de Baptismo*
Angles. *quaest.*1.*art.*3.*Valentia tom.*4.*disp.*4.*quaest.*
Valentia. 1.*punct.*3.*in princip.* *Coninchus,& Nu-*
Coninch. *gnus super D.Thom.quaest.*66.*art.*5. *Re-*
Nugnus. *ginaldus lib.*17.*cap.*4.*num.*23.*Henriquez*
Reginald. *lib.*2.*cap.*8 *nu.*1.*Sayrus lib.*1.*cap.*4.*art.*3.
Henriq. *S.Antoninus* 3.*part. tit.*14. *c.*13. *num.*2.
Sayrus. *Syluester verb.Baptismus.* 1. *num.*3. *Na-*
Antoninus *uarrus cap.*22. *num.* 2. *Armill. verb.Ba-*
Syluester. *ptismus num.*4. *&* 7. *Victor. de Baptism.*
E *conclus* 13. *Angelus verb.* Baptismus 2.
Nauarrus *num.*1.*Tabiena verb.*Baptismus 3.*num.*1.
Armilla. 2.*&* 7. *Viualdus de Baptismo cap.*3.*num.*
Victoria. 8.*&* 9. *Graffius* 2.*part.lib.*1.*cap.*3.*num.*
Angelus. 19. *Bartholomaeus ab Angelo de Baptismo*
Tabiena. §.103. *Filliuccius de Sacrament.Baptism.*
Viualdus. *tract.*2.*cap.*3. *quaest.*2.*num.*45. *Bonacina*
Graffius. *de Sacramento Baptism.disput.*2. *quaest.*2.
Bart. Ang. *punct.*4. *proposit.vnic.*
Filliuc. Probatur hæc nostra conclusio. Pri-
Bonacina. mo ex illo *Matth.*28. vbi ipse Christus

formam baptismi Apostolis præscribit, F
qua in baptizandis hominibus vti de- *Probatur*
berent. Ait enim, *Euntes docete omnes* *sententia.*
gentes baptizantes eos in nomine Patris, *Matth.*28.
& Filij, & Spiritus sancti. Secundo ex
Concil.Florentin instructione Armenorum *Con. Flor.*
in decretis Eugenij ex Concil. Trident. *Con.Trid.*
*sess.*7.*can.*3.*de Baptismo*. Tertio ex defi-
nitionibus,& declarationibus Ecclesiæ,
nam *Pelagius Papa in cap. si re vera, de* *Pelag. Pa.*
*consecration.dist.*4. declarat, Baptismum
in nomine Domini datum, non expres-
sis tribus diuinis personis; esse nullum. G
Item *Zacharias Papa in cap.in synodo* *Zach. Pa.*
*eadem dist.*4. apertè tradit, baptismi Sa-
cramentum minimè posse perfici nisi *in*
nomine Patris,& Filij,& Spiritus sancti,
vnde si quis vnam ex his tribus perso-
nis non exprimeret; vtiq; non confice-
ret Sacramentum. Vnde *Clemens Papa* *Clem. Pa.*
*lib.*3.*constitution.cap.*16. *Nominant* (in-
quit) *inuocationem Patris,& Filij,& Spi-*
ritus sancti baptizabit eos in aqua. Idem
repetit in *lib.*7. *cap.*23. dum ait, *Bapti-*
zare debes quemadmodum Dominus prae- H
cepit in nomine Patris, & Filij, & Spiri-
tus sancti.Patris qui misit,Filij, qui venit,
Paracleti, qui testimonium dedit. Idem
colligitur ex *cap.firmiter de Summ.Tri-*
*nitat.& fide cathol. & ex cap.*1.*de Baptis-*
*mo,& ex Can.*50.*Apostolorum.* Quarto
ex permultorum Patrum sententia, vn-
de vide *Damascen. lib.*4. *de fide cap.* 10. *Athanas.*
*Athanas. sermon.*3. *contra Arrian.Iustin.* *Damasc.*
*Apolog.*2.*pro Christianis circa fin.* *Chry-* *Iustinus.*
*sostom.homil.*19.*in epist.ad Roman.* *Basil.* *Chrysost.*
*lib.de Spiritu sanct.cap.*12. *S. Leon.Pap.* I
*epist.*4.*cap.*3. *Augustin.lib.*4.*de Baptism.* *Basilius.*
*cap.*15. *& lib.*5. *cap.*1. *& lib.* 6. *cap.* 17. *S.Leo Pa.*
*Fulgent.in lib.de incarnation.cap.*11.*Gre-* *Augustin.*
gorius Nissen. Gregor. Nazianz.& Ter- *Fulgent.*
*tullian.Cyprian.epist.*73. *ad Iubaia Gau-* *Gre. Niss.*
*dent.tract.*2.*de lection.Euangelic.Dionys.* *Gre. Naz.*
*Areopag.in lib.de Ecclesiastic.Hier.cap.*2. *Tertull.*
*Origen. in cap.*6.*ad Roman. in illud Qui-* *Gaudent.*
cunque in Christo baptizati sumus, Theo- *Cyprianus*
*phylact.in cap.vlt. Matth.Dydim lib.*2.*de* *Dion. Are.*
Spiritu sancto non procul ab initio, Hyla- *Origenes.*
rium lib. de Synodis in fin. Hieronym. in K
*cap.*4. *ad Ephes. Gregor. lib.*9. *epist.* 61. *Theophyl.*
*Innocent.epist.*22. *& Siricium epist.*1. *Hilarius.*
Quæro secundò, Quænam sit forma *Hieron.*
Confirmationis. Respondeo esse hanc, *Gregorius*
Consigno te signo Crucis, & confirmo te *Innocent.*
Chrismate salutis in nomine Patris,& Fi- *Siricius.*
lij,& Spiritus sancti. Amen. Colligitur *Confirma-*
ex *Concil.Florent. in instruction. Arme-* *tionis for-*
nor. eamq; omnes *DD.* cōmuniter am- *ma qua.*
plectuntur. Ex qua aduertendum est, *Con. Flor.*
inuo-

A inuocationem ſanctiſſimæ,& indiuiduę Trinitatis, cum expreſſione trium diuinarum perſonarum, eſſe de eſſentia huius formæ, & per conſequens eſſe neceſſariam adhoc, vt Sacramentum Cõfirmarionis conficiatur. Et ratio eſt, quia Confirmatio homini baptizato confertur adhoc, vt fidem Chriſtianam manifeſtè, ac fortiter contra Eccleſiæ Catholicæ hoſtes confiteri poſſit; vnde opus eſt, vt in huiuſmodi Sacramenro illud ineffabilè myſterium Trinitatis B exprimatur atq, inuocetur, à quo fides noſtra Chriſtiana præcipuũ haber principium,atq; fundameurum. Ita docet

S.Thomas *Bedeſma*

D.Thomas 3.par.quęſt.72.art.4.Ledeſma de Sacrament.Confirmat.cap.3. Peſantius ſuper D.Thom.3.par.q.72.art.4. Henriquez cap.2.num.4.Suarez diſput.33.ſect.5.verſ.ſecundo dubitari poteſt, Reginaldus num.12. Emanuel Sà verb. Confirmatio num.10.Coninchus 3.por. quęſt.72.art.4. num.66. Bartholomæus ab Angelo dialog. C *3.§ 17.Filliuceius tract.3.cap.1. quæſt.11. num.22.& Bonacina de Confirmation.diſput 3.q.vnic.punct.4.propoſit.2. num.8.*

Sacramenti Euchariſtia forma

Quæro tertiò quænam ſit forma Sacramenti Euchariſtiæ. Reſpondeo, & dico primo formam Sacramenti corporis eſſe hanc, *Hoc eſt enim corpus meũ.*

Conc.Fl.

Colligitur ex *Concil. Flor. in inſtruction. Armenor. nec non ex verbis Canon. quibus Eccleſia vtitur, Qui pridie (inquit) quam pateretur accepit panem in ſanctas, ac venerabiles manus ſuas, & eleuatis oculis in cælum ad te Deum Patrem ſuum omnipotentem tibi gratias agens benedixit, fregit,* D *deditq; diſcipulis ſuis dicens, accipite, & manducate ex hoc omnes, Hoc eſt enim corpus meum.* Tum quia virtute verborum formæ debet fieri tranſubſtantiario panis in corpus Chriſti, ſed his verbis, *Hoc eſt enim corpus meum,* verè tranſubſtantiatio hæc ſignificatur, atq; conficitur; ergo vera forma corporis Chriſti eſt illa quam ſupra aſſignauimus. Vide

D. Thom. *Reginald.* *Valentio.* Bellarm.

D.Thom.3.par.quæſt.78.art.2. Reginald. lib.29.num.26.Valent.tom.4.diſp.6.quæſt.1.punct.1.Suarez diſput.58. ſect.1. Bellarmin.lib.4. de Euchariſtia cap.22. Nugn. E *quæſt.78.art.1.difficult.2. concluſ.1. Coninch.ibid.Victor.de Euchariſt. cõcluſ.74. Pitigian.diſt.8.quæſt.2. art.2.* Henriquez *cap.16.num.4.Bartholoma.ab Angel.dialog.4.§.361. Vinald.de Euchariſt.cap.4. num.2.Chamerot.de Euchariſt.cap.7.dub. 6.Bonacin.de Sacrament. Euchariſt.diſp. 4.q.3.punct.1.propoſ.vnic. Molfeſ.tract. 3.cap.3.nu.15.Ledeſm.& DD.diſt.8.*

Nugnus *Coninch.* *Victoria.* *Pitigianus* *Hẽriquez.* *Barthol.ab Angelo.*

F Vnde adhoc, vt Euchariſtię Sacramẽtum verè conficiatur de neceſſitate requiritur, vt præfatæ formæ verba ore proferantur *D. Thomas 2.par. quæſt.78. art.1.ibiq: Caietanus, Ledeſma quæſt.19. Sotus diſt.11.q.1. DD. in 4.diſt.8. Scotus quæſt.2.Gabr.lection.38.Durandus quæſt.2.Alexander Alenſ.4.par. quæſt.33. Victor.§.74.Petr.Sotus tit. de Euchariſt.ſec. Catharinus opuſcul.2.de verb.quib. Chriſtus conſecrau. Bellarminus lib.4. de Eu-* G *chariſt.cap.12.& 13.Taper.a.14.16. Barthol. Ledeſm. in ſumma tit. de Euchariſt. difficult.9. Maior.lib.5.tit.2.de Euchariſ. num.58. Caniſius tit. de Euchariſt. §.4. Claud.rep.7.cap.5.de Euchariſt. Alan. de Sacramen.cap.21.& lib.1.de Euchariſt. c. 16.Henriquez de Sacrament.lib.8.ca.16. num.1.& alij communiter.*

Vinaldus *Chamerot.* *Bonacina.* *Molfeſius.* *Ledeſma.*

Forma neceſſe eſt, vt ore proferatur.

Dico ſecundo formam Euchariſtiæ, qua vinum in, verum ſanguinem Chriſti tranſubſtantiatur eſt ſequens, *Hic eſt* H *enim calix ſanguinis mei noui, & æterni teſtamenti myſterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionẽ peccatorum.* Ità *Innocentius in cap. cum Martha de celebr. miſſar. S.Thom.art.3. ad 9. Alexander, Bonauẽtura, Riechardus, Magiſter in 3. diſt.8. Angles de Euchariſtia q. 1.art.8.concluſ.2.Suarez diſput.60.ſect.1. Henriquez lib.8.de Sacrament.cap.17.Victor.de Euchariſt. nu.74. Vinaldus de Euchariſt.cap.5. num.1. verſ. quarta opinio, Chamerota de Euchariſt.ca.7. Filliuceius tract.4.cap.4.quæſt.8.num.11. Durandus,* I *Diel, quos citat, & ſequitur Bonacino de Sacrament. Euchariſt.diſp.4. quæſt.3.pun 2. prop.vnic.*

S.Thomas *Caietanus.* *Ledeſma.* *Sotus* *Scotus* *Gabriel* *Durandus* *Alex. Alẽ.* *Petr. Soto.* *Catharin.* *Bellarm.* *Taper.* *Bart. Led.* *Maior.*

Sed dubium eſt, an omnia verba huius formæ ſint de eſſentia Sacramenti, ità vt ſi aliqua poſtrema prætermictantur, non conficiatur Sacramenrum, an vero illa tantum ſint de eſſentia, *Hic eſt calix ſanguinis mei*; ita vt his verbis ſolũ expreſſis verè fiat tranſubſtantiatio vini in ſanguinem Chriſti. Ad hoc negatiuè reſpondent nonnulli DD. docentes ad validitatem Sacramenti, neceſſarium eſſe, vt tota illa forma, quam ſupra poK ſuimus, integrè proferatur. Ità *D.Thomas art.3.Paludanus q.3. Syluester verbo Euchariſt.1.q.6.Capreolus, Toletus lib.2. cap.15.num.1.& alij.* quos refert, *Suarez diſp.60.ſect.1.* Sed comunis opinio, cui ego libenrer adhæreo, tenet, de eſſentia, Sacramenti, eſſe illa verba tantum, *Hic eſt calix ſanguinis mei*; vnde ſi miniſter cætera verba ſequentia voluntariè prætermictat, verè conſecrat. *Ità Magiſter ſent.*

Caniſius. *Claudius* *Alanus.* *Hẽriquez.* *Innocent.* *S.Thomas* *Alexonder* *Bonauent.* *Riechard.* *Magiſter* K *Angles* *Suarez,* *Henriq.* *Victoria* *Vinaldus* *Chamerot.* *Filliuce.* *Durandus* *Diel* *Bonacina.*

A
CAPVT III.

Quomodo se disponere debeat ille, qui suscepturus est sacramenta.

1 QVicunque ad sumendum Euchari-
stiæ Sacramentum accedit, prius
discutere debet, ao habeat con-
B scientiam peccati mortalis. Quod si ali-
cuius peccati mortalis est conscius an-
tequam sumat Eucharistiam Confessio-
nem, præmittere debet. Hoc est definitũ
Con. Trid. in *Concil. Trident. sess.13. cap.7. & can.11.*
S. Thomas & docent communiter *DD. Suarez di-*
Suarez. *sput.66. sect.3. ad fin. Vazquez 3. par. tom.*
Vazquez. *3. disput.180. Henriquez lib.1. de Sacra-*
Henriq. *ment. cap.22. num.7. & lib.8. cap.45. n.2.*
Valentia. *S. Thomas in 4 dist. 16. & dist. 17. q.3.*
Sotus. *art.1. & quæst.4. Valentia tom.4. disput.6.*
Antoninus *quæst.8. punct.3. Sotus in 4. sentent. dist.1.*
C *q.1. art 4. S. Anton. 3. part. tit.13. cap.6.*
Nauarrus *num.7. Nauarrus cap.22. num.10. Petrus*
Pet. Ledes. *Ledesma in summa de Eucharist. cap. 10.*
Azorius. *& 11. Azorius 1. part. lib. 10. cap. 31.*
Roderiq. *quæst.3. Rodriquez in summa cap.65. de*
Angles. *communion. num.1. Angles de Sacrament.*
Bart. Ang. *Eucharist. q.2. art.4. difficult.1. conclus.1.*
Camerota. *Bartholomæus ab Angelo dial. 4. §. 18.*
Molfesius. *Camerota cap.10. dub.11. Molfesius tract.*
Fillince. *3. cap.8. num.49. Fillivecius tract.4. cap.8.*
Bonacina. *quæst.2. num. 210. & Bonacina de Sacra-*
mentis in gener. disput.1. q.4. pun.2. propo-
D *sit.1. & disput.4. quæst.6. pun.1. proposit.*
vnic. num.10.

2 Vnde cautè legendus est *Caietanus*,
Caietanus. qui tenuit posse aliquem sumere Eu-
charistiam, non præmissa Confessione
dummodo habeat contritionem. Quã-
docunq; enim adest copia Cõfessorum
præmittenda est confessio de peccatis
Corint. 11. læthalibus, iuxta illud ad *Corinth. 11.*
Probet autem seipsum homo, & sic de pane
illo edat, & de calice bibat, qui enim man-
ducat, & bibit indignè, iudicium sibi man-
E *ducat, & bibit.* Vnde qui absq; graui ne-
cessitate, contra facere ausus fuerit,
mortaliter peccat, quia manducat indi-
Alex. Alē. gnè. Ita *Alexãder Alens quæst.46. memb.*
S. Thomas *3.4. & 5. S. Thomas quæst.80. art.5. & 6.*
S. Bonau. *D. Bonauentura dist.9. art.2. q.3. Riccar-*
Riccardus. *dus ead. dist. art.2. q.1. Scotus ibid. q.1.*
Scotus. *Durandus ead. dist. q.4. & Angles de Sa-*
Durandus *crament. Eucharist. q.2. art.4. conclus.1.*
Angles. Item suscepturus Sacramentum Eu-
3 charistiæ debet esse ieiunus ieiunio na-
turali, quatenus à media nocte illius F
diei nihil per modum potus, aut per
modum cibi gustauerit. Dixi (ieiunio
naturali) ad differentiam ieiunij Eccle-
siastici, nam non frangitur ieiunium
Ecclesiæ, si ieiunans aliquod medica-
mentum in modum potus, vel cibi sum-
pserit; sed frangitur ieiunium naturale
quod est necessarium ad dignè sumen- S. Thomas
dam Eucharistiam. *D. Thom. quæst.80.* Henriq.
art.8. Henriquez lib.1. de Sacrament. cap. Suarez.
22. num.7. Suarez disput.68. sect.2. con- Bart. Ang.
clus.1. Bartholomæus ab Angelo dialog. G
4. §.203. Rodriquez cap.66. num.1. Azor. Pitigianus
cap.30. quæst 2. Pitigianus dist.7. quæst.3. Toletus.
art.2. & 3. Toletus libr.2. cap.28. num.6. Antoninus
S. Antoninus 3. part. tit.13. cap.6. num.8. Graffius.
Graffius 1. part. lib.2. cap.10. num.13. Ca- Camerota.
merota de Eucharistia cap 10. dub.9. Mol- Molfesius.
fesius tract.3. num 12. Fillivecius tract.4. Fillivec.
cap.8. quæst.9. & Bonacina de Sacrament. Bonacina.
disput.4. quæst.6. punct.2. proposit.2. nu.5. 4
Igitur quicunq; missam celebrauerit, S. Thomas
aut Eucharistiam sumpserit non ieiu- Mag. sent.
nus ieiunio naturali mortaliter peccat, H
quia hoc præceptum Ecclesiæ sub mor- Scotus.
tali obligat. *D. Thomas loc. cit. ar.8. ad 4.* Durandus
Magister sent. in 4. dist.8. ibique Scotus Paludanus
quæst.3. Durandus q.4. Paludanus q.2. Riccardus.
Bonauentura art.1. Riccardus art.2. q.1. Dion. Car.
Dionysius Carthus. quæst.4. Albertus art. Palacius.
10. & dist.13. art.26. Palacius quæst.5. Ga- Gabriel.
briel lect.10. Alexander Alens. 4. par. q.52. Alensis.
Ledesma, Astensis lib.4. tit.18. Syluester Ledesma.
Eucharistia 2. §.7. Angelus verb. Euchari- Astensis.
stia 2. §6. Tabien. verb. communicare Syluester.
§.42. D. Antoninus 3. part. tit.4. c.5. §.4. I
Armilla, & Henriquez lib.8. de Euchari- Angelus.
stia cap.49. num.2. Item definitum est Tabiena.
hoc in *Concil. Carthag.* & habetur in Antoninus
cap. sacramenta de consecrat. dist.1. & cap. Armilla.
ex parte de celebration. missar. & cap. li- Henriq.
quido de consecration. dist.2. Et ratio est, Con. Cart.
quia hæc est consuetudo antiquissima S. Augus.
ab Apostolis in primitiua Ecclesia in- Clemens.
troducta, quemadmodum ex multorũ Tertull.
SS. Patrum traditionibus apertè colli- Abdias.
gitur; vide *D. Augustin. epist 118. ad Ia-* Anselmus.
nuar. Clemen. epistol.2. Tertullian. lib.2. K
ad vxorem. Abdias lib.7. de vita Matthæi Theophil.
Anselm. Theophylact. Oecumen. Sedul. Oecumen.
Ambros. in Psalm.118. serm.6. & 8. Chry- Sedulus.
sostom. homil.27. in 1. Corinth. 11. Conrad. Ambrosius
Brun. lib.6. de cæremon. Eccles. Clittone. Chrysost.
lib.2. de offic missæ cap 30. Iansen. concor- Conr. Bru.
dant. cap.131. Torren. lib.3. conf cap.3. § 7. Clittoueus
Democar. lib.4. de sacrific. altar. cap.4. & Iansenius.
Nicephor. lib.17 cap.25. vbi refert in Torren.
Græcia fuisse quandam antiquam con- Democari.
suetu- Nicephor.

suetudinem, vt fragmenta Eucharistiæ pueris ieiunis in salutarem, & spiritualem cibum, darentur; quod, & sibi, dum pueritiæ ageret ætatem, nonnunquam accidisse testatur. Alij vero dicunt hanc consuetudinem fuisse à Christo institutam per Apostolorum traditionem. Ita *Sotus dist. 11. quæst. 1. art. 8. Bellarminus lib. 2. de missa cap. 14. col. 3. & Henriquez de Sacrament. Eucharist. lib. 8. cap. 49. in comment. liter. L.*

Sotus. Bellarm. Henriq.

5 B Hæc autem regula suam patitur exceptionem, nam imminente periculo mortis violentæ licitè potest; imò tenetur quis sacrosanctam Eucharistiam suscipere etiam quod non sit ieiunus ieiunio naturali; quod videlicet intelligendum est si tempus opportunum nō superstit puta si statim sit necandus, quia non datur à Iudice dilatio exequendi sententiam. Ita *Henriquez lib. 1. de Sacrament. cap. 22. num. 7.* Et ratio est, quia præceptum sumendi Eucharistiam est, non solum Ecclesiasticum, sed etiam de C iure diuino, vt patet ex illis verbis *Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationē, & ex illis Ioann. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c.* quem locum sic exponunt SS. Patres, quos citat *Suarez disput. 69. sect. 1. Valentia tom. 4. disput. 6. quæst. 8. punct. 5. §. 4. Reginaldus lib. 29. num. 57. Angles quæst. 2. art. 9. conclus. 1. Bartholom. ab Angel. dial. 4. §. 73. Coninchus q. 80. art. 11. & Bonacina de Sacrament. disput. 4. q. 7.* Præceptum autem ieiunij naturalis in sumptione Eucharis- D stiæ est tantum Ecclesiasticum; sed præceptum diuinum anteponendum est ecclesiastico; ergo hac extrema necessitate imminente potest quis non ieiunus Sacramentum Eucharistiæ sumere. Idem pariter dicendum est de quocūq; infirmo in postremo puncto vitæ constituto, qui tempus non habet opportunum quo Eucharistiam ieiunus sumere posset; tunc enim in sumptione Sacramenti propter rationem supra allatam ad ieiunium naturale minimè te- E netur.

Henriq. Luc. 22. Ioan. 6. Suarez. Valentia. Reginald. Angles. Bart. Ang. Coninch. Bonacina.

6 In Sacramento autem Ordinis tenetur vnusquisq; seruare ieiunium naturale, non quia Ordo, quem suscipit id exigit; sed quia in ipsa Ordinis susceptione sumpturus est Eucharistiam. Ita *Henriquez loc. cit. num. 7.* In Sacramento vero Confirmationis olim consuetudo seruabatur, vt confirmandi ad Sacramentum suscipiendum, ieiuni ieiunio naturali accederent; sed hæc consuetudo his nostris temporibus minimè seruatur; vnde Episcopi Confirmationis Sacramentum post prandium conferre consueuerunt. Hoc idem dicendum est pariter de cæteris Sacramentis, nempe Baptismo, Pœnitentia, Extrema vnctione, & Matrimonio, quæ si homo suscipere vellet; neq; ad ieiunium naturale, neq; Ecclesiasticum teneretur.

Henriq.

7 Antequam Pœnitentiæ Sacramentum suscipiatur, debet homo contritionem habere de omnibus peccatis post Baptismum commissis, & in alijs Confes- G sionibus minimè expressis. Habemus enim speciale præceptum, vt ante Confessionem, contritio, vel attritio, quæ coniuncta Sacramēto Eucharistiæ æquiualens est contritioni, præmittatur.

Probatur ex illo *Luc. 13. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis.* Luc. 13. Quæ videlicet pœnitentia in ipsa contritione, seu displicentia de peccatis commissis præcipuè consistit, qua homo displicentiam habet, & pœnitet se contra Deum Conditorem, & Saluatorem suum peccasse. Item probatur ex H communi Theologorum sētētia apud *Suar. disput. 15. sect. 1.* & testatur *Filliucc. de Sacrament. tract. 6. cap. 8. quæst. 1. num. 109.* Quænam vero attritio sit sufficiens ad dignè suscipiendum Sacramentum, vide *Henriquez lib. 1. de Sacrament. cap. 22. Fr. Medin. 1. 2. quæst. 109. art. 6. Bonacin. de Sacramentis in gener. disput. 1. quæst. 4. punct. 2. proposit. 1. Filliucc. & alios DD. recentiores in tract. de Sacrament. Pœnitent.* I

Suarez. Filliucc. Henriq. Medina. Bonacina.

8 Quod si contingat, vt homo ad recipiendam pœnitentiam, per solam attritionem se disposuerit; necessario debet Sacramentum Pœnitentiæ simul suscipere, vt virtute Sacramenti fiat ex attrito contritus; non quod attritio possit fieri contritio, cum sint actus diuersæ speciei, & circa diuersa motiua versentur, vnde intrinsecè inter se differunt; sed quia attritio, quæ per se insufficiens est ad obtinendam gratiam, virtute Sacramenti sufficiens efficitur; vnde ex- K trinsecè ex attritione fit contritio, & ex attrito homo fit contritus. *D. Thomas quæst. 1. de partib. pœnitentia art. 3. Suarez disput. 5. sect. 3. Vazquez quæst. 82. art. 1. dub. 2. num. 14. & quæst. 86. art. 3. dub. 8. num. 4. Nugnus super d. quæst. 1. D. Thom. dub. 1. pag. 186. Henriquez lib. 4. cap. 25. Valentia tom. 4. disp. 2. quæst. 8. punct. 2. Zerola de pænitent. cap. 6. quæst. 2. & 3. Angles in florib. Theol. in 4. sent. quæst. de con-*

S. Thomas. Suarez. Vazquez. Nugnus. Henriq. Valentia. Zerola. Angles.

Pitigianus. Camerota. Fillincc. Molfesius.

A *contrition.lib.4. Pitigianus par.2.dist.14. quæst.2.art.6.concl.2.Camerota tract.6.de contrition.dub.2. Filliuccius tract.6.cap.7. q.8.9. & 11. Molfesius tract.7. cap.8. num.26.& sequentib.*

9 Deniq; quicunq; recepturus est aliquod Sacramentum, quod per se primā gratiam conferre non potest, debet esse in gratia; ad hoc vt sancta sanctè tractentur, & sacramenta principalē suum effectum in suscipiente operentur, propter quem instituta sunt. Hinc grauius B peccat, qui in statu peccati mortalis Sacramētum suscipit, quam qui ministrat; nam ministrans nō redit frustratorium effectum Sacramenti, aut eius significationem inanem redit; idest sua culpa, in qua ministrando manet, nā gratiam nō impedit, quam significat, & confert Sacramentum; secus autem qui in statu læthalis peccati suscipit. Vide *Suarez disput.17.sect.2.conclus.2. Reginald.lib.26. num.61. Vinald. de Sacrament.in genere cap.3.num 16. Henriquez lib.1. cap.22.* C *num.10.& cap.23.& sequentib. Fillincc. tract.1. cap.8. q.6.num.148. Bonacin. de Sacrament. in genere disput. 1. quæst.6. punct.2. propos.vnic. & D.Thom.3.part. quæst.68.art.8.* Vnde quicunq; liquido cognoscit se esse in statu peccati mortalis, ac propterea esse indignum Sacramentis; & tamen hoc non obstante Sacramentum indignè suscipit, manifestū sacrilegium perpetrat, vnde & sacrilegus ritè nuncupatur. *D.Thomas 2.2. quæst.99.art.3. & 3.part.quæst.68.art.4.* D *Sotus dist.5. Ledesma quæst.9. & Henriquez lib.1.de Sacrament.cap.22.num.8.*

Suarez. Reginald. Vinaldus. Henriq. Fillincc. Bonacina. S.Thomas. S. Thomas. Sotus. Ledesma. Henriq.

10 Quando vero aliquod Sacramētum, quod per se primam gratiam confert; est suscipiendum, veluti Baptismus, vel pęnitentia, ad tale Sacramentum debet homo cum contritione accedere, vt fructum Sacramenti consequi possit. Contritio enim propriè sumpta in tali casu est necessaria necessitate præcepti, quemadmodum communior DD. sententia tenet, vt *Suarez disput.15.sect.1.* E *Valentia disput.7.quæst 8.punct.3. Bellarmin. de pænitent. lib.2.cap.8. proposit. 2. Pitigian.2.par. dist.14.quæst.3.art.4. Coninchus disp.3.dub.2. Nugnus quæst.2.de partib. pænitent.art.2.dub.2. Angles in 4. sent.1.part.quæst.de contrition.art.5. difficult.1. Filliuccius tract. 6. cap.8.q.1. & Bonacina de Sacrament.Pænitent. disput. 5.quæst.5.sect.1.punct.2.proposit.2.nu.4.* Verum si contritionem faciliter habere non possit, conetur habere attritionem F efficacem, & supernaturalem, quæ cum sit proportionata gratiæ, & sufficiens ad excludendum affectum ad peccatum; hinc sufficit ad primam gratiam consequendam. Vide *Bellarmin.de pænitent. lib.2.cap.8.proposit.1. Valent.tom.4. disput.7. quæst.8. punct.4. Suar. disput. 5. sect.1.Reginald.lib.5.num.40.& 43. Zerol.de pænitent. cap.6. quæst.1. Camerot. tract. 6. de contrition. dub. 2. Pitigian. 2.par.dist.14.q.4.art.7.conclus.1.Henriquez lib.1.de Sacrament. cap.22. num.5.* G *Fr.Medin.1.2.quæst.109.art.6. Filliucc.in tract.de Sacrament.Pænitent. Bonacin.de pænitentia disput.5. quæst.5. sect.1. pun.3. proposit 3. num.3.* & colligitur ex *Concil.Arausican.2.cap.25.& ex Concil.Trident. sess.14.c.4. & sess.6. cap.5.& 6.* & est communis sententia, quam omnes recentiores DD.amplexi sunt, quamuis nonnulli ex antiquis eam non esse sufficientem existimauerint.

Suarez. Valentia. Bellarmin. Pitigianus. Coninch. Nugnus. Angles. Fillincc. Bonacina. Bellarm. Valentia. Suarez. Reginald. Zerola. Camerota. Pitigianus. Henriq. Medina. Filliucc. Bonacina. Con.Arau. Con.Trid.

11 Hæc autem attritio efficax, & supernaturalis impulsu Spiritus sancti elicitur excitantis, & mouentis hominem H ad talem actum eliciendum. Estq; duplex. Prima est qua homo peccata mortalia odit, ac detestatur ob timorem inferni, quatenus ipsa efficiunt, vt anima in igne æterno crucietur; vel ob amorem Patriæ cælestis, quatenus eadē peccata operantur, vt æternæ vitæ gaudia amittantur. Secunda est qua homo detestatur mortale peccatum ob eius deformitatem, & turpitudinem quatenus est iniuria, & offensa Dei, vel quatenus est per se malum causans multa I mala. Hi omnes actus attritionis quando coniunguntur cum Sacramento Eucharistiæ, & Pęnitentiæ sunt sufficientes ad delendum peccatum, & ad obtinendam gratiam; aliter enim, nullum ex his duobus effectibus operantur.

CAPVT IV.

Quando teneatur homo Sacramenta suscipere. K

Obligatio, qua homo sub præcepto tenetur aliquod Sacramentum suscipere, duplex esse potest. Vna est obligatio per se ratione sui proprij effectus, & finis; & hæc est quando homo tenetur sub mortali semel in anno confiteri, vel Sacramentum Eucharistiæ suscipere. Altera vero est per accidens,

ratione

A ratione alicuius extrinsecè, & hæc est, quando tenetur Parochus aliquod Sacramentum petentibus ministrare; vel quando simplex Sacerdos, in articulo mortis constituto, tenetur baptismum conferre, aut absolutionem à peccatis; & censuris largiri. *At* quia huiusmodi obligationes non semper locum habẽt, sedquibusdam temporibus, nec singula Sacramenta hanc obligationem pariũt, idcirco ad propositam quæstionem, per varias; & distinctas conclusiones re-
B spondere opportunum duxi.

Ad suscipiendum Baptismũ quãdo quis tenetur

Henriq. Suarez. Reginald. Chamerot. Victoria, Coninch. Filliuc. Bonacina.

Dico igitur primo, omnes adultos sub præcepto teneri, vt quamprimum commode potuerint Sacramentum Baptismi suscipiant, vel non multum differant. Itá *Henriquez lib.2. cap. 4. Suarez disput.31. sect.2. Reginaldus lib.27. num. 56. Chamerota de Baptismo cap.5. dub. 12. Victor. de Bapt. quæst. 33. Coninchus 3. p. q.68. art.2. dub.2. Filliuccius tract.2. cap. 6. quæst.5. num.130. &* Bonacina *de Sacrament. Baptism. disput.2. q.2. punct.2. propos.* 2. Et ratio est; quia Baptismus est necessarius ad salutem necessitate medij, itaut, æterno salus absq; ipso ac-
C quiri non possit iuxta illud *Ioan.3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu-sancto nõ poterit introire in Regnum Dei,* & docent communiter DD. Concilia, & Patres apud *Suarez disput. 27. Vasquez 3. par. disput.149. cap.1. & 2. & 3. p. disput.152. cap.2.* Bellarm. *tom.3. lib. de Baptism. cap.5. Henriquez lib. 2. cap. 3. Sayr. lib. 2. de Sacrament. cap.8. quæst. 2. art.1. Valent. tom.4. disp. 4. quæst.3. punct. 4. Nugn. 3. par. quæst.68. art.1. & 2. Coninch. ibid. dub. 1. Pitigian. in 4. quæst. 6. art.2. Tolet. lib.2. cap. 21. Graffium 2. par.*
D *lib.2. cap 4. num. 12. Reginald. lib. 27. num. 7. Bartholom. ab Angel. de Sacrament. Baptism. §.8. & Filliuccium tract.2. cap.6. q.1. num.116.* ergo Baptismus quam prius potest recipi debet.

Ioann.3

Suarez. Vazquez. Bellarm. Henriq. Sayrus. Valentia. Nugus. Coninch. Toletus. Graffius Reginald. Barthol. ab Angel. Filliuccius

Dico secundo Sacramentum Confirmationis non esse necessarium ad salutem, neq; necessitate medij, neq; necessitate præcepti; ita vt si quis secluso cõtemptu, vel alia rationabili circumstantia illud omictat; mortaliter non peccet. Ita docent communiter DD. S. *Thomas quæst.65. art.4. & quæst.72. art.3. ibique Nugnus art.8. dub.2. Suarez disp. 38. sect.1. Sayrus de sacrament. in gener. lib.6. cap.4. quæst.1. circa med. Valen. tom. 4. disput. 5. quæst. 2. pun.3. Reginaldus q. 72. art.8. num.88. Vivaldus de* Confirmat. *cap.5. num.6. & 7. Toletus lib.2. cap. 24.*
F *num.11. Nauarrus cap.22. num.9. vers.3. Petrus Ledesma in summa de* Confirmat. *cap.8. Pitigianus dist.7. quæst.2. art.2. Angles de Confirmat. quæst. vnic. art.5. concl. 1. Chamerota de* Confirmat. *cap. 1. dub. 4. Victoria de confirm. conclus.47. Filliucc. tract.3. cap.2. quæst.9. num. 41. Henriquez lib.3. de Sacrament. cap. 1. num.6. &* Bona*cina disput.3. quæst. vnic. punct. 2. proposit.* 1. quamuis contrariam sententiam teneat *Sotus, & alij,* quos citat *Emanuel Sà verb.* Confirmat. *num.* 11. Et ratio est, quia nullibi inuenitur hoc præceptum fuisse à Domino Datum; neq; Ecclesia præcipuit, vt omnes fide-
G les sub præcepto peccati mortalis Confirmationis Sacramentum susciperent. Dum quia experientia ipsa nos edocet homines posse salutem æternam adipisci absq; Confirmatione, quemadmodum in paruulis exemplum habemus, qui statim post susceptum Baptismum, & antequam Confirmationem suscipiãt moriuntur & tamen ad Regnum cœlorum perueniunt.

Confirmatio nõ est necessaria necessitate studij, neq. præcepti.
E
S. Thomas Nugnus. Suarez: Sayrus.

Valentia. Reginald. Viualdus Toletus. Nauarrus. Petr. Ledesma *Pitigianus Angles. Chamerot. Filliucc. Henriq.* Bonacina.

Ad Eucharistiam sumendã tenemur ex præcepto diuino, & Ecclesiastico sub mortali

H
Dico tertio, Sacramentum *E*ucharistiæ esse præcepto non solum Ecclesiastico, sed etiam diuino, quo tenentur omnes adulti sub mortali illud suscipere. Ita Bellarminus *de Sacram. Euchar. cap. vlt. Suarez disp.69. sect.1. Sotus dist. 12. quæst.1. art.11. Vazquez 3. p. tom.3. disput.69. cap.3. pag.15. Valentia tom. 4. disput.6. quæst.1. punct.5. Coninchus in tract. de Sacramen. Eucharist. Pitigian. dist. 9. q. 3. art.6. Pesantius 3. par. quæst.74. art.4. di-*
I
sput.2. Nauarrus cap.21. num.57. Victoria Henriquez de Sacrament. lib.8. cap. 3. nu. 2. Item D. Thomas 3. par. quæst.80. art.11. Durandus dist.9. quæst.2. num. 7. Paludanus quæst 1. num.15. Ricchardus dist.12. ar. 6. quæst. 1. Maior quæst.3. Gabriel lect. 87. Catharinus *lib.5. contr. Caietan. Adrianus in 4. de Eucharist.* Petrus *Soto lect. 9. tit. de Eucharist. Ledesma quæst.21. art.11. Taper. art.15. Roffen. lib.4. de veritat. corpor. Christ. in Eucharist. & in prolog. lib.5. cõtra gentes, cap. 61. Democar. lib. 4. de*
K
de sacrific. altar. cap. vltimo Angelus verb Eucharist. disp.4. q.1. pun.3. proposit. 2. contra Caietanum, *Syluestrum, & alios,* qui putant hoc præceptum esse tantum Ecclesiasticum, non autem diuinum. Et ratio est, quia non solum ab Ecclesia iussum habent omnes fideles adulti, vt Eucharistiam semel in anno accipiant, sed etiam à Christo, vt patet ex illis verbis

Bellarmin. *Suarez. Vasqez Satus Valentia,* Coninch Pitigiann *Pesantius Nauarrus Victoria Hẽriquez. S. Thomas Durandus.* Paludanus *Riccardus Maior Gabriel Catharin. Adrianus. Petr. Soto Ledesma. Taper. Roffensi, Ferrariẽsi. Democ. Angelus Bonacina Syluester Caietanus*

Ioan.6.

A bis *Ioan.6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis.* Ex quibus verbis præcitati DD. colligunt, Eucharistiam esse cibum necessarium ad salutem animæ; ita vt si ipsum assumere nollet homo, vitam æternam non consequeretur; quia Christus dicit, *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis.* Vnde *Concil. Trident. sess.13. cap.6.* citans *Concil. Nican. can.13.* præcipit, vt omnes fideles adulti saltem in articulo mortis hoc B Sacramentum suscipiant, ad hoc vt huic præcepto diuino satisfaciãt. Sicut enim cibus corporalis est necessarius ad vitã corporis, sine quo ipsa vita corporalis conseruari non potest; ita Eucharistia, cum sit cibus spiritualis *Ioan. 6. Caro mea verè est cibus*; est necessaria ad salutem animæ, ita vt sine huiusmodi cibo vita animæ conseruari haud possit. Vnde hac supposita necessitate, quæ sub præcepto diuino cadit, colligit *Bonacin. loc. cit.* quod si Ecclesia nunquam præ- C cepisset, vt semel in anno omnes adulti Sacramentum Eucharistiæ susciperent; adhuc ad illud suscipiendum sub præcepto peccati mortalis tenerentur; & eo non suscepto, vita animæ periret.

Con. Trid. *Con. Nica.* *Ioan.6.* *Bonacina.*

Infantes, & amentes non tenentur.

Infantes vero, neq; ex præcepto Ecclesiastico, neque diuino, tenentur Eucharistiam suscipere, quemadmodum, & illi amentes, qui perpetuæ amentiæ morbo laborant. Ita *Suarez disput.69. sect.4. Fillineeius tract.4. cap.7. quæst.2. num.137. & Bonacina de Sacram. Eucha-* D *rist. disput.4. q.1. punct.3. proposit.2.* Et ratio est, quia hoc Sacramentum non est necessarium necessitate medij, quemadmodum Sacramentum Baptismi; sed tantum necessitate præcepti; sed nullo præcepto ligari possunt præfatæ personæ; cum rationis sint expertes; ergo &c. Colligitur ex *Concil. Trident. sess. 21. cap.4.*

Suarez. *Fillince.* *Bonacina.* *Con. Trid.*

An verò hoc præceptum alliget etiã infideles, magna quæstio est inter DD. nam nonnulli negant, vt *Sotus in 4.dist.* E *18.quæst.1.art.3. Sanchez in oper. moral. lib.1. cap 11. num.15. Pitigianus dist. 9. quæst.3. art.8. Nugnus quæst.80. art.11. diffic.2. conclus.3. & Bonacina de Sacrament. Euchar ist. quæst. 1. disp.4. punct. 3. prop.2. num.4. vers. verum.* Sed ego sententiam affirmatiuam libentius amplector, quam tenet *Suarez 3.par. disput.69. sect. 2. dub.1. Vazquez disput.214. cap.4. Coninchus 3.part. quæst.80. art.11. dub.2. num.93. Reginaldus lib.29. num.78.* & alij F apud prædictos Doctores. Et ratio est, quia sub illis verbis Christi *Ioan.6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitã in vobis.* omnes homines, (siue fideles sint, siue infideles) comprehenduntur; nam tanquam medium proponitur, ad salutem æternam obtinendam necessarium; vnde tenentur infideles baptismum suscipere, eoq; suscepto, Eucharistiam assumere. Exemplum de hoc habemus in adultis fidelibus, quibus dum præcipitur, vt Eucharistiam G suscipiant; tenentur Sacramentum pęnitentiæ antea suscipere, si aliquod peccatum mortale habeant. Ita pariter dicendum est de infidelibus, qui tenentur prius Baptismum suscipere, cum Baptismus sit ianua Sacramentorum, ac deinde Eucharistiam.

Sotus. *Sanchez.* *Pitigianus* *Nugnus.* *Bonacina.* *Suarez.* *Vazquez.* *Coninch.* *Reginal d.* *Ioan.6.*

Obijcies, Cathæcumeni non possunt Eucharistiam manducare donec baptizentur, quia sic Ecclesia præcipit, & docet *D. Augustinus in tract. super Euangel. Ioan.* H ergo si Cathecumeni ad hoc præceptum implendum non tenentur; à fortiori, neq; tenentur infideles. Respõdeo. cathecumenos non penitus excludi à sumptione Eucharistiæ, sed per aliquod tempus; donec Baptismum suscipiant; quia cum Baptismus sit ianua Sacramentorum; hinc non baptizatus non potest fieri particeps cęterorum Sacramentorum. Sed cathecumenus post susceptum baptismum tenetur sub præcepto Eucharistiæ Sacramentum assumere. Ergo hoc præceptum diuinum omnes homines adultos tàm fideles, quàm infideles ligat. Hæc est autem differentia quoad hoc, inter adultos fideles, & infideles; nam fideles tenentur su- K scipere Eucharistiam, non solum ex pręcepto diuino, sed etiam Ecclesiastico; infideles vero, tenentur tantum ex præcepto diuino. Et ratio est, quia Ecclesia non potest aliquod præceptum imponere, nisi suæ potestati, & iurisdictioni subiectis, sed infideles non sunt subditi potestati, ac iurisdictioni Ecclesiæ, quia I non sunt membra huius corporis mixti; ergo infideles non tenentur ex præcepto Ecclesiastico. Tenentur autem ex præcepto diuino, quia Deus cum sit rerum omnium Creator, ac Dominus, absolutam habet potestatem, iurisdictionem, atq; dominium super omnes gentes; hinc quibusuis personis præcepta potest imponere.

D. August. *Infideles tenẽtur sumere Eucharistiam ex præcepto solum diuino.*

Sed

A Sed queres quo tempore hoc præceptum habeie locum incipiat, in baptizatis. Respondeo non esse concedẽdam Eucharistiam pueris baptizatis, antequam ad decimum annum attigerint; neq; esse differendam vltra annum decimumquartum. Verumtamen quoad hanc determinationem temporis certa regula tradi non potest, propter diuersas personarum conditiones, & dispositiones; vnde arbitrio prudentis Confessoris, vel Parentum est omnino relinquendum, quemadmodum docet *Suarez disput.20.sect.2. S.Thomas, Paludanus, & alij,* quos citat, & sequitur *Filliucius tract.4. de Sacrament. Eucharist. cap. 7. quæst.4. num.192.*

Aetas qua requiritur vt fideles teneantur ad præceptũ sumendi Euchari stiam relinquitur arbitrio prudentis Cõfessarij.

B *Suarez. S. Thomas Paludanus Filliuc.*

Dico quarto Sacramentum Pœnitentiæ esse de iure diuino; vnde ad faciendam confessionem peccatorum tenentur fideles ex diuino præcepto, dato quod Ecclesia hoc idem præceptum minimè imposuisset. Quòd autem sit de iure diuino, definitum est in *Concil. Trident. sess.14.cap.4.5.* & patet ex *Concil. Constant. sess.8. & in Bulla Mart.V.* vbi damnatur Vuicleph error, qui aiebat Confessionem esse de iure Ecclesiastico. Item colligitur ex *Concil. Lateran. in cap. omnis de pænitent. & remission.* vbi profectò non statuitur vt fideles confiterentur; eo quod Concilium intellexerit hoc præceptum de iure diuino fuisse impositum, quemadmodum *Henriquez lib.4.cap.3.lit.C.* huius Concilij mentem subtiliter interpretatur. Vnde in *can.7.* dixit, de iure diuino esse necessarium, vt fideles omnia, & singula peccata mortalia confiteentur, etiam illa quæ in mente, & sola cogitatione sunt occulta. Item probatur ex illis Apostoli verbis *Iacob.5. Confitemini (inquit) alterutrum peccata vestra;* & ex illis *Ioan.20. Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt.* Ex quo loco Ecclesia semper intellexit, Confessionem fuisse præceptam iure diuino, quia sic hunc locum exponunt SS. Patres, vt *Cyrillus lib.12.in Ioann.cap.56. Chrysostomus homil.8. Theophylact. Euthymius, Dionysius cap.3. Ecclesiast. Hierarch. Damascen. lib.4. cap. 14. Cyprianus lib.2. epist.3. Augustinus quæst.93. noui & veteris testament. Ambrosius lib.4. de Sacrament. Hieronymus epist. ad Edibiam q.9. Gregorius homil.26. in Euang. Origenes in Psal. 37. Anselmus in Luc. 17.* Vide de hoc *D.Thom. addit. quæst.37. art.4. ad 1. & art.* 5. *ad 2. sen dist.24.q.3. Durand. q.5. Scot. Capreol. Ferrariens.4. contra gentes cap. 72. Hug. de S.Victor. lib.2. p. 14. cap.8. Riccard. de S.Victor. lib.1. de potestat. ligand. cap.10. & 12. Alexand. Alens.4. par. quæst.35. Gagn. Caietan. Catechism. Py V. Vualdens. c.139. Turrian. annotat. in Clement. lib.6. constitut. cap.12. Vega lib.13. in Trident. cap.14. Alphons. à Castr. verb. Sacerdotium hæres.1. Gerson. in Florent. moral. Turrecrem. lib.2. sum. Ecclesiast. cap.77. & lib.1. cap.95. ad 2. Henriquez lib.4. de Sacrament. cap.2. lit. D. & cap.3. lit.C. Filliuc. tract.7. cap.2. quæst.1. num.* 22. qui citat *Clement. epist.1. & Chrysostom. in cap. prædicandum 22. quæst.1. Bellarmin. 3. de pænitent. cap. 2. & Bonacin. de Pænitent. Sacrament. disput.5. quæst.5. sect.2. punct.4 proposit.2.* At *Medin. de confession. q.2. fol.49.* quamuis hoc præceptum diuinum admittat; attamen falsò denegat, ex dicto loco *Ioann. 20.* colligi; quia in contrarium est communis Sanctorum Patrum, & Scholasticorum sententia, quos vsq; adhuc citauimus.

Fideles obligantur ad confessionem de iure diuino

C *Con. Trid. Con. Const. Martin. V. Con. Late.*

Henriq.

D

Iacob.5. Ioan.20.

E *Cyrillus. Chrisost. Theophyl. Euthimius. Dionysius. Damasc. Cyprian. Augustin. Ambrosius Hieron.*

F *Gregorius. Origenes. Anselmus. S.Thomas Durandus. Scotus. Capreolus. Ferrarien. Vgo. Riccardus. Alex. Alẽ.*

G *Caietanus. Cathechis. Py V. Vualdensis Turrianus Clemens. Vega. Alph. Cast. Gerson. Turrecr. Henriq.*

H *Filliucc. Bellarmin. Bonacina. Medina.*

Præterea ex præcepto Ecclesiæ obligantur omnes fideles semel in anno cõfessionem facere si habeant conscientiã peccati mortalis. Colligitur ex *Concil. Lateran. sub Innocentio III. cap. 21.* & habetur in *cap. omnis vtriusque sexus de pænitent. & remiss. & in Concil. Trident. sess.14. cap.5. fin. & can.8.* & docet communiter DD. *S. Thomas in 4. dist. 12. quæst.3. art.1. Sotus dist.18. quæst 1. ar.1. ad 5. Cano relectiou. de pænitent. p.5. Paludanus dist.17. q.7. num.16. Palac. quæst.5. Ledesma 2. part. q.5. art.5. Nauarrus c.2. num.6. & 10. Taper. art.5. Suarez disput. 36. sect.1. Vazquez quæst.90. art.1. dub.5. num.4. & 11. Valentia tom 4. disput 6. quæst.9. punct.5. Azor.1. par. lib.2. cap.39. Molfesius tract.7. cap.9. num.23. Gabriel,* quem citat, & sequitur *Filliucius tract. 7. cap.3. q.1. num.44. Medina, & Caietanus,* quos citat, & sequitur *Bonacina de Sacrament. Pænitent. disput.5. q.5. sect.2. punct.4. prop.2. num.9.*

Obligãtur etiam ex præcepto Ecclesiæ. Con. Late. Con. Trid. S. Thomas

I *Sotus. Cano. Paludanus Palacius. Ledesma. Nauarrus. Taper. Suarez. Vazquez. Valentia. Azorius.*

K *Molfesius. Gabriel. Filliucc. Medina. Caietanus Bonacina*

Ex supradictis infertur posse Ecclesiã nõnunquam dispensare super hoc præceptum Ecclesiasticum, quatenus vt Papa det licentiam alicui ex iusta causa omittere annualem confessionem. Sed non potest dispensare Ecclesia, vt quis nunquam confiteatur, vel saltem in articulo mortis confessionem non faciat. Et ratio est, quia confessio saltem in articulo mortis facienda est de iure diui-

A no, sed Ecclesia non potest dispensare in his, quæ sunt de iure diuino, quia nõ habet potestatem super his, quæ à superiori Iudice idest Deo instituta sunt; ergo &c. Ita *S.Thomas in additionib. quæst. 6. art. 6. Nugnus ibidem Vazquez quæst. 90. art. 1. dub. 5. num. 4. & 11. Suarez disput. 36. sect. 1. Coninchus disput. 5. dub. 4. num. 48. Azor. 1. par. lib. 2. cap. 29. Valentia tom. 4. disp. 7. quæst. 9. punct. 5. Bellarminus lib. de pænitent. cap. 14. Reginaldus lib. 6. num. 32. Zerola de pænitent. cap. 10. quæst. 24. Pitigianus 2. par. disput. 17. quæst.* B *vnic. art. 6. Molfesius tract. 7. cap. 10. num. 19. Filliuccius tract. 7. cap. 2. quæst. 2. num. 24. qui dicit hanc esse communem DD. opinionem in 4. dist. 17. & nouissimè Bonacin. de Sacrament. Pænitent. disput. 5. q. 5. sect. 2. punct. 4. propos. 2 num. 11.*

S.Thomas. Nugnus. Vasquez. Suarez. Conineh. Azorius. Valentia. Bellarmin. Reginald. Zerola. Pitigianus. Molfesius. Filliucius. Bonacina.

Sed dubium est, an qui nullum habet peccatum mortale, sed tantum nonnulla venialia, teneatur ex precepto Ecclesiæ ad faciendam annuam confessionẽ: ità vt si illam prætermittat, mortaliter peccet, & in illas pœnas incurrat, quas Ecclesia non confessis infligere assolet. C Ad quod affirmatiuè respondent nonnulli *DD.* vt *Riccbardus dist. 17. art. 2. q. 4. Alexander 4. par. quæst. 77. memb. 1. Almain. art. 2. & Angelus confessio. 2. §. penult.* At ego existimo huiusmodi hominem dummodo conscientiam peccati mortalis non habeat, non teneri ad annuam confessionem, ideoq; in pœnas ab Ecclesia stabilitas minimè incurrere. Est communior DD. opinio in *4. dist. 17. ibiq; Scotus quæst. 1. Gabriel quæst. 1.* D *art. 2. Durandus quæst. 9. D. Thomas dist. 17. quæst. 1. 1. 4. ad tertium, & Addit. q. 6. art. 3. ad 3. & 3. par. quæst. 65. art. 1. Sotus q. 1. art. 3. Ledesm. 2. par. q. 5. art. 3. Caietanus quæst. 65. art. 2. ad 4. & opusc. de Confession. q. 5. Victor. §. 129. alias 138. Vega in Concil. Trident. lib. 13. cap. 30. Syluester confessio. 1. §. 13 Nauarrus cap. 2. num. 6. Fr. Alex. lib. 2. tit. 1. cap. 7. Angelus Cõfessio. 1. § 27. vbi hanc nostram sententiam tenet, quamuis in loco supra cit. contrariã postmodum amplexus fuerit. Item Glosa* E *in cap. omnis vtriusq; sexus de pænitent. & remission. quam fuisse ab omnibus recentioribus communiter receptam, refert Henriquez lib. 4. de Sacrament. cap. 4. lit. B.* Ad rationes vero, quas aduersarij in comprobationem suæ sententiæ adducere possent, respondemus cum *Sot. & Henriq. locis citat.* satis esse si homo in solemnitate Paschali coram Parocho se præsentet, eiq; dicat; quod ideo Con- F fessionem non præmittit, quia non habet conscientiam peccati mortalis; quo videlicet actu patenter manifestaret se ad Eucharistiam dignè accedere; vnde & animum Pastoris ab omni mala suspicione liberaret.

Qui non habet, nisi venialia nõ tenetur ad annuã confessionẽ.

Riccardus. Alexand. Almainus. Angelus.

S.Thomas. Scotus. Gabriel. Durandus. Sotus. Ledesma. Caietanus. Victoria. Vega. Syluester. Angelus. Glosa. Hẽriquez.

Adhoc autem vt præceptum Ecclesiasticum annuæ confessionis impleatur, de necessitate non requiritur, vt in Quadragesima, vel in Paschate Confessio fiat; sed sufficit si homo in qualibet totius anni die confiteatur. G Ità *Ledesma 2. par. quæst. 5. art. 5. dub. 6. Sotus dist. 18. q. 1. art. 4. conclus. 4. Cano relect. de pænitent. p. 5. D. Antoninus 3. par. tit. 14. c. 19. §. 3. Syluester confessio 1. §. 2. Nauarrus cap. 2. num. 10. Medina lib. 1. instruction. cap. 14. §. 41. Victor. §. 126. alias 137. & §. 192. & Henriquez lib. 4. de Sacram. cap. 4. num. 1.*

Ledesma. Sotus. Cano. Antoninus. Syluester. Nauarrus. Medina. Victoria. Hẽriquez.

Dico quinto Sacramentum extremæ vnctionis non esse sub præcepto diuino, aut Ecclesiasticò, vnde si quis in articulo mortis illud omiserit, regulariter loquendo; mortaliter non peccat. Ita *D. Thomas dist. 23. quæst. 1. art. 1. & 3. ad 1. Sotus quæst. 1. 1. ad arg. Suarez lib. 4. di-* H *sput. 44. sect. 1. Syluester vnctio. §. 9. Bonauent. dist. 23. in exposit. liter. Nauarrus c. 22. num. 16. Ledesma quæst. 31. art. 9. ad fin. Taper. art. 12.* Henriquez *lib. 3. de Sacrament. cap. 10. num. 3. Nugnus quæst. 33. art. 2. difficul. 1. Emanuel Sà num. 5. Victor. §. 219. Caietanus verb. vnctio Armil. §. 1. Coninchus tom. 1. disput. 19. dub. 10. num. 30. Molfesius num. 33. Filliuccius tract. 3. num 112. Posseuinus, Victorell. super Tolet. lib. cap. 18. & Bonacina de sacrament. Extremæ vnctionis disput. 7. q. vnic. punct. 5. prop. 1. num. 10.* quamuis contrarium I teneat *Petrus à Soto lect. 2. de Extrema vnction. & Bellarm. lib. 1. de Sacrament. cap. 22.*

Ad extremam vnctionem sumendã nõ tenetur ex præcepto.

S.Thomas. Bonauent. Sotus. Suarez. Syluester. Nauarrus. Ledesma. Hẽriquez. Hẽriquez. Nugnus. Sà. Vienna. Caietanus. Armilla. Conineb. Molfesius. Filliucc. Posseu.nus. Victorell. Bonacina. Petr. à Sot.

Verumtamen si in articulo mortis constitutus Extremam vnctionem recipere noluerit, eam paruipendens, atq; contemnens, vel si illam omiserit cum scandalo aliorum; mortaliter peccat. *Ita Suarez, Henriquez, Nugnus, Emanuel Sà, Coninchus Molfesius, Filliuccius, Bonacina, & alij DD. quos supra citauimus.* K Accedit pariter *Magister sent. dist. 23. Paludanus quæst. 1. art. 3. conclus. 3. supplem. q. 1. dub. vlt. Couarruuias cap. Alma 2. par. §. 2. num. 6. Petrus à Soto lect. 2. tit. de Extrema vnction. Bonauent. Nauarr. Taper. quos citat, & sequitur Henriquez lib. 3. de sacrament. cap. 10. num. 3. in comment. liter. D.*

Bellarm. Mag. sent. Palludan. Conarruu.

Dico

A *Nullus tenetur ex preceptoordines suscipere.*

Dico sexto nullum hominem teneri ex præcepto diuino, ant Ecclesiastico ad suscipiendum Ordinis Sacramentũ. Si autem ipsi ordines verè suscipientur, seruanda sunt interstitia, & tempora ab Ecclesie stabilita. Vnde iuxtà DD. communem opinionem, Prima tõsura, quolibet die suscipi potest; Episcopatus in quolibet die Dominico, ordines vero minores, atq; maiores in quolibet Sabbato quatuor temporum, vel in sabbato, sitientes ante Dominicam Passionis

B ant in sabbaro Sancto in missa. Habetur in *cap.3. de temporibus ordinat. & docent communiter DD. vt Rebuffus in prax. beneficior. par.2. tit. de Clericis ad sacros ordines malè promotis, Glosa par.1. num.2. & 3. Rodriquez in summa 1. par. cap.16. num.3. Vasquez disp.246. cap.5. Grassius tom.2. lib.3. decis. cap.12. num.20. Quarant. verb. ordo Emanuel Sà verb. ordo n. 13. Syluester verb. ordo num.6. Henriquez lib.1. cap.12. nu.2. Viualdus de sacramen. ordinis num.36. Martinus Fornarius in tract. de Sacramento ordinis, & Bonacina de ordine disput.8. q. vnic. punct.6. proposit.1.*

Rebuffus. Rodriq. Vasquez. Grassius. Quaranta. Sà. Syluester. Heriquez. Viualdus. Fornarius. Bonacina.

C *Ad matrimonium cõtrahendum nemo tenetur.*

Dico septimo nullum hominem teneri sub mortali Sacramentum matrimonij suscipere; vel semel susceptum reiterare. Ità docent communiter DD. Et ratio est, quia hoc Sacramentum, neq; necessitate medij, neq; necessitate præcepti est necessarium ad salutem; sed per se est institutum ad multiplicandum, & conseruandum genus humanũ, & in salutare remedium carnalis concupiscentiæ, quæ omnia fieri possunt

D absq; eo, quod vnusquisq; particulariter obligetur.

CAPVT V.

De forma vniuscuiusque Sacramenti.

E DE forma vniuscuiusq; Sacramenti, in proprijs locis præstante Domino fusè agetur; vnde ea quæ nunc dicturi sumus, quasi quædam compendiola, seu summulæ recipiantur; quam nimirum tractationem non parum vtilitatis legentibus afferre arbitror, cum hic omnia breniter præstringantur, quæ in proprijs locis vniuscuiusque Sacramenti, permultas paginas implent. Igitur de forma vniuscuiusq; Sacramenti in præsenti cap. breuiter, & summatim agemus. F

Baptismi forma quæ sit.

Quero igitur primo. Quænam sit forma Baptismi. Respondeo circa hoc, varios fuisse antiquorum hæreticorum errores. Gnostici enim (quemadmodũ testatur *Irenæus lib.1. cap.18. & Bellarminus de Sacrament. Baptismi lib.1. cap.3.*) baptizabant, *In nomine ignoti Patris, in veritate matris omnium, & in nomine descendentis Iesu.* Eunomiani vero (teste *Socrate lib.5. cap 23.*) non baptizabant *in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti;* sed *in Domini mortem.* Sed Cataphrygani, & Paulianistæ, *in Baptismo,* neque G *nomen Trinitatis*, aut alicuius personæ diuinæ, inuocabant; quemadmodum refert *Innocentius I. in epist. 22. cap.5.* Vnde ad confutandum hunc errorem, tàm in *Concil. Niceno can.19.* quàm in *Concil. Laodicens. can.8.* iussum est eos rebaptizari. Nec à nostro proposito est aliena illa historia, quam narrãt *Nicephorus 10. lib histor. cap.35. Bellarminus de Sacrament. Baptism. cap.3. & Suarez disput.21. sect.3.* de quodam Episcopo Adriano nomine Demetrio, qui baptibat. *In nomine Patris per Filium in Spiritu sancto.* vnde in detestationem huius hæresis, quam plerique Arriani tenebant; miraculosè accidit, vt aqua quæ ad conficiendum baptismum præparata fuerat, statim à conspectu ministri euanesceret. H

Variorum Hæreticorũ errores. Gnostici. Ireneus. Bellarmin. Eunom. Socrates. Cataphryg. Paulinistæ. Innocen. I. Conc. Nic. Conc. Lan. Nicephor. Bellarm. Suarez.

Denıq; alijs erroribus hæreticorum omissis ille commemorandus est, quem apud catholicos, & grauissimos Authores inuenio, quorum sententia fuit, quod si quis *in nomine Christi*, aut *in nomine Trinitatis*, non expresso vniuscuiusq; personæ nomine, verum conferret Baptismum. Hanc sententiam profecto tennie *Nicolaus Papa in cap. à quodam Iudæo de consecration. dist.4.* Item *Ambrosius in lib. de Spiritu sancto cap.3.* vbi sic ait, *Qui benedicitur in Christo, in Patre, & Spiritu sancto benedicitur, quia vnum est nomen, vna potestas.* Et infra subiungit dicens, *Qui Christum nominat, & dicit Filium, qui vnctus est, & Patrem in quo vnctus est, & Spiritum sanctum quo vnctus est, Beda in cap.10. Act. in illa verba, Iussit illos baptizari in nomine Domini Iesu. Bernardus epist.340. vbi hanc formam baptismi approbat, veluti si quis dixerit, Baptizo te in nomine Dei, & sancta Crucis. Hugo Victorin. lib. 2. de Sacramentis par.6. cap.2.* I K

Nicolaus Papa. S. Ambr. Beda. S. Bernar. Hug. Vict.

De Scholasticis verò hanc eandem sen-

A

Mag. sent. Glosa. Adrianus. Caietanus Sotus. Athanas. Cyprian. Chrysost.

sententiam sequuti sunt *Magister in 4. dist.3. Glosa in d.cap.à quodam Iudea,& cap. multi sunt. de consecration. dist. 4. Adrianus quæst.2.de Baptismo,& Caietanus super D.Thom.3.par.quæst.66.art.5. Sotus* vero refert in hanc eamdem conuenisse sententiam *Athanasium lib. de Trinit. & Spiritu sanct.* Cyprian. *lib ad Quirin. & Chrysostom. hom.3.* sed apud hos Patres nihil inuenitur quæ ad hãc quæstionem pertineat, quemadmodum testatur *Suarez disp.21. sect.3.* vnde falso

B

Lutherus. Ziuingl. Brentius.

hæc opinio eis ascribitur. Sed verè, & absq; dubio affirmari potest, non multum distare ab hac sententia, illam hæresim quæ à *Luthero, Zluinglio, & Brentio* ortum habuit, qui (teste *Bellarmin. lib.1.de Sacrament. Baptism. cap.3.*) asserebant, non esse necessarium ad validitatem baptismi, vt quis consueta forma vteretur; sed sufficere si non baptizet *in nomine hominis*, sed *in nomine Domini*, dato quod quibusuis verbis id fiat.

Vera sententia.

C

D. Thom. Bonauent. Marsilius. Scotus. Riccardus Paludanus Altisiod. Alex. Alē. Durandus

At his erroribus prætermissis, vera forma Baptismi est hæc, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, quemadmodum docent omnes grauiores Theologi in *4.dist.3.* vbi *Marsilius quæst.3.art.3. D.*Bonauentura *dist.3. art.2.quæst.2.Scotus quæst.2.art.3.Riccardus art. 2. q. 3. Paludanus q. 1. art. 2. D.Thomas 3.par.quæst.66.art.6. Altisiodor. lib.4. summa tract.3. cap.4. quæst.2. Alexander Alens.4.part.quæst.13.membr. 3.art.2. §.3. & art.4.§.2. Durandus q.1.* Ex recentioribus vero hanc opinionem

D

Bellarm. Suarez. Angles. Valentia. Conineb. Nugnus. Reginald. Henriq. Sayrus. Antoninus Syluester.

tenent, atque defendunt *Bellarminus de Sacrament.Baptism. lib.1.cap.3. Suarez disput. 21. sect. 3. Angles de Baptismo quæst.1.art.3.Valentia tom.4.disp.4.quæst. 1.punct.3.in princip. Conincbus,& Nugnus super D.Thom.quæst.66. art.5. Reginaldus lib.27.cap.4.num.23.Henriquez lib.2.cap.8 nu.1.Sayrus lib.1.cap.4.art.3. S.Antoninus 3.part. tit.14. c.13. num.2. Syluester verb.*Baptismus*.1. num.3. Nauarrus cap.22. num.2. Armill. verb.Baptismus num.4. & 7. Victor. de Baptism.*

E

Nauarrus Armilla. Victoria. Angelus. Tabiena. Viualdus. Graffius. Bart. Ang. Fillince. Bonacina.

concluſ 13. Angelus verb. Baptismus *2. num.1. Tabiena verb.*Baptismus *3.num.1. 2.& 7. Viualdus* de Baptismo *cap.3.num. 8.& 9. Graffius 2.part.lib.1.cap.3.num. 19.* Bartholomæus *ab Angelo* de Baptismo *§.103. Fillinccius de Sacrament.*Baptism. *tract.2.cap.3. quæst.2.num.45.* Bonacina *de Sacramento* Baptism.*disput.2. quæst.2. punct.4. proposit.vnic.*

Probatur hæc nostra conclusio. Primo ex illo *Matth.28.* vbi ipse Christus

F

Probatur sententia. Matth.28.

formam baptismi Apostolis præscribit, qua in baptizandis hominibus vti deberent. Ait enim, *Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*. Secundo ex

Con. Flor. Con. Trid.

Concil.Florẽt.in instructione Armenorum in decretis Eugenij ex Concil. Trident. sess.7.can.3.de Baptismo. Tertio ex definitionibus, & declarationibus Ecclesiæ,

Pelag. Pa.

nam *Pelagius Papa in cap. si re vera, de consecration.dist.4.* declarat, Baptismum in nomine Domini datum, non expressis tribus diuinis personis; esse nullum.

G

Zach. Pa.

Item *Zacharias Papa in cap. in synodo eadem dist. 4.* apertè tradit, baptismi Sacramentum minimè posse perfici nisi *in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, vnde si quis vnam ex his tribus personis non exprimeret; vtiq; non conficeret Sacramentum.

Clem. Pa.

Vnde *Clemens Papa lib.3.constitution.cap.16. Nominans* (inquit) *inuocationem Patris, & Filij, & Spiritus sancti baptizabit eos in aqua.* Idem repetit in *lib.7. cap.23.* dum ait, *Baptizare debes quemadmodum Dominus præ-*

H

cepit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Patris qui misit, Filij, qui venit, Paracleti, qui testimonium dedit. Idem colligitur ex *cap. firmiter de Summ. Trinitat. & fide cathol. & ex cap.1.de Baptismo, & ex Can.50. Apostolorum.* Quarto ex permultorum Patrum sententia, vnde vide *Damascen. lib.4. de fide cap. 10. Athanas. sermon.3. contra Arrian. Iustin. Apolog.2. pro Christianis circa fin. Chrysostom. homil.19. in epist.ad Roman. Basil. lib.de Spiritu sanct.cap.12. S.Leon.Pap.*

I

Athanas. Damasc. Iustinus. Chrysost. Basilius. S.Leo Pa. Augustin. Fulgent. Gre. Niss. Gre. Naz. Tertull. Gaudent. Cyprianus Dion. Are. Origenes.

epist.4.cap.3. Augustin.lib.4.de Baptism. cap.15. & lib.5. cap.1. & lib. 6. cap. 17. Fulgent.in lib.de incarnation.cap.11.Gregorium Nissen. Gregor. Nazianz.& Tertullian.Cyprian.epist.73. ad Iubaia Gaudent.tract.2.de lection.Euangelic.Dionys. Areopag.in lib.de Ecclesiastic.Hier.cap.2. Origen. in cap.6.ad Roman. in illud Quicunque in Christo baptizati sumus, Theophylact.in cap.vlt. Matth.Dydim lib.2.de Spiritu sancto non procul ab initio, Hylarium lib. de Synodis in fin. Hieronym. in

K

Theophyl. Hilarius. Hieron. Gregorius Innocent. Siricus.

cap.4. ad Ephes. Gregor. lib.9. epist.61. Innocent.epist.22. & Siricum epist.1.

Confirmationis forma qua. Con. Flor.

Quæro secundò, Quænam sit forma Confirmationis. Respondeo esse hanc, *Consigno te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.* Colligitur ex *Concil.Florent. in instruction. Armenor.* eamq; omnes *DD.* cõmuniter amplectuntur. Ex qua aduertendum est,

inno-

A inuocationem sanctissimæ, & indiuiduę Trinitatis, cum expressione trium diuinarum personarum, esse de essentia huius formæ, & per consequens esse necessariam adhoc, vt Sacramentum Cófirmationis conficiatur. Et ratio est, quia Confirmatio homini baptizato confertur adhoc, vt fidem Christianam manifestè, ac fortiter contra Ecclesiæ Catholicæ hostes confiteri possit; vnde opus est, vt in huiusmodi Sacramento illud ineffabilè mysterium Trinitatis B exprimatur atq; inuocetur, à quo fides nostra Christiana præcipuũ habet principium, atq; fundamentum. Ita docet *D.Thomas 3.par.quęst.72.art.4. Ledesma de Sacrament.Confirmat.cap.3. Pesantius super D.Thom.3.par.q.72. art.4. Henriquez cap.2.num 4.Suarez disput.33.sect.3.vers.secundo dubitari potest, Reginaldus num.12. Emanuel Sà verb. Confirmatio num.10. Coninchus 3.par. quęst.72.art.4. num.66. Bartholomæus ab Angelo dialog.* C *3.§ 17.Filliuecius tract.3.cap.1. quæst.11. num.22.& Bonacina de Confirmation. disput: 3.q.vnic.punct.4.proposit.2. num.8.*

S.Thomas
Ledesma

Sacramenti Eucharistiæ forma

Quæro tertiò quænam sit forma Sacramenti Eucharistiæ. Respondeo, & dico primo formam Sacramenti corporis esse hanc, *Hoc est enim corpus meũ.* Colligitur ex *Concil. Flor. in instruction. Armenor. nec non ex verbis Canon. quibus Ecclesia vtitur, Qui pridie (inquit) quam pateretur accepit panem in sanctas, ac venerabiles manus suas, & eleuatis oculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipotentem tibi gratias agens benedixit, fregit,* D *deditq; discipulis suis dicens, accipite, & manducate ex hoc omnes, Hoc est enim corpus meum.* Tum quia virtute verborum formæ debet fieri transubstantiatio panis in corpus Christi, sed his verbis, *Hoc est enim corpus meum,* verè transubstantiatio hæc significatur, atq; conficitur; ergo vera forma corporis Christi est illa quam supra assignauimus. Vide *D.Thom.3.par.quæst.78.art.2. Reginald. lib.29.num.26.Valent.tom.4.disp.6.quæst. 1.punct.1.Suarez disput.58. sect.1. Bellarmin.lib.4. de Eucharistia cap. 22. Nugn.* E *quęst.78.art.1.difficult. 2. conclus.1. Coninch.ibid.Victor.de Eucharist. cóclus.74. Pitigian.dist.8.quæst.2. art.2. Henriquez cap.16.num.4. Bartholoma. ab Angel. dialog.4.§.361. Vinald. de Eucharist. cap.4. num.2. Chamerot. de Eucharist.cap.7.dub. 6. Bonacin. de Sacrament. Eucharist. disp. 4.q.3.punct.1.propos.vnic. Molfes.tract. 3.cap.3.nu.15. Ledesm.& DD. dist.8.*

Conc. Fl.

D. Thom.
Reginald.
Valentia.
Bellarm.
Nugnus
Coninch.
Victoria.
Pitigianus
Hẽriquez.
Barthol. ab Angelo.

Vnde adhoc, vt Eucharistię Sacramétum verè conficiatur de necessitate requiritur, vt præfatæ formæ verba ore proferantur *D. Thomas 2.par.quæst.78. art.1.ibiq: Caietanus, Ledesma quæst.19. Sotus dist.11.q.1. DD. in 4.dist.8. Scotus quæst. 2.Gabr.lection.38.Durandus quæst. 2.Alexander Alens.4.par. quæst.33. Victor.§.74.Petr.Sotus tit. de Eucharist.sec. Catharinus opuscul.2.de verb.quib. Christus consecrau. Bellarminus lib.4. de Eucharist.cap.12.& 13.Taper.a.14.16. Barthol. Ledesm. in summa tit. de Eucharist. difficult.9.Maior.lib.5.tit.2.de Eucharis. num.58. Canisius tit. de Eucharist. §.4. Claud.rep.7.cap.5.de Eucharist. Alan. de Sacramen.cap.21.& lib.1.de Eucharist. c. 16.Henriquez de Sacrament.lib.8.ca.16. num.1.& alij communiter.*

F
Vinaldus
Chamerot.
Bonacina.
Molfesius.
Ledesma.
G

Forma necesse est, vt ore proferatur.

Dico secundo formam Eucharistiæ, qua vinum in, verum sanguinem Christi transubstantiatur est sequens, *Hic est enim calix sanguinis mei noui, & æterni testamenti mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissioné peccatorum.* Ità *Innocentius in cap.cum Martha de celebr.missar. S.Thom.art.3. ad 9. Alexander, Bonauẽtura, Ricchardus, Magister in 3. dist.8. Angles de Eucharistia q. 1.art.8.conclus.2.Suarez disput.60.sect.1. Henriquez lib.8.de Sacrament.cap.17.Victor.de Eucharist.nu.74. Vinaldus de Eucharist.cap.5.num.1.vers. quarta opinio, Chamerota de Eucharist.ca.7. Filliuccius tract.4.cap.4.quæst.8.num.11. Durandus, Diel, quos citat, & sequitur Bonacina de Sacrament. Eucharist.disp.4. quæst.3.pun 2. prop.vnic.*

H
S.Thomas
Caietanus.
Ledesma.
Sotus
Scotus
Gabriel
Durandus
Alex. Alẽ.
Petr. Soto.
Catharin.
Bellarm.
Taper.
I
Bart. Led.
Maior.
Canisius.
Claudius
Alanus.
Hẽriquez.
Innocent.
S.Thomas
Alexander
Bonauent.
Ricchard.
Magister
K
Angles
Suarez,
Henriq.
Victoria
Vinaldus
Chamerot.
Filliuce.
Durandus
Diel
Bonacina.

Sed dubium est, an omnia verba huius formæ sint de essentia Sacramenti, ità vt si aliqua postrema prætermictantur, non conficiatur Sacramentum, an vero illa tantum sint de essentia, *Hic est calix sanguinis mei*; ita vt his verbis solũ expressis verè fiat transubstantiatio vini in sanguinem Christi. Ad hoc negatiuè respondent nonnulli DD. docentes ad validitatem Sacramenti, necessarium esse, vt tota illa forma, quam supra posuimus, integrè proferatur. Ità *D.Thomas art.3.Paludanus q.3. Syluester verbo Eucharist.1.q.6.Capreolus, Toletus lib. 2. cap.15.num.1.& alij.* quos refert, *Suarez disp.60.sect.1.* Sed comunis opinio, cui ego libenter adhæreo, tenet, de essentia, Sacramenti, esse illa verba tantum, *Hic est calix sanguinis mei*; vnde si minister cætera verba sequentia voluntariè prætermictat, verè consecrat. *Ità Magister*

sent.

S.Thomas. Paludanus. Sylnester. Capreolus. Toletus. Magister. Bonauent. Alexander. Dyon.Car. Aliaco. Maior. Marsilius.

A *sent.dist.7.Bonauentura 2.part.art.1.q.1. ad 1.Alexander Alens.quæst.53.memb. 4. art.1.& 3. ad 3. Dyonis. Carthus. quæst. 2. Aliaco,q.5. Maior quęst.vnic.Marsilius quęst. 6.art.1.Albertus lib.de sacrific.missæ cap.vlt.Henricus quodlib.9. quæst. 10.* Caietan *3. par. quæst. 78.art. 2.Victor. in summa num.74.Suarez disput.60. sect. 1. vers.secunda opinio Viualdus de Eucharistia cap.5.num.1.Angles. de Eucharistia quęst.1.art.8.conclus.2.Chamerota de Eucharistia cap. 7. in princip. Filliuccius tract.4.cap.4.quæst.8.num. 113.* Bonacina **B** *de Sacrament. Eucharist.disput.4.quæst.3. punct.2.proposit.vnic.num.1.*

Albertus. Henricus. Caietanus. Vienna. Suarez. Viualdus. Angles. Chamerot. Filliuce. Bonacina.

Ad hanc autem sententiam comprobandam dupplex ratio afferri potest. Prima est, nam in consecratione panis sufficit si minister dicat; *Hoc est corpus meum*; ergo & in consecratione vini profecto sufficiet, si dixerit. *Hic est Calix sanguinis mei*, quia eadem militat ratio in significatione verborum vtriusque formæ. Si enim res subtiliter consi- **C** deretur, essentialia verba formæ debent significare transubstantiationem vini in sanguinem Christi, quam verè efficiunt, quia hic est principalis effectus, quem verba formæ operantur; sed hoc fieri potest per illa sola verba, *Hic est calix sanguinis mei*. Quæ videlicet transubstantiationē integram significant, ea vero quæ sequuntur (*Noui & antiqui testamenti, qui pro vobis, & prò multis effundetur in remissionem pecca* **D** *torum*) essentialiter ad transubstantionē non pertinent, quia eam non significant, aut designant, sed ad aliud significandum sunt adiuncta. Secunda ratio est, nam Græci in consecratione sanguinis omittunt illa verba (*æterni*) & (*Mysterium fidei*) quemadmodum testatur *Henriquez lib.8. de sacrament.cap. 7.& Bonacina d. quæst.3.punct. 2. propos. vnic.num.1.* & tamen verè conficiunt sacramentum. Nam temerarium esset asserere illos Patres Græcos antiquos san **E** ctitate vitæ, ac doctrinæ grauitate celebres, hac forma, calicem non consecrasse, quemadmodum temere asserit *Paludanus*) de Basilio enim qui fuit vnus ex Patribus Græcis antiquis, legimus, formam suæ liturgiæ ab Angelis accepisse, quemadmodum referunt, *Durandus, Sotus, Bellarminus lib.4.de Euchar. c. 14.arg. 9.Taper.art.15.Henriquez d.cap. 7.num.2.liter. M.cum Damascen. lib.4. cap.14.* Vnde colligitur illa verba subsequentia non esse de essentia formæ,

Henriq. Bonacina. Durandus. Sotus. Bellarm. Taper. Henriq. Damasc.

F quia (vt diximus) Ecclesia Græca aliqua ex ipsis omittit, & tamen non errat, sed verè consecrat. Sic *Suarez disput.60.sect. 1.Henriquez lib.8 cap.16.num. 1.& c.17. num.2. Valent. tom.4. disput.6. quæst.6. punct.1. versic. Nunc reiectis. Coninchus quæst.68.art.3.num.83. Nugnus ibid.conclus.1.Victor.de Eucharistia num.74. Reginaldus lib. 29.num.16.Bartholomæus ab Angelo dial.4.§.370. Chamerota de Eucharist.cap.7. dub. 17. Emanuel Sà verb. missa nu.5.Filliuccius de Eucharist. tract. 4.cap.4.quæst.8.Bonacina loc. cit. & colligitur ex Concil. Florent.sess. vlt.*) vbi **G** pro certo supponitur, verè conficere corpus, & sanguinem Domini illis formis quibus ipsi Græci vtuntur. Vnde Ecclesia latina (quemadmodum refert *Suarez d.sect.1.vers.secundum, & vrgentissimum argumētum,*) nunquam de hoc errore Ecclesiam Græcam notauit, nam si cognouisset esse verum errorem, nequaquam permisisset, eum in magna parte vniuersalis Ecclesię vigere, ideoq; eum non tolerasset, sed damnasset.

Suarez. Valentia. Coninch. Nugnus. Victoria. Reginald. Barth. ab Ang. Chamerot. Sà. Filliuc. Bonacina. Conc.Flo. Suarez.

H Item hanc nostram sententiam valdè confirmat per multorum Patrum authoritas, in quorum scriptis, nō omnia verba, quæ in illa forma includuntur, reperiri videmus, sed permulta omissa, quædam verò permutata. *Cyprianus enim in sermon. de cœna Dom. sic scribit. Ex quo* (inquit) *à Domino dictum est,* Hoc *facite in meam commemorationem, Hæc est caro mea, & Hic est sanguis meus quotiescunq; his verbis, & hac fide actum est; panis iste, & calix solemni benedictio-* **I** *ne sacratus ad totius hominis vitam salutemq; proficit.* Similiter, & apud *Clemēt. lib.8. constitut. c. 12. alias 17.* reperitur scriptum, quia hæc ibi continentur verba. *In qua nocte tradebatur, cum accepisset panem sanctis manibus suis, sustulissetq; oculos ad te Deum suum, ac Patrem, ac fregisset, dedit discipulis suis dicens,* Hoc *est mysterium noui testamenti accipite ex eo, & comedite, Hoc est corpus meū, quod pro multis frangetur in remissionem pec-* **K** *catorum. Similiter, & calicem dicens, Bibite ex eo omnes, hic est sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Præterea vide de hoc *Chrysostom.homil.de prodition.Iudæ, Euseb.Emissen. in cap. Quia corpus de consecration. distinct. 2.Iustin.in Apolog.2. in fin. Damascen.lib.4.cap.15.& Ambros.lib.4. de Sacrament.cap.5.*

Cyprianus. Clemens. Chrysost. Euse. Em. Iustinus. Damasc. Ambros.

Quero quarto quænam sit forma Sacramenti Pænitentiæ. Respondeo esse

Sacramēti Pænitentię forma quę sit.

hanc

A hanc; *Ego te absoluo à peccatis tuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.* Quæ videlicet verba non omnia ad essentiã, & validitatem Sacramenti pertinẽt; vnde si quis dicat (*Te absoluo*), verã cõfert absolutionẽ, & cõficit Sacramentum, quia hæc duo tantum verba sunt de essentia huius formæ. Ita docẽt communiter *DD. S. Thomas 3. par. quæst. 64. art. 3. Suarez de pænitent. disput. 19. sect. 1. num. 21. Valentia disput. 7. quæst. 1. punct. 3. Vazquez de pænitent. disput. 84.* B *art. 3. dub. 4. num. 4. Reginaldus lib. 8. n. 2. Coninchus de pænitent. disput. 4. Hẽriquez lib. 4. cap. 11. num. 3. Toletus lib. 3. cap. 12. Petrus Ledesma in summa de Sacrament. pænitent. dub. 3. num. 30. cap. 30. Syluester verb. absolutio 6. quæst. 4. Nauarrus cap. 26. num. 2. & 11. Sotus dist. 1. quæst. 1. art. 8. dist. 14. quæst. 1. art. 3. Scotus, Caietanus, Medina, D. Antoninus,* quos citat *Henriquez loc. cit. Nugnus 3. par. quæst 84. ar. 3. dub. 2. vers. multa dubiosa, Sayrus de Sacrament. in gener. lib. 1. cap. 3. quæst. vnic.* C *art. 5. vers. in pænitentiæ Sacramento, Fillieccius tract. 6. cap. 3. quæst. 6. nu. 61. Pitigianus de pænitentia dist. 14. quæst. 4. art. 5. Bonacina de pænitentia Sacrament. disput. 5. quæst. 4. punct. 1. proposit. vnic.* Quamuis contrarium teneant nonnulli DD. dicentes, de essentia Sacramenti esse omnia hæc verba videlicet, *Ego te absoluo à peccatis tuis.* Ita *Paludanus dist. 22. quæst. 3. art. 2. Durandus dist. 16. quæst. 2. Ledesma 1. par. quæst. 25. art. 3. & Petrus Soto de pænitent. lect. 4.*

S. Thomas. Suarez. Valentia. Vazquez. Reginald. Coninch. Henriq. Toletus. Petr. Ledc. Syluester. Nauarrus. Sotus. Scotus. Caietanus. Medina. Antoninus. Henriq. Nugnus. Sayrus. Filliucc. Pitigianus. Bonacina. Paludanus. Durandus. Ledesma. Petr. Soto.

D Verumtamen negari non potest, esse saltem sub præcepto omnia hæc verba, *Ego te absoluo à peccatis tuis,* vnde si minister aliquod ex ipsis sponte omiserit, mortaliter peccat, quemadmodũ optimè docet *Toletus lib. 3. cap. 12.* Et ratio est, quia tunc contra consuetudinem vniuersalis Ecclesię faceret. Hinc è contra damnatur, & ridiculosus apparet mos ille, quem nonnulli ministri in dãda absolutione tenent, dicentes, *Ego te absoluo ab omnibus peccatis confessis, con-* E *tritis, & oblitis, vel Ego absoluo te ab omnibus peccatis confessis, & non confessis, contritis, & non contritis oblitis, & non oblitis, & restituo te sanctæ Romanæ Ecclesiæ.* Sunt enim superflua omnia illa verba quæ superadduntur, quemadmodum docet *Toletus d. cap. 12. num. 2. in princip.*

Toletus.

Sed quæritur an inuocatio sanctissimæ Trinitatis sit necessaria ad validitatem Sacramenti; ita vt si omittatur, non perficiatur Sacramentum. Ad quod respondet *Durandus in 4. dist. 24 quæst. 2.* & dicit, inuocationem sanctissimæ Trinitatis esse de essentia huius Sacramenti, vnde necessariò est exprimenda. Sed cõtrarium tenent communiter DD. asserentes, non esse necessariam ad validitatem Sacramẽti, ita vt si absq; scandalo, vel contemptu omittatur; minister peccatum mortale minimè perpetret. Ita *D. Thomas 3. part. quæst. 84. art. 3. ibique Nugnus dub. 2. vers. finem, Coninchus de pœnitentia disput. 4. dub. 3. num. 30. Henriquez lib. 4. num. 4. cap. 11. Vazquez de pænitentia quæst. 84. art. 3. dub. 4. Suarez de pænitentia disput. 9. sect. 1. Valentia disput. 7. quæst. 1. punct 3. Sot. loc. cit. & Bonacin. de pænitent. Sacrament. disp. 5. quæst. 4. punct. 1. propos. vnic. num. 2.* Et ratio est, quia in pænitentia non fit professio fidei, quemadmodum in baptismo, & in Confirmatione; inuocatio autem sanctissimæ Trinitatis necessario requiritur quando in aliquo Sacramento professio fidei est agenda, cum ipsa sancta, & indiuidua Trinitas sit nostræ fidei Christianæ basis ac fundamẽtum; ergo &c.

F *Durandus.* *S. Thomas. Nugnus.* G *Coninch. Henriq. Vazquez. Suarez. Valentia. Sotus. Bonacina.* H

Quæro quinto, quænam sit forma Sacramẽti Extremæ vnctionis. Respondeo esse hanc. *Per istam sanctam vnctionem. & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti per visum.* Et tunc vterq; oculus oleo sancto vngitur. Quando vero vnguntur renes, dicitur, *per ardorem libidinis,* quando vngũtur nares, *per odoratum,* quando vnguntur aures, *per auditum,* quando vngitur os, *per gustum siue per oris vitium,* quando vnguntur manus, *per tactum,* quando vnguntur pedes, *per incessum;* ita vt singulis sensibus illa particula mutata correspondeat. Vide de hoc *Henriquez de Sacramentis lib. 3. cap. 8. per totum, Bonacin. de Sacrament. Extrema vnction disput. 7. quæst. vnic. punct. 3. propos. vnica,* qui refert hanc formam haberi *in actis Ecclesiæ Mediolanensis 4. part. de Sacrament. Extrema vnction. pag. 341. vers. forma verò.*

Sacramenti extremæ vnctionis forma. I K

Ex his colligitur, quod forma huius Sacramenti debeat exprimi modo deprecatiuo: & ratio est, tum quia sic Christus instituit per Apostolum suum, *Iacob. 5. Inducat presbyteros, & orent super eum;* tum quia infirmus transiturus de hoc mundo ad thronum diuinæ Maiestatis, vbi de omnibus suis actionibus redditurus est districtam rationem, alio-

Iacob. 5.

Y rum

A rum deprecatione indiget. Ita *D. Thom. in 4. dist. 24. quaest. 1. art. 4. quaestiunc. a ibiq; Sotus, Henriquez lib. 3. de Sacramentis cap. 8. num. 3. Bellarminus de Sacrament. Extremae vnctionis cap. 7. vers. tertio nota, Bartholomaeus ab Angel. dial. 3. §. 140. Pitigianus dist. 23. quaest. vnic. ar. 4. Phyliareus tom. 1. lib. 12. cap. 12. & Bonacina loc. cit. num. 3.*

S. Thomas. Sotus. Henriq. Bellarm. Bart. Ang. Pitigianus. Phyliareus. Bonacina.

Sed queres an de necessitate Sacramenti in forma, debeat hic modus deprecatiuus adhiberi; ita vt si minister B verbo indicatiuo vtatur, verum non cōferat Sacramentum. Ad hoc respondēt nonnulli DD. & dicunt ad validitatem Sacramenti sufficere si minister verbo indicatiuo vtatur, veluti si dicat, *Vngo te oleo sancto vt Deus tibi remittat quidquid deliquisti per visum*. Ita tenet *Suarez tom. 4 disput. 4. sect. 3.* quem sequitur *Fillinccius tract. 3. cap. 4. quaest. 10. num. 8.* & fauet *Sotus in 4. dist. 23. quaest. 1. art. 4.* Sed contrarium mihi probabilius, ac verius videtur; nam communis opinio C est, tàm inter Theologos, quàm inter Canonistas, hūc modum deprecatiuum esse de essentia Sacramenti, vnde necessario eo vti debet minister, ad hoc vt verum conferat Sacramētum. Ita docet *D. Thomas quaest. 1. art. 4. ad 3. & quaest. 18. art. 8. DD in 4. dist. 23. vbi Albertus, Durandus, Capreolus, Dionys. Carthusian. Bonauentura art. 1. quaest. 4. Ledesma quaest. 31. art. 8. Henriquez lib. 3. de Sacrament. cap 8. num. 3. liter. O. Syluester, Armill. Tabien.* & colligitur ex *Concil. Florent.* D *& Trident. cap. 1.*

Suarez. Fillincc. Sotus. D. Thom. Bonauent. Albertus. Durandus. Capreolus. Dion. Car. Ledesma.

Quero sexto, quaenam sit forma Sacramenti Ordinis. Respondeo singulos ordines habere proprias, ac diuersas formas; nam quando sacerdotium confertur, Episcopus ordinans dicit, *Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro viuis, & mortuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*; & tunc tacto calice cum vino, & patena cum pane, character sacerdotalis imprimitur. Potestas vero absoluendi confertur per E manuum impositionem cū hac forma, *Accipe Spiritum sanctum, quorum remiseris peccata remittentur eis, & quorum retinueris, retenta erunt*. Si vero queras an sub hac secunda forma nouus imprimatur character, an vero prior extendatur, atq; perficiatur, parum refert ad nostrum propositum; illud autem pro certo supponēdum est, quod si potestas absoluendi à peccatis sub hac secunda forma Sacerdoti non daretur, vtiq; non F posset Paenitentiae Sacramentum ministrare, neq; aliquem absoluere à peccatis, quemadmodum docet *Suarez 3. p. tom. 5. disput. 42. sect. 4. num. 13. Bellarminus de Ordine cap. 9. Fornarius de Sacramento Ordinis cap. 2. num. 1. Henriquez in summa de Sacrament. lib. 10. cap. 6. n. 2.*

Henriq. Syluester. Armilla. Tabiena. Con. Trid. Con. Flor. Sacramenti Ordinis forma quae. Presbiteratus forma. Suarez. Bellarm. Fornarius. Henriq.

Forma vero Diaconatus est haec, *Accipe potestatem legendi Euangelium in Ecclesia Dei tàm pro viuis, quàm pro defunctis in nomine Domini*. Forma Subdiaconatus est, *Accipe librum Epistolarum, & habe potestatem legendi eas in Ecclesia sancta Dei, tàm pro viuis, quàm pro* G *defunctis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*. Forma Acolitatus est, *Accipe ceroferarium cum cereo, & scias te ad accendenda luminaria mancipatum in nomine Domini*: Et *Accipe vrceolum ad suggerendum vinum, & aquam in Eucharistiae Sacramentum*. Forma exorcistatus est, *Accipe, & commenda memoriae, & habe potestatem imponēdi manus super energumenos, siue baptizatos, siue cathecumenos*. Forma lectoratus est, *Accipe potestatem, & esto verbi Dei relator*. H Forma ostiariatus est, *Accipe potestatem aperiendi Ecclesiam, & sacrarium, & claudendi infidelibus*. De his omnibus vide *Pontificale Romanum, & scrutin. sacerdotal.*

Diaconatus forma. Subdiaconatus forma. Acolitatus forma. Exorcistatus forma. Lectoratus forma. Ostiariatus forma. Pontifical. Rom. Scrutin.

Aduertendum est autem, quod inuocatio sanctissimae Trinitatis in forma huius Sacramenti de necessitate non requiritur, quemadmodū in Baptismo, & Confirmationē. Et ratio est, quia in Ordine, ordinandus non profitetur fidem, quemadmodum in Baptismo ba- I ptizandus, & in Confirmatione confirmandus. Ita *Henriquez lib. 1. de Sacrament. cap. 2. num. 4. Fillincc. tract. 9. cap. 2. num. 49. Bonacina de Sacrament. Ordinis disput. 8. q. vnic. punct. 3. prop. 2. num. 13. Martinus Fornarius de Ordine cap. 2. n. 3.*

Henriq. Fillincc. Bonacina. Fornarius.

Quero septimo, & vltimo. Quaenam sit forma Sacramenti Matrimonij. Respondeo in Matrimonio, mutuam corporum traditionem esse materiam, acceptationem verò esse formam. Ita K *Sanch. lib. 2. disp. 5. Reginald. lib. 31. n. 42. Suarez tom. 1. disp. 2. sect. 1. Henriq. lib. 11. cap. 2. num. 5. Petr. Ledesm. q. 42 art. 1. dub. 4. Coninch. disp. 24. dub. 4. Guttierrez c. 41. n. 1.*

Sacramenti matrimonij forma. Sanchez. Reginald. Suarez. Henriq. Petr. Ledes. Coninch. Guttierrez.



CAP.

CAPVT VI.

De materia singulorum Sacramentorum.

A IN præcedenti cap. de forma vniuscuiusq; Sacramenti breuiter tractauimus, superest nunc, vt in præsenti cap. de materia singulorum Sacramentorum agamus; eadem breuitate, qua B superius vsi sumus, nè à qualitate, & quantitate compendioli discedamus.

Materia Sacramenti baptismi aqua.

Quero igitur primo. Quænam sit materia Sacramenti Baptismi. Respondeo materiam remotam Baptismi, esse aquã naturalem, siue illa sit maris, aut fluminis, laci, aut fontis, siue sit calida, aut frigida, clara, aut turbida, sulphurea, aut cinericia, omnes enim aquæ, quas vsque adhuc enumerauimus non sunt artificiales, sed naturales, vnde his omnibus tanquam materia apta vti potest quis C in collatione Baptismi. Ita *Suarez 3. par. tom. 1. de Sacrament. q. 66. art. 4. disput. 20. sect. 1. conclus. 2. Valent. tom. 4. disput. 4. q. 1. punct. 2. Sotus in 4. dist 3. quæst. vnic. art. 4 Nugnus 3. par. quæst. 66. art. 3. ibiq; Conincbus art. 4. dub. 1. Victor. de Sacrament. quæst. 12. Reginaldus lib. 27. num 11. Henriquez lib. 2. cap. 6. num. 2. & 3. Camerota de Baptismo cap. 2. dub. 2. Viualdus de baptismo cap. 2. num. 4. Rodriquez de Baptismo cap. 25. num. 1. Toletus lib. 2. cap. 18. num. 4. Graffius 2. part. lib. 1.* D *cap. 3. num. 16. Petrus Ledesma in summa de Sacrament. Baptismi cap. 3. vers. Prima conclusion, Posseuinus de Baptismo num. 2. & 3. Bonacina de Baptismo disp. 2. q. 2. punct. 3. prop. 1.* Item *D. Thom. quæst. 66. art. 3. Ledesma Pius V. in Cathechism. Canisius cap. 2. Sonnin. cap. 20. Hosius cap. 36. Alan. lib. 1. de Sacrament. cap. 13. & 18. Taper. art. 2. Maior tit. 2. num. 26. Cuchus lib. 5. instit. DD. in 4. dist. 3. Paludan. quæst. 3. Riccardus, Bonauentura, Dionysius, Carthusianus, Innocentius cap. in* E *quadam de celebration. missar. Gulielm. Parisiens. de Sacrament. cap. de Baptismo Castro, & Medices baptism. hæres. 1. Vega lib. 5. in Trident. cap. 14. 16. Cano relection. de Sacrament. part. 1. Victor. §. 9. & 12. D. Antonin. 3. par. tit. 14. cap. 1. §. 30. Syluester baptism. 2. Angelus baptism. 3. Armilla §. 21. Tabien. baptism. 14. Nauarr. cap. 22. num. 5. Petrus Gregor. in syntag. tit. de baptismo, Montal. lib. 4. tit. 4. par. 1.* Et colligitur ex sacra Scriptura, 1. *Io. 5.* F *Hic est qui venit per aquam, & sanguinẽ, Ioan. 3. Ephes. 5. Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ 1. Corinth. 10. baptizati in mari 1. Petr. 3.* Et habetur in *Concil. Florent. & Trident. sess. 7. can. 2. & in cap. firmiter de Summa Trinit. & fide Catholic.* & docent communiter Patres, vt *Tertullianus de baptism. & in lib. de resurrection. carn. Cyrillus, Cathech. 3. Hieronymus in Ezechiel. 16. 36. tom. 3. epist. 83. ad Ocean. Chrysostomus homil. 24. in Ioann. Basilius hom. 13. quæ est de exhortat. baptism. Cyprian. lib. 2. ad Quirinum* G *cap. 25. Gregorius Nazianzenus in Oratione de baptismo, Gregor. Nyssenus in oratione de baptismo, Ambrosius lib. 3. de Spiritu sancto cap. 11. Augustinus lib. 1. de peccat. mor. cap. 20. & lib. 2. cap. 17. Origenes in epist. ad Rom. 6. lib. 5. Iræneus lib. 2. cap. 19. & alij,* qui communiter testantur materiam baptismi esse aquam naturalem. Hinc quodam dubium facillime resoluitur, & est, quod si quis baptizet glacie, vel niue, non confert verum baptismum. Et ratio est, nam quamuis gla- H cies, vel nix differat tantum accidentaliter ab aqua naturali, quia substantialiter est vera aqua; tamen quoad vsq; non resoluatur; aqua naturalis nequaquam appellari potest, vnde non est apta materia ad conficiendum Baptismi Sacramentum. Ita docent communiter *DD. S. Thom. 3. part. quæst. 66. art. 4. ibiq; Nugnus versic. vltimum corollarium, Rodriquez de baptism. cap. 25. num. 5. & 10. Conincbus 3. part. q. 66. art. 4 dub. 1. num. 27. Camerota de baptism. cap. 2. dub. 1.* I *Reginaldus lib. 27. num. 12. Molfes. num. 34. Sotus in 4. sent. dist. 3. q. vnic. art. 4. S. Antoninus 3. part. tit. 14. cap. 13. num. 1. Syluester verb. baptismus 2. q. 2. Armill. verb. baptismus. num. 22. & 23. Angelus verb. baptismus 3. num. 5. Tabien. baptismus 4. num. 8. Bartholomæus ab Angelo de Sacrament. baptism. dialog. 2. §. 82. Filliuccius tract. 2. cap. 6. q. 2. num. 29. Bonacina de Sacrament. baptismi disput. 2. quæst. 2. punct. 3. propos. 1. num. 5.*

K Hinc pariter colligitur eum non validè baptizare qui tanquam materia apta vtitur, lacte, aut ceruisia, vino, sudore, vrina, lachrymis, saliua, aqua rosacea, ptisana, vel alio huiusmodi liquore. Hæc enim omnia quia aquæ naturalis nomen habere non possunt, idcirco ad conficiendum Sacramentum Baptismi tanquam apta materia, interuenire haud possunt. Ita *D. Thomas 3. par. quæst. 66. art. 4. Sotus, Ledesma,* quos citat, &

Suarez. Valentia. Sotus. Nugnus. Coninch. Victoria. Reginald. Henriq. Camerota. Viualdus. Rodriq. Toletus. Graffius. Pet. Ledes. Posseuinus Bonacina. D. Thom. Ledesma. Cathechis. Canisius. Sonnin. Alanus. Taper. Maior. Cuchus. Paludanus Riccardus. Bonauent. Dion. Car. Innocent. Guglielm. Pariesiens.

Castro. Medices. Vega. Cano. Victoria. D. Anton. Syluester. Angelus. Armilla. Tabienas Nauarrus Petr. Greg. Montal. Ioan. 5. Ioan. 3. Ephes. 5. 1. Corin. 10 1. Petr. 3. Con. Flor. Con. Trid. Tertull. Cyrillus. Hieron. Chrysost. Basilius. Cyprianus Gre. Naz. Gre. Niss. Ambrosius Augustin. Origenes. Ireneus. S. Thomas Nugnus. Rodriq. Coninch. Camerota. Reginald. Molfesius. Sotus. S. Anton. Syluester. Armilla. Angelus. Tabiena. Bart. Ang. Filliuccius Bonacina. Sotus. Ledesma.

A sequitur *Henriquez lib.2. de Sacrament. cap.6.num.2.Bellarminus de baptism.c.2. Tabien.verb.baptismus §.7.Bartholomeus ab Angelo de baptismo §.81. Camerota de baptismo cap. 2. d. 2. Bonacina disp. 2. quæst.2. punct. 3. prop. 1.num.2.* & alij, quos supra citauimus. Vnde grauiter errauit Lutherus qui(teste *Bellarmin.de baptism.cap.2.vers.5.*) tenuit,posse fieri baptismum in ceruisia, lacte,aut alio simili liquore, dummodo ex eo balneum effici possit.

Henriq. Bellarm.

B Nec etiam baptismus conficitur, si aqua admisceatur alio liquori in tanta quantitate, vt suam substantiam deperdat, ita vt aqua naturalis amplius appellari non possit; veluti si parum aquæ admisceretur magnæ vini quantitati, nam tunc illa materia sic mixta, non nuncuparetur aqua,sed vinum;vnde nō esset apta ad conficiendum baptismum. *Angles de Sacramento baptismi quæst. 1. art.2.conclus.3. Bartholomæus ab Angel. de Sacrament. baptismi dialog. 2. §. 84.* C *Filliuccius num.28.Henriquez de Sacrament.baptism. lib.2.cap.6. num.2. & Bonacin. de baptism. disput.2. q.2. punct.3. num. 6.* Idem pariter dicendum est si aqua adeò fuerit alterata, vt in aliam speciem transierit, & suam substantiam mutauerit; tunc enim, quia notabilis adest admixtio,non est apta materia; huiusmodi est brodium, lixiuium,& lutum, quemadmodum docet communis opinio, quam tenet *D. Thomas loc. cit. Sotus in 4.sent.dist.3.q.vnic.art.4. Paludanus dist.4.q. 3.col.1.* D *Ledesma,Bartholomæus ab Angelo d.§.84.Angles de baptismo q.1.ar.2. Camerota de baptismo cap.2. dub.2. Filliuccius tract.2.cap.6.q.2.num. 28. Henriquez de Sacramentis lib.2.cap. 6.num.2.lit.Q. Syluester,Tabien.§.6.& Bonacina de Sacramento Baptismi disput. 2.q.2.punct.3.propos.1.num.6. ac Toletus lib.2.cap.18.* Idem fatentur *Suarez disp. 20 sect 1.& Victorinus in additionib.super Tolet d.cap 18.*dum dicunt,aquam alteratam esse aptam materiam si cum alio E corpore in parua quantitate admisceatur; secus autem si permixtio sit in notabili quantitate.

Angles. Bart. Ang. Filliuccius Henriq. Bonacina. S.Thomas. Paludanus Sotus. Ledesma. Angles. Bart. Ang. Camerota. Filliucc. Henriq. Syluester. Tabiena. Bonacina. Toletus. Suarez. Victorell.

An autem peccet mortaliter, ille minister qui extra casum necessitatis vtitur aqua fœda,& turbulenta in collatione baptismi, hoc sanè certissimum est, quemadmodum docent *Henriquez, & Bonacin.locis cit.*Sed hoc in suo proprio loco,quando præstāte Domino agemus **de baptismo, peculiarem, ac fusam ex**plicationem habebit, quia nunc quasi F summatim hæc tangimus.

Henriq. Bonacina.

Materia proxima baptismi est ipsa ablutio quæ fit per aquam in corpore baptizati.Et ratio est,quia vnumquodq; Sacramentum (quemadmodum notat *Bonacina disp.2.q.2.punct.3.propos.2.nu. 13.*) habet pro materia proxima aliquid, quod effectum Sacramenti significet, sed aqua naturalis per se non significat ablutionem peccatorum, quæ fit lauacro baptismi, quod tamen optimè significat ipsa ablutio;ergo materia G proxima baptismi est ipsa ablutio. Probatur hoc ex illo *Matth.vlt.* vbi Christus ait discipulis suis, *Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris,& Filij, & Spiritus sancti.*In quo loco illud *(baptizantes)* exponunt DD. idest abluentes. Item ex illo ad *Ephes.5. Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ.* Et docēt communiter Patres,qui baptismum vocant non aquam, sed ipsam ablutionem. Ita *Origenes,Tertullianus,Ambrosius, Cyprianus*, quos citat *Palacius d.3.* H *q.2. & Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap.6.in fin.*Accedit pariter *Dionysius in lib.de Ecclesiast.Hierarch.cap.3. Gregorius Nazianzenus oration. in sanct. baptism.& Augustinus in Ioan.tract.80. & tract.15.* Denique hoc idem probant,ac docent communiter *DD. cum Magistro sent.in 4.dist.3.ibiq; Scotus q.3. Paludanus q.3. Palac.q.2. Riccardus art.1. q.1. D.Thomas 3.p.quæst.66.art.1.ad 2. Sotus art.1.Ledesma,Turrecremt.in cap.detrahe, Pius V.Dionys.Carthus.q.1.Herua.dist.3.* I *q.1.Albertus Gabriel,Durandus Capreol. Caietanus,Syluester,Tabiena,Taper.ar.1. Henriquez lib. 2. de Sacramentis cap. 7. nu.1. Toletus lib.2.cap 18.Suarez sect.2. disput.20. Valentia,Victorell.in addit.super Tolet.d.cap.18.verb.ablutio,& Bonacina de baptismo disput. 2. q. 2. punct. 3. prop.1.num.13.*

Materia proxima baptismi ablutio. Bonacina. Matth.vlt. Ephes.5. Origenes. Tertull. Ambrosius Cyprianus Palacius. Henriq. Dionysius. Nazianz. Augustin. Magister. Scotus. Paludanus Riccardus. S. Thomas Sotus. Ledesma. Turrecr. Carthus. Albertus. Gabriel. Durandus. Capreolus Caietanus Syluester. Tabiena.

Aduertendum est autem quod ablutio(quemadmodum docent communiter *DD. vt Reginald.lib.27.n.14. Suarez* K *tom 3.disput.20.sect.2. Couinch.q.66.art. 4.dub.1. num.25. Filliuccius,Pitigianus, Scotus, Camerota*, & alij apud *Bonacin. loc.cit.nu.14.* est contactus successiuus, quo aqua successiuè corpus baptizati ope baptizantis contingit. Vnde colligitur quod ad validitatem Baptismi necessarium est, vt contactus aquæ sit successiuus,quo videlicet, vel aqua successiuè tangat corpus;vel corpus aquam. Hinc asserendum est verum baptismum non

Henriq. Toletus. Valentia. Suarez. Victorell. Bonacina. Reginald. Coninch. Filliucc. Pitigianus Camerota.

Scotus. Gabriel. Henriq. Bonacina. Palatins.

A non posse conferri ei, qui in vtre, vel corio manet inclusus, eo quod hoc opposito impedimento, contactus aquæ successiuus in corpus fieri nõ posit. Ita docet *Scotus*, *Gabriel dist. 4. q. 2. & Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap. 7. num. 2. lit. K.* vbi refert hanc opinionem esse communem, quamuis *Pal.* contrarium teneat.

Hinc pariter colligitur non posse baptizari illos infantes qui de vtero matris adhuc non sunt egressi, quia videB licet eos aqua baptismi contingere nullo modo potest. Si autem contingat quod aliquis infans in vtero matris reclosus caput tantum foras emiserit, & iam est in articulo mortis constitutus, poterit minister in capite eum aqua baptismali abluere, & erit verè baptizatus. Nec de necessitate requiritur, vt aqua carnem physicè tangat, sufficit enim si conting at capillos, quemadmodum docet *Sotus*, quem citat, & sequitur *Henriquez loc. cit.* nam cum capilli iuxC ta *Aristotelis* sententiam, sint viuentes vita vegetatiua, eo quod crescunt, atque senescunt; nec non sunt quædam pars hominis ad ornatum coniuncta, hinc colligunt DD. posse dici baptizatum illud infantem, cuius capillos tantum, aqua tetigit. Sed tutius est si sub conditione rebaptizetur.

Sotus. Henriq.

Materia confirmationis quæ.

Quero secundo quænam sit materia Sacramẽti confirmationis. Respondeo in confirmationis Sacramẽto dari materiam remotam, & materiam proximã, D quemadmodum diximus similiter de Sacramento baptismi, vnde necesse est vt distinctè, ac segregatim de vtraque materia agamus. Vnde dico materiam remotam esse chrysma, quod ex oleo oliuarum admixto balsamo conficitur. Ita docent communiter *DD. S. Thomas 3. part. q. 72. art. 2. & 4. Riccardus dist. 7. art. 1. q. 1. Bonauentura art 1. q. 7. Durandus q. 2. Scotus q. 1. Alexander Alens. 4. p. q. 24 memb. 2. art. 2. §. 2.* citans *Hugon. de Sancto Victor. lib. 2. de Sacrament. part. 7.* E *cap. 1. Raban. lib. 18. de naturis rerum cap. 6. & Turrecr. in cap. literis num. 3. de consecrati on. d. 3.* Item accedit *Sotus, & Ledesma*, quos citat, & sequitur *Henriquez lib. 3. de Sacrament. cap. 2. num. 1. Sayrus lib. 1. de Sacramentis in gener. cap. 3. q. vn. art. 3. Bellarminus de confirmat. cap. 8. Suarez disput. 33. sect. 1. Pitigianus dist. 7. quæst. 1. art. 3. Phyliarcus 2. part. lib. 1. cap. 11. Nugnus 3. part. quæst. 72 art. 3. ibique Conincb. num. 29. & 30. Bartholomæus ab Angelo dial. 3. §. 4. Petrus Ledesma in summa de Sacramento Confirmation. c. 2. Victor. de confirmat concl. 40. Viualdus de confirmation. cap. 2. num. 1. Nauarrus cap. 22. num. 8. Syluester verb. confirmatio n. 2. Angelus verb. confirmatio num. 5. Tabien. verb. confirmatio num. 4. S. Antoninus 3. p. tit. 14. num. 2. Graffius 2. part. lib. 1. cap. 5. num. 16. Fillinecius tract. 3. cap. 1. q. 5. n. 8. Bonacina de confirmat. disput. 3. q. vnic. punct. 3. propos. 1. num. 1.* F

Materia remota chrysma. S. Thomas. Riccardus. Bonauent. Durandus. Scotus. Alexander. VgoS. Vict. Rabanus. Turrecr. Sotus. Ledesma. Henriq. Sayrus. Bellarm. Suarez. Pitigianus. Philiarc. Nugnus. Coninch. Bart. Ang. Petr. Ledes. Victoria. Viualdus. Nauarrus. Syluester. Angelus. Tabiens.

Probatur autem hæc conclusio ex *Concil. Floren.* vbi sic habetur, *Secundum Sacramentum est Confirmatio, cuius materia est Chrysma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientia, & balsamo, quod odorẽ significat bonæ famæ per Episcopum benedicto.* Item ex *Concil. Triden. sess. 7. can. 2. de confirmatione*, ex *Concil. Bracbar. 2. cap. 4. & alijs.* Insuper probatur ex Patribus, nam *Cyprianus in sermon. de vnction. Chrysmatis* sic fatur. *Hodie* (inquit) *sacrum Chrysma conficitur, in quo mixtum oleo balsamum Regia, & sacerdotalis gloriæ exprimit vnitatem, quibus dignitatibus initiandis diuinitus est vnctio instituta.* Idem colligitur ex *Dionysio de Ecclesiast. Hier. cap. 4. part. 2. Origen. homil. 9. in Leuit. Cyrill. cathech. 3. Tertullian. lib. de resurrect. carn. & lib. de baptism. Theodoret. in Cant. 1. Innocent. III. in cap. vnic. de sacra vnct. Fabian. Pap. epist. 2. & Gregor. in illud*; Cantic. 1. *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi. In Engaddi* (inquit ipse Gregorius) *balsamum gignitur quod cũ oleo, Põtificali benedictione, Chrysma efficitur, quo dona sancti Spiritus exprimuntur.* I

G D. Anton. Graffius. Fillinec. Bonacina. Con. Flor. Con. Trid. Con. Brac. Cyprianus. Dionysius. Origenes. Cyrillus. H Tertull. Theodoret. Innocent. Fabian. pa. Gregorius.

An oleum mixtũ balsamo sit de essentia.

An autẽ necessario requiratur ad validitatem Sacramenti, vt oleum sit mixtum cum balsamo, vel sufficiat ipsum oleum tantum, non admixto balsamo, magna quæstio est inter Doctores, nam alij negant alij vero affirmant. Permulti enim Doctores tenent admixtionem balsami cum oleo oliuarum esse tãtum sub præcepto, quemadmodum sub præcepto debet misceri aqua cum vino in Sacramento Eucharistiæ. Vnde concludunt, K & dicunt, de essentia Confirmationis esse Chrisma saltem ex solo oleo confectum; balsami vero admixtionem non esse de necessitate Sacramenti, sed solummodo de necessitate præcepti. Itá tenet *Caietanus 3. par. q. 72. art. 4. Sotus dist. 7. art. 2. Nauarrus cap. 22. num. 8. Ledesm. q. 13. Victor. §. 41. Angles de Confirmatione art. 22. conclus. 2. Valentia tom. 4. disput. 5. quæst. 1. punct. 2. Chamerota de* con-

1. opinio negat.

Caietanus. Sotus. Nauarrus. Ledesma. Angles. Valentia. Camerota.

A *confirmation. cap.2. dub.2. Viualdus de Confirmation.cap.2.num.3.Phyliareus 2. par.lib.1.cap.11.* Sed coutrarium tenet comunior opinio, quam ego probabiliorem securioremq; existimo, tenet enim mixtionem balsami cum oleo esse de essentia Sacramenti;ità vt si balsamũ desit quamuis confirmandus oleo oliuarum tantum cũ signo crucis in fronte vngatur; tum verum non confertur Sacramentum. Hæc nimirum opinio primo tribui potest illis Doctoribus, qui absolute loquentes de materia huius Sacramenti,

Viualdus Philiareus. 2.opinio affirmat.

Probatur primo.

B docent esse Chrisma ex oleo,& balsamo: Quapropter non obstante quod distinctè nõ explicent mixtionem balsami esse essentialem; optimè hæc opinio eis tribui potest, quemadmodum docet *Suarez disput.33. sect. 1.* Isti autem DD.sunt *D.Thomas 3.par. quæst.72.art.4.& 4. contra gent. cap.60.* vbi inter alia quæ sunt de substantia Cõfirmationis.ponit Chrysma ex oleo, & *Balsamo* confectum: Idem docet *in 4.dist.7.q.1 art.2. ibiq; D.Bonauent. art. 1.q.2. Scotus q.1.Durandus q.2.Ricchardus art.1.q.1. Alexander Alens.4.par.q.*

S Thomas. Bonauent. Durandus. Scotus. Riccardus. Alexander Ugo de S. Victore Raban. Turrecrem. Pet. Soto Hosius.

C *24.memb.2. art.2. §.2. Hugo de S.Vict. lib.2.de Sacrament.par.7.cap.1. Raban. lib.18.de naturis rerum cap.6. Turrecremat.in cap.literis de Consecration.d.3.nu. Petr,Sot.lib.2.de Confirmat.& Hosius in Confession fidei cap.38.* Sed distinctius,ac clarius alii Doctores id docent,dum dicunt balsamum esse de essentia. & solũ oleum non sufficere ad conficiendum

D Sacramentum.Ità *Gabriel in 4.dist.7.ar 1.Paludanus quæst.1.art.2.Innocentius,& Hostiensis de Sacramentis non iterand. c. 1.Adrianus de Confirmation.art. 2.in 1.p. Sylnester verb.Confirmatio. Oxomensis, quem citat,& sequitur Suarez disput.33. sect.1.vers. Dico ergo quarto.Ledesma 1. par 4.quæst.13.art.2. dub.3. Bellarminus lib.2.de Sacrament. confirmationis cap.8. & 9.Pitigianus dist.7.q.1.art.3.Bonacina de Confirmat. disput.3. q. unic. punct.3. proposit. 1.nu.2. &* Henriquez *de Sacramentis lib. 3.cap.2.num.1.*

Gabriel Paludanus Innocent. Hostiensis Adrianus Sylnester Oxomensis Suarez. Ledesma Bellarm. Pitigianus

E vbi apertè docet materiã Confirmationis esse Chrysma confectum non solum ex oleo oliuarum sed mixtum cũ balsamo aliquo odorifero saltem adulterino,vt indico. Additq; hoc non tantum esse de præcepto diuino,& integritate, sed ex vsu Apostolorum,& Ecclesiæ, ac Patrum doctrina.

Bonacina Henriq.

Hæc autem postrema sententia, quæ probabilior,& tutior mihi videtur,pro-

Probatur 2

batur primo ex *Concil. Florent.* vbi sic habetur *secundum Sacramentum est Confirmatio,cuius materia est Chrysma confectum ex oleo quod nitorem significat conscientiæ,& balsamo, quod odorem significat bona fama per Episcopum benedicto.* Secundo ex *Concilio Coloniens.* vbi expressè definitur,balsamum esse de essentia Confirmationis negaturq; solum oleum posse sufficere. Tertiò ex *SS.Patrum* doctrina, nam ità colligitur ex *Cyprian. Prosper. Augustin. Tertullian. Innocent. Gregor. Dyonis. Areopag. & aliis, quos citat* Henriquez *d.cap.2.comment. lit.H.*

F

Conc. Flo.

Conc. Col.

Cyprian. Prosper Augustin. Tertullian. Innocent. Gregorius Dionys.

G

Non nego tamen illam primam opinionem esse probabilem;quapropter sic eam existimans *Filliuccius tract.3. cap. 1.q.5.num.11.* securè amplectitur. Sed in praxi melius,ac tutius debet illa secunda opinio teneri. Vnde si quis fuerit cõfirmatus cum solo oleo oliuarum:optimum consilium sequeretur, si Confirmationem cum Chrismate ex oleo, & balsamo confectum, sub conditione reiteraret.

Filliuc.

H

Materia autem proxima Confirmationis est vnctio ex oleo,& balsamo, facta in modum crucis, in fronte confirmandi.Ità docent *communiter DD.vt D. Thomas 3.par.q.77.art.9.Henriquez lib. 3.de Sacrament.cap.2. num.3. Suarez disput.33.sect.3.Bellarminus, Pitigianus, Reginaldus,Valentia,Conimbus, Petrus Ledesma,& Toletus,quos citat, & sequitur Bonacina de Confirmat.disput.3.quæs. unic.punct.3.proposit.1. num.5.Filliuccius tract.3.cap 1.quæst.7.& aliy.Vnde Henriquez loc.cit.in comment.lit.X.* dicit esse de fide,quod materia proxima Confirmationis sit vnctio,quemadmodum,in

Materia proxima cõfirmationis vnctio.

S.Thomas. Henriq. Suarez. Bellarm. Pitigius. Reginald. Valentia. Coninch. Petr. Led.

I

baptismo est ablutio,& in Extrema vnctione pariter est ipsa vnctio. Et ratio est,quia in illis Sacramentis, quæ in vsu consistunt, materia proxima est vsus materiæ remotæ,circa eum, qui recipit Sacramentum; sed sic est vnctio Chrysmatis in fronte Confirmandi;ergo &c. Item illa est materia proxima, in quam forma Sacramenti proximè cadit; sed forma proximè applicatur vnctioni, nõ enim applicatur Chrysmati,quia Chrisma per se si vsum non habeat, non potest interuenire ad operandum effectũ Sacramenti,vnctio verò est ipse vsus ergo &c. Denique illa est materia proxima per quam proximè fit, & significatur effectus Sacramenti,sed per vnctionem Chrysmatis in fronte confirmandi,

Toletus. Filliuc. Bonacina.

K

di,

A di, debita forma expressa confertur, atq; significatur huius Sacramenti effectus; ergo materia proxima est ipsa vnctio.

Hinc hoc Sacramentum Confirmationis nonnunquam à SS. Patribus, & Conciliis, Chrysma, idest vnctio appellatur, cum Chrysma græco eloquio vnctionem significet. Vide de hoc *Dionys. de Ecclesiastic. Hyerarch. cap. 4. Augustin. tract. 118. in Ioann. & sermon. 47. de verb. Domini, Cyprian. Epistol. 70. & refert Suarez disput. 33. sect. 3. liter. B. Henriq.* B *lib. 3. de Sacrament. cap. 2. num. 3. liter T. & Bonacin. de Confirmation. disp. 3. quaest. unic. punct. 3. propos. 1. num. 4.*

Dionysius. Augustin. Cyprianus Suarez. Henriq. Bonacina.

CAPVT VII.

Item de materia singulorum Sacramentorum

C QVæro primo quænam sit materia Sacramenti Eucharistiæ. Respondeo Eucharistiam constare ex bina specie idest pane, & vino, vnde dupplicem habet materiam. Vnde materia remota, quæ in sanguinē Christi per verba consecrationis conuertitur, est vinum ex vite, siue illud sit albū, siue nigrum, siue rubrum, siue cuiussuis coloris, dummodo substantiam, & saporem vini habeat. Definitum est hoc in *Concil. Florent. in Instruction. Armenor.* D *in Concil. Lateranens. cap. firmiter de summa Trinit. & fid. Cathol. in Trident. sess. 13. cap. 21. & 22. ex Concil. Vuormatiens. cap. 4. ex Concil. Matis. II. cap. 4. & ex cap. Cum Marthæ de celebration. missar. & aliis, quæ habentur de consecration. dist. 2.* Hoc etiam patet ex *SS. Patrum traditione*; vnde videdus est *Isidorus lib. 4. Ethymologiar. cap. 5. Cyprianus Epist. 93. Clemens Alexandrinus lib. 1. Pedagog. cap. 2. circa fin. & lib. 1. Stromat. Chrysostomus homil. 83. in Matthæ. Epiphanius* E *hæres. 5. Augustinus lib. 20. contra Faustū cap. 13. Theodoretus lib. 1. hæreticar. fabular. S. Leo Papa serm. 4. Quadrages. c. 4. & 5. Hieronymus in cap. vltim. Amos. circa fin. Ambrosius lib. 14. de Sacrament. cap. 3. Theophylact. Marc. 14. Hoc idem tenent ac probant communiter DD. in 4. sentent. dist. 9. S. Thomas 3. par. q. 74. art. 1. Alexander Alens. 4. par. q. 32. membr. 1. art. 1. Gabriel lection. 35. in can. Suarez disput. 43. sect. 1. Pesantius 3. par. q. 74. art. 8. disp. 1. Victor. de Eucharistia num. 54. & 58.* F *Vazquez 3. par. disp. 75. cap. 11. Henriqu. de Sacrament. cap. 9. lib. 7. num. 1. Molfesius tract. 3. cap. 2. num. 29. Angles de Eucharistia q. 1. art. 5. Graffius 2. par. lib. 1. cap. 6. num. 11. Azorius 1. par. lib. 10. cap. 19. Toletus lib. 1. cap. 25. num. 3. Miranda in manuali Prælatorum q. 40. art. 6. conclus. 2. Filliuccius tract. 4. cap. 3. quæst. 1. & Bonacina de Sacramen. Eucharistia disput. 4. q. 2. punct. 2. propos. vnic. num. 1.*

Sacramenti Eucharistia materia quæ. Sanguinis materia vinum. Con. Flor. Con. Late. Con. Vuor. Con. Trid. Con. Mati. Isidorus. Cyprianus Clem. Alc. Chrysost. Epiphan. Augustin. Theodor. S. Leo. Hieron. Ambrosius Theophil. S. Thomas Alexand. Gabriel. Suarez. Pesantius. Victoria. Vazquez. Henriq. Molfesius. Angles. Graffius. Toletus. Miranda. Filliucc. Bonacina.

Probatur autem hæc veritas contra hæreticos, qui variis erroribus infecti, G in consecratione sanguinis Christi, nō vino, sed alia materia vsi sunt, de quibus erroribus vide illos Patres quos supra citauimus, nec non, & *Suarez disp. 43. sect. 1.* Probatur (inquam) hæc veritas primo ex Matth. 26. vbi sic habetur, *Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis dicens bibite ex hoc omnes. hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Quod autem in illo calice vinum vitis ante consecrationem continebatur, clarissimè ex subsequentibus verbis constat; H nam subiungitur, *Dico autem vobis non bibam amodo de hoc genimine vitis, vsq; in diem, &c.* Probatur secundo ex Sacra scriptura Genes. cap. 14. vbi fertur Melchisedech Regem Salem, panē, & vinum Deo obtulisse. qua siquidem oblatione Sacramentum Eucharistiæ in his duobus speciebus consistens, præfiguratum fuit. De quo vide *Ambros. lib. 14. de Sacramentis cap. 3.* vbi figurā Melchisedech accommodat. I

Suarez. Matth. 26. Gen. 14. Ambrosius

Ex his quæ iam de specie vini diximus pariter colligitur, materiam qua corpus Christi conficitur, esse panem triticeum. Ita docent communiter *SS. Patres, Concilia ac Doctores, quos supra citauimus.* Et probatur ex Matth. 26. vbi dicitur de Christo. *Cœnantibus autem eis accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait, Accipite, & comedite, Hoc est corpus meum.* Quod K pariter refert Apostolus Paulus 1. Cori. 11. cap. 14.

Corporis Christi materia panis triticeus. Matth. 26. 1. Corin. 11

Quero secundò quænam sit materia Sacramenti Pænitentiæ. Respōdeo materiam remotam Pænitentiæ, esse peccata mortalia siue venialia ipsius pænitentis. Ità docent *communiter DD. S. Thomas 3. par. q. 84 art. 2. Suarez disput. 18. sect. 1. Vazquez super D. Thom. 3. par. q. 84. ar. 2. num 1. Henriquez lib. 4. de Sacramentis cap. 9. & cap. 20. Valentia tom. 4. disp. 7. quæst. 1. punct. 2. Coninchus de Pæni-*

Materia Sacramenti pænitentiæ quæ. Materia remota peccata. S. Thomas Suarez. Vazquez. Henriq. Valentia. Coninch.

Nugnus. Molfesius. Filliucc. Bonacina.

A *pænitent.disput.4.dub.3.num.27.Nugnus super D.Thom.d.art.2. Molfesius tract.7.num.6. cap.4. Filliuccius tract.6. cap.3. quæst.1. & Bonacina de pænitentiæ Sacrament.disput.5. q.3.punct.1.proposit.vnic.* Et ratio est, quia illa est materia remota in hoc Sacramento, circa quam versatur, atque agit materia proxima; sed materia proxima, idest actus pęnitentis, agit atq; versatur circa peccata mortalia, siue venialia, quando videlicet de illis habet cōtritionem. quæ postmodum B confitetur, & satisfactionem à Confessario iniunctam plenè adimplet, ergo materia remota pænitentiæ sunt ipsius pęnitentis peccata.

Materia proxima actus pęnitentis. S. Thomas. Sotus. Caietanus. Cano. Capreolus. Riccard. Bonauent. Henriq. Nugnus. Coninchus. Sayrus. Molfesius. Filliucc. Valentia. Bonacina. Durandus.

Materia proxima in Sacramento pænitentiæ sunt actus pęnitentis, quæ corde, ore, & opere fiunt, idest contritio, confessio, & satisfactio. Est communis Theologorum opinio. Ita *D. Thomas 3.part.q.84.art.1.ad1.& q.90.art.2.& 3. & dist.17.q.3.4.5. Sotus dist.18. quæst.3. art.2.& 3. Caietanus tom.2.tract.5.c.5.* C *Cano in relection.par.5.Capreolus dist.16. q.2. Riccardus,& Bonauentura in 4.sent. dist.14 Suarez disput.18.sect.3. Henriquez lib.4.de Sacrament. cap.10. num.1. Nugnus 3.par.quæst.84 art.1. Coninchus disput.4. dub.4.num.32. Sayrus lib.1.de Sacrament. cap.3. q.vnic. art.7. vers.Ad primum, Molfesius tract.7.cap.4.num.14. & sequentib. Filliuccius tract.6. cap.3. quæst. num.56. & Valentia* quem citat, & sequitur *Bonacina de pænitentia Sacramento disput.5.q.3. punct.2. proposit.* D *vnic.num.1.* Vnde cautè legendus est *Durandus in 4.dist.17.q.2.*vbi dicit solam confessionem esse materiam pænitētiæ.

Con. Flor. Con. Trid.

Probatur autem hæc nostra conclusio tum ex *Concil. Florent in decreto de vnione*, vbi expresè decernitur, materiā pænitentiæ esse hos tres actus pænitentis, videlicet contritionem, confessionē, & satisfactionem. Tum etiam ex *Concil. Trident.sess 14.cap.3.& 4.* Nec non, & ratione; nam illa est materia proxima, per quam materia remota applicatur, E sed per illos actus peccata applicantur (quæ sunt materia remota) & absolutioni subduntur; ergo materia proxima sunt actus pænitentis, videlicet contritio, confessio, & satisfactio.

Sacramenti extremæ vnctionis materia. Materia remota

Quero tertio, quænam sit materia Extremæ vnctionis. Respondeo materiam remotam Extremæ vnctionis esse oleum oliuarum ab Episcopo benedictum. Hoc est de fide ex *Concil.Florent. in instruct.Armenor.& ex Concil.Tridēt. sess.14.cap.1. & 3.* & docent communi- F ter DD. pręcipue *D.Thomas 3.par.q.29. art.4. Sotus art.3. Suarez tom.4.disp.40. Henriquez lib.3.de Sacrament.cap.8.n.2. Filliuccius tract.3.cap.4 q.6.num.71. Bonacina de Sacramento extremæ vnctionis disput.7.q.vnic.punct.2.proposit.1.num.2. & alij.* Et ratio est, quia Christus hoc Sacramentum per Apostolum suum Iacobum instituens, propriam materiam, idest oleum designauit dicens *Iacob.5. Vngentes eum oleo.* Sed sub nomine olei, proprie venit oleum ex oliuis expresū, G nam cętera impropriè olea appellātur, ergo &c. Accedit pariter, & congruentia, nam hoc oleo effectus huius Sacramenti mirificè designatur, atq; significatur. Quemadmodum enim proprium est olei primo lenire dolorem, secundo intima penetrare, tertio hilaritatem afferre, quarto sanitatem interdum restituere, & quinto pinguedinem augere; ita pariter proprium est huius Sacramenti scilicet Extremæ vnctionis similes effectus spiritualiter operari. De H quibus vide *Henriquez lib.3. de Sacrament.cap.8.num.2.in comment.liter.E.& Filliucc.tract 3.cap.4. & cap.6.*

oleum oliuarum ab Episcopo benedictū. Con. Flor. Con.Trid. S.Thomas Sotus. Suarez. Henriq. Filliucc. Bonacina. Iacob.5. Henriq. Filliucc.

Aduertēdum est autem, quod oleum oliuarum ad hoc vt possit esse apta materia in hoc Sacramento, debet esse ab Episcopo benedictum; alioquin si oleū non benedictum adhiberetur, verum Sacramentum vtique non conferretur. Patet hoc ex vsu, & traditione Ecclesiæ; ex *Concil.Florēt. in instruction. Armenor.* vbi dicitur materiam Extremæ vnctio- I nis esse oleum oliuarum ab Episcopo benedictum; ac denique ex *Concil.Meldens.& ex Trident.cap.1.*& docent communiter *DD. S.Thomas q.29.art.5. Ledesma q.31.art.5. Sotus art.5. Henriquez lib.3.de Sacrament.cap.8.num.2. in comment.lit.F.vbi Paludan. Durand.Alcuin. Almaran.Clemen. lib.8.constitut.cap.35. Basil. de Spiritu sanct. cap. 37. & alios;* accedit *Suarez tom.4. disput.40. num.3. Bonauentura,* quem citat, & sequitur *Filliucc.tract.3 cap.4.q.6.num.72.Bonacina* K *de Sacrament. Extremæ vnctionis disp.7. q.vnic.punct.2.prop.1.n.3.* An vero Summus Pontifex possit dispensare, vt simplex Sacerdos hoc oleum oliuarum benedicat, ad hoc vt apta materia in Sacramento extremæ vnctionis interuenire possit; magna quæstio, ac controuersia est inter Doctores, nam alij affirmāt vt *Ledesma, Vict. Henriquez, Scotus, Paludanus, & Caietanus.* Alij vero negant, & isti

Con. Flor. Con. Trid. Con. Mel. S.Thomas. Ledesma. Sotus. Henriq. Paludanus Durandus. Alcuinus. Almaran. Clem. pap. S.Basilius. Suarez. Bonauent. Filliucc. Bonacina. Ledesma. Victoria. Henriq. Scotus. Paludanus Caietanus.

S. Thomas. Bonauent. Durandus. Suarez. Fillinc.

A & isti sunt, *D. Thomas, Bonauentur. Durandus, Suarez, & Filliuccius*, qui dicit hāc postremam sententiam negatiuam, esse communem. Sed hoc opportunius decidetur in suo proprio loco, vbi de hoc Sacramento Extremæ vnctionis fusius præstante Domino agemus.

Extremæ vnctionis materia proxima est vnctio.

Materia proxima Extremæ vnctionis est ipsa vnctio, quæ oleo oliuarum per Episcopum benedicto, efficitur. Ita *Conincbus disput. 9. dub. 2. num. 3. Filliuccius tract. 3. cap. 4. quæst. 7. num. 74. Bonacina*
B *de Sacrament. Extrema vnction. disput. 7. q. vnic. punct. 2. proposit. 2. num. 9. Pitigianus, & alij DD.* quos superius citauimus. Patet hoc ex *Iacob. 5. Vngentes eum oleo, &c. & ex Concil. Trident. sess. 14. cap. 1. Nam (inquit) vnctio sapissimè Spiritus sancti gratiam repræsentat.* Item quædam ratio ad confirmandum adduci potest. Hoc enim Sacramentum, (quemadmodum optimè notat *Filliuccius loc. cit.*) non consistit in ipsa materia permanente, sed in vsu, solum enim
C Sacramentum Eucharistiæ est in facto esse, cætera vero sunt in fieri; sed oleum consecratum per se non est Sacramentum, nec effectum Sacramenti per se significat, sed eũ significat ipse vsus idest vnctio, qua applicatur materia remota ad operandum huiusmodi effectum; ergo &c. Insuper illa est materia proxima per quam proximius, ac principalius effectus Sacramenti confertur, hoc autem non fit per oleum consecratum, quia dum non est in vsu, & non applicatur
D nullo modo hunc effectum potest operari, vel conferre; ergo est ipsa vnctio, quæ nimirum in actuali vsu consistit, per quem effectum Sacramenti eodem tempore confert. Præterea in Sacramẽto Baptismi materia proxima est ipsa ablutio, & in Confirmatione est ipsa vnctio, quemadmodum in præcedenti cap. satis probauimus; ergo similiter in Extrema vnctione materia proxima est ipsa vnctio oleo oliuarum consecrato facta.

Coninch. Filliuc. Bonacina. Pitigianus. Iacob. 5. Con. Trid. Filliuc.

Ordinis materia quæ. Materia remota instrumẽtum quod ab Episcopo traditur. Proxima ipsa traditur.

E Quero quarto. Quænam sit materia Sacramenti Ordinis. Respondeo materiam remotam esse illam rem, siue illud instrumentum, quod ab Episcopo ordinante, ipsi ordinando porrigitur tangendum; materiam proximam vero esse ipsam traditionem. Vnde in Ordine sacerdotali, materia remota est calix cum patena superposita hostia, inclusoq; vino, materia vero proxima est ipse actus, quo Episcopus porrigit calicem hunc tangendum. Ita docet *Bellarminus to. 3. de Ordine cap. 9. Vazquez disp. 239. c. 3. Henriquez lib. 10. de Sacram. cap. 8. nu. 2. Reginaldus lib. 30. num. 6. Conincbus dub. 7. conclus. 3. Filliuccius tract 9. cap. 2. q. 1. Bonacina de Sacrament. Ordin. disp. 8. q. vnic. punct. 3. propos. 1. num. 1.* Et ratio est, quia illa est materia remota circa quam agit materia proxima, sed traditio agit circa instrumentum quod porrigitur, quemadmodum in Baptismo, ablutio agit circa aquam, & in Confirmatione vnctio agit circa oleum consecratum; ergo materia proxima est ipsa traditio; item illa est materia proxima quæ proximè significat, & operatur effectum Sacramenti; & illa est materia remota, quæ remotè hunc effectum significat, atque operatur; sed proximius operatur, ac significat ipsa traditio, quã instrumentum traditum; quia instrumẽtum per se non est determinatum ad operandum, & significandum effectum Sacramenti; determinatur autem per vsum, idest per ipsam traditionem; ergo &c.

F *Materia Presbiteratus. Bellarm. Vazquez. Henriq. Reginald. Coninch. Filliuc. Bonacina.* G H

Sacramenti matrimonij materia. Variæ opiniones referuntur. 1. opinio. Vazquez. Coninch. 2. opinio. Rebellus. Nauarrus. 3. opinio. Cano. 4. opinio verior, & probabilior.

Quero quinto. Quænam sit materia Sacramenti matrimonij. Respondeo in hac quæstione varias esse Doctorum opiniones, nam alij existimant ipsos contrahentes esse materiam, verba vero quibus suum mutuum consensum explicant, esse formam. Ita *Vazquez de matrimon. disput. 3. cap. 5. & Conincbus quæst. 60. art. 5. num. 29.* Nonnulli vero docuerunt, materiam esse consensum, I formam vero verba contrahentium, quibus ipse cõsensus exprimitur. Quam opinionem tenuit *Rebellus q. 4. num. 12. & Nauarrus cap. 22. num. 20.* Nec defuit qui diceret materiam esse consensum ipsorum coniugum per verba, siue per signa expressum, formam vero esse verba Sacerdotis; quæ videlicet opinio placuit *Can. 8. de locis Topic. cap. 1.* Deniq; *Henriquez lib. 11. de Sacramentis cap 2. num. 4. & 5.* docet, materiam remotam matrimonij esse corpora contrahentiũ, materiam proximam, esse mutuam traditionem corporum, formam verò esse K acceptationem.

Hæc itaq; postrema opinio mihi probabilior, ac verior videtur, quæ videlicet tenet mutuam corporum traditionem esse materiam, acceptationem vero, quæ ab ipsis contrahentibus fit, esse formam. Ita docet *Suarez tom. 1. de Sacrament. disput. 2. sect. 1, Sanchez lib. 2. disput. 5. Reginaldus lib. 31. num. 42. Petrus*

Suarez. Sanchez. Reginald. Petr. Lede.

Henriq. Guttierrez. Coninch. Filliucc. S.Thomas. Riccardus. Capreolus. Victoria. Ledesma. Bonacina. Sotus.

A *Ledesm.q.42.art.1.dub.4. Henriquez lib. 11.cap.2.num.1. Guttierr.cap.41. num.1. ad fin. Coninchus de matrimon.disput.24. dub.4.num.33.Filliuccius tract.10.cap.1.* Item *S.Thomas q.42.art.1.ad 2.Riccardus art. 4.q.2. Capreolus d.1. Victor. §.225. alias 245.Ledesma 1.par.q.1.art.6.& Bonacina de matrimonio q.2. punct.4. proposit.1.num.3.* Et ratio est,nam omnia sacramenta debent constare materia , & forma ; vnde matrimonium quemadmodum , & cætera sacramenta habet B materiam,& formam,ex quibus cõstat, vt docet *D.Thomas,Sotus,Suarez,*& alij apud *Sanch.disput.5.& Filliucc. loc.cit. num.15.* Materia autem ex se est indeterminata, & indifferens, determinatur quidem per superuenientem formam. Vnde cum mutua corporum traditio , quæ per ipsos contrahentes fit, fit aliquid indeterminatum, donec acceptetur hinc sequitur,vt materia nuncupari possit; acceptatio vero, quia determinat, perficit, ac complet ipsam materiã C (quod videlicet est proprium formæ) hinc est , vt mutua corporum acceptatio in hoc Sacramento, vera forma existat. Hæc autem traditio est materia proxima (quemadmodum docet *Henriquez loc.cit.& Filliuccius tract. 10.cap. 1.q.7. num.15.*) quia per talem actum materia proxima, idest vtrumq; corpus contrahentium ad vsum applicatur . Vnde non est necessarium, vt consensus internus pro materia proxima ponatur, quemadmodum *Nauarr.loc.cit.*existimauit. D

Henriq. Filliuccius. Nauarrus.

CAPVT VIII.

An sacramenta recedente fictione, suum producant effectum.

E ANtequam ad resolutionem propositæ quæstionis deueniamus supponendum est,quod duplex fictio inueniri potest in Sacramento. Prima est, quando adest defectus intentionis suscipiendi Sacramentum ; & tunc quia homo non habet intentionem suscipiẽdi Sacramentum , quamuis illud recipiat , fictè tamen illud recipere dicitur. Secunda fictio est , quando quis ad Sacramentum suscipiendum accedit, necessariam dispositionem non habens, F veluti si baptizandus attritionem non habeat,quam inculpabiliter omisit. His positis .

Fictio quotuplex.

Dico primo,quod Sacramẽtum cum prima fictione susceptum , quamuis fictio postmodum recedat iam mutata voluntate ; suum effectum producere nõ potest.Est communis Theologorum sententia, quam tenet *D.Thomas quæst. 69.art.9. Ledesma quæst.16.art.9. Sotus dist.5.art.7.& 10.columm.20.* G *Scotus dist. 4 q.2.& 4.l.5.tit.4. Petrus Ledesma q.9. art.7. Franc.in cap.1.de cognatione spiritual.in 6.col.2.Innocentius cap.maiores de baptismo,Syluester baptism.4.§.14. Henriquez lib.1.de Sacramentis cap.24.nu.11 & lib.de baptismo cap.24.num.3. Suarez tom.3.disput.18. sect.6. Coninchus, Nugnus,& alij,*quos citat,& sequitur *Bonacina de Sacramentis in gener. disput. 1. q.4. punct.3. prop.1. num.2.* Et ratio est, quia intentio suscipiendi Sacramentum H necessario requiritur in ipsa susceptione, saltem virtualiter, si non possit actualiter, alioquin non valet Sacramẽtum. Quapropter si quis baptizaretur non intendens suscipere verum Sacramentum , sed tantum illam exteriorem actionem exercere ; vtiq; non esset verè baptizatus.Itaque quia stante fictione hæc debita intentio adesse non potest ; idcirco inualidum est Sacramentum , vnde nullum effectũ producere potest. Neq; suum effectum recedente fictione poterit producere,quia quamuis volun- I tas mutetur,tamen nihil valet, cum hæc mutatio non fiat , quando præsens est materia simul,ac forma. Intentio enim necessario debet præcedere , vel saltem adesse eo tempore, quo Sacramentum suscipitur , nam si succedat,nihil proficit .

S. Thomas. Ledesma. Scotus. Sotus. Petr.Lede. Francus. Innocent. Syluester. Henriq. Suarez. Coninch. Nugnus. Bonacina.

Obijcies ex *Gloss. in cap. maiores de baptismo, & cap. solet, & cap.baptism. de consecration. dist.4.* vbi habetur satis esse intentionem, qua baptizatus exterius consentit ; ergo si interius fictio lateat ; K adhuc Sacramentum est validum, & per consequens suum producit effectum. Respondeo hoc tantum intelligendum esse pro fori exterioris præsumptione. Adde quod Gregorius XIII. præcepit præfatas *Gloss.* cum censura Magistri Sacri Palacij , deleri , quemadmodum refert *Henriquez lib. 2. de Sacramentis cap.24.n.3. in comment.lit.I.*

Obiectio. Glosa. c. maiores de bapt. Solutio. Henriq.

Dico

A Dico secundo, quod si Sacramentum cum secunda fictione suscipiatur, recedente ipsa fictione poterit suum producere effectum. At quia non de omnibus Sacramentis id affirmari potest, quia varia in hoc est Doctorum sententia; idcirco eorum opiniones hic examinare, ac discutere oportet. Prima itaque opinio affirmat omnia sacraméta cum secunda fictione suscepta, si postmodum ipsa fictio recedat verè suum effectum producere. Ita *Caietanus tract. 5. opusc. tom. 1. q. 5. Paludanus*, Capreolus, *& Petrus Sot. lect. 4. de Baptism.* Secunda verò opinio id prorsus negat de omnibus, & singulis Sacramentis. Tertia denique opinio inter has duas medium locum tenet; nam non de omnibus Sacramentis, sed de quibusdam id affirmat. Sed quia huius tertiæ opinionis Authores in assignandis his Sacramentis, vnanimiter non conueniunt, quia quod vnus vni concedit, alter eidem denegat; idcirco per varias conclusiones eorum sententias distinctè recésere, nostramq; simul apponere opportunum duximus.

Caietanus. B

C

1. conclusio Prima itaque conclusio est, quod Sacramentum Baptismi cum secunda fictione susceptum, ea recedente suum producit effectum. Ita *S. Thomas dist. 4. q. 3. art. 2. q. 4. dist. 3. Paludanus ibid. q. 5. Caitan. tract. 5. opusc. tom. 1. q. 5. Capreolus, Petrus Sot. lect. 4. de Baptismo, Sotus in 4. dist. 6. q. 1. art. 8. Couarruuias in cap. Alma mater 1. part. §. 4. num. 13. Suarez disput. 28. sect. 6. liter. A. Henriquez lib. 1. cap. 24. & 27. Coninchus quæst. 62. art. 1. dub. 6. num. 92. Nugnus ibid. difficult. 6. Filliurtius tract. 1. de Sacrament. in commun. cap. 8. q. 4. num. 140. Bonacina de Sacramentis in gener. disput. 1. q. 6. punct. 3. prop. 2. num. 3.* & alij, quos citat *Couarr. loc. cit.* Item accedit *Ledesma q. 10. art. 9. Bartholus Ledesma de Sacramentis diffic. 23. Victor. Penna, & Mant.* quos citat *Henriquez d. cap. 24. num. 2. lit. G.* Probatur autem hæc sententia, sententia *D. Augustini lib. 1. de baptismo cap. 12. & lib. 3. cap. 13.* quem omnes Theologi sequuntur, (quemadmodum *Filliucrius, & Bonacin. loc. citatis* contestantur;) vbi expressè docet baptismum cum fictione susceptum, si ipsa fictio postmodum recedat, suum producere effectum. Item probatur ratione, nam cum hoc Sacramentum sit initerabile, ac prorsus necessarium ad animæ salutem, hinc persuadere nobis possumus, quod obice sublato suum salutarem producat effectum; & hoc nimirum videtur magis consentaneum diuinæ misericordiæ, ac bonitati, qua Deus semper optat, hominum necessitudinibus subuenire, eorumq; spiritualem salutem operari.

S. Thomas *Paludanus* *Caietanus.* *Capreolus* *Petr. Sot.* *Sotus.* *Couarru.* D *Suarez.* *Henriq.* *Coninchus* *Nugnus.* *Filliutr.* *Bonatina.* *Ledesma.* *Bart. Ledt.* *Victor.* *Penna.* *Mant.* E *D. August.*

F

2. conclusio Secunda conclusio est, quod omnia sacramenta characterem imprimentia, idest Baptismus, Confirmatio, & Ordo, si cum secunda fictione suscipiatur, iam ipsa recedente, suum producunt effectum. Ita docet *D. Thomas in 4. sent. dist. 4. q. 3. art. 2. quæstiunc. 3. ad 3. ibiq; Paludanus q. 5. art. 4. Couarruuias in cap. Alma mater 1. par §. 4. num. 13. Suarez disp. 28. sect. 1. Caietanus tract. 5. opusc. tom. 1. q. 5. Capreolus, Petrus Sotus lect. 4. de baptismo, Sylvester verb. baptismus 4. in fin. Filliuccius tract. 1. de Sacrament. in commun. cap. 8. q. 4. num. 140.* vbi dicit hanc opinionem esse probabiliorem. *Henriquez lib. 1. cap. 24. & 27. Bonacin. de Sacramentis in gener. disp. 1. q. 6. pun. 3. propos. 2. n. 3.* & alij, quos refert *Couar. nuias loc. cit.* In contrarium est autem *Sotus dist. 6. q. 1. art. 8.* vbi hoc priuilegium solo baptismo concedit, non autem Confirmationi, vel Ordini.

S. Thomas *Paludanus* G *Couarr.* *Suarez.* *Caietanus.* *Capreolus.* *Petr. Sot.* *Sylvester.* *Filliutr.* *Henriq.* *Sotus.* H

Probatur conclusio. 1. ratio. Probatur hæc nostra opinio duplici ratione. Prima est, gratia enim sacramentalis est annexa characteri, & ad bonum vsum illius datur; & in tantum huiusmodi gratia non producitur per Sacramētum in quantum ponitur obex ex parte recipientis, idest fictio; vnde hoc obice sublato, idest recedēte fictione, suum producit effectum, ob quem principaliter institutum est; alioquin permulti hac debita gratia priuarētur, quæ est necessaria ad licitam, & rectam administrationem Sacramentorum. I

2. ratio. Secunda ratio est, quicūq; enim aliquod Sacramentum charactérem imprimens recipit, quasi formam recipit, quam cōsequitur gratia necessaria ad illud munus conuenienter peragendum, idest gratia sacramentalis, siue auxilians, sed omnis forma remoto impedimento suum effectum, seu proprietatem sibi consentaneam, & connaturalem consequitur, cum in hoc opus gratiæ non sit minus efficax, quam opus naturæ; ergo omnia sacramenta characterem imprimentia, remoto impedimento fictionis suum producunt effectum. Hoc nimirum argumentum immediatè probat; quod recedente fictione illa tria sacramenta characterem imprimentia producant, & conferant suscipientibus gratiam sacramentalem, siue auxiliantem; K

A consequenter tamen, & mediatè probat de gratia habituali, & sanctificante, tum quia gratia auxilians, seu sacramentalis non datur, nisi vt coniuncta, & quasi radicata (vt sic dicam) in gratia habituali, seu sanctificante; tum quia hæc gratia habitualis summopere adiuuat, vt opus ad quod ordinatum est Sacramentum, conuenienter perficiatur.

3. conclusio. Tertia conclusio est, quod etiam pænitentia cum secunda fictione suscepta, iam ipsa recedente, suum effectum producit. B Hæc siquidem opinio probabilis, ac verisimilis mihi videtur, quam pleriq; Theologi tum antiqui, tum recentiores prosequuti sunt. *S. Thomas in 4. dist.4.q.3.art.2.quæstiunc.3.ad 3. Paludanus ibidem q.1.art.3. Durandus in 4.dist. 17.quæst 13.dist.4.q.4. Suarez disput.28. sect.5.6. Filliuceius de Sacrament.in commun. tract.1. cap.8.q.4.num.142. & aly.* (S. Thomas, Paludanus, Durandus, Suarez, Filliucc.)

Probatur conclusio. Probant autem hanc opinionem præfati Doctores hoc argumento. Peccata (inquiunt) post baptismum commissa, C non possunt remitti, nisi per pænitentiæ Sacramentum, sed contingere potest, vt quis hoc Sacramentum verè suscipiat, sed informe, idest cum fictione; non habens contritionem de peccatis, quamuis illa integrè confiteatur, vnde si talis homo postmodum de ijsdem peccatis contritionem habeat, non in voto alterius confessionis eorundem peccatorũ, quia non tenetur ea iterum confiteri (quemadmodum docent *Suar. & Filliuceius locis cit.*) proculdubio talia (Suarez. Filliucc.) D peccata per ordinem, & efficaciam Sacramenti remittuntur. Hæc ex mente *D. Thomæ, & aliorum DD. quos supra citauimus* deducuntur, quapropter hanc opinionem probabilem confiteri compulsus sum; sed tutius esset si pænitens abiecta fictione per subsequentem contritionem, iterum eadem peccata confiteretur.

4. conclusio. Quarta conclusio, est quod in tantum hæc quæ diximus de pænitentia locum habent, in quantum post susceptum Sa- E cramentum, nouum peccatum nõ committitur. Tunc enim ad hoc vt homo gratiam per Sacramentum adipisci possit, opus est, vt cum noua contritione sit annexa noua confessio, vel in re, vel in voto, aut saltem attritio Sacramento coniuncta, tunc enim Sacramentum prius susceptum non habet virtutem remittendi hoc nouum peccatum; vnde donec per nouum Sacramentum remittatur gratia acquiri non potest. Idem F pariter dicendum est si peccatum in susceptione Sacramenti fuerit commissũ; tunc enim quia ipsum Sacramentum subsequitur, & comitatur, quodam sacrilegium dicitur, vnde remitti non potest, nisi per contritionem, aut per attritionem Sacramento coniunctam. Ita *Vazquez 3. par. disput.160.cap.2.num.10. Suarez tom.3.disp.28. sect.7. Coninchus q.62.art.1.dub.6.num.89. Henriquez lib. 1.cap.14.& 27. Nugnus q.62 art.1.difficult.at.3. & Bonacina de Sacrament. in gener. disp.1.q.6. punct.3. prop.2.num.3.* (Vazquez. Suarez. Coninchus Henriq. Nugnus.) G

5. cõclusio. (Bonacina.) Quinta conclusio est, quod Eucharistiæ Sacramentum si cum secunda fictione suscipiatur, ea postmodum recedente nullum producere potest effectũ. Et ratio est, quia hoc Sacramentum ob suæ eximiæ dignitatis altitudinem, suscipi debet cum gratia ad hoc, vt suum effectum operari possit, ob quem principaliter institutum est. Alioquin si homo cum conscientia peccati mortalis non habita contritione, neque præmissa confessione ad sumẽdam Eucharistiam H accesserit, proculdubio maximum sacrilegium committit, iuxta illud *Apostoli Corint. 1. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, qui enim manducat, & bibit indignè iudicium sibi manducat, & bibit.* (1. Cor.) Vnde quia hoc Sacramentum ex vi institutionis suæ primam gratiam habitualem conferre non potest, sed solum illam augere; hinc profectò fit, vt si homo cũ fictione accedat, idest non habita contritione de peccato mortali proximè I commisso, nullam gratiam recipit. Non recipit quidem gratiam primam habitualem, quia hanc (vt diximus) Eucharistiæ Sacramentum, ex vi institutionis suæ conferre non potest; neq; recipit secundam, idest augmentum primæ, quia hæc non confertur nisi stante prima; ergo &c. Deinde dato quod fictio postmodum recedat, vtique non potest hoc Sacramentum suum producere effectũ, quem antea produxisset, si nulla fictio adfuisset; nam absurdum videretur, vt K aliquis Sacerdos iunctis diebus vitæ suæ in statu peccati mortalis celebrans, si postmodum in hora mortis de suis peccatis cõtritionem haberet, saluti ferum fructum, & meritum omnium sacrificiorum præteritorum consequeretur, ac si semper dignè celebrasset. Vide de hoc *D. Thom. d. 4. quæst.3. art. 2. q.4. d.3. Henriquez cap.15. lit.T. in comment. & Filliucc. de Sacramènt. in commun. cap.8. q.4.* (S. Thom. Henriq. Filliuc.)

A q.4. num. 143. vbi refert hanc esse communem opinionem.

6. conclusio Sexta, & vltima conclusio est, idem probabiliter esse dicendum de Sacramento matrimonij, & de Sacramento Extremæ vnctionis, sicut de illis tribus Sacramentis initerabilibus dictum est, quod scilicet recedente fictione, tam Matrimonium, quam Extrema vnctio suum producat effectum. Ita tenet *Suarez d. disput. 28. sect. 6. vers. secundo hinc infero, & Filliuccius d. cap. 8. q. 4. num.* B 141. *vers. dico tertio.* Et tota ratio præcipuè in hoc fundatur, quia hæc duo sacramenta quodammodo sunt initerabilia, nam neq; Sacramentum matrimonij stante prima coniuge, neque Sacramentum Extremæ vnctionis stante eadem infirmitate, reiterari potest. Vnde eadem ratio militat in his duobus Sacramentis, quæ in Baptismo, Confirmatione, & Ordine militat, cum detur eadem moralis necessitas ad fines suos obtinendos, ob quos hæc duo sacramenta C instituta sunt. Nam inconueniens videtur, vt homo matrimonium contrahens cum secunda fictione, perpetuò careat illa gratia sacramentali, quæ est necessaria ad substinenda onera matrimonij, & ad bene viuendum in ipso coniugio. Quapropter magis consentaneum est dicere, quod recedente fictione ipsum Sacramentum ex vi institutionis suæ effectum huius gratiæ producat, ob quem principaliter institutum est. Præterea eadem ratio, eademq; congruentia mi- D litat in Extrema vnctione, rationi enim consentaneum est, ut ægrotus demissa fictione illam gratiam ex suscepto Sacramento consequatur, quæ ad superandas tentationes in illo periculoso statu, est necessaria.

Suarez. *Filliucc.*

CAPVT IX.

De cæremonijs Sacramentorum, & primo quid sit cæremonia, & vnde dicatur.

E

SVperest, vt vltimo loco de cæremonijs agamus, quas vnusquisq; minister in ministratione, siue in confectione Sacramentorum integrè obseruare debet. Et quia ipsa vocis significatio nō potest satis, atque dilucidè exponi, nisi prius intelligatur, quid res ipsa sit; id- F circo primario quærēdum est quidnam sit cæremonia; ac deinde à quo nomen, siue ethymologiam vocabuli acceperit.

Cæremonia itaque (iuxta doctrinam *Cardinalis Bellarmini lib. 2. de Sacramēt. cap. 29. in princip.*) est actus externus religionis, qui non aliūde habet laudem, nisi quia fit ad Dei honorem. Vel secundum *Suar. disp. 15. sect. 1.* Cæremonia est exterior actio religiosa, aut circumstantia, seu conditio eius ad ornatum, seu cultum debitum Sacramentorum, seu sacrificij instituta. Vel secundum *Bona-* G *cin. de Sacrament. in gener. disp. 1. q. vlt. & alios DD.* Cæremonia, seu ritus accidentalis est actio externa religiosa, qua decorè & ornatè sacramenta ministrantur iuxta Ecclesiæ præscriptum. Vbi aduertendum est, quod quamuis cæremoniæ, & ritus accidentales, & sacramentalia secūdum diuersitatem vocabuli differant; tamen secundum rei significationem omnimodè conueniunt.

Bellarm. *Suarez.* *Cæremonia quid est.* *Bonacin.*

Ex dictis notandum est, quod quando perhibetur, atq; asseritur in diffini- H tione cæremoniæ, eam esse actum externum religionis, vel exteriorem actionē religiosam, nam qualiscunq; actus religionis est, cæremonia. Religio enim, quæ est omnium moralium virtutum nobilissima, atq; præstantissima, iuxta *Bellarmini* doctrinam, tres habet actus, quemadmodum, & quæuis alia virtus. Primo actum internum elicitum, qui videlicet consistit in quodam desiderio, & bona voluntate dandi Deo gloriam, cultum, & honorem. Secundo actum I imperatum alicuius virtutis qui ab ipsa religione ad Dei honorem, & gloriam debitè ordinetur; & huiusmodi sunt actus charitatis, fidei, spei, & aliarum virtutum, qui ad colendum Deum eliciuntur. Quapropter *D. Augustinus in Enchirid. cap. 3.* dixit, *Deum coli fide, spe, & charitate.* Tertio actum externum, interiori correspondentem, qui nō aliunde bonus, & pius dici potest nisi quia principaliter in gloriam, & laudem Dei efficitur, & ad eius cultum ordinatur. K Et huiusmodi sunt, genuflexiones, inclinationes, adorationes, sacrificia, manuum extensiones, benedictiones, & deprecationes, quæ in missarum celebratione, & in cæteris ministerijs, quæ ad diuinum cultum pertinent peraguntur. Et hæc propriè, ac verè, cæremoniæ nūcupantur, de quibus in præsenti cap. agimus.

Bellarm. *Augustin.*

His autē omnibus cæremonijs commune

A mune est, vt ad Dei gloriam,& honorē ordinentur, nam propter hunc finem principaliter ab Ecclesia sunt instituta, & ab omnibus fidelibus communiter obseruantur, vt videlicet ipse Sacramētorum,& sacrificiorum vsus,cum maiori reuerentia,& deuotione,ad maiorem omnipotentis Dei gloriam exerceatur. Differunt autem cæremoniæ,siue sacramentalia à Sacramentis, nam sacramēta ordinantur ad fidelium sanctificationem, quam dignè suscipientibus ex vi B institutionis suæ verè conferunt. Quod est proprium, ac præcipuum munus Sacramentorum legis Euangelicæ. Sacramentalia vero,ad cultum Dei ordinantur, mediante aliquo sacrificio vel Sacramento, nam præcipuè,ac principaliter ab Ecclesia sūt instituta,vt videlicet cum maiori reuerentia, atque decentia, ad maiorem Dei cultum, & honorem, sacrificia celebrarentur, ac sacramenta ministrarentur. Vide de hoc *Suarez disp. 15. sect. 1.*

Suarez.

C Deniq; explicandum est, hoc nomen (cæremonia vnde exordium sumpserit, ad hoc vt vera ethymologia huius vocabuli cognoscatur. Cæremonia siquidē est nomen latinum, quo Authores latini vsi sunt,& dicta est cæremonia à Cære oppido, eo quod in illo oppido sacra Romana seruata sint, eo tempore quo Roma à Gallis diruta est. Vide de hoc *Liuium lib. 5. Valerium Maximum lib. 1. cap. 1. Bellarmin. lib. 2. de Sacrament. cap. 29. lit. A. & Suarez disput. 15. sect. 1.* Vel D dicitur cæremonia à carendo, quemadmodum interpretantur *D. Augustinus 2. retractation. cap. 27. D. Thomas 1. 2. quæst. 10. art. 4. Gellius lib. 4. cap. 9. Macrobius lib. 2. saturnal. cap. 3. Bellarminus, & Suarez locis citatis.* Et optimè dicitur cæremonia à carendo, quia quædam cęremoniæ in veteri lege consistebant in carentia, siue abstinentia quorundam ciborum. Huiusmodi autem erant abstinentiæ populo Iudaico iniunctæ, quas seruari eorum lex præcipiebat. Vnde E apud ipsos Iudæos cæremoniæ non tātum aliquam actionem externam, sed & quandam legem, siue statutum significabant. Hinc Apostolus Paulus ad *Galat. 5.* ait, *Testificor omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ.*

Cęremonia nominis ethymologia.
Tit. Liuiū.
Val. Max.
Bellarm.
Suarez.
D. August.
S. Thomas
Gellius.
Macrobius
Galat. 5.

Aduertendum est autem, quod cæremoniæ quæ in Sacramentis nouæ legis sunt, sunt ferè eiusdem rationis cum alijs ritibus, qui extra sacramenta sūt, F atque obseruantur, vnde nomen sacramentalis latè acceptum, hæc omnia significare potest; quemadmodum videri potest apud *Hugon. Victor. lib. 2. de Sacramentis part. 4. & 5. Hosium in confession. cathol. cap. 37. Vualdens. tom. de sacramentalib. Raban. lib. 1. de institut. Clericor. cap. 27. Lidan. lib. 4. Panopl. cap. 97. Bellarminum lib. 2. de Sacramentis in gener. cap. 29. Durand. & alios*, quos citat, & sequitur *Suarez d. disput. 15. sect. 1. vers. Ex his igitur.*

Hug. Vict.
Hosius.
Vualdensis
Rabanus.
Lidanus.
Bellarm.
Durandus.
Suarez.

G Demum illæ cæremoniæ quibus Ecclesia Catholica in administratione Sacramentorum, & in oblatione sacrificiorum vtitur, decenter, atq; vtiliter institutæ sunt, quid in contrarium hæreticorum perfidia sentiat, & dicat; quæ videlicet veritas, vt dilucidius in mente legentis elucescat, legantur illi Authores, qui de hac re præcipuam mentionē, efficiunt,& contra hæreticorum errorē lata disputatione decertant. Legatur itaq; *Canisius catechism. tit. de Sacramēt. cap. 8. & lib. 4. Marial. cap. 12. ad fin.* H *Turrianus ad Clement. lib. 7 constitut. Apostolic. cap. 23. Torren. lib. 3. confession. Vualdensis de Sacramentis cap. 28. & 34. Castro baptisma. hæres. 6. & 7. Abulensis in Exod. & Leuitic. Bellarminus lib. 2. de Sacramentis cap. 29. 30. & 31. Hosius institut. cap. 37. Raban. lib. 1. institut. cleric. à cap. 27. Maior lib. 5. tit. 2. à n. 3. Alcuinus diuin. offic. tit. de Sabbato sancto cap. 55. DD. Scholastici cum Magistro sent. dist. 6. Paludanus quæst. vlt. Sotus q. 2. art. 2. & dist. 3. art. 10. Ledesma quæst. 7.* I *D. Thomas quæst. 66. art. 10. Suarez disp. 15. Syluester baptismus 5. §. 4. Astensis lib. 4. tit. 2. de Sacrament. & de Baptismo tit. 3. art. 7. Tabiena baptismus 5. §. 8. Angelus, Armilla eod. verb. baptism. Suarez disp. 15. sect. 1. 2. & 3. Henriquez lib. 1. de Sacrament. in gener. cap. 11. & Bonacina de Sacrament. disp. 1. quæst. vlt.* At de hac re latius, ac fusius in sequenti cap. agemus.

Canisius.
Turrianus
Torren.
Vualdensis
Castro.
Abulensis.
Bellarm.
Hosius.
Rabanus.
Maior.
Alcuinus.
Magister.
Paludanus
Ledesma.
S. Thomas
Suarez.
Syluester.
Astensis.
Tabiena.
Armilla.
Suarez.
Henriq.
Bonacina.

K

C A P V T X.

An cæremoniarum vsus sit sanctus, pius, & Ecclesia conueniens.

Inter alios errores quibus peruersi hæretici, Ecclesiæ Catholicæ veritati con-

Hæreticorum error.

A contraeunt, hic de vsu cæremoniarum ipsis ascribitur, asserunt enim, cæremonias, quibus Ecclesia catholica vtitur in Sacramentorum ministerio, non esse pias, sanctas, & Ecclesiæ conuenientes, sed superfluas inanes, & superstitiosas. Vnde *Caluinus lib. 4. institution. cap. 10. in varijs §§.* ad euertendum, ac reprobandum cæremoniarum vsum, permulta adducit argumenta. Quæ omnia nihil aliud probare videntur, nisi quod ideo Ecclesiasticæ cæremoniæ non sunt B obseruandæ; quia non à Deo, sed ab hominibus sunt institutæ. Vnde in *d. lib. 4. cap. 10. §. 8.* hoc modo effatur. *Apostolus in epist. ad Colossens. docet non esse de vero Dei cultu petendam ab hominibus doctrinam, quia Dominus fideliter nos, & ad plenum instituit qualiter sit colendus. Quo hoc demonstret primo cap. dicit in Euangelio contineri omnem sapientiam, qua perfectus redatur homo Dei in Christo. Initio 2. cap. dicit omnes thesauros sapientiæ, & scientiæ in Christo esse absconditos.* Inde C postea concludit. *Caueant* (inquit) *fideles nè per inanem philosophiam abducantur à grege Christi secundum constitutiones hominum.* Idem probare nititur §. 15. his verbis. *Quidquid* (inquit) *commendationis habent opera, id totum habent, obedientiæ intuitu, quam solum Deus respicit; vt testatur per Prophetam Ierem. 7. Non præcepi de sacrificijs, & victimis, sed tantum vt audiendo audiatis vocem meam; & 1. Reg. 11. Nunquid vult Deus sacrificium, & non potius, vt obediatur voci Domini?* D *Non ergo cæremoniæ, quas Deus non instituit, ipsi placere, aut meritoria esse possunt.*

Caluinus.

adColoss. 1.

Ierem. 7.

1. Reg. 11.

Sunt & alij hæretici, qui non solum Ecclesiasticas cæremonias tanquam superstitiosas, & illicitas abijciunt, sed etiam omnem cultum Dei externum reprobant; vnde non tantum accidentia Sacramentorum, & sacrificiorum, sed & ipsam substantiam abscindunt. Hos hæreticos tacitis nominibus recēset *Suarez disp. 15. sect. 1. in princ.* contra E quos acerrimè disputat *3. tom. 3. part. q. 25.*

Suarez.

Alij vero hæretici, vt *Lutherus in lib. de pijs cæremonijs, & in lib. de formul. missæ, Caluinus lib. 4. institut. cap. 10. § 14. & Kemnitius in examine 2. par. pag. 171.* quo ad vsum cæremoniarum, quem Ecclesia Catholica tenet, partim nobiscū conueniunt; & partim dissentiunt. Conueniunt primo (quemadmodum refert *Bellarminus lib. 2. de Sacrament. in gener. cap. 30.*) quia asserunt, quasdam cæremonias in Sacramentorum ministerio esse necessarias, præter illas, quæ ad essentiam vniuscuiusq; Sacramenti pertinent. Conueniunt secundo, quia illas cæremonias admittunt, quæ in sacra Scriptura habent speciale mandatum, vel exemplum. Et huiusmodi sunt orationes supplicationes, gratiarum actiones, exhortationes, & psalmodia. Tertio, & vltimo conueniunt, quia concedunt posse Ecclesiam certum ordinem G statuere quoad illas cæremonias, quæ in sacra Scriptura habentur, ad euitandam omnem confusionem, quæ in diuersitate, & tragiuersatione ordinis accidere potest. Disconueniunt autem in multis, & primo quia negant, & abijciunt illas cæremonias, quæ non habentur in sacra Scriptura, sed ex sola traditione Apostolorum nobis prouenerunt. Disconueniunt secundo quia negant posse Ecclesiam nouas cæremonias instituere, non quidem ad iustificandum impium, H sed ad alios effectus spirituales producendos. Disconueniunt tertio qui denegant has cæremonias esse res sanctas vtiles, & meritorias, & aliquam partem diuini cultus. Disconueniunt quarto quia concedere nolunt in quibusdam cæremonijs adesse quamdam spiritualē virtutem qua dæmones à corporibus humanis expellūtur, atq; propulsantur. Disconueniunt quinto, quia asserunt fideles non teneri sub præcepto peccati mortalis has cæremonias seruare. Di- I sconueniunt sexto, & vltimo, quia discrepant nos teneri, lingua latina celebrare, ac ministrare sacramenta.

Lutherus.
Caluinus.
Kemnitius

Bellarm.

Hos autem hæreticorum errores, sacræ Scripturæ authoritate, & Sanctorum Patrum doctrina confutare, & reijcere oportet, vt hæreticæ peruersitatis falsitas dilucidè legentibus innotescat. Sed vniuscuiusque erroris confutatio in sequentibus capitibus opportunius, atque commodius efficietur, in præsenti autem capite K solummodo probabitur, Ecclesiasticas cæremonias, quibus nunc Ecclesia Catholica vtitur, esse sanctas, pias, vtiles, meritorias, & quandam partem cultus diuini, ad hoc vt ad propositam quæstionem, in titulo præsentis cap. oppositam, integrè respondeatur.

Confutantur hæreticorum errores.

Certissimum igitur, ac verissimum est, illas cæremonias, quibus Ecclesia

Ca-

A Catholica in conficiendis, & admini-ſtrandis Sacramentis vtitur, eſſe pias, vtiles, meritorias, & quandam partem cultus Diuini. Hæc propoſitio per ſingulas partes probatur. Primò, quod cæremoniæ ſint piæ, ſiuè Religioſæ patet (*Conc. Trid*) tum ex *Concil. Tridens. ſeſſ. 7. can. 13.* vbi (*Suarez.*) (quemadmodum refert *Suarez diſp. 15. ſect. 2. verſ. Prætermiſsis*) expreſsè definitur hos ritus in ſolemni Sacramētorum B adminiſtratione adhiberi conſuetos, & Eccleſia Catholica receptos, & approbatos, obſeruandos eſſe, atque retinendos. Tum patet ex ratione, nam huiuſmodi cæremoniæ ſiue Sacramentalia ex ſe non ſunt malæ, neque ad malum finem ordinantur; Neque ſunt malæ ex obiecto ad quod reſpiciunt, aut ex aliqua circumſtantia quam per ſe requirāt. Sed ſunt bonæ, piæ, atque religioſæ, quia ex fine proximo ordinantur, vt bene, atque decenter Sacramenta confi-C ciantur, atque miniſtrentur. Vnde ſicut Sacramentorum miniſterium ad religionem pertinet, ita cæremoniæ quæ in ipſa adminiſtratione fiunt, quidam actus religionis appellari poſſunt; quapropter eas eſſe religioſas, ac pias clariſsimè conſtat.

(*Cæremonia rum Eccleſiaſticarum vtilitates. 1. vtilitas.*) Secundò, Eccleſiaſticæ cæremoniæ ſūt vtiles, quia permultas vtilitates fidelibus conferunt. Prima vtilitas eſt, nam ſicut ex interna pia affectione exoriuntur, ità ipſam deuotionem interiorem cordis noſtri fouent, nutriunt, excitant, & augent, quemadmodum docet D *Auguſtinus in lib. de cura pro mortuis, cap. 5. & lib. 9.* (*S. Auguſt.*) *confeſſion. cap. 6. & 7. & Epiſt. 119. cap. 11. & cap. 9.* adiungit cauendum eſſe, ne nimium ſit harum cæremoniarum onus; nam tam ingens & diuturnum eſſe poteſt, vt potius animum diſtrahat, & impediat, quam ad piam deuotionem excitet. Hoc proculdubio quod diximus, ipſa experientia nobis manifeſtè oſtendit, nam (quemadmodum optimè notat (*Bellarm.*) *Bellarminus lib. 2. de Sacramentis cap. 31.*) E cum aliquod templum varijs, pulcherrimiſque ornamentis decoratum ingredimur, ſtatim animus hilareſcit, & ex ipſius lætitiæ vbertate; piæ deuotionis affectus exoritur. Et è contra ſi accideret, vt in aliquod templum hęreticorum intraremus, vbi nihil aliud conſpicitur niſi ſedes ad concionandum, & menſa ad manducandum. Profectò potius quędam concupiſcentia ad cibaria terrena, quam deuotio ad bona cæleſtia in animo noſtro ex hac inſpectione excita-F tur. Secunda vtilitas eſt, nam per ſacras cæremonias pleraque beneficia diuina (*2. vtilitas.*) recoluntur, ex qua ſiquidem memoria, magnum gratiæ fructum homo extrahere poteſt. In Miſſa enim, vbi Euchariſtiæ Sacramentum confici, & miniſtrari ſolet, paſſio Dominica per varias cæremonias repræſentatur; quapropter dum per eas tam magnum Dei beneficium recolitur, atque repræſentatur, fidelis anima ad gratiarum actiones agendas G inducitur. Tertia vtilitas eſt, nam per cæremonias exercemur in pluribus acti-(*3. vtilitas.*) bus fidei, quia ipſæ memoriam, & intelligentiam adiuuant, vt varia fidei Chriſtianæ myſteria cognoſcantur, & recolantur. Nam dum in ſingulis Sacramentis, ſignum Crucis conficimus, quod (iuxta doctrinam *D. Auguſtini tract. 118. in Ioann. & ſerm. 19. de Sanctis, & Stephanus Papa in cap. Nunquid de Conſecrat. diſt. 5.*) (*S. Auguſt. Steph. Pap.*) fit vt omnibus fidelibus innoteſcat, ex Chriſti paſſione omnem virtu-H tem Sacramentorum deriuari, hinc profectò conſtat ex ſacris cæremonijs poſſe fideles Chriſtianos in agnitionem myſteriorum fidei deuenire. Quarta vtili-(*4. vtilitas.*) tas eſt, quia ipſæ cæremoniæ ſacræ efficiunt, atque operantur ne Religio Chriſtiana vileſcat, atque contemnatur. Quia enim homines ſenſibiles, ſenſibilibus ſignis ſunt ſubiecti, quatenùs per ea diuina, ac ſpiritalia myſteria intelligunt; hinc opus eſt, vt per ſenſibiles cæremonias, in agnitionem diuinorum myſte-I riorum deueniant, & præcipuè rudes viri, qui ſenſibus ferè ducuntur. Quapropter ſi hæc ſenſibilia non proſpicerent, quibus frequenter ad ſpiritalem intelligentiam eleuantur; vtiquè Religionem Chriſtianam paruipenderent, atquè deſpicerent, quia ſacrarum cæremoniarū apparatu, ac decore carens, rudis, ac vilis appareret.

(*Probatur cæremonias eſſe meritorias.*) Tertiò Eccleſiaſticæ cæremoniæ ſunt meritoriæ, ob plures rationes, quas hic inſeram. Primò, quia ſunt actus Religio-(*1.*) nis, quæ eſt vera virtus, & Deo accepta; vnde ſunt quidam actus virtutis, Deo accepti, ideoquè meritorij. Secundò, K quia per ipſas cæremonias fidem Chri-(*2.*) ſtianam profitemur, & nos eſſe eiuſdem fidei ſectatores, & cultores verè proteſtamur. Dum enim ſignum Crucis adoramus; profectò omnibus infidelibus oſtendimus, nos eſſe veros diſcipulos, & ſeruos Chriſti crucifixi, quem eſſe verum Deum,

A Deum, ac Dominum nostrum, indubitanter credimus. Hoc ipsum autem quod hanc fidei protestationem efficimus, spiritualis meriti lucrum acquirimus. Tertiò quia sunt actus imperati,
3. per quos fidelis Christianus in obedientiæ virtute se exercet. Nam dum sacras cæremonias ab Ecclesia Catholica institutas obseruat, eius obedientiæ se subijcit, quia præcepta ab ea imposita adimplet; vnde per hunc obedientiæ actum, meritum acquirit; Et ita liquidò
B constat sacras cæremonias esse meritorias.

Cæremoniæ sunt quædā pars cultus Diuini.

Denique probandum restat, quomodo cæremoniæ sacræ sint quædam pars cultus diuini. Quod nimirum per multis rationibus comprobatur. Primò, quia (iuxta Theologorum sententiam, & præcipuè *Bellarm. de Sacrament. in gener. cap. 30. & 31. & Suarez disp. 15. sect. 1. & 2.*)
1. Bellarmin. Suarez. cæremoniæ sunt quidam actus religionis, sed Religio pertinet ad cultum diuinum. ergo &c. Secundò, sicut ad Reli-
2. C gionem pertinet, Deum animo honorare, ac colere ita etiam & corpore, quia exterior corporis compositio, interiori debet correspondere iuxta sententiam
S.Cyprian. *S. Cypriani in serm. de Oration. Dom. dicētis, Cogitemus nos sub conspectum Dei stare, placendum est diuinis oculis & habitu corporis, & modo vocis;* sed omnis actus Religionis est quædam pars cultus diuini; ergo sacræ cæremoniæ, quæ exterioribus corporis actionibus ad Dei laudē, & honorem fiunt, sunt quæ-
D dam pars cultus diuini. Tertiò, Perfe-
3. ctior est illa ratio, quæ in duplici perfectione consistit, quam quæ in vna tantum; nam perfectius quis proximum diligit, qui eum corde amat, & opibus subuenit, quam qui solo corde diligit. ergo perfectior erit Religio si colatur Deus interius per pios, & deuotos affectus, & exterius per sacras cæremonias; ergo sacræ cæremoniæ sunt quædam pars cultus diuini. Tertiò adorationes, manuum extensiones, & eleuationes
E oculorum, sunt quædam cæremoniæ, quæ in sacrificio Missæ fieri solent, sed istæ actiones ad Religionem pertinent, quia non aliter fiunt, quam ad honorandum, & colendum Deum, ad quem tanquam ad immediatum obiectum respiciunt. Ergo sacræ cæremoniæ sunt
Bellarmin. Suarez. quædam pars cultus diuini. Vide *Bellarm. lib. 1. de Sacrament. cap. 31. Suarez disp. 15. sect. 1. & 2.*

CAPVT XI. F

An aliqua cæremonia vim spiritualem habeant.

NOnnulli hæretici, sacras cæremonias aliquā spiritualē virtutē habere, expresse denegāt. *Kemnitius* enim G
in 2. par. Exam. par. 157. & seq. & alij hæretici, quos recenset *Bellarm. lib. 2. de Sacrament. in gener. cap. 30.* Catholicos viros damnant eo quod quandam spiritualem virtutem sacramentalibus tribuant. Hæc autem hæreticorum sententia in sequenti ratione, potest aliquod habere fundamentum. Si hęc virtus sacramentalibus inest, profectò est ex opere operato, sed ipsa sacramentalia ab Ecclesia sunt instituta, quæ videtur non habere potestatem ad promittendum vel conferendum aliquem effectum spiritualem ex opere operato; er- H
go Sacramentalia, siue sacræ cæremoniæ nullam habent virtutem.

Kemnitius. Bellarmin.

Refellitur hæreticorū error, & probatur veritas.

Sed contrarium Catholica veritas tenet, ac docet, quod scilicet aliquæ cæremoniæ quandam spiritualem virtutem habeant. Probatur primò, nam omnes Patres docent frontem Christiani signo Crucis contra diabolicas insidias esse armandam, mirificamque 1. Probatur.
esse eius virtutem ad repellendos dæmonum insultus. Vnde *Athanasius in lib.* I
de Incarnation. & salutar. aduent. Domin. S. Athan.
hoc modo scribit. *Signo Crucis* (inquit) *omnia magica compesenntur, & veneficia inefficacia fiunt.* Et infra subiungit dicens, *Veniat qui istorum dictorum experimentum capere velit, & in ipsis præstigijs dæmonum, & imposturis vaticiniorum, & in miraculis magia vtatur signo Crucis ab ipsis deriso, nomenque Christi inuocet, & videbit quomodo eius rei metu dæmones fugiant, vaticinia conquiescant, magiæ, & veneficia iaceant.* Hoc idem K
significat *Origenes homilia 6. in Exod.* Origenes.
his verbis: *Quid* (inquit) *timent dæmones, quid tremunt? sine dubio Christi Crucem, in qua triumphati sunt. Et D. Augustinus libro 84. qq. quæst. 79.* idem in- S. August.
sinuat, dum sic effatur. *Nec mirum* (inquit) *quod hæc signa valent, cum à bonis Christianis adhibentur quando etiam eum vsurpantur ab extraneis qui omnino suum nomen ad istam militiam*

A *non dederunt, propter honorem tamen Excellentissimi Imperatoris valent. Cum autem non cedunt his signis huiusmodi potestates Deus ipse prohibet occultis modis, cum id vtile, atque iustum iudicat. Nam nullo modo vlli spiritus audent hæc signa contemnere, contremiscunt hæc vbicunque illa prospexerint.* Hæc *Augustinus*. Similia inuenies apud *Tertullianum initio Scorpiat. Cyprian. lib. 4. Epist. 6. Chrysostom. homil. Quod Christus sit Deus. Gregor. Nazianz. oration. 1. in Iu-* B *lian. Nyssen. in vita Gregorij Thaumaturg. Ephrem in libro de armatur. spiritual. Lactant. libro 4. capit. 26. & 27. Hieronym. in vita Sancti Hilarionis, D. Paulin. Natal. 8. Pallad. in histor. Lausiac. capit. 2. & 54. Prudent. in hymno ante somnum, & Sulpit. in vita Sancti Martini.*

Tertull. Cyprianus Chrysost. Nazianz. Nyssenus. Lactant. Hieron. Paulinus. Pallad. Prudent. Sulpit.

Probatur 2.

Probtur secundò: nam videmus quædam sacramentalia mirabilem effectum operari in coercendis, & expellendis spiritibus malignis à corporibus ob- C sessis. Ecclesia enim, obtenta à Christo potestate, qua posset dæmonibus imperare, (quemadmodum optimè notat *Suarez disputat. 15. section. 4.*) orationibus & exorcismis, & obsecrationibus, quæ in quibusdam sacramentalibus fiunt, ipsos dæmones coercet, atque expellit ab illis corporibus, quæ prius torquebant, atque obsidebant. Vnde *Cælestinus Papa in Epistola 1. ad Episcopum Galliæ cap. 12.* hoc significans ait, *Eos qui ad regenerationis veniunt Sacra-* D *mentum non prius fontem vitæ adire, quàm Exorcismis, & insufflationibus Clericorum spiritus ab eis immundus abigatur.* Hoc idem docet *Lactant. lib. 4. cap. 27.* cum dicat: Christi fideles, & discipulos, nomine sui Præceptoris, & signo Crucis malignos spiritus à corporibus obsessis expellere. *Sicut Christus* (inquit) *cum inter homines ageret, vniuersos dæmones fugabat, ita nunc sectatores eius in nomine Magistri sui, & signo passionis eius eos ab hominibus excludunt.* Hinc in E *Concil. Carthag. 4. cap. 7. & in Concil. Aquisgran. sub Ludouico I. capit. 4.* reperitur, dari ab Ecclesia spiritualem potestatem Exorcistis ad imponendum manus super Energuminos, idest ad expellendos dæmones à corporibus obsessis. Vnde *Lactantius lib. 2. cap. 16.* prospiciens hanc spiritualem potestatem Ministris Ecclesiæ datam, in coercendis, & expellendis malignis spiritibus suum effectum sortiri; hoc modo scribit,

Suarez. Cælest. pap. Lactant. Con. Cart. Con. Aqu. Lactant.

F *Nocent illi quidem* (inquit) *sed ijs, à quibus timentur, quos manus Dei potens, & excelsa non protegit, qui prophani sunt à Sacramento veritatis. Iustos autem, id est cultores Dei metuunt, cuius nomine adiurati de corporibus abscedunt, quorum verbis tanquam flagris verberati, non modo dæmones se esse confitentur, sed etiã nomina sua edunt, quia nec Deo, per quem adiurantur, nec iustis, quorum voce torquentur, mentiri possunt. Itaque maximis sæpe vlulatibus editis verberari se, & ardere, iamiamq; exire proclamant.* G

Notandum est autem, ob triplicem causam dæmones à corporibus humanis expelli, atque terreri, quando signũ Crucis prospiciunt. Primo, quia dæmon tenet, ac perhorrescit hoc salutiferum signum, quo meminit, se fuisse deuictũ, atque superatum. Christus enim in patibulo Crucis moriens non tantum de peccato, sed etiam de infernalibus spiritibus triumphauit. Vnde diabolus hanc virtutem Christi inuitus agnoscens, hoc ipsum, quod signum Crucis H prospicit illius victoriæ quam in hoc salutifero ligno Christus habuit, reminiscitur, vnde suæ calamitatis memor; tanquam canis si videat baculum quo fuerat verberatus, sic ipse à signo Crucis aufugit. Secundò, talis effectus oriri potest ex deuotione hominis, qui ad superandas diabolicas insidias, signo Crucis se deuotè munit. Et ita signum Crucis vim habet, sicut oratio vocalis cum interna deuotione prolata. Vel dicendum est hoc signum habere virtu- I tem per modum impetrationis, quæ fundatur non solùm in fide, & deuotione ministri, sed in sanctitate vniuersæ Ecclesiæ. Vnde minister merita Christi inuocans, signum Crucis, quasi armaturam fortem, contra malignos hostes opponit. Tertiò, talis effectus oritur ex virtute, ac potestate à Christo vniuersali Ecclesiæ data, qua posset malignis spiritibus imperare signo Crucis in exorcizandis energumenis adhibito. Et de hac fortassis loqui voluit *D. Augustinus lib. 83. quæstion. q. 79.* vbi eam K vocat publicam, & imperialem legem, & summi Dei potestatem, quæ interdum Sanctis conceditur vt imperent infimis potestatibus. Et *Iustinus* de ea etiam loquens *quæstion. 40. ad gentes* ait *esse vim quandam, quæ sub sensum non cadit, quæ timorem incutit dæmonibus, cum ab Ecclesia imperantur.* Hæc *Iustinus*.

Causæ, quare Demones signo crucis terrentur. 1. 2. 3. *August. Iustinus.*

Hinc

A Hinc *Suarez disput.15. sect.4. vers. sed adhuc, & Bellarminus lib.2. de Sacramẽtis in gener. cap.32.* varijs authoritatibus probare nituntur, hoc signum Crucis tantam in se ex passione Christi habere virtutem, vt etiam in infidelibus, & paganis mirabiles effectus contra malignos spiritus operari assoleat. Ad cuius veritatis comprobationem citant *D. Augustin. lib.82. qq. q.79. Greg. Nazianz. oration.1. in Iulian. Epyphan. heres.3. & D. Gregor lib.13. Dialog. capit.3.*

Bellarm. *Suarez.* *August.* *Gregorius. Nazianz.* *Epiphan.*

B Ego autem quandam historiam legisse reminiscor, à *Gregor. Turonens. lib.1. cap.41.* & à *Prudent. in lib. contra Iudaos,* relatam, quam hic apponere congruum duxi, cum à nostro proposito non esse alienam præcognouerim. Fertur itaquè quod quidam Imperator gentilis, ad immolandam falsis Idolis, quandam animalium multitudinem processit, secumque suos milites, & non paruam Sacerdotum turbam duxit, ad C hoc vt maior honor Dijs exhiberetur. Cumque oues, & boues mactare cæpisset, omnia statim turbara cernit, nec nõ & ipsos Deos, quibus immolabat aufugientes. Quapropter hac nouitate perturbatus, magna voce exclamauit dicens; Heu, heu nescio quid hic agitur, quod dijs nostris contrarium esse putatur; video enim Deos nostros à longe discedere, nec de præparatis sacrificijs aliqua prælibare. Tunc liquido cernens hoc totum procedere ex signo Crucis D Christi, quod in fronte aliquis Christianus illic astans gestaret, illicò imperauit, vt si quis Christianus lauacro baptismi ablutus, & cruce Confirmationis obsignatus illic adesset, mox ante sacratissimi Augusti maiestatem se præsentaret. Tunc quidam miles Christianus ante Imperatoris Maiestatem processit. & clara voce confessus est se esse Christianum, sacro Baptismo ablutum, & Cruce Confirmationis signatum, à quo signo nec non ab Omnipotentis, & veri Dei E nomine ipsi dæmones aufugerant. Vnde Imperator, & omnes qui cum ipso erant hæc audientes, nimio pauore concussi, in terram se proiecerunt, & in Cœlum oculis erectis, Iesu Christi veri Dei Maiestatem adorauerunt.

Greg. Turonens. *Prudent.*

Hæc historia, quam nunc enarraui, in sequentibus carminibus, pulchrè, atquè eleganter panditur.

Principibus tamen è cunctis non defuit vnus
Quem puero memini ductor fortissimus armis. F
Conditor, & legum celeberrimus ore, manuque,
Consultor Patria, sed non consultor habenda
Religionis amans tercentum millia Diuum.
Augustum caput ante pedes curuare Minerua
Fictilis, & soleas Iunonis lambere plantis.
Herculis aduolui genua incerare Diana G
Forte litans Achaten placabat sanguine multo
Victatus de more senex, manibusque cruentis
Tractabat trepidas lathali frigore fibras.
Postremosque animi pulsus in corde tepenti
Callidus interpres numeris, & sine notabat
Cum subito exclamat media inter sacra Sacerdos H
Pallidus En quid ago maius Rex optime maius
Numen nescio, quod nostris interuenit aris
Aceitas video longe dispergier vmbras.
Nescio quis certe subrepsit Christicolarum
Hic iuuenum, genus hoc hominum tremit infula, & omne
Puluinar Diuum, lotus procul absit, & vnctus. I
Pulchra reformatis redeat Proserpina sacris
Dixit, & ex sanguis conlabitur, ac velut ipsum
Cerneret exserto minitantem fulmine Christum.
Ipse quoque exanimis posito diademate Princeps
Pallet, & adstantes circunspicis, ecquis alumnus
Chrismatis inscripto signaret tempora ligno. K
Qui Zoroastraos turbasset fronte furorros.
Armiger è cuneo puerorum flauicomãtum
Purpurei custos lateris deprehenditur vnus.
Nec negat, & gemino gemmata bastilia ferro
Proiecit, ac signum Christi se ferre fatetur.

Aa 2 Pro-

A *Prosiluit pauido detecto antistite Princeps*
Marmoreum fugiens nullo comitante sacellum
Dum tremefacta cohors, Dominiq. oblita supinas
Erigit ad celum facies, atque inuocat Iesum.

Probatur tertiò, nam, & alia Sacramentalia quandam habent virtutem contra malignos spiritus. Quando enim Christianus aqua benedicta se aspergit, B profectò, omnes insidias malignorum spirituum effugat; atque expellit. Insuper huius aquæ aspersio, peccatum veniale delere potest. Item signum Crucis non solum habet virtutem ad effugandos dæmones, sed ad morbos, & languores curandos. Vnde legimus in vitis Sanctorum teste *Surio* in suis operibus, permultos Sanctos signo Crucis infirmos curasse. Insuper signum Crucis habet virtutem, qua bonus Christianus hominum insidias cognoscere, & euitare potest. C De Sancto Benedicto namque legimus, (quemadmodum refert *D. Gregorius in eius vita*) quod quadam die cum Monacis suis manducans dum vas vino plenum ei afferretur, vbi venenum à quibusdam fratribus fuerat absconditum, mox vt D. Benedictus illud vas signo Crucis signauit, nulla mora intercedente, confractum in terram cecidit. Ex quo miraculo clarissimè cognouit suorum inimicorum insidias, à quibus D virtute Crucis Christi misericorditer fuerat liberatus.

Probatur 4. *Surius.* *D. Gregorius.*

CAPVT XII.

Quæritur, à quo fuerint instituta cæremoniæ, quibus nunc Ecclesia Catholica vtitur.

E

OMnia quæ ad essentiam siue substantiam Sacramentorum pertinent, fuisse à Christo Domino instituta certissimum est, quemadmodũ probat *Suar. disp.* 15. *sect.* 3. quia ipse est vniuscuiusque Sacramenti proximus institutor. Ea verò, quæ non ad substantiam Sacramentorum pertinent, & tamen in ipsorum vsu sunt obseruanda, quæ nimirum sacræ cæremoniæ appellantur, instituta fuisse partim ab Apostolis, potestate à Christo accepta, & partim ab eorum F successoribus, Pontificibus, & Episcopis, eadem potestate in eos transfusa, etiam indubitatum est.

Quæ sunt de substantia Sacramentorum sunt instituta à Christo. Cæremonia ab Apostolis, & Ecclesia.

Hæc vltima conclusio adeo vera est, vt contrarium asserere sit contra fidẽ; Tandem de fide tenendum est, sacras cæremonias, quibus nunc Ecclesia Catholica vtitur, partim ab Apostolis, partim verò ab eorum successoribus, fuisse institutas. Probatur primò ex sacra Scriptura, ad *Corinth.* 4. *Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei.* In quo loco D. Paulus clarissimè indicat Apostolis fuisse datam potestatem instituendi cæremonias, quæ in vsu Sacramentorum sunt obseruandæ. Hoc idem probatur ex 1. Corinth. 11. *Cætera autem cum venero disponam.* Vbi profectò insinuat Apostolus Paulus, in futuro suo aduentu se instituturum esse ea, quæ in confectione, & vsu Sacramenti Eucharistiæ sunt seruanda, atque retinenda. H

Probatur 1. *1. Corint. 4* G *1. Cor. 11.*

Probatur secundò ex *Concil. Tridentin. sess.* 7. *can.* 13. *de Sacrament. in gener. sess.* 22. *cap.* 2. vbi ad hanc veritatem confirmandam, illa duo loca Scripturæ à nobis superiùs relata adducuntur.

Probatur 2. *Con. Trid.* *3.*

Probatur tertiò ex communi SS. Patrum sententia, qui docent, cæremoniarum, vsum esse antiquum, & à temporibus Apostolorum exordium, & initium sumpsisse. Vide de hoc *Dion. Areop. toto lib. de Ecclesiastic. Hierarch. Basil. libr. de Spiritu Sancto cap.* 27. *Tertullian. lib. de corona militis cap.* 3. *S. Leon. Pap. Epistol.* 81. *Clement. Pap. in Epist.* 2. *Decretal. & lib.* 7. *constitution. Apostolor. cap.* 23. *Innocent. I. Epist.* 1. *Origen. homil.* 5. *in Numer. & Augustin. Epist.* 118. & 119. *cap.* 15. vbi affirmat inter alias Apostolorum leges vnam fuisse, vt Eucharistiã ieiuni susciperemus, idque cum alijs ritibus, quos Ecclesia seruat, Apostolum permisisse, cum ait, *Cætera cum venero, disponam.*

I *Dionysius. Basilius. Tertull. S. Leo. Clem. Pap. Inno. Pap. Origenes. August.*

Itaque quamuis ea, quę ad substantiam Sacramentorũ pertinent, fuerint à Christo immediatè instituta, non sic pariter dicendum est de Sacramentalibus, nam & si ad exemplum Christi fuerunt ab Apostolis introducta, non tamen ab ipso Christo fuerunt immediatè instituta; sed ab Apostolis. Patet hoc ex *D. Cypriani sententia Epist.* 63. vbi refert, ex exemplo Christi fuisse acceptum, vt aqua vino misceretur, & vt Ecclesia Latina non in pane fermentato, sed in azymo consecraret, quemadmodum K

Cyprianus

Do-

A Doctores latini, contra Græcos probāt, ac docent; *D. Anselmus epist. de Sacram. & azym. ad Grętos, D. Thomas q. 74. ar. 4. D. Bonauentura dist. 11. art. 2. Abulensis super Exod. cap. 12. Scotus dist. 11. q. 6. Durandus ead. dist. q. 4. Riccard. dist. 11. art. 2. q. 3. Alexander Alens. q. 32. memb. 1. Lyranus super Matth cap. 26. Angles de Eucharist. q. 1. art. 4. conclus. 1. & alij communiter.*

Anselmus. S. Thomas Bonauent. Abulensis. Durandus Riccardus. Alensis. Lyranus. Angles.

Si autem queras, quænam cæremonię institutæ fuerint ab Apostolis, quæ à

B Concilijs, & quæ à Summis Pōtificibus, vel ab Episcopis, certa regula, quæ breuitate sit constricta, tradi non potest; sed vide *Bellar. lib. 2. c. 30. 31. & Suarez disp. 15. sect. 3.*

Bellarm. Suarez.

CAPVT XIII.

An Ecclesia possit nouas cæremonias instituere.

C

Hæreticorum error.

HÆretici negant, Ecclesiam catholicam habere potestatem instituendi nouas cæremonias, quem errorem tacitis nominibus refert *Bellarminus lib. 2. de Sacrament. in gener. cap. 31. vers. Sed quidquid.* At hac obiectione hæreticorum non obstante verissimum est, Ecclesiam catholicam, habere potestatem instituendi nouas cęremonias, non quidem ad iustificandum impium deleta culpæ mortalis macula, sed ad alios

Bellarm. Cōfutatur.

D fines pios, & sanctos consequendos. Hoc fusè probat *Suarez disp. 15. sect. 3. & Bellarminus d. cap. 31.*

Suarez.

Nos autem ad huius veritatis confirmationem complures rationes adducemus. Prima ratio est, nam sacræ cæremoniæ sunt quędam pars cultus diuini, illum perficientes, atque augentes; vnde ad hoc vt debitus honor Deo exhiberetur, & sacramenta dignè, atq; decenter ministrarentur, conueniens, atq; necessarium fuit, vt cæremoniæ instituerentur.

Probatur veritas. 1. ratio.

E Sed neq; ex sacra Scriptura, neq; ex aliqua traditione patet, Christum Dominum huiusmodi cæremonias instituisse, aut in particulari præcepisse; ergo institutæ sunt ab Ecclesia, iam potestate à Christo accepta; ergo Ecclesia eadem potestate, qua potuit illas cæremonias instituere, quibus nunc fideles vtuntur poterit etiam & nouas instituere ad aliquem bonum finem consequendum.

Secunda ratio est, nam Ecclesiæ data est à Christo potestas generalis circa ea, quæ ad salutem animarum pertinent, & sunt necessaria, quemadmodum patet ex illis verbis *Ioann. 21. Pasce oues meas;* sed institutio cæremoniarum, ad regimē, & salutem animarum pertinet, quia ipsæ cęremoniæ possunt applicari ad ornandum, & repræsentandum aliquod mysterium Religionis, & eo modo iuuandos rudiores, vel ad curandos morbos, dæmonesq; à corporibus obsessis pellendos, vel ad peccata venialia purganda; ergo Ecclesia potestatem habet instituendi nouas cęremonias. F *2. ratio. Ioan. 21.* G

Tertia ratio est, nam de facto videmus, quod Ecclesia quibusdam temporibus nouas cęremonias instituerit. Ad quod confirmandum illud exemplum præcipuè potest adduci, quod in celebratione Paschatis nuper contigit. Orientales enim contendebant ritum cælebrandi Pascha resurrectionis Luna decima quarta, in quocunq; die hebdomadæ incideret, fuisse à B. Ioanne Euāgelista sibi traditum. At Occidentales semper asseruerunt iuxta B. Petri Apostoli traditionem, festum Paschæ Dominica die esse celebrandum. Vnde *Concilium Nicænum* hanc dissentionem inter vnam, & alteram Ecclesiam intuens; vtriq; præcepit, vt in die Dominica dictum festum Paschæ celebraret. Ex quo apertè colligitur hanc cęremoniam celebrationis Paschatis, quò ad Orientales recenter fuisse ab Ecclesia institutam. Concilium enim generale quamuis habeat potestatem instituendi aliquid, quod vniuersam Ecclesiā obliget; tamen hoc non fit sine authoritate Pontificis congregantis, & confirmantis illud. Vnde interueniente Summo Pōtifice, qui in Ecclesia primum locum tenet, & summam habet potestatem, nec non, & Concilio generali, hoc statuēte, certum est ab vniuersa Ecclesia hanc cęremoniam fuisse institutam. Item ea quæ in celebratione Missæ obseruantur, ad essentiam Sacramenti tamen non pertinentia, à diuersis Summis Pontificibus in varijs temporibus instituta sunt, quemadmodum optimè notat *Clittoueus in opusc. de vita, & morib. Sacerdot.* Ex quo liquido, constat à successoribus Pontificibus quò ad missæ celebrationem, nouas cęremonias fuisse institutas, atq; introductas. Præterea quadragesimale ieiunium à *S. Zacharia Papa* calabro fuit institutum; cuius vitā *Alphon-* *3. ratio.* H *Con. Nicæ.* I K *Zacc. Pap.*

A *Alphonsus Ciccenius de gestis, & vita* Ciccenius. *Summ. Pontific.* scripsit his verbis exorsus. *Zacharias Pontifex XCII. anno Domini DCCXLI. Policronij Pontinij filius Siberena Magna Gracia nunc Calabria dicta, Vrbe natus &c.*

CAPVT XIV.

An cæremoniarum vsus sit de essentia Sacramenti.

B

AD validitatem, & essentiam Sacramenti non requiritur vsus cæremoniarum, siue sacramentalium. Et ratio est, quia ad hoc vt Sacramentum cōficiatur, essentialiter nihil aliud requiritur, quam applicatio formæ ad debitam materiam, & intentio ministri præsupposita intentione suscipientis. Vnde his positis, quamuis ritus accidentalis non adhibeatur, adhuc ipsa sacramenta validè administrantur. Ita docent communiter Doctores, vt *Suarez 3.par.disp. 15.tom.3.sect.1. Bellarminus lib.2 de Sacramentis in gener.cap.26. Henriquez lib. 1.cap.11. Reginaldus lib.26.num.59. Coninchus quæst.66.num.99. Petrus Ledesm. in summa de baptism. cap.12. conclus.vlt. Nugnus q.65.art.4.fol.143. Bonacina de Sacrament.in gener. disp.1. quæst.vlt. pūct. vnic.prop.2.& alij.*

Cęremonię nō sunt de essētia Sacramenti.

C *Suarez. Bellarm. Henriq. Reginald. Coninch. Pet.Ledes. Nugnus. Bonacina.*

Hoc etiam probare possemus inductione quæ ex singulis Sacramentis fit. D In Baptismo enim requiritur, ad hoc vt licitè ministretur; vt trina mersio fiat in aqua, & tamen quia hoc non pertinet ad essentiam Sacramenti, sed tantum ad ritum accidentalem; idcirco si vna tantum mersio fiat, adhuc verum confertur Sacramentum. Et ratio est, n..m & si trina mersio fieret, in prima integrum cōferretur Sacramentum, quia omnia requisita tunc concurrunt, nempe ablutio materia, forma, & intentio ministri. Ita *S.Thom.3.par.q.68.ar.8. Caietanus q.66.* E *art.3 Pesantius ibidem, Coninchus ibid. num.8?. Nugnus ibid concl.s. 1.& 6 Valentia tom.4.disput.4.q.1.punct.2. vers. Et obseruandum est. Suarez disp.20. sect.3. Henriquez de Sacramēto baptismi cap.7. num.4. Vazquez 3.par. q.68.ar.11.cap.2. Sotus in 4.dist.2.q. 3.q.vnica art.8. Reginaldus num.20. Bartholomæus ab Angelo de baptismo §. 94. Posseuinus de baptismo cap.6.num.12. Petrus Ledesma de Sacrament. baptismi cap.3. vers. Terzera conclusion, Filliuccius tract.2.cap.2.num.34.* F *& Bonacina de baptism. disput.2. quæst.2. punct.3. proposit.2. num.30.* Similiter, & de ceteris Sacramentis dici potest, in quibus variæ, ac diuersæ cęremoniæ obseruantur, & præcipuè in confectione Eucharistiæ, quæ cum ad essentiam Sacramenti non pertineant, hinc verum conficitur Sacramentum, si omittantur.

S.Thomas Caietanus. Pesantius. Coninch. Nugnus. Valentia. Suarez. Henriq. Vazquez. Sotus. Reginald.

Bart. Ang. Posseuinus Ledesma. Filliucc. Bonacina.

Sed quæritur an peccet mortaliter, qui ipsos ritus accidentales, siue sacras cęremonias variat, vel omittit. Respondeò hoc esse peccatum mortale ex suo G genere regulariter loquendo. Et ratio est, quia hæc permutatio, vel omissio est peccatum contra Religionem, cum ipsæ cęremoniæ sint quædam pars cultus diuini, quemadmodum in præcedentibus cap. multoties diximus, sed peccatum contra Religionem ex suo genere est mortale; ergo quicunq; ritus accidentales variat, vel omittit, regulariter loquendo peccat mortaliter. Ita docent communiter DD. vt *Henriquez lib.1. cap.11.n.4. Suarez disput.16.sect.2.ad fin.* H *Valentia tom.4.disp.t.3.q.1.punct.4. Reginaldus lib. 26.num.49. Bellarminus cap. 31. proposit.4. Filliuccius tract.1. cap.5. quæst.1.num.89. Lessius, & Azorius*, quos citat, & sequitur *Bonacina de Sacramentis in gener. disp.1. q.vlt. punct.vn. prop 2. num.4.* Verum paruitas materiæ poterit excusare à peccato mortali, quemadmodum ex Doctoribus supra citatis colligitur.

Cæremonias varians, vel omittēs regulariter pecc. mort.

Henriq. Suarez. Valentia. Reginald. Bellarm. Lessius. Azorius. Filliucc. Bonacina.

Si autem quæras ob quam causam Ecclesia præceperit, vt huiusmodi ritus I accidentales sub mortali in confectione Sacramentorum obseruentur. Respondeo hoc factum esse ob plures rationes. Primo ad maiorem ornatum, quo ipsa sacramenta, & sacrificia, venerabiliora redduntur, cum Sacerdos missam celebraturus, induit se vestibus sacris; vel quando baptizatus veste alba induitur ad significandam puritatem animæ, quę in baptismo acquiritur. Vide *D.Thom. 3.par.quæst.83.art.3. Sot.dist.13.q.2.ar.3. & Henriquez lib.1.de Sacrament.cap.11.* K *num.3.* & colligitur ex *Concil. Trident. sess.7.can.13. & sess.22.cap.5. can.3.* Secundo ad conseruandam melius vnitatem Religionis, quatenus circumstantiæ secundum tempus, & locum, & modum circa diuinum cultum, omnibus fidelibus essent notæ, atq; communes; & in his vnitas Ecclesiæ etiam seruetur. Vide *Basil. homil. 13. de exhortation. ad baptism. Augustin. lib. 10. contra Faust. cap.11.*

Rationes quare Ecclesia præcipiat cæremonias sub mortali. 1.ratio.

S.Thomas Sotus. Henriq. Con.Trid. 2.ratio.

Basilius. Augustin.

A *cap.11. & lib.de Religion.cap.17. D.Tho. quæst.61.art.1. Sotum dist.1.quæst.2.art.1. & Henriquez lib.1.de Sacram.cap.11.n.3.* Tertio vt his cęremonijs fideles ab infidelibus distinguerentur. Vnde à pueritia docentur Christiani frequenter dicere per signum Crucis; quemadmodũ docet *Augustinus tract.118.in Ioann. & lib.1. confess.cap.11. Henriquez lib.1.de Sacrament. in gener. cap.11. num. 33. in comment. lit.M. & Bellarminus lib. 2. de imaginibus cap.19.* Quarto vt per cęre- B monias sacras, deuotio fidelium excitetur, atq; augeatur, quemadmodum docet *Suarez 3.part. disp.15. tom.3.sect.1. Bonacin. de Sacrament. in gener. disp.1. q. vlt.punct.vnic.propos. 2.n.3.*

S.Thomas. Sotus. Henriq. 3.ratio. Augustin. Henriq. Bellarm. 4.ratio. Suarez. Bonacina.

Deniq; notandum est, quod Summus Pontifex, quatenus est caput vniuersalis Ecclesiæ, habens plenam potestatem in his, quæ sunt iuris humani; potest nouas cæremonias instituere, vel iam institutas mutare, aut tollere; si hoc expediens ei videatur. Episcopi vero quia hanc C primariam potestatem non habent, & ordinationibus Summi Pontificis sunt subiecti nullo modo possunt, mutare, aut tollere sacras cæremonias ab ipso Summo Pontifice institutas, nam inferior non potest legem superioris abrogare. Ita *Nugnus q.65.art.4.conclus.3. Henriquez de Sacrament. in gener. lib.1. cap.11.num.4. Conincb. & alij*, quos citat, & sequitur *Bonacin. loc.cit.num.5.*

Nugnus. Henriq. Coninch. Bonacina.

D

CAPVT XV.

An cæremoniarum vsus ad cultum Dei pertineat.

HÆc quęstio differenda proponitur, ex eo quod multa argumenta in cõtrarium adduci possint. Primum est, in antiqua lege nonnulla præcepta inhibentur, quæ potius ad exteriorem ornatum hominis pertinent, quam ad ve- E rum cultum Dei, vt *Leu.19. Vestem, quæ ex duobus texta est, non indueris. & Num. 15. Præcipitur, vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum*; sed huiusmodi præ- F cepta non sunt moralia, neq; iudicialia; sed tantum cæremonialia; ergo cæremoniarum vsus ad cultum Dei non pertinet.

Leuit. 19. Num. 15.

Secũdum est, nam (vt ait *Rabbi Moyses*) præcepta cæremonialia dicuntur, quorum ratio non est manifesta; sed ea quæ ad cultum diuinum pertinent, habent rationem manifestam; ergo cæremoniæ quæ in Sacramẽtis obseruantur, ad cultum diuinum minimè pertinent.

Rabbi Moyses.

Sed in contrarium est vera, ac com- G munis sententia, asserens cæremoniarũ vsum ad cultum Dei pertinere. Ita docet *D.Thom.p.2.q.101.art.1.* vbi sic ait. *Cæremonialia præcepta determinant præcepta moralia in ordine ad Deum sicut iudicialia determinant præcepta moralia in ordine ad proximum. Homo autem ordinatur ad Deum per debitum cultum, & ideo cęremonialia dicuntur propriè; quæ ad cultum Dei pertinent.* Vide *Caietan.ibid.*

S.Thom. Caietan.

Accedit etiam sanctæ Scripturæ authoritas, *Exod.18.* vbi Deus ad Moysen H ait, *Esto populo in his, quæ ad Deum pertinent, ostendasq; populo cęremonias, & ritũ colendi.*

Exod.18.

Nec desunt rationes, quæ ad hanc veritatem comprobandam, adduci possunt. Prima est; cæremoniæ enim ab omnipotẽti Deo in veteri testamento, sunt institutæ, & præcipuè illæ, quæ in sacrificijs, & oblationibus exercebantur, quemadmodum in sacro eloquio legimus, sed ob nullum alium finem sunt institutæ, quam vt Deus maiori obse- I quio honoraretur, & coleretur; ergo cęremoniarum vsus ad cultum Dei pertinet. Secũda est, si cæremoniæ ad cultum Dei non pertinerent, vtiq; frustra exercerentur, ac per consequens frustratoria esset earum institutio, nam quando homo flexis genibus sacrificio Missæ astat, quid aliud facere intendit, nisi Deum incarnatum in sacramentali hostia adorare, & colere? Idemq; de Sacerdote sacrificante dici debet, quando genua flectit antequam hostiam, & cali- K cem eleuet.

DE



A

DE SACRAMENTIS TOMVS SECVNDVS.

LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

B

De Baptismo, & de huius nominis significatione.



Oc nomē (*baptismus*)
græcum est, quod
nimirum, si de græ-
C ca lingua, in latinā
vertatur, immersio-
nem, seu ablutionē
significat, quemad-
Bellarm. modum docēt *Bel-*
Henriq. *larminus de Sacrament. baptism. lib. vnic.*
Bonacin. *cap. 1. Henriquez lib. 2. cap. 1. num. 1. &*
Chrysost. *Benacina de Sacrament. disp. 2. in princip.*
Pius V. Vide *Chrysost. homil. 28. Pium V. Concil.*
Con. Colo. *Colon. Hos. cap. 3. & Sot. dist. 3. art. 1. col. 3.*
D *Valent. tom. 4. disp. 4. Camerot. de baptism.*
Hosius. *cap. 2. dub. 2.* Et ideo hoc Sacramentum
Valentia. tali nomine nuncupatur; quia videlicet
Camerota. baptismus per immersionem fieri solet,
ad repræsentādam Christi sepulturam;
iuxta illud *Coloss. 2. Consepulti ei per ba-*
ptismum.

Vtitur autem Ecclesia Romana in
Sacramentis, & in alijs officijs, his no-
minibus Græcis, & nonnūquam hebrai-
E cis; quia cum in primitiua Ecclesia,
Græci, & hebræi maiorem partem fide-
lium constituentes, his nominibus vsi
fuerint; nunc oportet, ac decet hanc cō-
suetudinem antiquam retinere. Ita do-
Henriq. cet *Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap. 2.*
num. 1. & lib. 1. cap. 2. §. 2. in fin.

Insuper hoc Sacramentum baptismi,
apud SS. Patres propter varios effectus
plura nomina habet. Appellatur enim
gratia donum mysterium, regeneratio,
expurgatio, sigillū, vnctio, illuminatio:
Sed quia in baptismo infunditur habi-
tus fidei; idcirco à Patribus græcis, illu-
minatio frequenter appellatum est. Vi-
de *Cyrillum Hierosolymitan. qui Chate-* Cyrillus.
cheses suas, vocat Catecheses illuminato- H
rum. Nazianz. oration. de baptism. Chry- Nazianz.
sostom. homil. ad baptizatos, Clement. Ale- Chrysost.
xandrin. 1. pedagog. cap. 6. Dionys. Areo- Cle. Alex.
pagit. de Ecclesiastic. hierarch. cap. 2. Au- Dion. Are.
gustin. de pecc. merit. c. 26. in fin. & tract. Augustin.
44. in Ioann. D. Thom. q. 69. art. 5. Bellar- S. Thomas
min. lib. 1. de Sacrament. Baptism. cap. 1. Bellarm.
& Henriq. de Sacrament. lib. 2. cap. 1. n. 1. Henriq.
lit. C. vbi refert baptismum à Græcis di-
ci Photismos, quæ vox significat illu- I
minationem, quia est Sacramentum fi-
dei, quo baptizati illummantur; iuxta
illud Hebr. 6. *Impossibile est eos, qui semel*
sunt illuminati &c. Et cap. 10. Rememo-
ramini (inquit) *pristinos dies, in quibus il-*
luminati magnum certamen substinuistis
passionum.

Præterea baptismus nonnunquam
appellatur (regeneratio) ab effectu prin-
cipali per quamdam singularitatem, K
quia per illum fit prima sanctificatio.
Vide *Damascen. lib. 4. de fide orthod. cap.* Damasc.
10. & Filliucc. tract. 2. de Sacrament. cap. Filliucc.
1. num. 2. Vel dicitur regeneratio, quia
homo per ipsū spiritualiter renascitur,
iuxta illud *Ioan. 3. Nisi quis renatus fue-* Io. c. 3
rit denuo, non potest videre Regnum Dei.
Et iterum, *Nisi quis renatus fuerit ex*

A *aqua,& Spiritu sancto, non potest introire*
in Regnum Dei.
Dicitur (ablutio) quia pee ipsum ho-
mo à sordibus peccatorum abluitur, &
Bonacina. emundatur. *Bonacin.de Sacrament.Ba-*
Fillince. *ptism.disput. 2. in princip.& Fillince.loc.*
cit.
Dicitur signaculum, siue sigillum ab
effectu secundario idest charactere,quo
oues Christi, & Ecclesiæ membra con-
S.Thomas signantur. *D.Thomas q.66.art.1.Suarez*
Suarez. *ibid. vers. in solutione, & Fillinceius de*
B *Sacramento Baptismi cap.1. q.1. num. 2.*
Fillince. Eequamuis hoc nomen omnibus Sa-
cramentis imprimentibus characterem
conueniae (quemadmodum notat *Sua-*
rez loco cit.) tamen principaliter baptis-
mo tribuitur;quia videlicee per ipsum
signū indelebile imprimitur, quo oues
Christi inuisibiliter designantur, vt in
ouile Christi introire possint, & eius
pascuis perfrui; & ideo quia in hoc Sa-
cramento, homines primam,ac solem-
nem Christianæ fidei professionem effi-
C ciune. Vnde *D. Basilius lib.3.contra Eu-*
Basilius. *nomium circa fin.* vocat baptismum, si-
gillum fidei, quia in eo fit prima, atque
solemnis fidei professio. Et in *Exord.ad*
baptizan. idem Sacramentum appellat,
Tesseram militum Christi, amictum splen-
dentem, quo signatur super nos lumen
Tertull. *vultus Domini*. Similia scribie *Tertul-*
Vazquez. *lian. lib. de Baptism.* & alij SS. Patres,
Suarez. quos citant *Vazquez in commentar. su-*
Fillince. *per 3.part. D.Thom.q.66.art.1.disput.1.*
Suar. ibid. & Fillinccius de Sacrament.
D *bapt.cap.1.*
Dicitur custodia, siue præsidium à
speciali effectu, qui ratione illius susci-
pientibus confertur. Et hic effectus est
character, qui quantum est de se,custo-
dit animam in bono, quemadmodum
Damasc. ex *Damascen. lib.4. de fide cap.10.* colli-
S.Thom. git *D.Thom. 3.par.q.66.art.1. in respons.*
Suar. *ad 1. ibique Suar. & Fillinccius loc. cit.*
Fillince. Quam sententiam D. Thom. verificari
existimat *Suar.* quatenus intelligatur,
ratione baptismi aliquod speciale au-
E xilium dari, omnibus qui eius chara-
ctece sunt consignati.
Dicitur principium, & ianua Sacra-
mentorum, quia per baptismum homo
ad recipienda cętera sacramenta Ec-
Dionys. clesiæ, capax efficitur. Vide *Dionys.*
Suarez. *Areopagit.in lib.de Ecclesiast. Hierarch.*
Fillince. *cap.2.Suarez,& Fillince.locis citat.*
Dicitur mare,quia hoc Sacramento
à peccato originali, & ab omnibus
actualibus homines lauantur,atq; emū-
dantur. Vnde apud *Mich.7.* scriptum F
est, *Proijciam in profundum maris omnia* *Mich.7.*
peccata vestra. Vide *Augustin.concion.1.* *August.*
in Psalm.113. Hieron.epist.83.ad Ocean. *Hieron.*
Dicitur donum, quia eatione huius
Sacramenti, omnia peccata suscipienti-
bus remittuntur,& gratiæ sanctificantis
munus conferrue, quo homo diues ef-
fectus, & in numero filiorum Dei con-
stitutus, Regni cælestis hæreditatem, se
esse consequuturum sperat; vnde *Euan-*
gelista Ioannes in cap. 1. de baptizatis *Ioan.1.*
ait, *Quotquot autem receperunt eum, de-* G
dit eis potestatem filios Dei fieri ijs, qui
credunt in nomine eius. Si autem filij (iux-
ta Apostoli sententiam) *vtique & hære-*
des, hæredes quidem Dei, cohæredes autem
Christi.
Dicitur Vnctio ob duplicem causam,
primo ob externā actionem vnctionis,
quæ fieri solet in solemni baptismo;
quia baptizati oleo sancto vnguntur;
secundo ob ineeriorem vnctionem, qua
Regni, ac saceedotij Christi participes
efficimur. Ita *Suarez super 3.par.D.Tho.* H
q.66.art.1.vers.vlt. *Suarez.*
Dicitur sepultura,iuxta illud *Rom.6.* *Rom.6.*
Consepulti enim sumus cum illo per ba-
ptismum. Ac denique expurgatio non-
nunquam appellari solet, *1.Corin.5. Ex-* *1.Cor.5.*
purgate vetus fermentum, vt sitis noua
conspersio sicut estis azymi.
Deniq; hæc,& alia huiusmodi nomi-
na hoc Sacramentum baptismi,tàm in
scripturis, quàm apud SS.Patres pro-
ptet varios effectus habet. Vnde de hoc
vide *Damascenum lib. 4. de fide orthod.* I
cap. 10. Dionys. de Ecclesiast. Hierarch. *Damasc.*
cap.2.Gregor.Nazianz.orat.4.in sanctum *Dionys.*
baptism.Cyrill.Hierosol. in Cathec 1.6.9. *Gre. Naz.*
Basil. in exord. ad baptizand. Chrysost. *Cyrillus.*
hom. ad Neophit. Gregor. Nyssen. lib.de *Basilius.*
S.baptism. Augustin.concion.1.in Psalm. *Chrysost.*
113.Hieronym.epist.83. ad Ocean.Tertull. *Gre. Nyss.*
lib.de baptism. Clemen. Alexandr.1.peda- *August.*
gog.cap.6. D.Thom.3.part. q.66.art.1. in *Hieron.*
respons.ad 1. ibiq; Suar.& Vazquez.Bel- *Tertull.*
larmin.de Sacrament.baptism.cap.1.Hen- *Cle. Alex.*
riquez lib.2. de Sacrament. cap.1. num.1. K
& Fillince. de Sacrament. tract.2. cap.1. *D.Thom.*
q.1.n.3. *Suarez.*
Vazquez.
Bellarm.
Henriq.
Fillince.



CAP.

A *CAPVT II.*

De definitione Baptismi.

ANtequam definitionem baptismi tradamus præmittendum est, triplicem esse Baptismum, idest Fluminis, Flaminis, & Sanguinis, quemadmodum inferius patebit. In præsenti cap. de baptismo fluminis veram definitionem
B assignare volumus, quæ nimirum, quia diuersimodè à diuersis Doctoribus traditur vnamquamq; hic distinctè apponere decreuimus.

1. *definitio. Hug. Vict. Augustin.* Prima diffinitio baptismi est illa, quã tradit *Hugo Victor. lib. 1. de Sacram. par. 6. cap. 2. Baptismus* (inquit Hugo) *est aqua diluendis peccatis sanctificata per verbum Dei.* Cui definitioni mirificè fauet illa sententia *D. Augustin. tract. 80. in Ioann. Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum.*

C Secunda definitio est *Henriquez lib.*
2. *Henriq.* *2. de Sacramenc. cap. 1. num. 9. Baptismus* (inquit) *est ablutio hominis sub præscripta verborum forma ex Christi institutione in regenerationem spiritualem. Vel est lauacrum aquæ in verbo vitæ.*

3. *Magist. sent. Toletus.* Tertia est *Magistri sent. in lib. 3. dist. 3.* quam sequitur *Toletus lib. 2. cap. 18. Baptismus* (inquiunt) *est ablutio corporis exterius facta sub præscripta forma verborum.*

4. Quarta est *D. Thom. 3. par. q. 66. art. 1.*
D quem sequitur *Filliuccius de Sacrament.*
D. Thom. Filliuce. Alex. Alē. Angles. *Baptism. cap. 1. q. 3.* & communiter omnes *DD. Baptismus est exterior corporis ablutio facta sub præscripta forma verborum.* Hanc pariter tenet *Alexander Alēs. tota q. 11.* nec non & *Ioseph Angles de Sacrament. baptism. q. 1. art. 1. conclus. 1.* vbi tamen pauca verba adiungit, quæ sunt *(à Christo Domino instituta.)*

5. Quinta est *Bellarmin. lib. 2. de Sacrament. cap. 1.* quam colligit ex scripturis
Bellarm. Cathe. Ro. *Ioann. 3. & Ephes. 5. & ex Cathechismo*
E *Romano in materia de baptismo. Baptismus* (inquit) *est Sacramentum regenerationis per aquam in verbo vitæ.*

6. Vltimo loco meam definitionem subinferre decreui, quæ ex sacris Scripturis, ex Patribus, & Scholasticis colligitur, quemadmodum in expositione singularum partium patebit. *Baptismus est sacramentalis corporis ablutio externus facta sub præscripta forma verborum, à Christo Domino instituta, qua homo à culpa originali emundatur, & ad vitam spiritualem regeneratur.* F

Huius definitionis singulæ partes exponuntur. Primo dicitur (est sacramentalis corporis ablutio) quia hæc est proxima materia huius Sacramenti; baptismus enim definiri debet, per materiam, & formam; at quia materia proxima non est aqua; sed ipsa ablutio, & non quæcunque, sed sacramentalis; idcirco ponitur, est sacramentalis corporis ablutio. Hinc *D. Thomas 3. part. q. 66. art. 1.* hanc definitionem, quam ponit *Magister sent. lib. 3. dist. 3.* libenter amplectitur; illamque quam adfert *Hugo de S. Victor. lib. 2. de Sacrament. par. 6. cap. 2.* expressè reijcit; nam Hugo definiens baptismum in ipsa definitione, non vtique materia proxima, sed remota, (idest aqua,) vtitur. *Est aqua* (inquit) *diluendis peccatis sanctificata per verbum Dei.* At aqua ex se nō significat hoc Sacramentum, quia cuilibet alij vsui applicari potest; ideoq; vt diximus hæc definitio Hugonis à D. Thoma refellitur. Sed *Vazquez in commen. super 3. par. D. Tho. q. 66. art. 1. disp. 1. cap. 2.* Hugonis patrocinium assumēs, eum strenuè defendit, dicens quod de nulla alia aqua ibi loqui voluit Hugo, nisi de illa sacramentali, seu baptismali, quæ verbo Dei sanctificatur, quemadmodum ex subsequentibus verbis, quæ ibi subinferūtur, apertè colligitur.

Exponitur definitio Authoris. *S. Thomas.* G *Mag. sent.* H *Vazquez.*

Objcies primo contra primam partem nostræ definitionis. Ablutio, & baptismus sūt synonima, quemadmodum subtiliter, & accuratè notat *Vazquez loc. cit.* quia hæc vox baptismus, ablutionem siue immersionem significat; vnde nulla alia differentia inter has duas voces ponitur, nisi quia vna est latina, altera vero græca, sed vnum de synonimis, in alterius definitione poni non potest, quia non possumus dicere, quid est ensis, est gladius, cum ensis, & gladius synonima sint; ergo &c. *1. obiectio.* I *Vazquez.*

Respondeo, quod hoc argumentum aliquam vim haberet, si in ipsa definitione solummodo poneretur illa vox (ablutio) quæ genericè sumpta nullam differentiam, ab illa voce græca *(Baptismus)* haberet quoad rei significationē. At quia additur illud adiectiuum *(sacramentalis,)* & postmodum subiungitur *(sub præscripta verborum forma facta)* datur profecto aliqua differentia, saltem specifica, quia non de quacunq; ablutione hoc potest intelligi, sed tan- *Solutio.* K

A tum de illa sacramentali, quæ prolationi formæ coniuncta efficitur.

Obiectio. Obijcies secundo. Ablutio est materia proxima huius Sacramenti, (quemadmodum in 1.*tom.lib.*4.ostendimus,& infra patebit) sed materia cum sit pars compositi, non potest esse pars definitionis, (quemadmodum optimè aduertit *Vazquez super q.66.art.*1. *cap.*2.)ergo in definitione non rectè ponitur, *Est ablutio &c.* Hoc argumentum induxit *Marsilium, & Scotum,* (si nonnullorum B recentiorum relatio mendax non est)vt dicerent, Sacramentum baptismi per solam materiam debere diffiniri.

Vazquez. *Marsilius.* *Scotus.*

Solutio. Respondeo præfatam definitionem non tradi per genus, & differentiam, quæ sunt partes metaphysicæ, sed per partes physicas, quæ sunt materia, & forma, vel (vt docet *Vazquez loco cit.*) aliquid, vt materia, & aliquid vt forma, sicut etiam accidentia per subiectum solent definiri.

Obiectio. 3. Obijcies tertio. Sacramentum est materiale, atq; visibile signum,(quem- C admodum ex definitione Sacramenti ab omnibus Theologis communiter recepta colligitur.) sed hoc nō conuenit, tinctioni, seu ablutioni in aqua, quia tinctio illa est actio,aut passio quemadmodum probat *Dionys. Carthus.* in 4. *sentent. dist.*3. *q.*1. ergo dici non potest quod baptismus, sit sacramentalis corporis ablutio, exterius facta &c.

Dion.Car.

Solutio. Respondeo cum *D.Thom.* quem adducit,& sequitur *Dionys.Carthus.loc.cit.* D quod in Sacramento baptismi sunt tria. Vnum,quod est Sacramentum tantum, vt aqua exterius fluens,& hoc transluit, & non manet.Aliud quod est Sacramẽtum, & res, & hoc semper manet,puta character. Et aliquid quod est res tantum, quod quandoq; manet, & quandoq; transit; vt gratia baptismalis interior. Nos autem cum Magistro,& omnibus Theologis definimus baptismum quantum ad id, quod est Sacramentum tantum;quia ipsum materialiter diffini- E re intendimus. Vnde diffinitio ipsa,est materialis cum materiam contineat.Ac deniq; ipsa ablutio, siue actio, siue passio sit,est etiam materialis,ideoq; visibilis,& sensibilis.

S.Thomas *Dion.Car.*

Secundo in definitione dicitur *(facta sub præscripta forma verborum)* ad ostendendum quod singula sacramenta nouæ legis constant, atq; perficiuntur re tanquam materia, & verbis tanquam forma, quemadmodum docet *D.Thomas 3.part.q.60.art.6. Caietanus, & alij* F *Thomistæ ibid. Vazquez disput.*129.*cap.* 2.*n.*17.*&* 18. *Sotus in 4.dist.1.q.1.art.1. & Scholastici omnes in 4.disp.*1: *Hugo de S.Victor.in lib.*1.*de Sacrament.par.*9.*c.*2. & colligitur ex *Augustin.tract.*80. *in Ioann. Accedit Verbum ad elementum,& fit Sacramentum , & ex Eugenio IV. in decreto fidei, quod est in Concil.Florent.post sessionem vltimam* §. *quinto Ecclesiasticorum.* Hæc autem forma, qua Ecclesia vtitur in conficiendis Sacramentis est determinata, atq; præscripta;vnde non G potest ab homine immutari.

S.Thomas *Caietanus.* *Vazquez.* *Sotus.* *Hug.Vict.* *Augustin.* *Eugen.IV.*

Tertio dicitur *(à Christo Domino instituta,)* nam Ecclesia nunc pro forma baptismi, illis verbis vtitur, quæ Christus edocuit, dicens Apostolis, *Euntes in mundum vniuersum docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris,& Filij, & Spiritus sancti.* Vnde tàm forma,quã materia fuit à Christo Domino instituta;quamuis in diuersis locis huiusmodi institutiones appareant. Ergo & ipsum Sacramentum baptismi fuit à Christo H institutum; quo autem tempore hæc facta fuerit institutio, magna quæstio est inter Patres, & Theologos Scholasticos, quam præstante Domino in sequẽtibus disseremus.

Quatto dicitur, *(qua homo à culpa originali emundatur.)* quia hoc Sacramentum præcipuè, ac principaliter institutum est, ad tollendam culpæ originalis maculam.Vnde peccatum originale de anima hominis tollere, solius baptismi est munus. Quod autem in lege noua, I siue Euangelica nunc noster baptismus facit quoad culpæ originalis abstersionem, hoc proculdubio in lege scripta Circuncisio, in lege vero naturali, remedium legis naturæ efficiebat.

Vltimo dicitur, *& ad vitam spiritualem regeneratur;* propter hanc enim causam hoc Sacramentum, nuncupari solet, lauacrum regenerationis (vt est apud *Naziãz.orat.4.in sanctum baptism. & Clem.Alex. lib.1.pedagog.cap.6.* quia videlicet, omnes nos, culpæ originalis K fæditate coinquinati;filij iræ nascimur; sed postmodum baptismalis aquæ lauacro abluti;filij Dei renascimur. Vnde nos ipsi qui per peccatum, ad mortem fueramus generati; nũc per baptismum ad spiritalem vitam regeneramur.

Gre. Naz. *Cle. Alex.*

CAP.

A *CAPVT III.*

Quæritur, quo tempore Sacramentum Baptismi fuerit à Christo institutum.

CErtissimũ est,& ab omnibus Theologis Scholasticis communiter receptum, quod videlicet Sacramentum
B Baptismi fuerit à Christo Domino institutum,quemadmodum fusè probauimus in 1.*tom.de Sacrament.in gener.lib.* 3. *cap.* & docet *Suarez super* 3. *part. D.Tho.quæst.* 66. *sect.*1.*vers.secundo hinc constat.* Sed magna controuersia est,nõ solum inter Theologos, sed etiam inter Patres quo tempore hoc Sacramentum fuerit à Christo institutum,an post eius passionem, & resurrectionem,vel antequam mortem Crucis substineret; nam in hac vltima propositione, nonnulli negant, alij verò affirmant.

Suarez.

Baptismus an fuerit institutus ante Christi passionē.

1. opinio negat.

Tota igitur quæstio, quam nunc dissoluendam aggredimur, in hoc præci-
C puè consistit; an baptismi Sacramentum à Christo Domino ante eius passionem fuerit institutum. In hoc,partem negatiuam tenet *Alexander Alens.* 4.*part.q.* 12.*memb.*3.*art.*1. vbi asserit,materialiter quidem instituisse Christum baptismũ in Iordane,quando baptizatus fuit;non vero formaliter vsq; ad resurrectionē. Quorum verborum sensus est, ante
D Christi passionem materiam baptismi nostri fuisse tantum designatam,vel cõsecratam,formam vero nequaquam nisi post resurrectionem Dominicam. Vnde ex hac sententia colligitur baptismum Christi ante eius passionem non fuisse institutum quoàd efficaciam, & virtutem,neq; ministratum quia neq; institutio, neq; ministratio sine forma fieri potest;quemadmodum optimè notat *Suarez loc.cit.vers.difficultas.*In quā sententiam inclinauit *D.Thomas* 3.*par.*
E *quæst.*73.*art.*5.*ad* 4.*& Cano lib.*8.*de locis c.*5.

Alexand.
S.Thom.
Cano.

Ad huius sententiæ confirmationem accedit authoritas *Chrysostom. homil.* 28.*in Ioann.* & *Theophylact. in cap.*3. *Ioan.*super illa verba, *Post hæc venit Iesus in Iudæam*; in quibus locis clarè docent (quemadmodum refert *Bellarmin. de Sacramēt.baptism.cap.*5) baptismum illum, quo discipuli Christi baptizabāt *Ioan.*3.non remisisse peccatum,& fuisse in aqua tantum sine spiritu,nec vllam F differentiam fuisse inter baptismum discipulorum Christi,& Ioannis; sed vtrũque fuisse præparationem ad fidem; & ideo Christum non baptizasse per se; sed per discipulos,quia eum sine spiritu baptizare minimè decebat. Idem pariter refert *Vazquez super* 3.*part.D.Tho. q.*66.*art.*1.*cap.*3.*& Suarez ibid. sect.*1. vbi hanc eamdem sententiam ascribit *Tertulliano lib.de baptism.cap.*11. vbi dicit Apostolos ante Christi resurrectionem *Ioann.*3. non baptizasse baptismo G Christi, sed baptismo Ioannis.

Chrysost.
Theophyl.
Bellarm.
Vazquez.
Suarez.
Tertull.

Item accedit *S. Leo Papa epist.* 4. *ad Episcopos Siciliæ cap.*3.vbi probare contendit,baptismum Christi,ante eius passionem, & resurrectionem nequaquam fuisse institutũ; sed ex eius resurrectione cœpisse. *Ipsa* (inquit) *operis qualitas docet celebrandæ generaliter gratiæ eum esse legitimum diem* (loquitur de die Resurrectionis) *in quo orta est, & virtus muneris,& species actionis. Ad cuius rei confirmationem plurimum valet, quod ip-* H *se Dominus Iesus Christus posteaquam resurrexit à mortuis discipulis suis,in quibus omnes Ecclesiarum Præsules docebātur,& formam, & potestatem tradidit baptizandi; dicens, Euntes ergo nunc docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris,& Filij,& Spiritus sancti. De quo vtique eos etiam ante passionem potuisset instruere nisi propriè voluisset intelligi, regenerationis gratiā ex sua Resurrectione cœpisse.*

S.Leo pap.

Insuper *Rupertus lib.*3. *in Ioann.circa* I *finem*, negat baptismum,quo ante passionem Apostoli baptizabant,fuisse baptismum nouæ legis;aut efficaciam gratiæ habuisse, quam accepturus erat baptismus noster à passione Christi;antea n. spiritus non dabatur, quia non dum Iesus fuerat glorificatus.

Rupertus.

Sed his non obstantibus dicendum est Sacramentum baptismi,fuisse à Christo institutum ante eius passionem; nec nõn ab Apostolis fuisse ministratum. Quæ videlicet sententia adeò vera est, K vt nonnulli recentiores existimauerint, oppositam esse contra fidem. Sed re vera non est contra fidem,quia nequaquā fuit ab Ecclesia damnata, neq; expressis sacræ Scripturæ testimonijs aduersatur. Vnde dicendum est tantum hanc nostrā sententiam esse probabiliorem, atque communiorem; nam permulti Patres, & ferè omnes Scholastici eam amplexi sunt.

2. opinio affirmat.

Ex

A *Augustinus* Ex Patribus enim primo loco occurrit *Augustinus*,qui pluribus in locis hāc veritatem non obscurè indicauit. Nam *tract.5. in Ioann. propè finem* docet homines baptismo Ioannis baptizatos, baptismum Christi suscepisse, *quia* (inquit) *Ioannes baptismo Christi non baptizabat*. Deinde subiungit Iudam Apostolum baptismo Christi homines baptizasse(quod intelligendum est factum fuisse ante Christi passionem, quia ipse Iudas in ipsa passione Dominica laqueo se suspendit) nec oportuit, omnes **B** ab eo baptizatos iterum rebaptizari. Hoc idem obscurè insinuat *Augustinus epist.108. post medium, & tract. 15. non longe à principio* explicans illum locum *Ioan.3. Dominus autem hac cum dixisset, &c.& tract.13.* illa verba eiusdem *Ioannis* explicans *Post hac venit Iesus &c.*

Cyrillus. *Gre. Naz.* *Nicetas.* C *Hug. Vict.* Item hanc eandem veritatem claro testimonio confirmauit *Cyrillus lib.2. in Ioann.cap.57.*nec non *Gregorius Nazianzenus orat.39.qua est in sancta lumina longe ante finem*; *Nicetas scholiast.in eandem oration. explicans illa verba, Quoniam autem baptismi &c.ac denique Hugo de S.Victore lib. 2. de Sacrament. par.6.cap.4.*

Magister. *S.Thomas.* *Scotus.* Bonauent. *Riccard.* Gabriel. D *Capreolus.* *Sotus.* Caietanus. *Suarez.* Vazquez. *Adrianus.* Bellarmin. Henriquez. Ex Scholasticis vero hāc opinionem sequuti sunt, *Magister sent.in 4.disput.3. S.Thomas in ead.dist.q.1.art.5.q.2. Scotus q.4.& §.hoc ergo*, Bonauentura *2.par. distinctionis art. 1. q.1. ad vlt. Riccardus art.5.q.1. Gabriel q.vnic. art.3.dub.vlt.* Capreolus *disp.3.q.3.art.1.consil.3. Sotus in 4.dist.3. q.vnic.art.2. Caietanus super 3.part. D.Thom.q.6.art.2.ibique Suarez sect.1. & Vazq. disput.140. cap.3.*& alij recentiores *Thomista,Adrianus in 4.q.1. de baptismo §. contra primam partem*, Bellarminus *de Sacrament. baptism. c.5. Henriq.lib.2.de Sacrament.cap.2.num.2. lit.D.Ledesma quast.7.art.2.Paludan.q.1. Fillincetius de Sacrament.tractat.2.cap.1. quast.4.num.7. & alij.*

1.probatur. *Ioan.3.* Hæc nostra conclusio probatur primo ex *Ioann.3.*vbi habetur,quod Chri- **E** stus in Iudæa demorabatur, & baptizabat, quod intellige per discipulos suos, quemadmodum ferè omnes Patres, & Theologi supra citati exponunt. Ergo institutum iam fuerat Sacramentum baptismi,quia vsus institutionem necessario supponit. Quod autem Apostoli tunc baptizauerint,non baptismo Ioannis, sed baptismo Christi, apertè patet *Augustinus* ex verbis *D. Augustin. tract.5. in Ioann.* tum etiam ex æmulatione discipulorū Ioannis,quæ nulla profectò futura erat, **F** si eorum præceptoris baptismo, Christus baptizasset. Vide *Suarez,Vazquez, & Filliuce. locis cit.* qui pluribus rationibus hoc probare contendunt. *Suarez. Vazquez. Filliucci.*

2.probatur Secundo ex responsione Ioannis,qua non obscurè significare voluit, baptismum Christi, quo ipse Christus per discipulos suos ante passionem, & resurrectionem baptizabat, longè fuisse diuersum à baptismo ipsiusmet Ioannis; atque eo maiorem,quo altiorem originem,& institutionem habebat. Hoc totum **G** colligitur ex illis verbis (quemadmodum accuratè notant *Suarez,& Filliuc.locis cit.*) *Illum autem oportet crescere,me autem minui,qui desursum venit, super omnes est.*Et ex illis;*Non potest homo* (inquit) *accipere quicquam nisi fuerit ei datum de cælo.* *Suar. Filliucc.*

3.ratio. *Ioan.4.* Tertio ex *Ioann.4.*vbi expressè habetur, Christum antequam mortem passionis pateretur homines baptizasse, nō per se,sed per discipulos suos; audierūt **H** Pharisæi (inquit) quod Iesus plures discipulos facit,& baptizat, quam Ioānes quamquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius. Ex quibus verbis apertè colligitur,tunc Apostolos baptizasse nō baptismo Ioannis; sed baptismo Christi, alioquin quomodo posset intelligi, quod Christus baptizauerit, non per se, sed per discipulos suos; nam si Apostoli alio baptismo baptizassent; nulla ratio remanet, cur talis baptismus Christo tribuatur.

I *Niceph.* Deniq; accedit præclarum testimonium *Nicephor. lib. 2.histor. cap.3.* vbi ex *Exod.*refert, Christum manibus suis Petrum baptizasse, & Petrum filios Zebedæi, hos vero simul cum Petro cæteros Apostolos, atque hos cæteros discipulos.

CAPVT IV.

Ostenditur, baptismum eo tempore fuisse institutum, quo baptizatus est Christus in Iordane. K

IN superiori cap. sufficienter probatum fuisse arbitror,quod Sacramentum baptismi à Christo ante eius passionem fuerit institutum, vnde nunc quis interrogare posset, quo tempore, & quo

A & quo in loco hæc facta fuerit institutio. Cui interrogationi satisfacere volentes, breuiter respondemus, eo tempore instituisse Christum, baptismi Sacramentum, quo ipse à Ioanne Baptista baptizatus fuit in Iordane. Hæc profectò est communior sententia, (quemadmodum) refert *Suarez super 3. part. D. Thom. q. 66. disp. 21. sect. 2.* quam amplexus est *D. Thomas loc. cit. cum Magistro sent. dist. 2.* ac deinde omnes Theologi, quos in præcedenti cap. citauimus B *Pesantius, Nugnus, Sayrus, Vinaldus, Graffius, Camerot. Petr. Ledesm. Reginald. Valent. Sotus,* Victor. *& alij,* quos citat *Bonac. de baptism. disp. 2. q. 2. p. 1.*

Quo tempore ante passionem baptismus institutus.

Suarez. D. Thom. Magist. sēt. Pesantius. Nugnus. Sayrus. Vinaldus. Graffius. Camerot. Petr. Lede. Reginald. Valent. Sotus. Victor. Bonac.

Ratio autem, cui hæc sententia innititur est, quia eo die, quo Christus à Ioanne Baptista in Iordane fuit baptizatus; (quemadmodum ferè omnes Theologi referunt) aquæ tactu mundissimæ carnis Christi, fuerunt sanctificatæ vt materia baptismi esse possent. Vnde eo die fuit designata Sacramenti baptismi C materia. Quod nimirum colligitur ex *Ambrosio lib. 2. in Luc. cap. vlt. in princip.* vbi sic ait, *Baptizatus est Christus Dominus, non mundari volens, sed mundare aquas, vt ablutæ per cinerem Christi, quæ peccatum non cognouit, baptismatis ius haberent.* Hoc est essent aptæ, idoneæ, atque efficaces ad conferendum baptismatis effectum. Quapropter eo die fuerunt designatæ ad hunc effectum producendum. Hoc idem non obscurè insinuat, atq; explicat *D. Augustinus serm.* D *36. de temp.* vbi quamdam comparationem inter Mariam matrem Christi, & aquam sacramentalem faciens, infert per contactum carnis Christi, Mariam post partum remansisse castam; aquam vero post baptismum Iordanis, sanctam puram, atque fœcundam. Ponamus hic eius verba. *Filium* (inquit) *genuit Mater, & casta est; Christum vnda lauit, & sancta est; nam sicut post partum glorificata est Mariæ castificatio; ita post baptismum aquæ est purificatio comprobata, nisi quod penè* E *maiori munere, quam Maria vnda ditata est; illa enim sibi tantum meruit castitatē; ista nobis contulit sanctificationem. Illa meruit, vt non peccaret, ista vt peccata deleret. Illi est collata virginitas; isti donata fœcunditas.* Hoc idem *Suarez* colligit ex *Hieronimo Matth. 3.* vbi dicit, *Christum contactu suo, aquas sanctificasse; & ex Beda lib. 1. in Luc. cap. 10.* quo in loco ait, *Aquas ablutas per carnem Christi peccati nescitam, baptismi ius induisse, & vim regeneratiuæ sanctificationis concepisse.* Insuper & alij Patres communiter docēt, F Christum cum baptizaretur in Iordane, vim sanctificandi, aquis dedisse. Ita *Tertullianus lib. cōtra Iudæos cap. de passione, Hilarius can. 2. in Matth. Hieronymus in dialog. contra Luciferianos, Gregorius Nazianz. in oratione in sancta lumina,* & fusè comprobat hoc *Bellarminus de Sacrament. baptism. cap. 5. Vazquez super 3. part. D. Thom. q. 66. art. 1. disput. 140. cap. 4.* necnon *Suarez ibid. disp. 21. sect. 2.*

Ambrosius. Augustin. Suarez. Hieron. Beda. Tertull. Hilarius. Hieron. Gre. Naz. Bellarm. Vazquez. Suarez.

G Item in eodem die, quo Christus in Iordane à Ioanne Baptista baptismum accepit, fuit designata, atq; instituta, nostri baptismi forma. Hoc compluribus testimonijs comprobant *Bellarminus, Vazquez, & Suarez locis citat. & Fillincc. de Sacram. tract. 2. q. 4. num. 9.* Et ratio est, quia ibi verè adfuit Filius baptizatus; item persona Patris cuius vox de cęlo intonuit, testimonium de filio præbens; insuper & persona sancti Spiritus, qui in columbæ specie appa- H ruit; forma autem baptismi nostri ex inuocatione trium personarum Trinitatis constat; ergo eo die fuit hęc forma designata, quo Christus baptismum accepit. Quod profectò clarissimis verbis confirmat *Damascenus lib. 4. de fide orthod. cap. 10.* vbi dicit, *Christum fuisse baptizatum, vt Trinitatis misterium aperiret, & nobis suscipiendi baptismi formam, atq; exemplum sese præberet.* Et infra subiungit, & ait, *Quod Spiritus sanctus corporea specie in star columbæ ad Dominum descē-* I *dit; ea re baptismi nostri primitias subindicauit.* Hoc idem inuenies apud *Ambros. lib. 2. in Luc. cap. vlt. Hieronym. Matth. 3. & lib. contra Luciferian. Hylar. cap. 2. in Matth. & Gregor. Nazianz. orat. 40.*

Bellarm. Vazquez. Fillincc. Damasc. Ambrosius. Hieronym. Hilarius. Nazianz.

Insuper in baptismo Christi, duplex effectus nostri baptismi clarè demonstratus est. Primus est apertio cæli, per quam (iuxta interpretationem *Chrysostom. homil. 4. imperf. Theophilact. Luc. 3. Hilar. Bellarmin. & Suarez locis citat.*) K fuit designatum, credentibus esse aperiendam in virtute baptismi Regni cælestis ianuam. Secundus effectus baptismi est infusio gratiæ, quam Spiritus sanctus infundere solet; & hic effectus fuit designatus quando Spiritus sanctus in specie columbæ super Christum baptizatum descendit. Vnde *D. Hieronymus, Matth. 3.* ait, *Per descensum columbæ Spiritus sancti in lauacro credentium monstrauit*

Chrysost. Theophil. Bellar. Suarez. Hieron.

A *strauit aduentum.* Et *Augustinus de mirabilib. sacra Scripturæ lib. 3. cap. 5.* hoc idem significat dum ait, *Apparuisse columbam, & cælum apertum fuisse, vt baptismi Sacramentum quid valeat ostenderetur.*

August.

Constat igitur eo die fuisse nostrum baptismum institutum, quia (quemadmodum superius probauimus designata fuit materia, ac forma huius Sacramenti, ac denique duplex eius effectus. Vnde Christus eo die non tantum edo- B cuit, ac designauit, aquam esse materiã, & in vocationem Trinitatis esse formã nostri baptismi; sed statuit, ac decreuit, quod postmodum Nicodemo *Ioan. 3.* & alio tempore suis discipulis declarauit. Vide *Bellar. de Sacrament. lib. 1. cap. 5.*

Ioan. 3. Bellarm.

CAPVT V.

An B. Virgo, susceperit baptismum, ante Christi passionem.

C

AD propositam quæstionem breuiter respondemus B. Virginem Mariam Sacramentum baptismi suscepisse, eo tempore quo Christus vitam degebat mortalem in terris. Ita docet ac refert *Albertus Magnus de laudibus B. Mariæ Virginis cap. 81. Nicephorus 2. hist. cap. 3. ex Euodio, Canisius lib. 1. Ma-* D *rial. cap. 9. Lindanus 4. Panopl. cap. 81. Euthym. in Ioann. 3. Turrecrem. de consecrat. cap. quando dist. 4.* Henriquez *lib. 2. de Sacrament. cap. 5. num. 2. Suarez super D. Thom 3. part. quæst. 66. art. 1. disp. 19. Bellarminus lib. 1. de Rom. Pontific. cap. 23. Bannes 2. 2. quæst. 1. art. 10. & Sotus dist. 5. art. 2.* Et ratio est, quia quamuis Beatissima Virgo tunc esset gratia plena, & ab omni peccato tàm actuali, quã originali semper immunis; tamen decuit, vt reciperet characterem Christi E per baptismum, & cum eo potestatem recipiendi fructum Eucharistiæ, quam à S. Ioanne Euangelista quotidie deuotissimè suscipiebat; quemadmodum refert *Henriquez loco cit.*

Albertus. Nicephor. Canisius. Lindanus. Euthym. Turrecr. Henriq. Suarez. Bellarm. Bannes. Sotus.

Hinc falsa apparet opinio *Scoti dist. 4. q. 6. & Gabriel. q. 2. art. 3. dub. 1.* qui dicunt, B. Virginem fortassis ex particulari Dei dispensatione non fuisse baptizatam; quia in sua incarnatione totam gratiam diuinitus recepit, ad quam peruenire potuit. At ista ratio est falsa, F nam si hoc verum esset, inde sequeretur Beatam Virginem, per omnia opera bona, quæ in tota sua vita peregit, nullum meritum, ac nullam gratiam acquisiuisse. Vnde inanitet, & frustra fuissent facta, quia merces, ac præmium cuiuscunque operis boni, in gratia facti, est augmentum gratiæ in hac vita, & gloriæ in futura.

Henriq. Scotus. Gabriel.

Si autem quæras quisnam hoc Sacramentum baptismi B. Virgini Mariæ cõtulerit, breuiter respondemus, Christum G per seipsum Matrem suam, & Petrum baptizasse, antequam mortem Crucis pateretur. Ita ex *Euod.* tenet *Nicephor. lib. 2. histor. cap. 3. Lindan. 4. Panopl. cap. 81. Euthymius in Ioan. 3. Bellarminus lib. 1. de Roman. Pontific. cap. 23. & lib. de baptism. cap. 23. Bannes 2. 2. art. 10. q. 1. Canisius lib. 1. Marial. cap. 9. &* Henriquez *lib. 2. de Sacrament. cap. 5. num. 3.*

Euodius. Nicephor. Lindanus. Euthym. Bellarm. Bannes. Henriq.

Insuper certum est Beatissimam Virginem Mariam confirmationem, & extremam vnctionem accepisse, quemad- H modum probat ac refert *Albertus Magnus de laudibus B. Virginis cap. 81. Canisius loco cit. Syluest.* quem citat, & sequitur *Henriquez loco cit.* Non tamen suscepit Ordinem, quia omnes feminæ sunt incapaces huius Sacramenti.

Albertus. Canisius. Sylvester. Henriq.

Sed quid dicendum est de Apostolis, an scilicet baptismum Christi ante eius passionem susceperint? Ad quam interrogationem, affirmatiuè respondemus. Quod nimirum colligitur ex illo *Ioann. 13. Qui lotus est, &c. & vos mundi* I *estis propter sermonem &c.* Ex quibus verbis clarè deducitur Apostolos ante cenam Agni Paschalis fuisse baptizatos baptismo Christi, alioquin fuissent incapaces Sacramenti Eucharistiæ, & Ordinis, quod in ipsa cena susceperunt. Baptismus namq; est ianua omnium Sacramentorum; vnde per ipsum capaces efficiuntur fideles ad suscipienda cetera sacramenta. Dicendum est igitur ante Christi passionem, Petrum à Christo baptizatum, baptizasse Andræam, & K filios Zebedei, hos autem ceteros Apostolos. Ita *Nicephor. lib. 2. histor. cap. 3. Euodius* quem citant, & sequuntur *Suarez super 3. part. D. Thom. q. 66. art. 1. disput. 21. sect. 1. &* Henriq. *lib. 2. cap. 5. Augustinus epist. 108. Tertullianus lib. de baptism. Beda Actor. 1. Euthymius in Ioa. 3. Glosa ordinaria in illud Ioann. 13. Vos mundi estis, &c. D. Thomas 3. part. quæst. 38. art. 6. ad 2. & q. 73. art. 5. Scotus dist. 4. q. 3.*

Ioan. 13. Nicephor. Euodius. Suarez. Henriq. Tertull. Beda. Euthym. Glosa ord. D. Thom. Scotus.

A *q.3. Sotus diſt.2.q.2.art.4. & diſt.5.art.2. Vualdenſis tom.3.doctrinal.art.2. cap.22. Paludanus diſt.6. q.1.art.2. Caſtro verb. baptiſmus*, & habetur in *cap. quando de conſecrat. diſt.4.*

Sotus. Vualdenſ. Paludan. Caſtro.

Nec obſtat ſi aliquis aſſerat, & dicat nonnullos Apoſtolos fuiſſe baptizatos baptiſmo Ioãnis; hoc enim baptiſmum nõ erat ſufficiens, quia nimirum nullum characterem imprimebat, (quemadmodum probat *Henriquez loco cit. lit. K.*) vnde baptiſmo Chriſti erant rebapti-
B zandi. Vide *Cyrill.lib.1.in Ioan.cap.26. Cyprian. ſermon.de baptiſm.Chriſt. Auguſtin. lib.2.de baptiſm.contra Donatiſt.cap. 57. Hieronym.in Marc.1.Iuſtin.ad orthodox.q.57. Tertullian.lib.de baptiſm. Raban. de inſtitution. Clericor. lib.1. cap.26. Sixt.lib.6.Bibliot.cap.11.D.Thom.3.par. q.38.art.6.ad 3. Caniſ.lib.1.de ſacul.Baptiſtæ cap.7.Bellarmin.de baptiſm.cap.22. Henriq.de Sacrament.lib.2.cap.5.num.3.* & colligitur ex *Concil.Trident. ſeſſ.7.de baptiſm. can.1.* Vnde falſa eſt opinio
C *Magiſtri ſent.diſt.2.* negantis Apoſtolos eſſe rebaptizandos baptiſmo Chriſti, ſi baptiſmum Ioannis ſuſcepiſſent.

Cyrillus. Cyprianus Auguſtin. Hieron. Iuſtinus. Tertull. Rabanus. Sixtus. D. Thom. Caniſius. Bellarm. Henriq. Con.Trid. Mag.ſent. errauit.

CAPVT VI.

Queritur cur Christus, baptiſmo Ioannis baptizari voluit.

D

CHriſtum Dominum noſtrum baptiſmum Ioannis ab eo in Iordane ſuſcepiſſe; nulla probatione profecto indiget, quia hoc myſterium cunctis fidelibus eſt notum, & ſacra Scriptura *Matth.3.* aperte enarrat. Vnde ſolummodo inueſtigãdum nobis eſt, cur Chriſtus hoc baptiſmo baptizari voluerit. Equidem ſi Sanctorum Patrum ſcripta perquirere voluerimus, multas cauſas, ob quas Chriſtus Dominus hunc baptiſ-
E mũ ſuſcipere dignatus eſt, reperiemus.

Matth.3.

Cauſæ cur Chriſtus baptizari voluit.

1.cauſa. Prima eſt, vt nobis magnæ, ac plenæ humilitatis exemplum præberet. Quod nimirum aureis verbis elegantiq; oratione ſignificauit *Bernardus ſerm.4. de Epiphan. Domin.circa med.* ad hunc modum ſcribens. *Paruulus* (inquit) *erat iam triginta annorum ad baptiſmum ipſe perrexit. Inclinatur ſub Baptiſtæ manibus caput tremẽdum poteſtatibus, principatibus adorandum. Quid mirum ſi Baptiſta contremuit? quis vel ipſa cogitatione non contre-*
F *miſcat? O quam altum erit in iudicio caput quod modo inclinatur; & vertex qui modo tàm humilis videtur, quàm ſublimis, & excelſus tunc apparebit? Sine* (inquit) *modo, ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. Siquidem qui in plenitudine temporis venit, & in quo habitat plenitudo diuinitatis nihil nouit, niſi plenum. Nam legem non venit ſoluere, ſed implere. Eſt autem iuſtitia quædam ſtricta, & anguſta valde, ita vt quam citò pedem verteris, in peccati foueam cadas, nec præponere*
G *ſe æquali, nec æquari prępoſito? Huius definitio eſt reddere vnicuiq; quod ſuum eſt. Altera latior, & amplior iuſtitia, nec æquare ſe pari, nec inferiori præponere. Sicut enim grandis, & grauis eſt ſuperbia præferre ſe æquali, aut æquare ſe prælato; ita magnæ humilitatis eſt inferiorem ſe exhibere æquali, aut æqualem inferiori. Maxima, & plena iuſtitia eſt ſe inferiorem exhibere etiam ipſi inferiori. Sicut enim ſumma, & intolerabilis ſuperbia eſt, ſuperiori ſe præponere; ita inferiori ſe ſubdere,*
H *ſumma, & plena iuſtitia eſt. Quod Ioannes ait: Ego à te debeo baptizari, de prima fuit æqua ſuperiori ſe ſubdidit; quod autẽ Chriſtus fecit, de plena iuſtitia fecit; ſiquidem illa ſeruuli ſui manibus ſe inclinauit.* Hæc ille. Hoc idem inſinuat *D. Auguſtinus in enchirid. cap.89.* & colligitur ex illo *Matth.3. Sine modo, ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam.*

Bernard. *Auguſtin. Matth.3.*

2.cauſa. Secunda eſt, vt omnes fideles, & ſeruos ſuos Chriſtianos proprio exemplo doceret, in quanta veneratione, atq; ob-
I ſeruantia, habere debeant baptiſmum Domini ſui, quando ipſemet Dominus, tanti fecit baptiſmi ſerui ſui. Ita *Auguſtinus tract.4. & 13. in Ioann. & Bellarminus de Sacrament. baptiſm. c.23 lit.C.*

Auguſtin. Bellarm.

3.cauſa. Tertia eſt, vt confirmaret baptiſmum Ioannis eſſe bonum, & Deo gratum, quemadmodum docet *D. Hieronymus in Matth.cap.3. & Bellarminus loco cit.*

Hieron. Bellarm.

4.cauſa. Quarta eſt, vt tactu ſuæ mundiſſimæ, & immaculatæ carnis vim virtutemque daret aquis, quæ poſſent miniſterialiter
K regenerare credẽtes ad vitam ſpiritualem; quemadmodum optimè docet *Dionyſius Carthuſian.in 4.ſent.diſt.2.q.5.* Vide de hoc *Ambroſ. lib.2. in Luc. cap. vlt. Auguſtin. ſermon. 36.de tempor. Hieronym. Matth.3. Bed.lib.1.in Luc.cap.10. Tertull. lib. contra Iudæos cap de paſſion. Hilar.can.2.in Matth. Gregor. Nazianz. oration. in ſancta lumina, Suarez ſuper 3.par. D.Thom.quæſt.66.art.1.diſput.21. ſect.2.Vazquez ibidem diſput.140.cap.4.*

Dion.Car. Ambroſius Auguſtin. Hieron. Beda. Tertull. Hylarius. Gre. Naz. Suarez. Vazquez.

Quinta eſt, vt noſtra delicta in Iorda-

A ne abineret, quemadmodum canit Ecclesia in die Epiphaniæ dicens; *Lauacra puri gurgitis, calestis agnus attingit peccata, quæ non detulit, nos ablnendo sustulit.* Bellarm. Vel vt colligit *Bellarmin.* ex *Gregor.* Gre. Naz. *Nazianz. oration. in sancta lumin. vt veterem* (inquit) *Adamū suffocaret in aquis, & nouum emergere faceret.*

6. causa. Sexta, & vltima, vt ipse Christus in sua propria persona præfiguraret nostrū baptismum, & gratiam, quam in eo credentes erant accepturi. Ita *Augustin. de* B *Trinitat. lib. 15. cap. 26.*

CAPVT VII.

An Ioannes Baptista, baptismum Christi susceperit.

CErtum est baptismum Ioannis nullam gratiam contulisse suscipientibus, neque aliquem characterem im- C pressisse, quemadmodum docet *Dionys.* Dion. Car. *Carthus. in 4. sent. dist. 2. ibiq; Michael de* Michael. *Palacio, Riccardus, & alij communiter,* Riccard. vnde omnes baptizati Ioannis baptismate, ad hoc, vt gratiā, & characterem sacramentalem reciperent. Baptismo S. Thomas. Christi rebaptizari debebāt. Ita *D. Tho-* Augustin. *mas 3. part. quæst. 38. art. 6. ex Augustin.* Dion. Car. *tract. in Ioann. & Dionysius Carthus. loc.* Mag. sent. *cit.* contra opinionem *Magistr. sent. in 2. dist. 4.*

Dum igitur tanti valoris, tantæque D virtutis erat baptismus Christi, etiam ante eius passionem; opportunè queritur in hoc cap. an illum Ioannes Baptista susceperit. Ad quod breuiter respondemus, Ioānem Baptistam fuisse à Christo baptizatū eius baptismo, postquam ipse Ioannes baptismo suo Christum baptizauit. Vnde eodem die vnusquisq; baptismo suo alterum baptizauit, idest prius Ioannes Christum, ac postmodum Christus Ioannem. Ita apertè docet D. Thom. *D. Thomas 3. part. q. 38. art. 6. ad 3.* quam E doctrinam colligit ex *Chrysostom. super* Chrysost. *Matth. Per hoc* (inquit) *quod Christus Io-* Hieron. *anni dicenti, Ego à te debeo baptizari, re-* Beaux. *spōdit sine modo, & ostenditur quod Chri-* Henriq. *stus postea baptizauit Ioannem.* Et subin- Gre. Naz. fert *Chrysostomum* sic scriptum reperijsse in quibusdam libris apocryphis.

(Ioannes Baptista à Christo fuit baptizatus)

Hæc nostra sententia confirmatur testimonio *Hieronym. super Matth. cap. 3.* vbi dicit, quod sicut Christus fuit baptizatus in aqua à Ioanne; ita Ioannes à Christo erat in spiritu baptizandus.

Hanc denique opinionem amplexi sunt F nonnulli recentiores, vt *Beauxam. tom. 1. fol. 145. & Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap 5. num. 4.* citans *Gregor. Nazianz. oration. 40. in sanct. baptism.*

Et ratio est, quia Ioannes fuit amicus Sponsi, ac Præcursor præparans homines ad legem, & baptismum Christi. Debuit igitur baptismum nouæ legis suscipere, quia & Ioannes Baptista ad nouam legem pertinet, quemadmodum docet *Canisius lib. 1. de saeculo Baptista,* Canisius. *& Henriquez lib. 2. de Sacramentis cap.* G *5. num. 4.* qui citant *Tertullian. lib. 4. con-* Henriq. *tra Marcion. Theodoret. in Can. & D. Th.* Tertull. *3. part. quæst. 38. art. 1. ad 2. & 2. 2. quæst.* Theodoret. *174. art. 4. ad 3.* D. Thom.

Deniq; aliquis nunc opportunè querere posset, an bonus latro Christi baptismum susceperit, antequam in patibulo crucis moreretur. Ad quod negatiuè respondemus cum *Augustino 4. de baptism. contra Donatist. cap. 22. Bellarmin. de Sacrament. baptism. cap. 6. col. 1. & Henriquez loco cit.* Et ratio est, quia in H nullo loco sacra Scriptura neq; apertè, Henriq. neq; obscurè id tradit. Item bonus latro tunc bonus esse cæpit quando iustificatus est à Christo propter fidem, quam habebat in Christum. Credidit autem in Christum, eo tempore, quo pendebat in ligno crucis, in quo loco aqua baptismatis ablui non potuit, quia Christus cruci erat affixus; quo impedimento impediebatur, aquam baptismatis bono latroni ministrare. Nec potest dici bonum latronem suscepisse baptismum I sanguinis (de quo inferius agemus) quia non fuit martyr quemadmodum docet *Augustin. loc. cit.* & si ita esset S. Stepha- Augustin. nus nulla ratione Protomartyr appellari posset, sed ipse bonus latro, qui mortem crucis passus est antequam S. Stephanus lapidibus obrueretur. Est communis opinio *DD. cū Magist. in 4. dist. 4.* Mag. sent. Secus autem dicendum esset, si fortè ob publicam confessionem Christi maioribus cruciatibus, aut nouis pœnis fuisset afflictus, quemadmodum notat *Henriq.* K *loc. cit. liter. B.* Nec per hoc quod bonus Henriq. latro baptismo fluminis, & sanguinis caruit; ideo salutem æternam adipisci non potuit, eo quod legis nouæ præceptum de suscipiendo baptismo, non fecuauerit; nam quamuis hoc Sacramentum ante passionem Christi fuerit institutum, tamen sub præcepto non obligauit, nisi post mortem, & resurrectionem nostri Saluatoris, quemadmodum, & cætera nouæ legis man-

data;

A data; quia lex antiqua in morte Christi deleta eſt. *D. Thomas 1.2. quæſt. 103. art. 3. & 3. part. quæſt. 37. art. 1. ad 1. & in 4. diſt. 1. in 2. par. quæſt. 2. ad 3. Durand. diſt. 1. quæſt. 4. Paludanus quæſt. vlt. Maior q. 1. Riccardus diſt. 3. art. 5. q. 3. Adrianus q. 1. de baptiſm. Medin. 1. 2. q. 90. art. 4. col. 8. Sotus lib. 2. inſtit. q. 5. art. 4. Victor. §. 10. Cano relect. de pœnitent. par. 5. Caſtro verb. baptiſm. Caniſius de baptiſm. art. 1. & 2. Alanus de Sacramentis cap. 39. Tapende baptiſm. art. 2.*

S. Thomas. Durandus. Paludanus. Maior. Riccardus. Adrianus. Medina. Sotus. Victoria. Cano. Caſtro. Caniſius. Alanus.

B

CAPVT VIII.

An baptiſmus Ioannis fuerit Sacramentum:

1. opinio negat. Michael.

IN præſenti cap. quæritur an Ioannis baptiſmus fuerit Sacramentum. Ad quod reſpondens *Michael de Palac. in 4. ſent. diſt. 2 diſput. vnic.* negat fuiſſe C Sacramentum; quia (inquit) non erat baptiſmus mentis ablutorius, ſed corpus tangens, ſpiritum tamen regenerabat, ideo ipſe ait; *Ego baptizo vos aqua*; quaſi ſi dixiſſet, *In baptiſmo meo aliud nō ſpectate, niſi aquam exterius abluentem*. Deinde adfert teſtimonium *D. Auguſt. tract. 5. ſuper Ioann.* vbi ait, *Si quos baptizauit Iudas, iterum non erant baptizandi: quos vero Ioannes baptizauit rurſum erāt baptizandi*. Vnde concludit dicens baptiſmum Ioannis non regeneraſſe, ergo D non erat verè, ac propriè Sacramentū.

Auguſtin.

Sed in contrarium eſt communis Theologorum opinio aſſerens baptiſmum Ioannis, fuiſſe latè Sacramentum. Ita docet *Magiſter ſent. in 4. diſt. 2.* vbi ait, quod baptiſmus Ioannis vocatur, & fuit Sacramentum, iuxta modum quo olim in lege aliqua dicebantur ſacramenta. Quam ſententiam *Magiſtri* ſequuntur, atq; defendunt *Altiſiodoreuſis in ſua ſumma lib. 4. Dionyſius Carthuſianus in 4. ſent. diſt. 2. q. 5. Riccardus ibid.* E *q. 1. D. Thomas 3. part. q. 38. art.* Et ratio eſt, quia Sacramentum eſt ſacræ rei ſignum (quemadmodum in 1. *tom. lib. 1. cap. 1.* oſtendimus) ſed baptiſmus Ioannis erat ſacræ rei ſignum. Erat enim ſignum baptiſmi Chriſti (iuxta doctrinā *Riccard. loco cit.*) quia erat via, & præparatio ad ipſum, vt habetur in *Gloſ. ſuper illud Ioan. 3. Et baptizabat.* Ergo erat Sacramentum:

2. opinio affirmat. Magiſter. Altiſiodor. Dion. Car. Riccard. S. Thomas. Ioan. 3.

D. Thomas autem hanc noſtram ſententiam explicat, ac comprobat his verbis. *Iuxta Hugonem ſecundum maiorem temporis propinquitatem ad Chriſtum oportuit diuerſa ſacramenta inſtitui. Vnde quoniam in Ioanne quodammodo incæpit tempus gratiæ, quia lex, & Prophetæ vſq; ad Ioannem, non quod ab ipſo ſit gratia, ſed quod viam præparauit ad gratiam. Idcirco eius baptiſmus fuit aliquod Sacramentum, & quædam initiatio Sacramentorum nouæ legis, ac medium in vtriuſq; legis ſacramenta conueniens cum Sacramētis veteris legis in hoc quod fuit ſignum gratiæ tantummodo, & non cauſa; & cum baptiſmo Chriſti in materia, & partim in forma.* Baptizauit namq; in aqua ſub hac forma; *Ego te baptizo in nomine futuri, id eſt Chriſti confeſtim omnibus reuelandi.* F G

S. Thomas.

Similia ſcribit *Dionyſ. Carthuſianus in 4. diſt. 2. q. 5. Baptiſmus Ioannis* (inquit) *eſt Sacramentum non tamen veteris legis, nec nouæ, ſed medio modo ſe habens. Nempè in quantum non efficit quod figurat, conuenit cum Sacramentis veteris legis. In quantum autem cum manuum impoſitione fiebat conuenit cum Sacramentis nouæ legis. Fuit etiam medium, in quantum baptiſmum Chriſti præceſſit, & ad illum homines præparauit, ſicq; ad Sacramētum nouæ legis pertinet reductiuè, & tanquam præambulum.* H

Dion. Car.

Dicendum eſt igitur baptiſmum Ioannis fuiſſe latè Sacramentum, non quidem veteris legis, quia nullam mentionem teſtamentum antiquum de eo facit; neq; legis nouæ, quia nullam gratiā ex propria virtute ſuſcipientibus conferebat. Poteſt autem aliquo modo reduci ad Sacramentum nouæ legis, reductiuè, eo quod fuerit quædam præparario ad ſuſcipiendum baptiſmum Chriſti, qui inter ſeptem ſacramenta nouæ legis computatur, quemadmodum docent *D. Thom. Dionyſ. Cart. & Riccard. locis citat.* I

Ad argumenta *Michael.* breuiter reſpondemus. Ad primum concedimus, Ioannis baptiſmum non potuiſſe mentem abluere, id eſt interiora peccata remittere, ac perinde corpus tantum exterius abluiſſe; ſed hoc nō impedit quatenus Sacramentum dici non poſſit, ſaltem ſi largè hoc nomen (Sacramentum) accipiatur. Quatenus enim Sacramentum largè ſumptum ſignificat omne ſignum rei ſacræ ſacrantis ſuſcipientem; & hoc modo (prout optimè docet *Riccardus loco cit.*) baptiſmus Ioannis appellari poteſt Sacramentum, quia ipſos K

Reſponſio ad argum. Michael. Ad 1. Riccardus.

A suscipientes sacrabat, & disponebat ad rectè suscipiendum baptismum Christi. Si vero hoc nomen strictè accipiatur, quatenus non solum significat rem sacram, sed & sua virtute eam causat, hoc est gratiam confert, quam significat; & hoc modo baptismus Ioannis nequaquam appellari potest Sacramentum, quia nullam gratiam ex propria efficientia suscipientibus conferre poterat; quemadmodum docet *D. Thom. 3. part. q. 38. art. 3.* S.Thomas

B Ad 2. Ad secundum respondemus illa verba *D. Augustini* nihil aliud probare nisi insufficientiam baptismi Ioannis ad cōferendam gratiam, & ad acquirendam Regni cælestis gloriam. Ideo enim rebaptizandi erant baptismo Christi omnes illi qui baptismo Ioannis fuerant baptizati; non sic autem rebaptizandi erāt baptizati à Iuda baptismo Christi; quia baptismus Christi sufficiebat ad obtinendam gratiam, & vitam æternam, quam profectò sufficientiam baptismus C Ioannis minimè habebat. Vide *Dionys. Carthusian. in 4. sent. dist. 2. q. 5.* Dion.Car.

His iam dictis aduertendum est baptismum Ioannis in tantum posse appellari Sacramentum; in quantum sub lata significatione hoc nomen Sacramenti sibi assignat, eo quod fuit signum Christi iam præsentis. Et hoc modo intelligenda est nostra opinio ac *Magistr. Dionys. Carthus. Riccard. Altisiodorens. & D. Thom locis supra citatis*, eamq; sequuntur *Durandus in 4. dist. 2. q. 3. n. 10.* D *Bonauent. art. 2. q. 2. Paludanus q. 2. art. 2. Marsilius q. 2. art. 2. Hugo, & Alexander Alensis*, quos citat *Henriquez lib. 2. de Sacramentis cap. 33.* At re vera ille baptismus sub stricta significatione acceptum, non fuit verum Sacramentum, quemadmodum docet *Cyrillus lib. 1. in Ioann. cap. 26. Basilius de baptism. Iustinus q. 37. ad gentes, D. Thomas q. 38. ar. 1. Scotus in 4 sent. dist. 2. q. 2. ibiq; Albertus art 16. Riccardus art. 2. q. 1. Sotus art. 2. q. 2. Bergom. concord. §. 267. Bellarminus* E *de Sacramento baptismi cap. 19. & 20. & Henriquez lib. 2. de Sacramentis cap. 33. § 4. & cap. 1. § 8. & Fillinceius de Sacrament. tract. 2. cap. 1. quæst. 9.*

Durandus. Bonauent. Paludanus. Marsilius. Hugo. Alex. Alē. Henriq. Cyrillus. Basilius. Iustinus. S. Thomas. Scotus. Albertus. Riccardus. Sotus. Bergom. Bellarm. Henriq. Filliuc.



CAPVT IX. F

An baptismus Ioannis gratiam suscipientibus conferebat.

IN superiori cap. ex communi Theologorum sententia ostendimus baptismum Ioannis, sub lata significatione G acceptum posse Sacramentum nuncupari. Quapropter quis opportunè quærere posset, an gratiam suscipientibus contulerit. Ad quod negatiuè respondemus, non enim in illo baptismo aliqua dabatur gratia, quæ posset hominem à peccatis mundare, ac iustificare. Est communis DD. sententia cum *Magistr. in 4. dist. 2. ibiq; Dionysius Carthus. q. 5. Scotus q. 2. Albertus Magnus, & Riccardus in 4. ead dist. 2. D. Thomas 3. part. quæst. 38. art. 3. Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap. 2. num. 3.* H *Michael de Palac. in 4. sent. dist. 2. disp. vnic. Bellarminus de Sacrament. baptism. cap. 21. & Filliuec. tract. 2. c. 1.*

Mag. sent. Dion. Car. Scotus. Albertus. Riccardus. D. Thom. Henriq. Palacius. Bellarm. Filliucc.

2 Probatur hæc veritas primo ex sacra Scriptura *Matth. 3.* vbi habetur, *Ego baptizo vos in aqua in pœnitentiam.* Et *Marc. 1. Ego* (inquit) *baptizaui vos in aqua, ille vos baptizabit Spiritu sancto.* Quæ verba exponens *D. Gregor. in quadam homil.* dicit, *Ioannes non in spiritu, sed in aqua baptizat, quia peccata soluere non valebat.* I Et *Cyrillus Alexādrin. lib. 2. in Ioann. cap. 17.* ait, *Spiritum sanctum præuidisse futuros aliquando temerarios homines, qui non discernerent Christi baptisma à Ioannis baptismate; ideoq; impulisse ipsum Ioannem, vt apertissimè diceret se solum in aqua baptizare.* Sic ille. Si igitur Ioannes baptizabat tātum in aqua, non autem in Spiritu sancto constat in eius baptismo non fuisse gratiam collatam, quia (iuxta doctrinam *D. Thom. loc. cit.*) gratia est à Spiritu sancto, & per K eam peccata tolluntur. Vnde per illum baptismum neq; gratia ex opere operato dabatur, neq; peccata tollebantur.

Matth. 3. Marc. 1. Gregorius. Cyril. Alē. S. Thomas

3 Probatur secundo authoritate *Concil. Trident. sess. 7. can. 1. de baptism. Si quis dixerit* (inquit) *baptismum Ioannis habuisse eandem vim cum baptismo Christi; anathema sit.* Sed baptismus Christi habet vim conferendi gratiam, & remittendi peccatum ex propria efficientia; ergo &c. Ioannes itaq; nullam gratiam Con. Trid.

A tiam conferebat ex virtute ſui baptiſmi, ſed præparabat homines ad recipiẽdam gratiam, quam Chriſtus eis erat daturus. *S. Thomas* Vnde *D. Thomas 3. par. q. 38. art. 3. in corpor.* ad hunc modum ſcribit. *Tota* (inquit) *doctrina, & operatio Ioannis præparatoria erat ad Chriſtum; ſicut miniſtri, & inferioris artificis eſt præparare materiam ad formam, quam inducit principalis Artifex. Gratia autem conferenda erat hominibus per Chriſtum ſecundum illud Ioann. 1. Gratia, & veritas per Chriſtum* B *facta eſt. Et ideo baptiſmus Ioannis gratiã non conferebat, ſed ſolum ad gratiam præparabat tripliciter. Vno quidem modo per doctrinam Ioannis inducendo homines ad fidem Chriſti. Alio modo aſſuefaciendo homines ad ritum baptiſmi Chriſti. Tertio modo per pœnitentiam præparando homines ad ſuſcipiendum effectum baptiſmi Chriſti.*

4 Probatur tertio ex communi SS. Patrum ſententia, qui vno ore fatentur baptiſmum Ioannis non habuiſſe vim G remittendi peccata, ac per conſequens nec conferendi gratiam; cum gratia nõ poſſit infundi, niſi ſimul peccatum remittatur. Ita docet *Origenes lib. 5. in epiſtol. ad Roman. cap. 6. Gregorius Nazianz. oration. in ſancta lumina, Iuſtinus quæſt. 37. ad orthodoxos, Chryſoſtomus homil. 10. & 12. in Matth. & homil. 16. in Ioann. & homil. 40. in Acta Apoſtolor. Damaſcenus lib. 4. de fide cap. 10. Theophylact. in c. 3. Lucæ, Cyrillus Alexandrinus lib. 2. in Ioann. cap. 57. Baſilius orat. 13. in exhortation. ad baptiſm.* (*Origenes. Gre. Naz. Iuſtinus. Chryſoſt. Damaſc. Theophil. Cyril. Ale. Baſilius. Tertull.*) D Ex latinis vero hoc idẽ docet *Tertullianus lib. de baptiſmo, Nihil* (inquit) *præſtabat cæleſte baptiſmus Ioannis, ſed cæleſtibus præminiſtrabat pœnitentiæ videlicet propoſitus.* Et infra: *Aut daret* (ſubiungit) *Spiritum ſanctum, & remiſſionem delictorum, ſi cæleſtis eſſet.* Similia ſcribit *Hylarius in cap. 3. Matth. Gregorius in quadam homil.* quam citat *D. Thomas d. q. 38. art. 3. Optatus lib. 5. contra Parmenian. Cyprianus in ſermon. de baptiſm. Chriſti, Ambroſius in cap. 3. Luc. &* E *in præfation. Pſal. 37. Hieronymus in dialog. contra Luciferian. & in 2. cap. Ioelis S. Leo Papa epiſt. 4. cap. 6. Innocentius I. in epiſt. 22. cap. 5. Auguſtinus epiſt 48. & 163. Enchirid. cap. 49. lib. 5. contra Donatiſtas c. 9. & 10. de vnitat. Eccleſ. cap. 18. de vnico baptiſmo cap. 7. & tract. 5. in Ioann.* ac denique *lib. 2. contra literas, Petilian. cap. 35.* (*Hylarius. Gregorius. Optatus. Cyprianus Ambroſius Hieron. S. Leo pap. Innocent. Auguſtin.*)

Hæreticorum error Hinc confutatur, & reijcitur ille peruerſiſſimus error hæreticorum, dicentium baptiſmum Ioannis fuiſſe verum F Sacramentum ac remiſiſſe peccata, & gratiam contuliſſe, ideoque baptizatos baptiſmo Ioannis, non rebaptizandos eſſe baptiſmo Chriſti. (*de baptiſmo Ioãnis.*) Ita docet *Melanchthon in locis anni LVIII. tit. de baptiſmo Ioannis*, vbi ſic ſcribit, *Et ſi* (inquit) *differentia erat in hoc articulo, Ioannes de paſſuro Chriſto, Apoſtoli de paſſo, & reſuſcitato prædicant; tamen miniſterium fuit idem, & effectus eoſdem habuit in credentibus.* (*Melanchth.*) Idem tenent *Philippus Aleſſius, & Leſſius Lutherani in cap. 1. Ioannis, Io.* G *Brentius homil. 21. & 29. in Luc. Martinus Bucerus, & David Cithareus in cap. 3. Matth. Nicolaus Selneccerus in 2. pædagog. tit. de baptiſm. Zuingl. lib. de vera, & falſa Religion. cap. de baptiſmo, Caluinus in antidot. Concil. Trid. & in inſtitution. lib. 4. cap. 15. §. 7. & 8.* ac denique *Martinus Kemnitius in 2. part. examin. pag. 175.* (*Caluinus. Kemnit.*)

Itaque baptiſmus Ioannis iuxta Catholicorum doctrinam, non habuit eandem vim, atque efficaciam, quam nunc H habet baptiſmus Chriſti quoad remiſſionem culpæ, & ad collationem gratiæ, alioquin doctrinam negaremus *Concil. Trident. ſeſſ. 7. can. 1. de baptiſm.* vbi habetur, *Si quis dixerit baptiſmum Ioannis habuiſſe eandem vim cum baptiſmo Chriſti, anathema ſit.* (*Con. Trid.*) Baptiſmus enim Chriſti, ex propria efficientia, ſuſcipientibus confert gratiam ex opere operato, ac peccata remittit; quam videlicet virtutem, & efficaciam baptiſmus Ioannis non habuit. Potuit autem remittere I peccata, non quidem ex propria virtute, ſed ex deuotione, & fide accedentiũ, quam habebant erga Chriſtum, vel ex contritione, quam homines ex concionibus, & baptiſmo Ioannis concipiebãt. Id enim faciliter ſuccedere potuit, prout docet *Bellar. de baptiſm. cap. 21.* & hoc modo nonnulli Patres interpretati ſunt illa verba *Marc. 1. Prædicans baptiſmum Pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.* Ita *Gregor. Nyſſen. in oration. de laudib. Baſilij, Baſilius lib. 1. de baptiſm. cap. 2. &* K *Auguſtinus lib. 5. de baptiſm. cap. 10.* (*Marc. 1. Gre. Nyſſ. Baſilius. Auguſtin.*)



CAP.

A CAPVT X.

An baptizati Baptiſmo Ioãnis, rebaptizandi erant Baptiſmo Chriſti.

Prima opinio negat.

IN hac quæſtione quidam hæretici partem negatiuam tenent, Quia enim ſupponunt Baptiſmum Ioannis eamdem efficaciam, eumdemque effectum habuiſſe, quem habet Baptiſmus Chriſti, tum quo ad remiſſionem B culpæ, tum etiam quo ad collationem gratiæ; hinc aſſerunt baptizatos baptiſmo Ioannis, non fuiſſe iterum baptizandos Baptiſmo Chriſti. Ita tenet *Melanchthon, Philippus, Aleſſius, & Loſius Lutherani in cap. 1. Ioan.* necnon *Brentius Martinus Bucerus, David Lycherus, Nicolaus Selneuerus Zuuinglus Caluinus, & Kemnitius locis ſupra citatis in cap. 9.* Sed hæc opinio tanquam falſa, & hæretica tam à Patribus, quam à Sholaſticis reprobatur contra quam ſtrenuè decertans *Bellarminus de* C *Sacramento Baptiſmi lib. 1. cap. 19. 20. & 21.* eam omnino refellit.

Melanchthon. Philippus. Aleſſius. Loſius. Brentius. Bucerus. Cytherus. Selneuer. Zuuingl. Caluinus. Kemnit. Bellarm.

2. opinio Magiſtr. ſent.

Sed & *Magiſter ſent. in 4. diſt. 2.* hanc queſtionem diſcutiens, dicit, quod illi qui baptizati ſunt à Ioanne neſcientes Spiritum ſanctum eſſe, ac ſpem ponentes in illius baptiſmo, poſtea baptizandi ſunt baptiſmo Chriſti, illi vero qui ſpem non poſuerunt in baptiſmo Ioannis, & Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum credebant, non fuerunt poſtea D baptizati, ſed impoſitione manuum ab Apoſtolis ſuper eos facta, Spiritum ſanctum receperunt.

S. Thom.

Hanc ſententiam *Magiſtri* commemorans, atque diſcutiens *D. Thomas 3 par. q. 38. art. 6.* quo ad primam partẽ, eam recipit, quo ad ſecundam vero eã refellit; *quia* (inquit) *baptiſmus Ioannis neque gratiam conferebat, neque characterem imprimebat, ſed erat ſolum in aqua, vt ipſemet dicit Matth. 3. Vnde baptizatis fides, vel ſpes, quam habebant in Chriſtum non poterat hunc defectum ſup-* E *plere. Secundo, quia quando in Sacramento omittitur, quod eſt de neceſſitate Sacramenti, non ſolum oportet ſuppleri quod fuerat omiſſum, ſed oportet totaliter innouari. Eſt autem de neceſſitate Baptiſmi Chriſti quod fiat non ſolum in aqua, ſed etiam in Spiritu ſancto ſecundum illud Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu* F *ſancto non poteſt introire in Regnum Dei. Vnde illis, qui tantum in aqua baptizati erant baptiſmo Ioannis, non ſolum erat ſupplendum, quod deerat (vt ſcilicet daretur eis Spiritusſanctus per impoſitionem manuum) ſed erant iterato totaliter baptizandi in aqua, & ſpiritu.* Hęc *D. Thom.*

Ioan. 3.

Dionyſ. Carth. Scotus. Alb. Mag. Ricchard. Palacius Bellarm. Henriq.

Item hanc ſententiam Magiſtri commemorat, & reiicit *Dionyſius Carthuſian. in 4. ſent. diſt. 3. q. 5. Scotus eadem diſt. 2. q. 2. Albertus Magnus, Ricchard. & Palacius ibid. & nouiſſimè Bellarminus de Sacramento Baptiſm. lib. 1. cap. 19 & Henriquez lib. 3 de Sacrament. cap. 5. liter. L.* G

2 opinio affirmat.

Dicendum eſt igitur omnes baptizatos baptiſmo Ioannis fuiſſe rebaptizandos baptiſmo Chriſti. Hæc eſt communis, ac vera ſententia, quam pleriq; Patres tenent, ac docent, omneſque Scholaſtici communiter amplexantur.

Probatur primo Auguſtin.

Probatur hæc ſententia, Primo ex authoritate *D. Auguſtini, tract. in Ioann:* vbi ait, *Qui baptizati ſunt* (inquit) *Baptiſmo Ioannis, oportebat, vt baptizarentur Baptiſmate Chriſti.* Hoc idem docet *Origenes homil. 33. in Luc. tom. 8. in Ioan.* H *lib. 5. Cyprianus ſermon. de Baptiſmo Chriſti Cyrillus lib. 1. in Ioann. cap. 26. Iuſtinus ad Orthodoxos quaſt. 57. Hieronymus in Marc. cap. 1. Rabanus de inſtitutione clericor. lib. 1. cap. 29. Tertullian. de Baptiſm. & Sixtus lib. 6. Biblioth. cap. 11. Et colligitur ex Concil. Trident. ſeſſ. 7. de Baptiſm. can. 1.*

Origenes. Cyprianus Cyrillus. Iuſtinus. Hieron. Rabanus. Tertull. Sixtus. Con. Trid.

Probatur ſecundo.

Probatur ſecundo, ex cõmuni ſententia Scholaſticorum, qui ferè omnes contrà *Magiſtr. ſent.* diſputantes hoc quod nos probare intendimus, verum I eſſe conteſtantur. Ità *D. Thomas 3. p. quaſt. 38. art. 6. Dionyſius Carthuſ. in 4. ſent. diſt. 2. q. 5. Scotus eadem diſt. 2. q. 2. Ricchardus, Albertus Magnus, & Palacius ibid. Caniſius lib. 1. de ſacula Baptiſta cap. 7. Bellarminus de Sacramento Baptiſmi lib. 1. cap. 19. Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap. 5. lit. L. Vazquez in 3. part. D. Thom. queſt. 66. art. 2. diſp. 140. Suarez ſuper art. 1. diſp. 21. & Fillinec. de Bapt. cap. 1.*

D. Thom. Dion. Car. Scotus. Riccardus Albertus Palacius. Caniſius. Bellarm. Henriq. Vazquez. Suarez. Filliuce.

3 Probatur rationibus 1. ratio.

Probatur tertio, rationibus. Prima K ratio eſt, Nam lex Chriſti obligabat omnes ſcientes ſub precepto peccati mortalis poſt mortẽ Chriſti conſummatam ideſt ex puncto extrinſeco Dominicæ Reſurrectionis, quia tunc abſorta eſt mors in victoria (quemadmodum docet *Auguſtinus Epiſt. 19. ad Hieronymum, Epiſt. ad Auguſtin. Theophilact. in Gal.*

Auguſtin. Hieron. Theophil.

Caſſianus Cyprianus Ambroſius Origenes Euſebius. Didimus Apollinar. Oecumen. Henriquez Sotus

A *Gal.2.Caſſianus collat.17.Cyprianus Ambroſius, Origenes, Euſebius, Didimus, Apollinaris, Oecumeni, quos citat, & ſequitur Henriquez lib.2.de Sacramentis cap.2 lit.X.Sotus lib.2.inſtitut.q.5. art.4.)* ſed Baptiſmus noſter in lege Chriſti præcipitur ſub mortali, quia eſt quodam medium neceſſarium ad ſalutem ergo omnes baptizati Ioannis, poſt Chriſti reſurrectionem rebaptizandi erant Baptiſmo Chriſti, vt hoc principale præceptum legis Chriſti adimpleretur.

B Secunda ratio eſt. Quicunque enim medicamentum præparatorium recipit poſtmodum debet, & recipere curatorium, quemadmodum ſubtiliter docet *Scotus in 4.ſent.d.2. q.2.* ſed Baptiſmus Ioannis fuit quodam medicamentum præparatorium diſponens homines ad recipiendum Chriſti Baptiſmum, qui erat medicamentum quodam curatorium, quo homines à peccatorum vulneribus ſanabantur; ergo baptizat Ioannis Baptiſmo, rebaptizandi erant Ba

C ptiſmo Chriſti. Plura leges de hoc apud *Scotum d.diſt.2.q.2.D.Thom.3.par.q.38. art.1.2.3.4.5. & 6. Bellarmin. de Sacrament. Baptiſm.cap.19.20. & 21. Henriquez lib.2.de Sacramen.cap.2. & 31.Dionyſ.Carthuſ.in 4.diſt.2.q.5.& Filliuc.de Sacrament.tract.2.quæſt.9.cap.1.num.20. 21.& 22.*

Scotus D.Thom. Bellarmin. Henriquez Carthuſian Filliuccius

CAPVT XI.

D *Quæritur an ſolus Ioannes fuerit miniſter ſui Baptiſmi, & cur Baptiſmus Ioannis appelletur.*

VIuente Chriſto, dum Ioannes Baptiſta in deſerto prope fluuium

E Iordanis morabatur, quemdam Baptiſmum inſtituit quo baptizabantur homines nõ quidem in ſpiritu, ſed in aqua tantum, cuius baptiſmi ipſe Ioannes inſtitutor fuit; prout colligitur *ex Matt. 3. & ex Conc.Trident.ſeſſ.7.can.1.& docent DD.cum Magiſtro ſent.in 4.diſt.2.ibique D.Thomas. & 3.par. q.38. ab art. 1. vſque ad art.5.Dionyſ.Carth. in 4.diſt. 2. q.1.ibiq. Riccehardus.Durandus. Scotus q. 2.Palacius q.vnic.Paludanus, Sotus, Bonauentur.ibid.Marſilius q.2.art.2.Albertus Magnus q.1.& 2. Alexand.4.par.q.9. art.memb.3. Hugo Victor. lib.2. de Sacrament. par.6.cap.6.Bellarminus de Baptiſmo à cap.19.vſq. ad 22.Henriquez de Sacrament.lib.2.cap.2. 5. & 32. Filliuccius de Sacrament.tract.2.cap.1.*

Matth.9. Conc. Trid Magiſter. D.Thomas Dion.Cart Ricchardus Durandus. Scotus.

F Palacius Paludan. Sotus Bonauent. Marſilius Albertus. Alexand. HugoVict. Bellarmin. Henriq. Filliuccius

Hoc autem miniſterium ad ſolum Ioannem Baptiſtam pertinuit, vnde ipſe ſolus fuit talis baptiſmi miniſter, (quemadmodum probant *Henriquez, & Bellarmin.locis cit.*) quia ipſe fuit homo miſſus à Deo, vt teſtimonium perhiberet de lumine. *Ioan.1.* Et infra; *Qui me miſit baptizare in aqua, ille mihi dixit ſuper quem videris ſpiritum deſcendentem &c.* Item ſolus Ioannes appellatur, ac fuit Chriſti præcurſor, quia non tantũ verbo, ſed & indice verum mundi Redemptorem demonſtrauit, dicens, *Ecce Agnus Dei ecce qui tollis peccata mundi:* Per baptiſmum autem Ioannis Chriſtus hominibus manifeſtabatur, tum quia baptizabantur homines in nomine Chriſti venturi; tum quia ipſemet Baptiſmus Ioannis, erat quædam præparatio ad ſuſcipiendum Chriſti baptiſmum, prout docet *D.Thomas 3. par. q.38.ab art. 1. vſq; ad art. 6.* Vnde ad Ioannem Baptiſtam huius baptiſmi miniſterium pertinebat; ideoque ipſe ſolus miniſtet fuit. Ita *Tabiena Verb.Baptiſmus 1.§.3.& Henriquez lib. 2. de Sacram. cap. 33. liter. O.* vbi refert hanc opinionem eſſe comunẽ, *& Filliuc.loc.cit.*

G Ioan.1.

H D.Thomas

Tabiena Henriquez Filliuccius

I Si vero quæratur quanto tempore baptiſmus Ioannis perdurauerit; breuiter reſpondemus perduraſſe, ac viguiſſe hunc baptiſmum pro breui tantum ſuæ prædicationis tempore antequam ab impio Herode in carcerem fuiſſet incluſus. Vide *D.Thomas 3.par.q.38.art.1. DD.in 4.diſt.2. ibiq.Palacium q.unic.Sot. q.2.& Henriquez d. cap. 32. lit.B.* Vnde ceſſante vita Ioannis, ceſſauit pariter, & eius baptiſmus, & baptizati ſunt homines ab Apoſtolis baptiſmo Chriſti.

S.Thomas Palacius Sotus Henriquez

K Denique baptiſmus Ioannis nunquã fuit in præcepto, ſed pertinebat ad conſilium Dei, quemadmodum docet *Chryſoſtom homil.3.imperf. D.Thomas 3.par. quæſt.38.art.2.ad 3. Palacius in 4. diſt. 2. q.vnic.Paludanus q.2.art.2.Sotus q.2.ar. 1. & Henriquez de Sacrament.lib.2.cap. 33.num. 5. & colligitur ex Luc.2.* Vnde abſque peccato mortali omitti poterat. quod vtique non poteſt dici de noſtro baptiſmo, quia ſub præcepto eſt, & in omni loco, ac tempore obligat, vt in-

Chryſoſt. S. Thomas Palacius. Paludanus Henriquez Luc.2.

re

A re suscipiatur; vel saltem in voto si aliter fieri non possit.

Superest nunc vt secunda pars proposita quæstionis enodetur, estque Cur baptismus Ioannis appelletur. Ad quod respondetur ob plures causas, diuersasque rationes hoc nomine tàm à Sacra Scriptura, quàm à Patribus, & Scholasticis fuisse appellatum. Primo, quia ipse Ioannes talis baptismi fuit institutor: *Ita Magister sent. S. Thomas 3. p. q. 38. ab* B *art. 1. vsq. ad 5. Dionysius Carthus. in 4. dist. 2. q. 5. Riecbardus, Durandus, Palud. Sotus, Bonauentur. Albertus ibid. Palacius q. vnic. Scotus q. 2. Marsilius q. 2. art. 2. Alexander 4. par. q. 9. memb. 3. Hugo Vict. lib. 2. de Sacram. par. 6. cap. 6. Bellarm. de Baptism. à cap. 19. vsq. ad 22. Fillinec. de Sacrament. tract. 2. cap. 1. q. 9. & Henriquez de Sacrament. lib. 2. cap. 32. & 33.*

Mag. sent. S. Thomas Dion. Car. Riecbard. Durandus Paludanus Sotus. Bonauent. Albertus. Palacius. Scotus. Marsilius.

Secundò, quia solus Ioannes minister fuit talis baptismi (quemadmodum supra probauimus) quia ipse solus à Deo specialiter fuit electus ad hoc ministeriũ C adimplendum; nempe vt tali baptismo, propheticaq; prędicatione, viam Christo Domino in cordibus credentium præpararet; sicut scriptum est, Ego vox clamantis in deserto parato viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri. Et in alio loco. Et tu puer prophæta Altissimi vocaberis præibis enim ante faciem Domini parare vias eius.

Alexand. Hugo Vict. Bellarm. Fillince. Henriq.

Tertiò, quia talis baptismus non pertinuit ad legem veterem, quia de eo nulla mentio ibi fit; neque ad legem no- D uam, quia haberet eumdem effectum quo ad collationem gratiæ ex operato, quem habent omnia nouæ legis sacramenta; neque ad legem naturalem: vnde baptismus *Ioannis* appellatur, quia nimirum tandiù perdurauit, quandiù durauit ipsiusmet *Ioannis* prędicatio.

CAPVT XII.

De conuenientijs, ac differentijs, quæ inter Baptismum Ioannis, & Baptismum Christi constituuntur.

E

Prima conuenientia, quæ est inter vtrumque Baptismum.

PErmultæ siquidem conuenientiæ, nec non & differentiæ inter baptismum Christi, & Baptismum *Ioannis* cõstituuntur, quas hic sigillatim enumerare operepretium duximus. Et præcipuè si de conuenientijs loquamur; F multipliciter Baptismus *Ioannis* cum *Baptismo Christi* conueniebat. Primo in materia remota, ac proxima, quia in vtroque Baptismo fit ablutio corporis sensibilis, & adest aqua senbilis, & naturalis, qua corpus abluitur. Vide *Tertull. lib. de Baptism: D. Thom. in 4. dist. 2. quæst. 2. Bellarmin. de Sacramento Baptism. cap. 21. & Henriquez lib. 2. de Sacram. cap. 32. num. 3.*

Tertullian D. Thom. Bellarm. Henriq.

Secundo, quia baptismus *Ioannis* cũ manuum impositione fiebat; vnde quo G ad hanc cæremoniam, cùm Baptismo, nouæ legis sacramento conueniebat. Ita docet *Dionysius Carthusian. in 4. dist in. 2. quæst. 5.*

Dion. Car.

Tertiò conueniebat, quò ad latam significationem Sacramenti, quia in 3 vtroq; baptismo aliquod sacrum significatur; quamuis diuersus sit modus significandi, quia ille baptismus Ioannis significabat in figura gratiam futuram H per Cristum dandam; iuxta illud *Marc. 1. Ego baptizaui vos in aqua ille vos baptizabit Spiritusancto.* Baptismus Christi significat in veritate gratiam præsentẽ, quæ in præsenti datur, sed vna eademque est gratia, quæ prefiguratur per baptismum Ioannis, & confertur per Baptismum Christi. Conueniebat igitur, quo ad latam significationem Sacramẽti. Vide *Riecbard. in 4 dist. 2. quæst. 1. D.* I *Thom. ibid. Dionys. Carth. q. 5. Altisiodoreus. Durand. qui cum Magistro tenent* Baptismum *Ioannis* fuisse Sacramentum quod intelligendum esse existimo non quò ad strictam, sed quò ad latam significationem Sacramenti.

Marc. 1.

Riccardus. S. Thomas Carthus. Altisiodor. Durand. Magister

Quartò conueniebat aliquo modo in 4 forma, quia sicut baptismus Christi confertur sub determinata forma verborum ità iuxtà opinionem permultorum Authorum Ioannes in suo baptismo quadã K forma vtebatur, baptizabat enim homines in nomine Christi venturi. Ita docet *Ambrosius lib. 1. de Spiritu sancto c. 3. Hieronymus in Ioel. 2.* Hugo *Vict. lib. 52 de Sacram. pa. 6. cap. 6. Magister sent. in 4. dist. 2. ibiq; D. Thomas. 2. 1. 2. & 3. par. q. 38. art. 6. ad 1. ibiq; Caietanus Alexander Alens. 4. p. q. 9. in 3. quæst. 12. mem. 3. art. 1. Paludanus in 4. dist. 2. q. 2. art. 2. Palacius q. vnic. Scotus dist. 2. Bassolius q. 2. art. 2. Castrens. verb. Baptismus hæres. 2. Cano lib. 8 loc. cap. 1. Bellarm. de baptism. cap. 20. & Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap. 33. nu. 1.* quamuis contrarium teneant nonnulli Theologi, *vt Gabriel q. 2. num. 1. Sotus quæst.*

Hieronym Hug. Vict. Magister D. Thom. Caietan. Alexand. Paludan. Palacius. Scotus. Bassolius Castrens. Cano Bellarm. Henriq.

A *quæst.2.art.1.* & *Durandus in 4. dist.2. q.*
Gabriel 3. Sed iste in fine quæstionis dicit vtram
Sotus que opinionem esse probabilem, & sine
Durandus. aliquo præiudicio fidei posse teneri, quia
hæc quæstio est de facto, de quo sacra
Scriptura nihil expressè determinat. At
Henriquez Henriquez *loco cit. in comment. lit. B.* illã
primam opinionem sequens; eam esse
probabiliorem refert.

. differen. Differt autem in multis baptismus Io
annis à Baptismo Christi. Primo, quia
in nostro baptismo confertur gratia ex
opere operato, quam producit ipsum
B sacramentum ex propria efficientia, ex
ui suæ institutionis; quemadmodum
probauimus *in 1. tom. de sacrament. in ge-*
Concil. Fl. *ner. lib.2. cap.7. & 8. ex Concil. Florent.*
Conc. Trid *sub Eugen.4. & Concil. Trident. de Sa-*
Suarez *crament. sess.7. can.2. Suarez disp.7. sect.2.*
Bellarm. *Bellarmin. lib. 2. de Sacrament. cap.1. &*
Filliucc. *Filliucc. de Sacrament. tract. 1. cap 4.* At
D. Thom. Baptismus Ioannis nullam gratiam ex
Dion. Car. opere operato, & ex propria efficientia
Albertus conferebat, quemadmodũ omnes Theo
Palacius logi communiter concedunt, ac probãt
Ricchard. *in 4. sent. dist.2. vbi D. Thomas, Dionys. Car*
C *thus. Albertus Magn. Ricchard. Palac. q.*
Scotus *vnic. Scotus q.1. & 2. Bellarmin. de Sacra-*
Bellarmin. *ment. Baptism. à cap.19. vsq. ad 22. & Fil*
Filliuc. *liucc. de Sacrament. tract.2. cap. 1. q. 9. &*
Hẽriquez *Henriq. c.2. num.3.*

2. differ. Secundo differt, quia solus Ioannes
fuit minister sui baptismi, nec ab alio
præter ipsum fuisse ministratum legi-
Tabien. mus. Ità *Tabien. verb. Baptismus.1. §. 3.*
Henriq. *& Henriquez de Sacrament. lib.2. cap.33.*
3 *num.3.* At baptismus Christi à quolibet
homine ministrari potest; imo in casu
necessitatis, etiam fœminæ admittun-
tur, insuper, & infideles, excommuni-
D cati hæretici.

Tertiò differt, quo ad durationem,
quia videlicet Ioannis baptismus prò
breui tantum suæ prædicationis tempo-
re perdurauit, vt docet *D. Thomas 3. p.*
S. Thomas *q.38. art.1. Sotus in 4. dist 2. q. 2. Palacius*
Sotus *q. vnic. & Henriquez lib.2. de Sacram. ca.*
Palacius *32. §.1. & cap.33. §.3.* at baptismus Chri
Henriq. sti à die, quo Christus & Ioannes ad in-
E uicem se baptizarunt, incæpit, & per-
duraturus est vsque ad finem sæculi,
quo tempore cessante lege Christi, cessa
bit pariter, & obligatio baptismi.

Quartò differt quo ad rationem insti
4 tutionis, quia nimirum baptismus Io-
Magister annis, ab ipsomet Ioanne fuit institu-
S. Thomas tus, quemadmodum docet communi-
Ricchard. ter *DD. cum Magistro in 4. sent. dist.2. ibi-*
Paludanus que *D. Thomas Ricchardus, Paludanus,* F
Bonauent. *Bonauentura, Palacius, Durandus Sotus*
Palacius. *Marsilius q.2. art. 2. Alexand. Alens. 4.*
Durandus. *par. q.9. memb.5. Hugo Vict. lib.2. par. 6.*
Sotus *cap.6. Bellarminus de bapt. cap.10. & Hen*
Marsilius *riq. lib.2. de Sacram. c.32. nu. 1. & Filliuc*
Alexand. *cius de sacrament. tr.2. c.1. q 9.* Sed Baptis
HugoVict. mus Christi fuit institutus antequam
Bellarmin mors Christi, & resurrectio succederet
Hẽriquez. ità *Gregorius Nazianz. Oration. 39. qua*
Filliucc. *est in sancta lumina, Cyrillus lib.2. in Ioan.*
Greg. Naz *cap.57. Hugo Victor. lib. 2. de Sacrament.*
Cyrillus *par.6. cap.4. DD. cum Magistr. in 4. sent.*
HugoVict. *dist.3. ibiq; q.1. art.5. q.2. Scotus q.4. & S.*
Magister *hoc ergo Bonauentur.1. par. distinction. art.*
Scotus *1. q. 2. ad vlt. Ricchardus ar.5. q.1. Gabriel*
G *q. vnic. art.3. dub. vlt. Capreolus disput.3.*
Bonauent. *q.3. art.1. consil.3. Sotus in 4. dist.3. q. vnic.*
Ricchard. *art.2. Caietanus super 3. par. D. Thom. q.*
Gabriel *66. art. 2. ibiq. Suar. disp. 21. sect.2. & 3.*
Capreolus *Vazquez disput. 140. cap. 3. & 4. Adria-*
Sotus *nus in 4. q.1. de Baptism. §. contra primam*
Caietanus. *partem Bellarm. de sacrament. Baptism. c.*
Suarez *5. Ledesma q.7. art.2. Paludanus in 4. dist.*
Vazquez *3. q.1. Henriquez de Sacrament. lib.2. cap.*
Adrianus *2. num.2. lit. D. & Filliucc. de Sacrament.*
Bellarmin. *tract. 2. cap. 1. q. 4. num.7.*
Ledesma Vnde sicut institutor nostri Baptismi
Paludanus idest Christus infinitè excellit Ioannem
Hẽriquez. Baptistam, sui baptismi institutorem;
Filliucc. ità baptismus noster longè excellentior
H & dignior est baptismo Ioannis, *Hen-*
riquez lib.2. de sacram. c.32. n.6. & Filliuc.
de Sacrament. tract.2. cap.1. quæst.9. nu.22.
vbi ait baptismum Ioannis esse inferio-
Hẽriquez. rem baptismo Christi in ratione Sacra-
Filliucc. menti, medij necessarij, initerabilitatis
D. Thom. in effectu, & necessitate. Vide *D. Thom.*
Bellarmin. *3. par. q.38. ab art.1. vsq. ad 6. & Bellar-*
5 differ. *min. de baptismo lib.1. à ca.19. vsq. ad 22.*

D. Thom. Quinto differunt, quo ad subiectum,
Sotus. idest quo ad conditionem personarum
Palacius. suscipientium, quia baptismus Ioannis
Hẽriquez. non conferebatur infantibus, quibus
I prodesse non poterat, sed solis adultis,
quemadmodum docet *D. Thomas 3. par.*
q.38. art.4. ad 3. & dist. 2. q.2. 3. ad 3. ibiq;
Sotus, & Palacius q. vnic. & Henriquez
lib.2. de Sacram. cap.33. num.3. Sed Bap-
tismus Christi à qualibet persona su-
scipi potest, nec datur distinctio, siue
differentia sexus, vel ætatis, quia tam
viri quam feminæ, tam adulti, quam
K infantes baptizari possunt, quibus om-
nibus effectus Sacramenti confertur, nisi
obex ex parte suscipientis ponatur.

6 differ. Sexto differunt, quia Baptismus Io-
annis non fuit in præcepto, sed ad cõ-

Dd filium

A filium Dei pertinebat quemadmodum colligitur ex *Luc.2.& ex Matth.21. & tradit Chrysostomus homil. imperfecti D. Thomas 3.par.q.38.art.2.ad 3.Paludanus in 4.dist.2.q.2.art.2. Sotus q.2.1.Palacius q. vnic. & Henriquez d. cap. 33.num.5.* at baptismus Christi est de præcepto diuino, quod nimirum præceptum omnibus adultis proponitur, & ad illud adimplendum omnes indifferenter obligantur. Ità *D.Thomas 3.par.quæst.68. artic.1.Sotus in 4.dist.4.artic.1. Ricchar-*
B *dus distin.4.art.1.quæst.3. Gabriel.q.2.artic.3.dub.1. Bonauent.distin.6.art.2.quæst. 1. Paludanus quæst.1. Adrianus de Baptism.quæst.5. & Henriquez lib. 2. de Sacrament.cap.4.§ 3. & 5. & colligitur ex Act. 2.baptizetur vnusquisq. & habetur in Concil.Triden.sess.7.can.5.de Baptism.* Quapropter SS. Patres communiter docent, baptismi sacramentum adultis non esse differendum. *Cyprianus lib. 3. Epist.8.Chrysostomus homil.1.in Acta, & homil.13.ad Ephes.Basilius serm.40. de Baptismo, Augustinus 3.de pecc.mer.cap. 5.D. Thomas 3.par.quæst.63.art. 3. Ledesma, Syluester baptism.4. §.5.Palacius in 4.dist.5.*

Luc.2 Matth.21. D. Thom. Paludanus Sotus Palacius, Henriq. D.Thomas Sotus Ricchard. Gabriel Bonauent. Paludanus Adrianus Henriquez Act.2 Conc.Tri. Cyprianus Chrysost. Basilius Augustin. Ledesma Syluester Palacius

C Septimo differunt nomine, quia ille appellatur baptismus Ioannis, noster vero nuncupatur simpliciter baptismus Christi. Vide *D.Thom. 3. par. quæst. 38. ab artic.1. vsque ad 6. Dionys. Carthusian. in 4.dist.2.quæst.5. Ricchard.ibid. quæst. 1. & 2. Palac.quæst.vnic.Albert. Altisiodorens.Scot.& Durand.quæst.1.& 2. Bellarmin.de Sacrament. Baptism.à cap.19. vsque ad 22.Suarez super 3. par.D. Thom.*
D *quæst.66.artic.1.disput.21.sect.5. Vazquez ibid.disp.140.cap.2.& 3. Henriquez de Sacrament.lib.2.cap.32. §.6. & Filliuc. de Sacrament.tract.2.cap.1.q.6.*

D.Thomas Carthus. Ricchard. Palacius Albertus Altisiodor. Scotus Durandus, Bellarmin. Suarez Vazquez Henriquez Filliuc.

E

F

CAPVT XIII.

An Baptismus Ioannis fuerit à Deo; & cur Ioannes Baptista ad illum ministrandum diuinitus fuerit electus.

G

AMbigere profectò quis posset an Ioannis baptismus fuerit à Deo, vel à solo Ioanne, eo quod non simpliciter baptismus Ioannis appelletur Matth.21. baptismus Ioannis (inquit) vnde erat è cœlo an ex hominibus. Vnde in præsenti cap. opportunè quæritur an Ioannis baptismus fuerit à Deo. Ad quod breuiter respondemus fuisse H à Deo, quia ipse Ioannes missus fuit à Deo ad ministrandum hunc baptismum quo Christi nomen in cordibus hominum innotesceret, fieretque debita, ac necessaria præparatio ad suscipiendum Baptismum spiritus, quem Christus erat collaturus. Vnde *Ioann.1.* scriptum est, *Qui me misit* (inquit) *baptizare in aqua ille mihi dixit, super quem videris spiri-* I *tum descendentem. &c.* Et alibi; *Ego vox clamantis in deserto; parate vias Domini, rectas facite semitas Dei nostri.* Denique quod Ioannes Baptista à Deo missus fuerit, administrandum hunc baptismum, quo testimonium de Christo hominibus sub lege Mosayca viuentibus præberetur, Ioannes Euangelista cap.1. apertis verbis testatur, dum ait, *Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes, hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine.*

Matth.21. Matth.21. Ioan.1. Ioan.1.

Insuper quod baptismus Ioannis fuerit à Deo; docent, & comprobant *communiter DD. cum Magistro in 4. sentent. dist.2.ibique D.Thomas, & 3.par.quæst. 38.art.2.Albertus Magnus ead.dist.2.q.1. 2.Dionys. Carthus. q.5. Ricchardus q.1. Durandus q.3.num.9. Alexander Alens. q.9.art.2.membr.8.* vbi ait institutionem talis baptismi pertinuisse ad Ioannem, quo ad ministerium; ad Deum verò quo ad authoritatem.

Magister S.Thomas Albertus Dion.Car. Ricchard. Durandus Alex.Alen

Ad

A Ad intelligentiam autem noſtræ ſententiæ ſciendum eſt, quod in baptiſmo omnis (iuxta doctrinam *D.Thom. & Dionyſ.Cart. locis cit.*) duo conſiderari poſſunt; nempè Ritus baptizandi; & effectus baptiſmi. Ritus ſiquidem baptizandi non fuit ex hominibus, ſed ex ſolo Deo, qui familiari Spiritusſancti reuelatione Ioannem ad baptizandum in aqua, miſit; ſicut ſcriptum eſt. *Ioan.* 1. *Qui me miſit baptizare in aqua &c.* Effectus autem illius baptiſmi fuit ab homine, quia nimirum, nihil in eo age B batur, quod homo facere non poſſet.

Ioan. 1.

Durandus pariter noſtram ſententiam explicans *in 4.diſt.2.q.3. num. 9.* dicit, quod cauſa primaria inſtitutionis fuit Deus inſpirans Ioannem, vt talem baptiſmum inſtitueret. Cauſa verò miniſterialis, & ſecundaria fuit ipſe Ioannes, vt tangitur *Ioan.*1. vbi ex perſona Ioannis ſic dicitur; *Qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit &c.* Principalis itaque inſtitutor fuit Deus, ex cuius diſpo ſitione prouenit, vt talis baptiſmus in-C ſtitueretur, ergo certiſſimum eſt *Baptiſmum Ioannis fuiſſe à Deo.*

Durandus

Cauſa baptiſmi Ioan. 1

His dictis, ſecunda pars propoſitæ quæſtionis nobis ſupereſt enodanda; & eſt cur Ioannes Baptiſta ad inſtituendũ, miniſtrandumq; talem baptiſmum, diuinitus fuerit electus. Reſpondeo, ob plures cauſas hanc electionem in perſona Ioannis Baptiſtæ fuiſſe factam.

Primo, quia Ioannes ità ad viuum, Chriſtum expreſſit, vt inter eius temporis viros, fuerit Chriſto ſimillimus. D Quapropter *Matth.*11. Miſerunt Phariſæi nuncios ad Ioannem, vt eum prò Meſſia colerent. Vide de hoc *Canis lib. 1.de corruptel.verb.Dei cap.19.& Henriquez de Sacramentis lib.2.c.32.§.2.lit.F.*

Caniſius. Henriquez

Secundo ob ſanctiſſimæ, atque immaculatæ vitæ puritatem, tum quia quaſi adultus adhuc in vtero matris ſuæ Spiritus ſancti gratia fuit ſanctificatus, ac poſtmodum cum quadam gratiæ plenitudine confirmatus in gratia; quemad-E modum docet *Chryſoſtomus ſermon. de Baptiſt.tom.2.Origenes homil.1.in Hieremiam Athanas.orat.4.contra Arrian.Maxen tom.5.Bibliot.dialog.1.contra Neſtor. Ireneus lib.5.cap.15. Hieronym. in Hierem* 1.*Ambroſius ſerm.67.de S.Ioan. Bap. Beda, & Theophilact. homil.4. in Luc.S. Leo Papa ſerm. 10. Tertullianus lib. de anim.cap.26.D.Thomas 3 par. q.27. art. 1. DD. in 2. diſt.3. ibique Bonauentura in 1.par.a.1.q.3. Ricchardus art.1. q. 2.Durandus q.2.Caniſius lib. 1.de corrupt. cap. 1.Gerſon ſermon. de Baptiſta, Ianſenius c. 4.Beaux.tom. 1.Harm.ac Bernardus ſerm. de excellent.Baptiſt.& Epiſtol.*174. Tum quia piè, ac probabiliter creditur ex particulari priuilegio, omnia peccata venialia euitaſſe. Ità refert *Athanaſius lib.4.contr.Arrian.Euſebius Emiſſen. ſer. de Io.Baptiſt.Ambroſius Sermon.63.Gregorius 3.moral.cap.4.Metaphraſtes in encomys Baptiſta Caniſius lib. 1. cap.10. & Abulenſis in Matth. 14. q. 40.* Vnde ob hanc eximiam vitæ puritatem *Gerſon ſerm.de Baptiſt.* exiſtimat ipſum Ioannẽ in Regno cęleſti proximum eſſe B.Mariæ Virgini, & in locum Luciferi, qui fuit primus, ac ſupremus Angelorum ſuueniſſe. Alij verò tantam vitæ puritatem in perſona Ioannis conſiderãtes, ac pariter admirantes, putauerunt eum eſſe Angelum in corpore aſſumpto cũ de Baptiſta Chriſtus *Matth.* 11. *dixerit*, Ecce ego mitto Angelum meum antefaciem tuam; ſed hæc opinio fuit falſa, quemadmodum, & illa, quæ eum eſſe vrum Meſſiam exiſtimabat; Vnde *Ioan.* 1.miſerunt Phariſæi nuncios ad Ioannẽ vt eum interrogarent an ipſe eſſet Meſſias venturus; quibus reſpondens Ioãnes dixit, *Non ſum ego Chriſtus.* Vide *Chryſoſt.homil.15.in Ioann.1. Theophil. Euthym. & Cyrillum in Ioann.Nicaphorum lib.1.hyſtor.cap.19. & Canis. lib. 1. de corruptel.cap.9.*

Chryſoſt. Origenes. Athanaſius Maxen. Iræneus. Hieronym. Ambroſius Beda Theophil. S.Leo PP.

F *Tertullian S.Thom. Bonauent. Ricchard. Durandus Caniſius Gerſon. Ianſenius. Beaux. Bernardus.* G *Athanaſius Euſeb.Em. Beda Ambroſius Gregorius. Metaphr. Caniſius Abulenſis. Gerſon.* H *Matth.* 11. *Ioann.* 1 *Chryſoſto. Theophil. Euthymius Cyrillus. Nicæphor. Caniſius.*

Tertio ob vitę eius auſteritatem, qua ſiquidem mirabile, ac perfectiſſimum exemplum omnibus hæremitis, & religioſis futuris dedit. Hinc congruum fuit, vt Ioannes Baptiſta adminiſtrandum Baptiſmum, & ad prædicandam pœnitentiam in remiſſionem peccatorum, elegeretur; quia ipſe aſperrimæ vitæ auſteritate, verum exemplum pęnitentiæ hominibus præbebat. *Hinc D.Thomas 3 par.q.38.art.2.ad* 2. de Ioanne loquens dicit, ipſa etiam auſteritas vitæ eius officium commendabat.Et *Chryſoſt.ſuper Matth.* hoc idem inſinuat his verbis; *Mirabile erat* (inquit) *in humano corpore tantam patientiam videre.* Vide *Durand.in 4.diſt.2.q.2.3.*

Tertia. I *S.Thomas Chryſoſt.* K

Quartò ob eius dignitatem, ac maximam multitudinem diuinorum donorum, quam diuinitus acceperat; vnde cæteris hominibus prælatus eſt, quẽadmodum Chriſtus dixit *Matth.* 11. *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta.* Vide Caniſ.*lib.1.de corruptela verb.Dei cap. qui citat* Hieronym.

Quarta. Matth. 11. *Caniſius* 1 *Hieronym*

A *Crysost. Theophilact. Bernard. & August. 2. contra aduersar. leg. cap. 5.*

Chrysost. Theophil. Bernard. Augustin.

CAPVT XIV.

An Baptismus Ioannis ministrabatur sub aliqua forma; & cur Baptismum Christi, tepore praecesserit.

B

IN illo Baptismo quem Ioannes Baptista in Iordane ministrauit, aderat quædam materia, nempè aqua naturalis, qua Iudæi exterius abluebantur, vnde quis quærere posset, an adfuerit simul, & forma. *Ratio* dubitandi est, quia multa dissentio est inter DD. in hac quæstione, multi enim affirmant alij verò negant]. Quorum opiniones
C hic sigillatim apponere, atque disserere, non alienum duximus.

Prima opinio. Centur.

Prima opinio est *Centur.* qui asserunt Ioannem, suum baptismum ministrasse sub hac forma, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Vnde, iuxta hanc sententiam baptismus Ioannis quòad substantiam, & qualitatem formæ cum baptismo Christi conueniebat. Hanc opinionem refert, ac reijcit *Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap. 33. nu. 1. lit. B.* Vnde in eius reiectione nullatenus
D immorari debemus, cum nullum fundamētum habeat, neq; in sacra Scriptura, neque in SS. Patrum traditione.

Henriq.

2. opinio. Sotus Gabriel Durandus Bellarmin

Secunda opinio est illorum, qui asserunt *I*onanem Baptistam in suo baptismo nulla forma vsum fuisse. *Ità* tenet *Sotus in 4. dist. 2. q. 2. art. 1. Gabriel. q. 2. no. 1. ad fin. Durandus dist. 2. q. 3.* sed pòst modum subiungit dicens opinionem contrariam, (quam inferius adducemus) etiam esse probabilem. *Bellarminus verò lib. 1. de Baptismo cap. 20.* probabilius
E esse putat si dicatur *I*oannem nulla forma vsum fuisse. Nam (inquit) *etiam Christum Baptizauit Ioannes eo ritu, quo cæteros, & certè ridiculum fuisset Christū baptizasse in nomine venturi.*

3. opinio. Ambrosius Hieronym Hug. Vict. Magister. S. Thomas

Tertia opinio, quam ego veriorem, ac probabiliorem esse existimo tenet *Io*annem suum baptismum sub aliqua forma ministrasse; idest in nomine Christi venturi homines baptizasse. *Ità Ambros. lib. 1. de Spiritusancto cap. 3. Hieron. in Ioel 2. Hugo Vict. par. 6. lib. 2. c. 6. DD. cum Magistro in 4. dist. 2. ibiq; D. Thomas*
F *q. 2. 1. 2. & 3. par. q. 38. art. 6. ad 1. ubique Caietanus, Alexander Alens. 4. par. q. 9. in 3. quæst. 12. memb. 3. art. 1. Palacius in 4. dist. 2. q. vnic. Bonauent. ead. dist. in lit. Paludanus q. 2. art. 2. Bassol. q. 2. artic. 2. Scotus distin. 3. Castrens. Baptism. hæres. 2. Cano lib. 8. loc. c. 5. ad 3. Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap. 33. num. 1. lit. B. & lit. A. & fauet Augustin. quæst. 26. noui testament.*

Caietanus. Alexander Palacius. Bonauent. Paludanus Bassolius. Scotus. Castrens. Cano Hēriquez. Augustin.

Hęc autem opinio probatur primo *ex Act. 19.* vbi scriptura de *I*oanne Baptista
G loquens, ait, dicens in eum, qui venturus esset post ipsum, vt crederent; Ex quo loco apertè colligitur *I*oannem Baptizasse populum in nomine Christi venturi. Nec obstat illa difficultas, quam apponunt *Bellarminus, & Durandus loco cit.* Dicentes non baptizasse Christū sub hac forma, vnde nec cæteros. Nam respondemus hanc formam non fuisse necessariā tali necessitate, vt sine ea baptismus ministrari minimè posset, quia ad eius essentiam non pertinebat; vnde
H absurdum non est si dicatur, ea forma haud vsum fuisse quando Christum baptizauit. *Palacius vera in d. q. vnic.* dissoluere hanc obiectionem nititur dicens, *I*oannem baptizasse Christum sub hac forma. Ego te baptizo in nomine suo, qui venturus es. Sed melior est illa responsio à nobis superius data, quam videlicet approbat *Henriquez d. cap. 33. nu. 1. lit. B. in comment.*

Probatur primo Act. 19.

Bellarmin. Durandus

Palacius.

Hēriquez.

Probatur 2

Probatur secundo ratione, quia materia est per se indifferens, & indetermi-
I nata, determinatur autem per formam vt talis res appellari possit. Vnde dicendum non est baptismum Ioannis ex sola materia constasse idest ex aqua, vel ex ipsa ablutione, eo quod aqua sit indifferens, & pluribus ministerijs deseruire possit. Vnde melius est si dicatur, ipsam materiam idest aquam fuisse determinatam per formam ad significandum aliquid sacrum, constituendumq; illum Baptismum, quamuis ipsa forma ad eius essentiam non pertineret.
K

In secunda parte propositæ quæstionis quæritur, cur Baptismus Ioannis, Baptismum Christi tempore præcesserit. Ad quod breuiter respondemus cum *D. Thom. 3. par. q. 38. art. 1.* ob quatuor caussas fuisse conueniens, vt Ioannes baptismum Christi præcedens tempore; baptizaret in aqua. *Primo* (inquit D. Thomas) *quia oportebat Christum à Ioanne baptizari, vt baptismum consecraret, vt*

S. Thomas.

Augu-

A *Augustin. dicit super Ioann. Secundo, vt Christus manifestaretur. Vnde ipse Ioannes Baptista dicit Ioan. 1. Vt manifestetur scilicet Christus in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans concurrentibus enim turbis ad baptismum, annunciabat Christum, quod quidem facilius sic factum est, quam si per singulas discurrisset, vt ait, Chrysostom. super Ioann. Tertio. vt suo baptismo assuefaceret homines ad Baptismu Christi. vnde Gregorius dicit in quadam homil. quod ideo Ioannes baptizadit, vt* B *præcursionis suæ ordinem seruans, qui nasciturum Domino nascendo præuenerat, baptizando, quoq; baptizaturum præueniret. Quarto, vt ad pœnitentiam homines inducens homines præpararet ad digne suscipiendum Baptismum Christi. Vnde ibidem Beda dicit, Quod quantum Cathecumenis nondum baptizatis prodest doctrina fidei, tantum profuit baptisma Ioannis ante baptisma Christi; quia sicut ille prædicabat pœnitentiam, & baptismum Christi prænun*C*ciabat, & in cognitionem veritatis, quæ mundo apparuit attrahebat; sic ministri Ecclesiæ primo erudiunt post peccata eorum redarguunt, demum in baptismo Christi remissionem promittunt. Hæc ex S. Thoma.*

Augustin.
Chrysostom
Gregorius.
Beda.

CAPVT XV.

D *De materia remota baptismi.*

CErtum est omnia sacramenta nouæ legis constare ex materia, & forma; vnde cum baptismus inter septem sacramenta legis Euangelicæ enumeretur congruum est, vt quæramus quænam sit eius materia. Sed quia DD. communiter docent in huiusmodi sacramento duplicem materiam dari, idest materiã remotam, & materiam proximam; id-E circo primo loco explicandum nobis est quæ nam sit materia remota.

Materia remota Baptismi est aqua simplex, & elementaris; siue illa sit maris, siue fluminis, laci, aut balnei, siue sit calida, siue frigida, clara, aut turbida, sulphutea, siue cinericia; omnes namque aquæ quas vsq; adhuc enumerauimus, non sunt artificiales, sed naturales, vnde his tanquam materia apta, in collatione Baptismi vti possumus.

Materia remota baptismi aqua.

Probatur hæc veritas ex SS. Patrum F doctrina, qui communiter docent, materiam Baptismi esse aquam naturalem. *Ità Basilius homil. 13. quæ est de exhortation. Baptis. Gregorius Nazianzen. in oration. de Baptismo. Chrysostom. homil. 24. in Ioann. Gregorius Nissen. in oration. de Baptism. Cyrillus Cathec. 3. Tertullianus de baptismo, & in lib. de resurrection. carnis Hieronymus in Ezechiel 16.36. tom. 3 & Epist. 83. ad Ocean. Cyprianus lib. 2. ad Quirin. cap. 25. Ambrosius lib. 3. de Spiritu sancto cap. 11. Augustinus lib. 1. de peccato mor. cap. 20. & lib. 2. cap. 17. Origenes in Epist. ad Roman. 6. lib. 5. Irenæus lib. 2. cap. 19. hoc idem communiter tenent DD. in 4. dist. 3. Paludanus q. 3. Dionysius Carthus. Ricchardus Bonauentura, Durandus q. 4. Scotus, Albertus Magnus, Palacius, Altisiodoreus, Capreolus ead. dist. Gulielm. Parisiens. de Sacrament. cap. de baptism. D. Thomas 3. par. q. 66. art. 3. Ledesma, Pius V. in Cathechism. Canis. ca. 2. Sonnius cap. 20. Hosius cap 37. Alanus lib. 1. de sacram. cap. 13. & 18. Taper. art. 2. Maior. tit. 2. num. 26. Cuchus lib. 5. institut. Suarez tom. 1 conclus. 2. Valent. tom. 4 disput. 4. q. 1. punct. 2 Sotus in 4. dist. 3. q. vnic. art. 4. Nugnus 3. par. q. 66. art. 3. Coninchus ibid. art. 4. dub. 1. Victor. de sacrament. q. 12. Reginaldus lib. 27. num. 11. Henriquez lib. 2. cap. 6. num. 2. & 3. Chamerot. de Baptis. cap. 2. dub. 2. Vinald. de Baptism. cap. 2. num. 4. Rodriquez de Baptism. cap. 25. num. 1. Toletus lib. 2. cap. 18. nu. 4. Graffius 2. par. lib. 1. cap. 3. num. 16. Petrus Ledesm. in Summa de Sacrament. Baptis. ca. 3. vers. Primiera Conclusion Posseuinus de Baptism. num. 2. & 3. Angles de essentia. lib. Baptism. art. 2. conclus. 1. Alexander Alens. in 4. dist. 3. q. 13. n. 2. ar. 3. Phyliarcus instruct. Sacerd. tom. 1. de Baptism. Innocentius cap. in quadam de celebration. missar. Castro. & Medices de Baptism. hæres. 1. Cano relect. de Sacrament. par. 1. Victor. §. 9. & 12. Antoninus 3. p. tit. 14. cap. 1. §. 30. Syluester baptismus. 2. Angelus baptism. 3 Armilla §. 21. Tabien. baptismus 14. Nauarr. cap. 22. nu. 5. Petrus Gregor. in Sint. tit. de baptismo Montal. lib. 4. tit. 4. par. 1. Fillinccius de Sacrament. tract. 2. cap. 2. n. 23. q. 1. & Bonacin. de Sacrament. baptism. disp. 2. q. 2. punct. 3. & alij.*

Basilius.
Nazianz.
Chrysost.
Greg. Niss.
Cyrillus
Tertullian
Hieronym
Cyprianus
Ambrosius
Augustin.
Origenes
Irænus.
Paludanus
Dion. Car.
Ricchard.
Bonauent.
Durandus
Scotus
Albertus
Palacius
Altisiodor.
Capreolus.
Guliel. Par
S. Thomas
Ledesma.
Pius V.
Canisius
Hosius
Alanus
Taper.
Maior
Cuchus
Suarez
Valentia.
Sotus
Nugnus
Coninchus
Victor.
Reginald.
Henriquez
Chamerot.
Vinaldus.
Rodriquez
Toletus
Graffius.
Petr. Led.
Passeuinus
Angles
Alex. Alē.
Phyliarch.
Innocent.
Castro
Medices.
Cano
Victorell.

Probatur secundo ex *Concil. Florent. & ex Trident. sess. 5. can. 2.* vbi sic habetur, *Si quis dixerit aquam veram, & naturalem non esse de necessitate Baptismi, atque ideo illa verba Domini nostri Iesu*

Christi

A *Antoninus Angel. Armill. Tabien. Pet. Greg. Filliuc. Bonacina. Concil. Fl. Conc. Tr. Conc. Lat. Suarez.*

Christi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, ad Metaphoram aliquam detorseri Anathema sit. Hoc idē pariter habetur *in Cathechism. Roman de Sacramento Baptismi num.7.& in cap. firmiter, de summa Trinit.& fid.Catholic. in Concil.Later.* Vnde hæc veritas est de fide, quemadmodum testatur *Suarez disp.20.sect.2.*

Probatur tertiò ex Sacra Scriptura, in multis enim locis secti eloquij aper
B rissimè apparet, materiam baptismi esse aquam sensibilem, & naturalem. Ità *Ioann.2. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu &c. 1.Ioan.5. Hic est, qui venit per aquam, & sanguinem. Ephes.5. Mundas eam lauacro aquæ in verbo vitæ. 1. Corinth.10. Baptizati in mari. Act. 10. Nunquid aquam quis prohibere potest, vt non baptizentur hi qui Spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos?* Quem locum exponens *Chrysost.*
C *homil.24.in Ioann.* & eo deducit, veram materiam Baptismi esse aquam sensibilem, & naturalem. Item adducitur illud *Matt.vlt. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Vbi notādū est, hoc verbum (baptizo) esse nomen Græcum, quod ablutio in aqua propriè significatur, quemadmodum docet *Suarez loc.cit. vers.secundò idem & Bellarm. de Sacrament.baptism.lib.1.cap.1.* Sed ma
D nifestius hæc eadem veritas exprimitur in illo loco scripturæ *Act.8.* vbi postquam Apostolus Philippus Eunuchum cathæchizauerat, *Dum irent* (inquit) *per viam, venerunt ad quamdam aquam, & ait Eunuchus, Ecce aqua, quis prohibet me baptizare?* Ex quò apertè colligitur Eunuchum satis intellexisse, ac credidisse, quod ad validitatem baptismi, aqua naturalis, tamquam materia necessaria, requireretur. Vnde Philippus hoc idem confirmans, respondit di
E cens. *Si credis ex toto corde licet*. Et paulò inferius subiungitur, *Descenderunt, vterque in aqua Philippus, & Eunuchus, & baptizauit eum.*

Ioann.3 Ioann.5 Ephes.5. 1.Corin.10 Act.10. Chrisost. Matth.vlt. Suarez. Bellarmin. Act.8.

Probatur quarto rationibus Prima ratio, quæ ad hanc veritatem confirmandam adduci potest, est quia volūtas Instituentis voluit, ac decreuit, vt aqua sensibilis, & naturalis esset materia necessaria ad validitatem huius sacramenti. Et hæc principalis, & absoluta ratio, quam afferre possum. Ita *Durandus in 4.dist.2.q 4. Suarez disput. 20.sect.2. Vers.vltim.afferro, & Filliucc. de Sacrament. tract.2.cap.1.q.1.* Secunda F ratio est, quia illa est materia remota, quæ cum sit res naturalis adhiberi solet in vsum Sacramenti, at huiusmodi est aqua sensibilis, & naturalis, quemadmodum constat ex *Concil.Florent.Later & Trid.* & ex pluribus locis Sacræ Scripturæ, supra citat, ergo &c. Tertia ratio est, illa est apta materia alicuius Sacramenti, quæ maximam congruentiam habet cum tali Sacramento, quia quem admodum docet *Hugo Victor.lib. de Sacrament. & testatur Durandus in 4.dist.3. q.4.* Sacramenta ex similitudine repræ- G sentant; sed aqua sensibilis, & naturalis maximam habet congruentiam, & similitudinem cum effectu baptismi, ergo, &c. Minor probatur, duplicem nāque proprietatem habet aqua naturalis, Primo abluere, Secundo refrigerare, ita pariter baptismus duplicem effectū producit, Primo abluere originale peccatum, Secundo carnis fomitem refrigerare. Vide *Durand.d.q.4. D.Thom. q.66. art.4. Cyrill. Cathec.3. Chrysostom homil.24.in Ioann. Suarez disp.20.sect.2. & Filliucc. de baptism. tract.2.cap.1.q.1.* H

Durandus. Suarez. Filliucc. Hugo Vict. Durandus. Durandus. S.Thomas. Cyrillus Chrysost. Suarez. Filliuccius

CAPVT XVI.

Refellitur error permultorū hæreticorum, qui negauerunt, materiam Baptismi esse aquam.

I

Apud antiquos hæreticos hic error præcipuè viguit, nempè aquā naturalem non esse materiam baptismi ideoque non adhibebant hanc materiā Sacramento. Hanc hæresim tenuerunt Manichæi, quemadmodum refert *Iranæus lib.1.contra hæres.cap.18. Augustinus lib.de hæresib.cap.46. Bellarminus de Sacrament.baptism.cap.2.& Suarez disp.20 sect.1.* Isti igitur hæretici Manichei (*teste Bellarm. loc.cit.*) existimabant baptis K mum non esse conficiendum in aqua; quia asserebant omnes res corporeas, ac pariter aquam, non à Deo, sed à Diabolo fuisse creatas. Sed Marchionistæ, quamuis crederent aquam ex malo principio idest Diabolo processisse, tamen in confectione baptismi ea vtebantur, non alio fine moti, quam vt Chri-

Iranæus Augustin. Bellarmin. Suarez

A Christi precepto obtemperarent. Ità refert *Bellarmin. d. capit. 2. & Theodoretus lib. 1. Fabular. hæretic. r.* vbi testatur sè vidisse quēdam seuem Marchionistam, confitentem planè, in ministerio baptismi, aquam esse admiscendam; sed tamen tanto odio eam prosequebatur, vt mallet faciem suam sputo, quam aqua abluere. *Bellarmin.* *Theodoret.*

Secundus error fuit Seleucianorum, Hermianorum, & Paulicianorum, qui in confectione baptismi, non aqua sed B solis verbis vtebantur. Quam profectò opinionem solidabant in sacra scriptura, quia *Matth. 4. Luc. 3. Ioa. 1. & Mar. 1.* habetur, Ioannem baptizasse tantum in aqua, Christum vero baptizaturum in Spiritusancto, & igne. Hanc hæresim refert *Augustinus de hæresib. cap. 59. Euthymius 2. par. Panopl. tit. 21. Phylastius in lib. de hæresib. Bellarm. de baptismo lib. 1. cap. 1. & Suarez disput. 20. sect. 1.* *Matth. 3.* *Luc. 3.* *Augustin.* *Euthym.* *Phylast.* *Bellarm.* *Suarez*

Tertius error fuit Iacobitarum, qui in ministerio Baptismi non vtique aqua C vtebantur, sed ferro candenti quodam signum in facie baptizati imprimebant. Quia enim ex *Matth. 3.* deduxerant materiam baptismi, esse ignem, hinc vt character Christi in fronte christiani imprimeretur, signū crucis ferro candenti in eo figebant. Vide *Bellarmin. & Suarez loc. citat. Bernard. Lutzemburg. in Cathalogo hæreticor. Prateol. verb. Iacobita, & Sander. lib. 7. de visibil. monarch. hæres. 113.* *Bellarmin.* *Suarez* *Bern. Lut.* *Prateolus* *Sanderius.*

Quartus error fuit Vuicelph qui (teD ste *Vualdens. tom. 2. de Sacramen. cap. 101.* asserebat illam aquam, quæ significatur *Ioan. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu, &c.)* methaphoricè esse accipiēdam, quemadmodum accipitur illud *Ioan. 4. qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam,* & illud *Ezechiel. 36. Effundam super vos aquam mundam.* Quo in loco, aqua pro gratia diuina accipitur. *Ioa. 3.* *Ezech. 36.*

E Quintus, & vltimus error fuit *Lutheri,* qui in *symphosiacis colloquijs cap. 17.* putauit, baptismum conferri posse in lacte, aut in ceruisia, vel in alio simili liquore dummodò ex eo balneum effici possit. Vnde *Bellarm. d. cap. 2.* refert eum dixisse, quod, quidquid balnei nomine nuncupari potest, est apta materia ad baptismum conferendum. Insuper & illa hæresis commemoratur, apud permultos scriptores, qua nonnulli infecti, *Bellarm.*

F ac deprauati, negabant aquam esse materiam baptismi, asserebantq; propriam, ac veram materiam, esse sanguinem qui ex proprio corpore ictibus flagellorum extrahitur, ꝓpterea quotiescūq; aliquē baptizare volebant, flagellorum percussionibus adeo eum afficiebant, quousq; sanguis ex corpore baptizandi vbertim emanaret; quo peracto, talem hominem suscepisse verum baptismum opinabantur. Et ex hoc isti hæretici, flagellantes G nuncupati sunt. Vide *Alphons. à Castr. verb. baptismus hæres. 12. Prateol. verb. flagellantes, & Suarez supr 3. p. D. Tho. q. 66. art. 4. disp. 20. sect. 1.* *Castro* *Prateolus* *Suarez*

At omnes istæ hæreses, quas vsq; adhuc enumerauimus; testimonijs sacræ scripturæ, & SS. Patrum, & Cōciliorum, quæ in præcedenti cap. adduximus reijciuntur; quapropter illa duo loca sacræ scripturæ solummodo nobis explicanda supersunt, adhoc vt disputandi aditus quibuscunq; hæreticis omnino recludatur. H

Primo adducitur ab aduersarijs illud *Matth. 3.* vbi Ioannes Baptista de Christo venturo alloquens, dicebat Iudæis, *Ille vos baptizabit in Spiritusancto, & igne.* Ex quo loco inferunt aduersarij, materiam baptismi esse ignem, quia Christus baptizauit in igne. Sed hæretici malè hunc locum scripturæ exponunt, quia ibi ignis non in sensu literali, sed in sensu metaphorico est accipiēdus. Vnde accipitur ibi ignis, prò gratia Spiritus sancti, quę titè ac conuenientèr nūcupatur metaphoricè ignis, quia quemadmodum ex igne causatur calor, ita pariter gratia spiritus sancti, calorem deuotionis in anima producit. Vnde illud *Matth. 3. ille vos baptizabit in Spiritu sancto, & igne* pro gratia Spiritussancti, quæ in baptismo confertur, est accipiendum; quemadmodum colligitur ex *Chrysost. homil. 11. in Matt. Basil. in lib. de baptism. Euthym. & Anselm. in Matth. 3. Cyrillo Alexandr. lib. de fide ad Theod. & Cyprian. lib. 1. contr. Iudæos cap. 12.* *Matth. 3.* I *Matth. 3.* *Chrysost.* *Basilius* *Euthymius* *Anselm.* K *Cyrillus* *Cyprianus*

Secundo adducitur illud *Ioan. 3. Nisi, quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu, &c.* Quæ videlicet verba hæretici in sensu metaphorico exponunt; itàut per hanc aquam, gratia diuina significetur, quia sicut aqua abluere corpus assolet, ita gratia diuina animam ab inquinamentis peccaminum abluit. Sed non obstante hac hæreticorum contradictione, fateri ac tenere debemus, quod ibi *Ioan. 3.*

A ibi sacra scriptura de aqua sensibili, & naturali loquatur, sub qua, gratia diuina, quę virtute eiusdē aquę baptismatis confertur metaphorice adumbratur. Vide de hoc *Cypria. Epist. 66. et 76. Iran. lib. 3. contra heret. cap. 19. Basil. homil. 13. qua est exhortatio ad Baptism. Cyrillum super illa verba, lauamini, mundi estote. August. lib. contra fulgent. donatist. non longe à fine Hieronym. in Ezech. 36. & epist. 83. ad Occan. & Innocent. 3. in cap. in quodam de celebratione missar.* vbi definit, illam aquam, quæ de latere Christi crucifixi profluxit, fuisse veram, ac naturalem aquā, atq; per eam, fuisse aquā baptismatis præfiguratam deniq; hac, & alias hæreses longiori tractatione reijcit *Bellarminus de Baptismo, lib. 1. cap. 1. & 2. Suarez disp. 20. sect. 1. & Vazquez sup. 3. part. S. Thom. q. 66. art. 4. disput. 141. cap. 1. & 2.* vbi quorundam hæreticorum errorem refert, ac reijcit, qui in oleo aquæ admixto baptizabant.

Cyprian. Iraneus Basilius Cyrillus Augustin. Hieronym. Innocent. Bellarmin. B Suarez Vazquez

C

CAPVT XVII.

An aqua alterata posit esse materia baptismi?

QVeritur in præsenti cap. an aqua alterata possit esse materia apta, qua baptismi sacramentum conficiatur. Ad quod respondemus, D quod huiusmodi alteratio fieri potest, si videlicet aqua alij corpori admisceatur, huiusmodi est brodium lixiuium, & lutum; vnde si tanta fuerit alteratio, vt ipsa aqua in aliam substantiam transierit, non poterit esse materia apta ad Baptismum. Est communis opinio DD. quam tenet *S. Thomas 3. part. q. 66. art. 4. ibiq; Caietanus, & Suarez disput. 20. sect. 1. Sotus in 4. sent. dist. 3. q. vnic. art. 4. Palud. dist. 4. q. 3. col. 1. Ledesma, Bartholomeus ab Angel. de Sacrament. Baptism dialog. 2. §. 84. Angles de baptism.* E *q. 1. art. 2. conclus. 4. Chamerota de Baptismo cap. 2. aub. 2. Henriquez de sacrament. libr. 2. cap. 6. nu. 2. Syluester, Tabien. de baptism. §. 6. Toletus lib. 2. c. 18. Filliucius de sacrament. tract. 2. cap. 2. q. 3. n. 28. Victorell. in additionib. super Tolet. cap 18 & Bonacin. de sacramento baptismi disp. 2. q. 2. pun. 3. proposit. 1. nu. 6.*

S. Thom. Caietan. Suarez Sotus Paludan. Ledesm. Barth. ab Angles Chamer. Henriq. Sylucst. Tabien. Toletus Filliucc. Victorell. Bonacin.

Si vero alteratio fuerit modica quatenus parua quantitas alterius corporis aquæ admisceatur, tunc aqua taliter F alterata poterit esse apta materia quæ in casu necessitatis quilibet minister in confectione sacramenti, vti potest. Et ratio est, quia per talem alterationem, cum permixtio modica fit; aqua non transmutata est in substantiam illius corporis, cui fuit admixta, vnde non solum appellatur, sed & est vera aqua; ergo erit apta materia ad baptismum. Ita *Suarez disput. 20. sect. 1. Angles de batismo, quæst. 1. art. 2. conclus. 4. Filliuc.* G *d. cap. 2. q. 3. Victorell. loco cit. Tolet. lib. 2 cap. 18. & aly, quos supra citauimus.*

Suarez Angles Filliuccius Victorellus Toletus

Excluditur pariter quælibet aqua artificialis; vt materia baptismi esse non possit; Vnde in aqua rosacea, vel ceruisia, aut ptisana, vel in huiusmodi aquis arte confectis non licet baptizare, quia baptismi sacramentū nullo modo conficeretur. Ita *S. Thomas 3. par. q. 66. art. 4. Suarez ibid. dispu. 20. sect. 1. Pesantius ibid. conclus. 1. Angles de baptismo q. 1. ar. 2. conclus. 3. Toletus lib. 2. cap. 18. Filliucius de sacrament. tract. 2. cap. 2. q. 2. nu.* H *36. Henriquez de baptism. sacrament. lib. 2. cap. 6. n. 2. & aly cōmuniter* qui dicunt, omnes aquas, ex floribus, aut herbis, vel fructibus extractas, non esse aptas ad conficiendum baptismi sacramentum. Et ratio est quia omnes aquæ quas vsq; adhuc enumerauimus non possunt appellari simpliciter aquæ, sed cum addito, neq; sunt aquę naturales, & elemētares, sed artificiales. Hinc ille error Lutheri refellitur, qui dixit, posse aliquem baptizare in lacte, vel in alio hu- I iusmodi liquore, dummodo ex eo bal. neum fieri possit. Vide de hoc *Bellar. de Sacram. baptism. cap. 2. Suarez disp. 20 sect. 1. & Henriquez lib. 2. de Sacram. c. 6. nu. 2. in comment. lit. M.*

S. Thomas Suarez Pesantius Angles Toletus Filliuccius Henriquez Bellarmin. Suarez Henriquez

Insuper excluditur vrina, saliua, sputum sudor, lachrymæ, & flegmata; hæc enim, quia non sunt veræ aquæ, sed excrementa corporis; nequaquam interuenire poterūt ad ministerium baptismi. *D. Thomas 3. part. q. 66. art. 4. ad 3. Sotus in 4. dist. 3. art. 4. Toletus lib. 2. c. 18.* K *Tabien. verb. baptismus, §. 7. Henriquez de baptism. cap 6. num. 2. & Filliuccius de sacrament. tract. 2. cap. 2. q. 2. & habetur in cap. in quadam de celebration. missar. & in cap. Non apponas de baptismo.* Similiter excluduntur omnes aquæ Alchimicæ, eo quod aquæ naturalis, & elemētaris nomen habere nō possint. Ita *D. Thomas 3. par. q. 66. ar. 4. ad 5. Tabien. §. 7.*

S. Thomas Sotus Toletus Tabiena Henriquez Filliuccius S. Thomas

A §.7.*Sotus, Ledesma quos citat, & sequitur Henriquez lib. 2. cap. 6. num. 2. lit. M. & Albert. in 4. d. 5. q. 4. art. 4.*

Sotus
Ledesma
Henriq.
Albert.

Aqua vero sulphurea est apta materia, & ratio est, quia huiusmodi aquæ non incorporantur per artem, aut natu ram aliquibus corporibus mixtis, sed solum per alterationem quamdam recipiunt, ex hoc quod transeunt per aliqua corpora, & per hoc non est mutata species aquæ. Ita *D. Thom. d. art. 4. ad 4. Valent. disp. 4. q. 1. p. 2. lit. C. Sotus dist. 3. q. vn. art. 4. Suarez disp. 28. sect. 1.* B *Hēriquez lib. 2. de Sacram. cap. 6. num. 1. Petrus à Soto, & Viguerius quos citat, & sequitur Victorell. in cap. 18. & Tolet. verb. Alteratai.*

S. Thomas
Valentia,
Sotus,
Henriquez
Suarez
Petr. à Sot.
Viguerius
Victorell.

Hoc idem dici potest de aquis, quæ ex niue, grandine, vel glacie resoluuntur; illæ enim aquæ quamuis accidentaliter sint mutatæ, tamen quia per talem mutationem, propriam naturam, & substantiam non amiserunt, idcirco, hoc ipsum, quod resoluuntur, possunt esse apta materia Baptismi. Secus autem dicendum est si non resoluantur, tunc enim nomen aquæ non habent, nec habere possunt. C *Henriquez d. cap. 6. num. 2.*

Henriquez

Similiter aqua, quæ ex sale resoluto fit, in casu necessitatis poterit esse materia Baptismi. Et ratio est, quia sal fieri solet ex aqua salsa maris (quemadmodum experientia nos docet, & refert *Aristotel. 2. Matheor. cap. 3.*) vnde si aqua maris est apta materia, hoc idem procul dubio de aqua ex sale resoluto dicendum est; eo quod per hanc resolutionem, in suam primã speciē pertransierit.

Aristoteles.

Est communis DD. opinio, ex *Henriquez d. cap. 2. lit. F.* D quamuis contrarium teneant *Syluester, & Tabien. Baptism. 4. §. 7.*

Henriq.
Syluester
Tabien.

Neque obstat si aqua sit calida, aut frigida, nigra, vel alba, aut si in odore, vel sapore, vel colore mutationem acceperit, tunc enim quia nomen aquæ minimè amittit, apta materia erit poterit, *Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap. 6. num. 4. & Fillinccius de Sacrament. Baptism. tract. 2. cap. 2. q. 5.* E

Henriquez
Fillinccius



CAPVT XVIII. F

Ostenditur aquam benedictā esse propriam, ac decentem materiam Baptismi.

Quamuis in casu necessitatis vnusquisque minister aqua nō benedicta ad conferendum baptismum vti possit; tamen ob G decentiam, ac reuerentiam Sacramenti, aqua benedicta conuenientius adhibenda est, quia sancta Ecclesia singulis annis eam benedicere, ac sanctificare consueuit. Ità *D. Thom. 3. p. q. 66. art. 4. ad 2. Syluester Baptismus 2. § 3. Bellarminus de Baptismo cap. 26. Sotus, Ledesma, & Pius V. quos citat, & sequitur Henriquez de Sacrament. lib. 2. cap. 9. num. 4. in commen. lit. C. Item Dionys. de Ecclesiast. Hierarch. c. 4. de Baptism. Cyprianus lib. 1. Epist. vlt. Augustinus lib. 6. in Iulian. cap. 8. & Ambrosius lib. 1. de Sacram. cap. 5.*

S. Thomas
Syluester
Bellarm.
Sotus
Ledesma,
Pius V.
Henriquez
Dionysius
Cyprian.
H
Augustin.
Ambros.

At non est de necessitate Sacramenti, vt aqua sit benedicta (quemadmodum docent *DD. supra citati*, aliter enim in casu necessitatis aqua maris, vel fluuii, vel balnei vti nō posset, quod nimirū est falsum. Constat ergo benedictionem in aqua requiri, non de necessitate sacramenti, sed ob maiorem reuerentiam Sacramenti. Hinc mortaliter peccat contra reuerentiam Sacramenti quisquis in baptismo, aqua fœda, vel brodio carnium vtitur. Quod vtique intelligendū I est si in aliquo loco residear, vbi commodè aqua pura haberi potest, si autem hæc haberi non potest imminente necessitate, in aqua fæda, absque peccato mortali baptizat. Idem pariter dicendum est, si talis aqua adhibeatur de qua magnum dubium habetur, an sit apta materia, tunc enim minister absque peccato mortali, vti non potest, *secus autem si periculum necessitatis vrgeret; Ita Scotus in 4. dist. 3. q. 3. Sotus art. 4. ad 2. Ledesma q. 7. & Henriquez de Baptism. cap. 6 num. 2.* Et ratio est, quia melius est, vt infans cum dubio baptismo decedat, quam si quodcunque prætermittatur. Sed iam hoc dubio baptismo collato, si aliquod tempus superfuerit, infans sub conditione rebaptizari debet. Vide ca. *Non dubium, & cap. de quibus, de Baptism.*

Scotus
Sotus
Ledesma
Henriq.

A Denique in presenti cap.quodam dubium proponere, ac dissoluere congruum duximus, eo quod à nostro proposito alienum non sit. Et est, an aqua illa benedicta, quæ in sacro fonte reseruatur, vt in ea baptismus conficiatur; vocari possit Sacramentum. In qua difficultate partem affirmatiuam tenere videntur permulti antiqui, quia nomẽ Sacramenti ei tribuunt. Sic enim eam B vocant *Hugo Victorin.lib.1.de Sacramẽtis par.9.cap.2.Bonauentura, & Maior in 4.dist.3. Alexander Aleus.& Gandulphus in glos.cap.detrahe 1.quæst.1.* vbi concedit asinum posse baptismum bibere. Sed horum DD. opinio aliqua expositione indiget, quatenus intelligatur posse tali aquæ nomen Sacramenti conuenire, non realiter, sed causaliter. Ità exponit communiter *DD.cum Magistro in 4 dist.3.Scotus q.3 Paludanus q.3. Palacius q.3. Ricchard. art. 1. quæst. 1. Sotus* C *quæst.3. Ledesma D. Thomas. quæst. 66. art.1.ad 2.& Henriquez lib.2. de Sacrament.cap.6.§.4.vbi citat Dionys.de Ecclesiast.Hyerarch.cap. 3. Origen. Tertullian. Cyprian. Ambros. Nazianz. Oration. in sanct. Baptism. Augustin.tract.80.in Ioan. Turrecremat. in cap. detrahe.1.q.1. Pium V. Taper.art.1. Dionys.Carthus.q.1. dist. 3. Albert.Gabr. Durand. Herueum dist. 3.q.1.Capreol. Caietan. Syluestr. Tabien. Sot.dist.3 art.1.& alios.*

Hugo Vict. Bonauent. Maior Alexand. Altisiod. Gandul.

Magister Scotus Paludan. Palacius Ricchard. Sotus Ledesma. S.Thomas. Henriquez Dionysius Origenes. Tertullian. Cyprian. Ambros.

Postremum dubium adhuc superest resoluendum, & est, an si hæc aqua benedicta hyemali tempore congeletur, & postmodum calore ignis resoluatur, D noua benedictione indigeat. Ad quod negatiuè respondemus, *cum S. Antonin. 3 par.tit.14.cap.13.§.1. & Henriquez d. cap.6.§.4.* Dum autem congelata permanet, non est apta materia ad conferendum Baptismum. Et ratio est, quia in ministerio huius Sacramenti necessario interuenire debet non tantum materia remota, quæ est aqua, sed, & materia remota in tali dispositione esse debet; in qua possit ad ablutionem deser E uire. Igitur quandiu aqua, congelata permanet, non est apta materia baptismi *Suarez super 3.par. S.Thom.q.66.art. 4.sect.2.& Fillinuc.de Sacrament.tract.2. cap.2.q.3.num.19.*

Nazianz. Augustin. Turrecrẽ Pius V. Taper Carthusian Albertus Gabriel Durandus. Herueus

Capreolus Caietanus Syluester Tabien. Sotus S.Antonin. Henriquez Suarez Fillinuc.



CAPVT XIX.

De materia proxima baptismi

F

IN præcedentibus breuiter actum est de materia remota baptismi, quam esse aquam naturalem sufficienter probauimus; vnde in præsenti cap.de materia proxima pertractari, ordinis ratio deposcit. Hanc autem materiam proximam Baptismi, esse ipsius aquæ naturalis ablutionem docet *Magister sent. in* G *4.dist.5.* vbi illa verba *D. Augustini* considerãs *tract.80.in Ioann. Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum,* dicit, non ipsum elementum, seu aquam, esse sacramentum, sed ipsius aquæ ablutionem, cum baptismus nequaquam confici, ac conferri possit, nisi homo aqua elementari abluatur. Ergo materia proxima baptismi, est aquæ ablutio, Hanc opinionem Magistri sequuti sunt H *communiter DD.in 4.dist.3.ibique S.Thomas quæst.1.art.1.quæstiuncul. 1. & 2. & 3.par.q.66.ab art.1.vsq.ad 6.Scotus eadem dist.3.q.Ricchardus artic.1.q.1.Paludanus q.3.Palacius q.2.Dionys.Carthusian.q.1. Sotus artic.1. Ledesma Pius V. Harueus dist.3.q.1.Caietanus, Albertus, Gabriel Durandus, & Capreolus in 4.dist.3. Turrecrem.in cap. detrahe 1. q.1. Syluester Tabien. Taper.verb.Baptismus art. 1.* Henriquez *lib.2 de Sacrament.cap.7.num.1.To* I *letus lib.2.cap.18. ibique Victorellus verb: ablutio, Valentia, Vazquez super 3.par. D.Thom.q.66,art.4.disput.141.cap.2.Suarez disput.20.sect.2. Fillinuc. de Sacram. tom. 1. tract. 2.cap.9. quæst.4.num.30. & Bonacina de Baptismo disp. 2. q. 2.pun. 3. proposit.1.num.13.*

Materia proxima baptismi ablutio.

Magister Augustin.

S.Thomas. Scotus Ricchard. Paludanus Palacius Carthusian Sotus Ledesm. Pius V. Harueus Caietanus. Albertus Gabriel Durandus. Capreolus. Turrecrem Syluest. Tabiena Taper. Henriquez Toletus Victorell. Valentia Vazquez Suarez

Probatur primo hæc veritas ex illis verbis *Apostoli Ephes.5. Mundans eam lauacro aquæ in verbo Vitæ.* Vnde *D. Augustinus tract.15.in Ioan.ait, Quid est baptismus Christi? Lauacrum aquæ in verbo.* Ergo adhoc vt baptismus conficiatur necessarium est, vt hoc ipsum quod verba formæ proferuntur, corpus aqua abluatur.

K Probatur secundo ex illis verbis Christi *Matth.vlt.Baptizantes eos in nomine Patris,& Filii, & Spiritus Sancti.* Vbi illud verbum (*baptizantes* exponitur à DD. idest *abluentes*) vnde, & baptismus, cum sit nomen græcum, ablutionem, seu immersionem significat, quemadmodum docet *Bellarmin.in lib.de baptismo cap.1.Hosius cap.3.Sotus dist.3.art. 1.col.3.Valentia tom.4. disput. 4 Chamerota de Baptism.cap.2.dub.2. Henriquez*

lib.

Fillinuc. Bonacin. Ephes.5. Augustin. Matth.vlt. Bellarmin. Hosius Valentia. Sotus Chamerota Henriquez.

A *Bonacina* *Chrysost.*

lib.2.de Sacrament.cap.1.num.1.& Bonacina de Sacrament.disput.2.in princip.& desumitur ex Chrysostom.hom.28.

Probatur rationibus. *1. ratio.*

Probatur tertiò rationibus. Prima ratio est, nam illa est materia proxima alicuius Sacramenti, quæ proximè concurrit ad constituendum, conficiendumque tale Sacramentum, sed materia remota baptismi, est aqua; quæ dũ quieta, & ociosa (vt sic dicam) manet, neque gratiam significat, neque est in-B strumentum gratiæ conferendæ; quia hoc Sacramentum, non in facto esse, sed in fieri consistit; ergo opus est, vt vsui, idest ablutioni applicetur, adhoc, vt gratiam significet, & conferat; ergo materia proxima baptismi est ipsa ablutio.

2. ratio. *Bonacina*

Secunda ratio est, quia vnumquodque Sacramentum (quemadmodum notat *Bonacina de Baptism.disput.2.q.2. punct.3.proposit.3.num 13.*) prò materia C proxima habet aliquid, quod effectum Sacramenti significet, sed aqua naturalis per se, & nulli vsui applicata, ablutionem, & emundationem peccatorum, quæ lauacro Baptismi fit, minimè significat; quod tamen optimè significat ipsa ablutio; ergo materia proxima baptismi est aquæ naturalis ablutio.

3. ratio.

Tertia ratio est illa, quam adducit *Suarez disput.20.sect.1. Aqua* (inquit) *est materia remota*, cum enim hoc Sa-D cramentum non sit permanens, sed in vsu consistat, non potest aqua per se sumpta, esse materia proxima Sacramẽti, quia vt sic, & quieta manens, nec significat, nec ad instrumentum gratiæ conferendæ, ergo materia proxima cõsistet in aliquo casu aquæ, sed non in alio, nisi in ablutione, vt constat ex Sacra Scriptura, & ex vsu & traditione Ecclesiæ; ergo.

E Probatur quarto, authoritate *SS Patrum*, qui vnanimiter baptismum vocant non aquam; sed ipsius aquæ ablutionem. *Ità D.Dionys.lib.de Ecclesiast. Hierarch.cap.3.Gregorius Nazianz.orat. in Sanct.Baptism.Augustin.in Ioann tract. 80.& tract.15.Origen.Tertullian.Cyprian Ambrosius, quos citat Palacius in 4. sent. dist.3.q.2.& Henriquez lib.2. de Sacramentis cap.6 in fin.Vide Vazquez super 3. par D.Thom.q.66.art.4.disp.141.cap.2. Suarez disput.20.sect.2.& Sot.in 4.dist.3. art.1.*

Dionys. *Nazianz.* *Augustin.* *Origen.* *Tertullian* *Cyprian.* *Ambros.* *Palacius* *Henriq.* *Vazquez* *Suarez* *Sotus*

Deniquè notandum est ablutionem esse de essentia Baptismi, vnde ad hoc vt Sacramentum conferatur, opus est, vt aliqua pars corporis aqua naturali F abluatur, & reali contactu eiusdem aquę tangatur, quemadmodum docet *S.Thomas 3.p.q.68.art.31.Gabriel.dist.4.q.1.ar. 3.dub.2.Henriquez lib.2.de Sacrament. cap.7.num.2.lit.H.Filliuccius de baptismo cap.2.q.5.num.31.* Et ratio est, quia per exteriorem ablutionem corporis, ablutio animæ significatur, vt sic actio externa correspondeat effectui interno quem Sacramentum operatur; vnde tunc cognoscimus hominem ab inquinamentis peccatorum esse emundatum G cum oculis corporeis prospicimus aqua baptismali fuisse ablutum. Vnde *D. Thomas 3.p.q.66.art.5.* permultas congruentias enumerans, propter quas disposuit Deus, vt Baptismus fieret in aqua, hanc præcipue allegat his verbis *Ex institutione diuina* (inquit) *aqua est propria materia baptismi, & hoc conuenienter, quantum ad effectus Baptismi, quibus competunt aquæ proprietates, quæ sua humiditate lauat, ex quo conueniens est ad significandam, & causandam ablutionem peccatorum. Quapropter D. Augustinus* hoc idem significans *tract. 80. in Ioann.*ait, *Quæ est tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat?* H

S. Thomas *Gabriel* *Henriq.* *Filliucc.* *S. Thomas*

Cur aqua sit à Deo instituta materia baptismi.

Si autem quæras cur per diuinam prouidentiam dispositum est, vt aqua esset materia remota, eiusdemque aquæ ablutio esset materia proxima baptismo, plures adducere possumus rationes ex *Alberto Magno in 4.sent.dist.3.ar. 4.& ex D.Thom.3.p.q.66.ar.4.desũptas.* Prima est, quia proprium est aquę elementaris carnem refrigerare per frigidum; quo significatur refrigerari ardorem libidinis per baptismum. *Ità D. Thom. & Albertus Magnus locis citatis Durandus in 4. dist.3. Ricchardus eadem dist.3.q.2.& Scotus quæst.3.* I

1. ratio *Albertus* *S.Thomas* *S.Thomas* *Albertus* *Durandus* *Ricchard.* *Scotus* *2. ratio.* *Magister* *Albertus* *Scotus* *Ricchardu* *Bonauent.* *Gulie.Par.* *Carthusia.* *S.Thomas* *Durandus.* *Tertia* *S. Thomas* *S.Bonau.*

Secunda ratio est, quia sicut aqua sordes corporis, & vestimenta abluit, ità baptismus animas lauat ab inquinamẽtis peccatorum. *Magister in 4.distin.3. ibique Albertus magnus q.4. Scotus q.3. Ricchardus q.2.Bonauentura, & Gulielmus Parisiens. quos citat, & sequitur Dionys.Carthus.q.3.& S. Thomas 3. par. q. 16.artic.3.& Durandus q.3. dist.3.* K

Tertia ratio est, quia aqua ratione suæ diaphaneitatis aliquid habet de lumine, sicq; conuenit baptismo, qui habet vim illuminatiuam secundum quod in eo gratia datur; quemadmodum docet *S.Th.loc.cit.*Vel (iuxta doctrinã *D. Bonau.*) quia in baptismo character im-

A primitur qui animam disponit ad diuini luminis susceptionem; quéadmodum transparentia disponit vitrum ad receptionem luminis corporalis.

Quarta

Quarta ratio est, quia cum baptismum omnibua hominibus sit necessarium ad salutem, congruum fuit, *vt* aqua naturalis esset eius materia, quia omnibus est communis, & in omni parte mundi reperitur, in qua homines habitant. Itá docet, *Albertus in 4. dist. 3. q. 4. Ricchard. q. 1. Scotus q. 3.* B *S. Thomas d. art. 3. Magist. sent. in 4. dist. 3. ibiq. Bonauentur. & Gulielm. Parisiens. quos citat, & sequitur Dionysius Carthus. q. 3. Item Altisiodor. quæst. 6.*

Albertus
Ricchard.
Scotus
S. Thomas
Magister
Bonauent.
Gulie. Par.
Carthus.
Altisiodor.

Quarta ratio est, quia de latere Christi aqua emanauit, per quam Sacramentum baptismi præfiguratum fuit, sicut & sanguis de eodem latere profluens Eucharistiæ Sacramentum designauit. Itá *Magister d. dist. 3. ibique Albertus q. 1. art. 3. & Dionys. Carth. q. 3.*

Magister.
Albertus
Dion. Car.
Quinta.

Quinta ratio est, quia quemadmodum terra siccitate indurata; superfusione C aquæ emollitur, ac apta efficitur ad formas vasorum, & impressiones characterum sic cor humanum originali ariditate induratum; aspersione aquæ baptismalis ad informationem gratiæ disponitur, verbo Dei aperitur, impressionemque suscipit supernorum charismatum. *Guliel. Paris. quem citat; & sequitur Dionys. Carthus. d. q. 3.*

Gul. Paris.
Dionys.
Sexta

Sexra ratio est, quia noster Saluator Christus in Iordane hoc elementum sua mundissima carne tetigit, dans ei virtutem, D *vt* animas regenerare posset. Itá docet *Beda lib. 1. in Luc. cap. 10. Augustin. serm. 36. de tempor.* Hieronym. *in Dialog. contr. Luciferian.* Tertullian. *lib. contra Iudæos cap. de passione, Hylar. can. 2. in Matth.* Gregorius *Nazianz. in Oration. in Sancta Lumin. Albertus in 4. dist. 3. art. 4. Ricchardus ead. dist. q. 1. Bellarm. de Sacrament. baptism. cap. 5. Vazquez super 3. par. D. Thom. q. 66. art. 1. disputat. 140. cap. 4. & Suarez disput. 20. sect. 1. & alij communiter.*

Beda
Augustin.
Hieronym
Tertullian
Hylarius
Greg. Naz
Albertus
Ricchard.
Bellarmin.
Vazquez
Suarez.

E Septima ratio est illa, quam adducit *Damascenus lib. 4. cap. 5. & citat Ricchardus in 4. dist. 3. q. 1. Quia* (inquit *Damascen.*) *consuetudo erat hominibus aqua lauari, & oleo vngi; coniungauit, & aquam & gratiam Spiritus sancti; & fecit illud lauacrum regenerationis.*

Septima
Damasc.

Octana est illa quam adfert *Chrysost. quem citat, & sequitur Albertus in 4. dist. 3. q. 4. Quia* (inquit) *spiritus viuificans primo super aquas apparuit.*

Chrysost.
Albertus

Nona, & vltima est illa, quam adducit S. Thom. *3. par. q. 66. art. 3. & Carthus. in 4. dist. 3. q. 3. Quia* (inquit D. Thomas) *aqua maximè conuenit generationi viuentium, propter quod in principio mundi animalia ex aqua primitus sunt producta.* F

S. Thomas
Dion. Car.

CAPVT XX.

Resoluuntur nonnulla dubia, quæ ex præcedenti doctrina exoriri possunt.

IN præcedenti cap. sufficienter probatum est aquæ naturalis ablutionem esse materiam proximam baptismi; eamq; esse de essentia huius Sacramenti. Vnde ad hoc, *vt* verum Sacramentum conficiatur, eiusque effectus conferatur, opus est *vt* corpus baptizandi aqua naturali abluatur. H Hinc DD. inferunt, ac concludunt contactum realem aquæ in aliqua parte corporis humani, esse de essentia sacramenti. Itá *S. Thomas q. 68. art. 11. Gabriel. dist. 4. q. 1. art. 3. dub. 2. Sotus in 4. dist. 5. q. vnic. Phyliarch. de sacramento baptismi tom. 1. lib. 1. cap. 10. Henriquez lib. 2. de sacramen. cap. 7. lit.* H *& Filliuc. de sacrament. tract. 2. cap. 2. q. 5. & desumitur ex D. Augustin. tract. 80. in Ioann.* I vbi clarissimis verbis insinuat, præcipuum effectum baptismi, idest peccatorum ablutionem, ex reali contactu aquæ naturalis dependere. *Qua est* (inquit) *tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat?*

S. Thomas
Gabriel
Sotus
Phyliarch.
Henriquez
Filliuc.
Augustin.

Ex his quæ iam tradidimus complures dubitationes resoluendæ nobis offeruntur. Primum dubium est, an sacramentum baptismi conferri possit illis infantibus, qui in vtero materno reclusi foras egredi nequeunt; ibiq; decedunt. K Ad quod respondens *Caietanus* dicit, quod si tales infantes signo Crueis cum inuocatione Trinitatis muniantur, sufficit eis ad salutem. Ee hoc appellar Dei supplementum, vbi sacramentum, vel aliquid essentiale eis deest. Hanc opinionem *Caietani* refert *Phyliarch. tom. 1. de sacrament. lib. 1. cap. 10. & Sotus in 4. dist. 5. q. vnic. eamq; tribuit Glosæ Henriquez lib. 2. de sacrament. cap. 7. n. 2. in com. lit. L.*

Primum dubium.
Caietanus.

Sed in contrarium est cõmunis sententia tenens; baptismi sacramentũ, non

posse

A posse prodesse illis infātibus qui in vte-
Gabriel ro materno sūt reclusi. Itá *Gabriel dist.4.*
Sotus *q.1.Sotus in 4.dist.5.q.vnic.a.11.Phyliarc.*
Phyliar. *de sacramen.baptismi lib.1.cap.10.Filliuc-*
Filliuc. *cius de sacram.tract.2. cap.2.q.5.& Hen-*
Henriq. *riquez lib.2.de sacrament.cap.7.num.1.in*
S.Thomas. *comment.lit.L.* vbi *refert hanc opinionem*
Suarez *esse communem. Item accedit S.Thomas*
3.part.q 68.art.11.Suarez disp.20. sect.2.
& alij, qui dicunt contactum realem
aquæ in corpore baptizandi, esse de es-
sentia sacramenti. Et hæc est ratio præ-
B cipua, ac principalis, quæ hanc nostram
sententiam esse verissimam nobis per-
suadet. Nō enim infans potest dici ablu-
tus nisi reali contactu aquæ tangatur;
neq; potest dici baptizatus; nisi aqua na-
turali abluatur, quia hoc verbum ba-
ptizo, ablutionem significat, quemad-
modum in præcedenti cap. sufficienter
probauimus. Quia ergo aqua baptis-
malis, nec abluere, nec tāgere potest in-
fantes in vtero materno reclusos; hinc
est, quod hoc sacramentum eo tempore
C nullo modo prodesse potest. Nec adm i-
ctitur illa opinio *Caiesani* dicentis Deū
supplere ad carentiā baptismi, vnde hoc
Dei suppleméto muniti, vitam æternam
illi infantes adipisci possunt. Nam re-
spondemus posse quidem hoc fieri de
potentia Dei absoluta, quæ videlicet sa-
cramentis non alligatur; at non de lege
ordinaria; quia Christus verus Deus, &
verus homo, omnibus hominibus pre-
cipit baptismum tanquam medium ne-
cessarium ad salutem. Quemadmodum
D patet ex illo *Ioan.3. Nisi quis renatus fue-*
Ioan.3. *rit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest in-*
Matth.vl. *troire in regnum Dei. Et ex Matth. vlti-*
mo; Euntes (inquit) *docete omnes gētes ba-*
ptizantes eos in nomine Patris, & filij, &
Spiritus sancti, qui crediderit, & baptiza-
tus fuerit, saluus erit, qui vero non credi-
derit condemnabitur. Cum ergo baptis-
mus de lege ordinaria sit necessarius
necessitate medij, & necessitate præce-
pti ad salutem; temerarium est dicere
quod Deus saluos faciat in regno cælo-
E rum illos infantes, qui baptismi lauacro
non abluti, decedunt. Complures alias
rationes ad hanc veritatem comprobā-
dam, adducunt *Sotus*, *& Phyliarcus loc.*
cit. qui aduersus *Caietanum* vnanimiter
conspirant.

2 Secundum dubium est; An si aqua ba-
ptismalis vestes baptizandi tantummo-
do tangat, non autem ipsius corpus; ve-
rum sacramentum conferatur. Ad quod
affirmatiuè respōdet *Aureolus*, quemad-
modum refert *Syluester baptism.4. nu.2.* F
& Filliuccius de sacrament. tract.2.cap.2.
q.5. Sed verior, & cōmunis opinio tenet
hominem in vestibus tantum ablutum,
nec esse, nec dici baptizatum. Itá docet
Filliucc.d.cap.2.q.5.nu.31.Gabriel, & So- *Filliuc.*
tus, quos citat, & sequitur Henriq. *de sa-* *Gabriel*
*crament.cap.7. lib.2.nu.2. lit.*K. ibiq; ad- *Sotus*
iungit, hanc opinionem esse cōmunem. *Henriquez*
Ratio autem quæ ad huius sententiæ
comprobationem adducere possumus,
hæc est, nam quamuis homo per huius-
modi ablutionem in vestibus factam, di- G
ci possit ablutus; tamen hæc loqutio est
figurata (quemadmodum optimè notat
Filliucc. loc. cit) per quam vestitus pro
vestibus accipitur. In sacramēto autem
requiritur, vt quis dicatur propriè, ac
verè ablutus, non autem, figuratè; ideoq;
necessario requiritur, vt aliqua pars cor-
poris contactu aquæ naturalis abluatur,
adhoc vt homo, baptismi charactere in-
signitus remaneat.

Tertium dubium est, an si infans ex 3
vtero materno egredi nequeat, cuius ta- H
men soli capilli appareant, an mittere
super eos debeat aquam baptismalem
perfundere. Ad hoc breuiter responde-
mus in tali casu posse infantem in solis
capillis baptizari, quia nonnulli DD.
probabiliter existimant ei verum con-
ferri baptismum. Itá docet, ac tenet So- *Sotus*
tus, dist.5. art.11. & Henriq. *lib.2. de sa-* *Henriquez*
crament cap.7.num.2. Tolet.*lib.1.cap.18.* *Toletus*
Victorell.ibid. Filliucc.cap.2.q.6. Et ratio *Victorellus*
est, quia capilli sunt quędam pars homi- *Filliuc.*
nis, eisq; corpus humanum exornatur; I
Et iuxta *Aristot.* sententiam capilli vitā
habent vegetatiuam, eo quod crescant
atq; canescant. Sed si infans ex vtero
materno omnino egrediatur, tutius est
vt sub conditione rebaptizetur. Si autē
infans in corio, vel vtre, aut in pellicula
suæ generationis, quam (secundinam)
appellant, reclusus remaneat itá vt aqua
baptismalis nullam partem corpusculi
tangat; vtiq; nec est, nec dici potest ba-
ptizatus. Itá docet *Filliucc. d. cap.2.q.5.*
nu.31. Tolet.*lib.1.cap.18.*

K
Quartum dubium est, an si sola gutta 4
corpus infantis tangat; verè sit baptiza-
tus. Respondent affirmatiuè, & hoc
proculdubio probabilius esse putant, si
illa aquæ gutta caput tangat, vbi sensus
viget. Itá docet *D.Thomas 3.part.q.68.* *S.Thomas.*
art.11.ad 4.Gabriel dist.4.q.2.dub.3.Sotus *Gabriel.*
dist.5.art.11. & Henriquez lib.2.de sacra- *Sotus*
ment. cap.7. lit.G.Vazquez disp.145.c.4. *Henriquez*
Panormit.in cap. debitum Rosell. baptism.
nu.1.

A nu. 1. Innoc. 4. Et ratio est, quia validitas sacramenti non commensuratur quantitati materiæ; quapropter eodem modo quis dicitur baptizatus si parua quātitas aquę eum tangat; ac si magna quātitas. Hæc opinio his Doctoribus probabilis videtur, sed ad tollendam omnē dubitationem, tutius est, vt minister tātam aquæ quantitatem adhibeat; quæ ad plenam ablutionem sufficiat; itaut per eam homo verè dici possit ablutus.

B

CAPVT XXI.

An si infans iam morti propinquus, in fluuium, vel in puteum proijciatur; verùm baptismi sacramentum suscipiat.

C

IN præsenti cap. quandam dubitationem resoluendam aggredimur, quę in scholis, Theologorum mētes non parum exercere solet; ex qua siquidem exercitatione permultæ opiniones inter se diuersæ, ac discordantes exortæ sunt. Hæc autem dubitatio est, an si infans fuerit morti proximus, iamq; deficiente aqua, in puteum proijciatur, expressa prius integra verborum forma per ministrum, verum recipiat sacramentum. In hac questione complures reperiuntur opiniones, quas hic sigillatim apponi opus est.

D

1 Prima opinio tenet hunc infantem in puteum proiectum, necesse, nec posse dici baptizatum. Ità tenet *Henriq. lib. 2. de sacramen. cap. 7. nu. 2.* vbi docet hanc immersionem, non esse baptismum, *quia* (inquit) *non ordinatur ad vitam, vt significet resurrectionem Christi, sed ad summersionem, & necem, nec est ablutio, sed suffocatio, & proiectio*. Hoc idem tenet *Toletus lib. 2. cap. 18.* vbi dicit, quod in tali casu minister non baptizat, sed occidit: ideoq; mortaliter peccat, & est irregularis. Insuper hanc primam opinionem secuti sunt permulti DD. tum antiqui, tum recentiores; *vt Pal. dist. 6. q. 1. art. 3. con. 2. Marsil. q. 4. art. 4. Ledesm. Richard. dist. 4. art. 4. q. 2. rat. 2. Sotus dist. 5. art. 3. Sylvester. baptismus 4. §. 10. Angelus baptism. 4. princip. Armill. §. 30. Aureol. et Tabien. baptism. 5. §. 6. & alij communiter.*

Henriquez
Toletus
Pal.
Marsilius
Ledesm.
Richard.
E
Sotus.
Sylvest.
Angelus
Armilla
Aureol.
Tabien.

F

Secunda opinio censet hūc infantem in tali casu verum baptismum recepisse. Ità tenet *Gabriel in 4. d. 4. q. 2. ad 3. dub. 4. & citat Ochum. & Panormitan. cap. non vt apponeres, de baptism.* Hoc idem docet *Victor. in summa nu. 18. Vazq. Maior. dist. 4. q. 2. Petrus de Aliaco in 4. q. 2. Rosell. in summa verb. baptism. 4. Suarez disp. 20. sect. 3. et Filliucc. de sacramen. tract. 2. c. 2. q. 9. nu. 39.* Ad hanc autem opinionem comprobandam præfati DD permultas rationes adducunt. Prima est quia in tali casu supponitur omnia concurrere, quæ ad baptismi sacramentum essentialiter pertinent, atq; sunt necessaria. Supponitur enim ministrum habere intentionem baptizandi puerum. Item integra verborum forma profertur, ac præsenti materiæ applicatur; antequam infans moriatur. Supponitur pariter in illo tempore dum forma profertur, fieri contactum aquæ de sè sufficientem ad perficiendum baptismum, & sic tum materia remota, tum etiam materia proxima, idest ablutio per contactum aquæ facta, ad confectionem Sacramenti concurrit. Ergo negari minimè potest, in tali casu verum conferri sacramentum.

Gabriel.
Ocham.
Panorm.
Victor.
Vazq.
Maior.
Aliac.
Rosell.
Suarez
Filliuc.
G

H

Secunda ratio est, Nam non est de essentia baptismi, vt in ablutione, immersioni succedat emersio, quemadmodum docet *Suarez d. disp. 20. sect. 3. & Filliucc. loc. cit.* quia totum hoc est accidentarium dummodo ablutionis ratio seruetur, prout seruari potest. In sola autem immersione ratio ablutionis saluatur; est enim illa, successiuus aquæ contactus circa corpus etiam si emersio minimè succedat. Sed hoc est in casu nostro: ergo, &c.

Suarez
I

Tertia ratio est, nam si minister proprijs manibus infantem immergat, cum intentione emergendi, & casu contingat, vt infans ex manibus baptizantis elabatur, indeq; suffocetur; expleta tamen prius forma verborum; vtiq; nemo ambigere poterit, hunc infantem verè fuisse baptizatum. Ergo sic pariter dici potest in præcedenti casu; quia praua voluntas non emergendi, sed occidendi, non obstat quin baptismus perficiatur, eo quod omnia quæ sunt de essentia, & necessitate sacramenti, verè concurrant. Non negatur tamen in tali casu ministrum mortaliter peccare, quemadmodum docet *Tolet. lib. 2. cap. 18.* quia iuxta *D. August.* sententiam non sunt

K

Toletus
Augustin.

A ſunt facienda mala, vt indè bona proueniant.

His poſitis dico illam opinionem primo loco à nobis relatam, eſſe veriorem, ac tutiorem. Vnde cauere debet miniſter, nè infantem in puteum, vel flumen proijciat; Ex eo enim quod violenter mors inde ſequitur, vel naturalis acceleratur; profectò mortaliter peccat, & irregularitatem contrahit. Vnde melius eſt, vt ſalubrius remedium in tali caſu ſuſcipiat; Si enim proſpexerit in tali loco nullam aliam adeſſe aquã, præter illã, quæ eſt in puteo, vel flumine deorſum iacente debet pallium, alicui funi annexum, aquæ fluuij, vel putei immergere. Expreſſoq; fortiter pallio ſuper caput infantis; integram verborum formam proferat, & tunc illa aqua, quæ ex expreſſo pallio extrahitur, & ſuper caput infantis expanditur; erit profectò ſufficiens materia ad baptiſmum. Vide *Tolet. l. 2. c. 18.*

B

Toletus

Dico, ſecundo illam opinionem ſecundo loco à nobis relatam, eſſe probabilem; tum propter illas rationes, quas ſupra adduximus, tum quia complurium, ac grauium Doctorum authoritate munitur. Quapropter poſt factum, poterit quis huic ſecundæ ſententiæ acquieſcere, eo quod probabilis ſit. Sed ſi cõtingat, vt infans mortem euadat, vel alicuius temporis ſpatio trãſacto decedat; tunc rebaptizari debet ſub conditione; & cum intẽtione immergendi, & emergendi. Et hoc modo omnis ambiguitas ſanè propellitur. Ità docet *Filliucc. c. 2. q. 9. nu. 40.*

C

D

CAPVT XXII.

Oſtenditur ablutionem baptiſmalem fieri poſſe per immerſionem, infuſionem, & aſperſionem.

E

MAteria proxima baptiſmi, ideſt ablutio ad eſſentiam ſacramenti pertinet, quam in miniſterio baptiſmi tribus modis fieri Doctores communiter docet, ſcilicet per immerſionem, ſecundo per infuſionem, tertio per aſperſionem. Ità *D. Thomas 3. par. q. 66. art. 7. Sotus diſt. 3. Ledeſma q. 7. Suarez diſp. 20. ſect. 2. & 3. Vazquez ſuper 3. p. D. Thom. q. 66. ar. 4. diſput. 14. Toletus lib. 2. cap. 18. nu. 3. Henriquez lib. 2. de ſacrament. cap. 7. num. 1. Filliuccius de ſacrament. tract. 2. cap. 2. q. 8. Dionyſ. Cart. in 4. diſt. 3. q. 4. Alexand. q. 13. nu. 4. Bonau. in 4. diſt. 3. art. 2. & Angl. de bapt. q. 1. art. 5.*

S. Thomas
Sotus
Ledeſma
Suarez
F
Vazquez
Toletus
Henriquez
Filliucc.
Dion. Cart.
Alexand.
Bonauent.
Angleſ.

De immerſione primo loco quæritur, an vna tãtum immerſio ad validitatem baptiſmi ſufficiat, vel trina neceſſario requiratur. Ratio autem dubitandi eſſe poteſt; quia *Pelagius Papa in epiſtol. ad Gaudent.* (prout refert *Gratianus in cap. multi ſunt, de conſecrat. diſt. 4. et Iuo in ſuo decreto 1. part. capit. 161.*) tradit eſſe præceptum Euangelicum; vt baptiſmus ſub trina immerſione, & cum inuocatione Trinitatis conferatur. Quo in loco trinam immerſionem cum inuocatione Trinitatis coniungens; eiuſdem eſſe neceſſitatis ſupponit, quẽadmodũ optimè notat *Suar. diſp. 20. ſect. 3.* Ergo non vna tantum, ſed trina immerſio ad validitatem baptiſmi requiritur. Item accedit illud quod habetur in *Can. 50. Apoſtolorum*, vbi ſic dicitur *Si quis Epiſcopus, aut Presbiter non trinam merſionem vnius myſterij celebret, ſed ſemel mergat in baptiſmate, quod dari videtur in Domini morte, deponatur. Non enim dixit nobis Dominus, in morte mea baptizate, ſed euntes baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Et in *can. 40.* alias 49. excõmunicantur, qui vnica merſione baptizant. *prout teſtatur Henriquez lib. 2. de ſacrament. capit. 7. in comment. lit. R.*

Pelagius.
G
Suarez.
Can. 50.
Apoſtol.
H

Præterea in primitiua Eccleſia, homines trina merſione fuiſſe baptizatos, eamq; fuiſſe in vſu, ex hoc profectò conſtat, quia complures Patres, ac graues Theologi referunt, antiquitus fuiſſe traditionem Apoſtolorum, vt homines trina immerſione baptizarentur. Ità teſtatur *Theodoretus in lib. 4. hæreticar. fabular. cap. de Eunomio*; vbi contra hunc hæreſiarcam ſic ſcribit. *Ipſe* (inquit) *ſubuertit ſancti baptiſmi ritum à Domino, & Apoſtolis, ab initio traditum dicens non oportere ter immergere eum qui baptizatur.* Item inter alias traditiones Apoſtolorum hanc trinam immerſionem connumerant alij Patres, vt *Baſilius lib. de Spiritu ſancto cap. 27. & homil. 1. de baptiſm. Cyrillus cath. 2. Dionyſius lib. de eccleſiaſt. Hyerarch. capit. 2. Chryſoſtomus homil. 24. in Ioann. Tertullianus lib. ad verſ. Prax. cap. 26. & lib. de corona milit. ca. 3.* De hac eadem traditione loquitur *Damaſcenus lib. 4. cap. 10.* vbi docet per trinam

I
Theodoret.
Baſilius
Cyrillus
Dionyſ.
Chryſoſt.
Tertullian.
K
Damaſcen.
Athanaſius
Greg. Nyſ.
Ambroſ.
Gregor.
Hieronym.
Auguſtin.
S. *Leo*

A · Oecumen. · Euthym. · Theophyl. · Hosius · S. Thom. · Sotus · Ledesma · Bellarm. · Claudius · Pelagius · Suarez.

trinam mersionem baptismi, illos tres dies significari, in quibus Christus Dominus sepultus iacuit. *Baptismus* (inquit) *per triplicem mersionem, tres dies quibus Dominus tumulo conditus iacuit, significat*. Sic pariter de hac eadem traditione mentionem faciunt *Athanasius q. 125. ad Antioch. Gregor. Nissen. oration. magna cathech. 135. Ambrosius lib. 2. de sacrament. cap. 7. Gregorius lib. 1. Epist. 41 ad Leandr. Hieron. dialog. contra Lucifer. et in illud ad Ephes. 2. Vnus Dominus, etc.*

B · Henriq. · Fillucc. · Angles · Vazquez disp. 145. c.

Augustinus de tempor. serm. 91. S. Leo Papa Epist. 40. ad Episcop. sicil. cap. 3. Oecumen. in Roman 8. Euthimius in Ioann. 3. Theophylact. in Mar. 8. & Ioan. 3. Hosius *lib. 4. contra Brent D. Thomas 3. par. q. 66. art. 8.* Sotus *dist. 3. Ledesm. q. 7. Bellarmin. de Baptism. capit. 26. §. 4. Martin. lib. 8. Claud. de Enchar. recept. 10. cap. 4. Pelagius Epist. cap. multi sunt de consecrat. dist. 4. Suarez disput. 20. sect. 4. Henriquez lib. 2. de sacrament. tract. 2. cap. 2. q. 8. Angles de bapt. q. 1. ar. 5.*

C · Gregorius

Sed his omnibus non obstantibus dicendum est, ad validitatem sacramenti necessario non requiri trinam mersionem, sed vnam tantum sufficere. Probatur primo, hæc sententia ex *Epist. 4. ad Leandr. quam D. Gregor.* scripsit, vbi definitum, iussumq; est hyspanis, vt in ministerio baptismi, vnica mersione vterētur. Et hoc totum factum est, ad reprobandum Arrianorum errorem, qui illa cæremonia, id est trina mersione ex traditione apostolica instituta, abuti experunt.

D · Bellar. · Suarez · Henriq. · Fillucc.

Illa enim trina mersio fiebat ad representandum tridnum sepulturæ Christi, & ad significandas tres personas diuinas, prout tradit idem *Gregor. in dict. Epist. 41. Bellarminus lib. 2. de sacrament. cap. 27. § 4 Suarez disp. 20. sect. 4. & Henriquez lib. 2. de sacrament. c. 7. §. 4.* at Arriani ad stabiliendum suum arrorem, hac trina mersione vtebantur, vt per tres mersiones, tres naturæ trium diuinarum personarum significarētur. Quapropter *D. Gregor.* prudenter iussit in *d. epist.* vt in Hispania baptismum vnica mersione conficeretur, quemadmodum contestantur *Bellarm. Suarez, & Henriquez loc. cit. nec non, & Fillucc. de sacrament. 2. tract. cap. 2. q. 8.*

E · Conc. Tol. 4. cap. 5.

Probatur secundo ex Concil. Toletan. 4. vbi ad reprobandum Arrianorum errorem confirmatum fuit id quod D. *Gregor. ibid. Epist. 42. ad Leandr.* præcepérat, nempè vt Baptismus vnica mersione fieret. Hoc idem postmodum approbauit *Pelagius Papa in Epist. c. multi sunt de consecrat. dist. 4. & cap. de Trina, & cap. propter hoc de consecrat. ead. dist. 4.*

F · Pelagius · G · DyonCar.

Illam autem *D. Gregor.* sententiam refert *Dionys. Carthus. in 4. dist. 3.* nec non, & præclarum testimonium *D. Augustini* ex quo constat olim in Ecclesia trinam mersionem fideles adhibuisse, adhoc, vt Trinitas personarum significaretur, & tridunm supulturæ Dominicæ repræsentaretur. At postmodum concludit *Dionys. Carthus.* vnicam mersionem ad validitatem baptismi sufficere, si consuetudo propriæ Ecclesiæ id postulet.

H · I · Cyprian. · K · August.

Propria verba *Carthusian.* hæc sunt. *De immersione vero si quæritur, quomodo fieri debeat, præcisè respondemus, vel semel, vel ter pro vario more Ecclesiæ. Vnde Gregorius. De trina immersione Baptismi nil verius responderi potest, quam & vos ipsi sensistis, quia in vna fide nihil officit Ecclesiæ sanctæ consuetudo diuersa. Quia enim in tribus subsistentijs vna substantia est, reprehensibile esse nullatenus potest infantem in baptismo ter, vel semel immergere, quia & in tribus mersionibus, personarum Trinitas; & in vna potest diuinitatis singularitas designari. Nos verò qui tertio immergimus, etiam triduanæ sepulturæ sacramentum designamus. Secundum hoc licet non modo ter, sed etiam semel immergere tantum. Ibi tamen duntaxat immergere semel licet, vbi consuetudo Ecclesiæ talis existit. Si quis vero id facere incipiat, vbi consuetudo talis non est, vel semel tantum mergendum asserat, reprehensibilem se constituit. Vnde Haymo in suo sensu abundabat Cyprianus, cum semel mergebat in Baptismo paruulos, quē quod intelligebat, studiosè implebat, bonis operibus abundando licet in hoc nesciens delinqueret, sed quia bonis operibus abundabat, postea correptus à Deo, abundauit altiori sensu, ter illos mergendo. Ecce habemus, quia deliquit, qui semel mersit; sed hoc ideo quia aliter se habebat consuetudo illius Ecclesiæ, vel quia vnam tantum faciendam mersionem asserebat. De trina mersione Augustinus ait; Postquam vos credere promisistis, tertio capita vestra in sacro fonte dimersimus. qui ordo baptizandi dupplici mysterij significatione celebratur. Rectè enim tertio immersi estis, qui accepistis baptismum in nomine Trinitatis. Rectè tertio immersi, quia accepistis baptismum in no*

mine

A *mine Christi, qui die tertia resurrexit à mortuis. Illa enim tertio repetita immersio, typum Dominicæ exprimit sepulturæ. Constat ergo baptizandos tertio debere immergi, & tamen si semel tantum immergantur verum baptisma accipiunt; & qui semel immergit tantum, non peccat nisi consuetudo Ecclesiæ obsistat, vel hoc modo tantum debere fieri asserat.* Hæc ex *Carthus.*

Probatur tertio ex cõmuni sententia Theologorum, qui tenent, vnicam B immersionem sufficere ad validitatem baptismi, eaq; vti debere vnumquemq; ministrum, si consuetudo suæ Ecclesiæ id exposcat. Ità *Albertus Magnus, S. Thomas, et Richardus, quos citat, & sequitur Dionys. Carthus. in 4. dist. 3. quæst. 4. Maior dist. 2. quæst. vnic. Sotus, & Ledesma, quos citat, & sequitur Henriquez lib. 2. de sacrament. cap. 7. Bellarminus de baptism. capit. 26. §. 4. Suarez disput. 20. sect. 4. Filliuec. de sacrament. capit. 2. tract. 2. quæst. 8. Toletus lib. 2.* C *capit. 8. nu. 3. & Magister in 4. sen. dist. 3. & alij communiter.*

Albert. S. Thomas Ricchard. Dionys. Carthus. Maior Sotus Ledesma Henriquez Bellarmin. Suarez Filliuce. Tolet.

Probatur quarto ratione, nam adhoc, vt verum Sacramentum baptismi perficiatur sufficit, vt ablutio in aqua fiat, expressa verborum forma, cum intentione baptizantis, & baptizandi, sed hæc ablutio tam per trinam immersionem; quam per vnicam tantum fieri potest. Ergo, &c. Probatur minor, ablutio enim sacramentalis, est successiuus contactus aquæ in corpus bapti- D zandi, quemadmodum docet, ac probat *Suarez dict. disput.* 20. sed huiusmodi contactus optimè fit, si vnica immersione baptismus ministretur. Ergo trina immersio non est de essentia baptismi, sed vnica tantùm sufficit.

Suarez

De aspersione autem si loquamur certum est eam sufficere ad validitatem babtismi; vnde si quis, vti immersione non vult; sed aspersione, vtiq; baptizat, verumq; confert sacramentum. Et ratio est, quia (vt supra diximus) ad va E liditatem baptismi, quoad vsum materiæ nihil aliud requiritur nisi ablutiô in corpore baptizandi effecta: sed ablutio per aquam fieri potest non tantum immersione, sed etiam aspersione, & effusione, prout docet S. *Thomas, quem citat, & sequitur Dyonis. Carthus. in 4. dist. 3. quæst. 4.* Ergo aspersione verè, ac realiter baptismus conferri potest.

S. Thomas Dion. Car.

Probatur autem hæc veritas primo F ex *D. Cyprian.* sententia *lib. 7. Epistolar. epist. 7.* quæ nunc in ordine est 76. vbi baptismum per effusionem, & aspersionem verum, ac ratum esse, semperq; fuisse scribit. *Neque enim* (inquit) *sic in sacramento salutari, delictorum contagia, vt in Lauacro carnali, & seculari sordet cutis, & corporis abluuntur, vt aphronitris, & cæteris quoq; adiumentis, & dolio, & piscina opus sit, quibus ablui, & emundari corpusculum possit. Aliter pectus credentis abluitur, & aliter* G *mens hominis per fidei merita mundatur in sacramentis salutaribus, necessitate cogente, & Deo indulgentiam suam largiente, totum credentibus conferunt diuina compendia. Neq; quemquam mouere debet quod aspergi, vel perfundi videntur ægri, cum gratiam dominicam consequuntur.* Hæc Cyprianus. Cuius verba considerans *Sotus in 4. dist. 3. quæst. vnic. art.* 7. dicit, Cyprianum ibi non loqui de aspersione aquæ baptismalis, sed de aspersione aquæ benedictæ super ægro- H tos: sed fallitur *Sotus*, ideoq. *Vazquez in 3. part. S. Thomæ quæst. 66. art. 8. disput.* 145. *cap.* 2. de hoc errore eum inculpat. Item in fauorem nostræ interpretationis accedit *Suar. disp.* 20. *sect.* 4. ad probandam propositam veritatem, quod scilicet aspersio sufficiat ad validitatem baptismi, præfatam sententiam *D. Cypriani epistol.* 76. citat.

Cyprian. Sotus Vazquez Suarez

Probatur secundo ex *Actor.* 2. vbi habetur, Petrum Apostolum, tria mil- I lia hominum baptizasse. Vide *cap. Propriè verb. tria millia de consecrat. dist.* 4. Totam autem illam hominum multitudinem, non per immersionem, sed per aspersionem fuisse baptizatam refert *Henriquez lib. 2. de sacrament. cap.* 7. §. 1. & *Vazquez super* 3. *part. D. Thom. quæst. 66. art. 8. disp. 145. cap. 2.*

Henriquez Vazquez

Probatur tertio ex cõmuni Theologorum sententia, qui vnanimiter docent, validum ac verum esse illum ba- K ptismum, qui per aspersionem confertur. Ità *D. Thomas, Sotus, & Ledesma, quos citat, & sequitur Henriquez lib. 2. de sacrament. cap. 7. nu. 1. Suarez disp. 20. sect. 4. Vazquez super 3. part. S. Thom. quæst. 66. art. 8. disput. 145. cap. 2. Dionys. Carthus. in 4. dist. 3. quæst. 4. Toletus lib. 1. capit. 18. Claud. de Eucharist. rep. 18. capit. 4. Filliuec. de sacrament. capit. 2. quæst. 8. Bonacin. de sacrament. baptism.* & alij

S. Thom. Sotus Ledesma Henriq. Suarez Vazquez Dion. Car. Toletus Claud. Filliuccius Bonac.

A *& alij* Cęterum in ministerio baptismi, vnusquisque minister consuetudinem suæ Ecclesiæ obseruare debet; quemadmodum colligitur ex *Concil. Florent.* vbi præcipitur, vt Græci morem suæ Ecclesiæ seruent, *& ex Trident sess.21 cap.2. & docent communiter DD. in 4. dist.3. ibiq. Richardus, & Carthus. quæst.4. Albertus ead. dist.3. Suarez, Vazq. Henriquez, & Fillincc. ac Toletus locis cit.* An vero mortalirer peccet qui nulla cogente necessitate per aspersionem B baptizar, nonnulli affirmant, alij vero secluso contemptu, negant in tali casu peccatum mortale perpetrari. Ità tenet *Sotus dist.3. art.3. & 7. Ledesma, & Victorell quos citat, & sequitur Henriq. lib. 2. de sacrament. capit.7. §.2. lit. M. Angles vero de baptism. quæst.1. artic.5. diffic.2. conclus.2.* dicit seruandam esse matricis Ecclesiæ consuetudinem, quemadmodum definitum est in *Concil. Flor.4. capit.5.* Vnde qui contra consuetudinem suæ Ecclesiæ baptizaret, C peccaret mortaliter, quia (inquit) trina, vel vnica immersio est de necessitate præcepti, vbi consuetudo de trina, vel vnica immersione viget, quapropter mortaliter peccaret, qui ter infantem immergeret, vbi semel immergi solet.

De infusione deniq; si loquamur, ctrtum est, eam sufficere ad validitatem baptismi, Ità docent *communiter DD. S. Thomas 3. part. quæst.66. artic.7. Sotus dist.3. artic.8. Alexander, Bonauent.* D *Scotus, quos citat, & sequitur Angles de baptism. quæst.1. artic.5. conclus. vnic. Toletus lib.1. cap.18. Suarez disp.20. sect. 3. & 4. Vazquez super 3. part. S. Thom. quæst.66. artic.4. disput.145. Henriquez lib.2. de sacram. cap.7. §.1. Fillincc. de sacram. tract.2. cap.2. quæst.8. & alij communiter.* Hæc autem sententia probatur ex 2. & 4. *capit. Act.* vbi habetur Apostolos vna die tria millia hominum, &

Conc. Flor.
Conc. Trid.
Richard.
Carthus.
Albertus
Suarez
Vazquez
Henriq.
Fillinc.
Toletus
Sotus
Ledesma
Henriquez
Conc. Flo.
S. Thomas
Sotus
Alexand.
Bonauent.
Scotus
Angles
Toletus
Suarez
Vazquez
Henriq.
Fillincc.
Act.2. & 4.

E

altera die quinque millia baptizasse. F Et quia omnes illi homines erant adulti præ corporis magnitudine non poterant per Apostolos in aquam immergi, vnde colligit *Angles de baptism. quæst.1. arc.5. conclus. vnica, citans Alexandr. quæst. 13. membr.4. S. Thom. quæst.66. artic.7. Bonauent. artic.2. in 3. dist. Richard. artic.4. quæst.3 & Scot. dist.6. quæst.3.* per infusionem aquæ super faciem, vel caput, vel per aspersionem hyssopo factam tot hominum millia vna die baptismum recepisse. G

Denique quæritur in qua parte corporis, hæc infusio baptismalis fieri debeat. Ad quod respondemus, præcipuam, ac aptiorem partem, esse caput, vbi aqua debet infundi. Et ratio est, quia hæc est principalior atque nobilior pars corporis humani, à qua maximè totus homo denominari potest; quemadmodum docet *Suarez disp. 20. sect.2.* si autem hæc infusio in capite fieri non possit ob imminens periculum, H vtique in scapulis, vel in humeris, aut in pectore fieri poterit, & tunc verum sacramentum absque aliqua ambiguitate conferetur. Si vero fiat in pede, vel in aliqua minima parte, tunc ad tollendam omnem dubitationem si tempus superfuerit, sub conditione infans est rebaptizandus, quia in rebus dubijs tutior pars semper est tenenda. Et hæc est doctrina, quam DD. in proposita quæstione communiter tradunt. Ità *D. Thomas 3. part. quæst. 68. artic. 11. & in 4. dist.6 quæst.1. artic.1. Paludan. dist.6. quæst.1. Richard. artic.4. quæst. 3. Sotus dist.4. quæst.3. Gabriel quæst.2. artic.3. dub.2. Angles de Baptism. quæst.1. art. 5. dif.1. Suarez disput.20. sect.2. & Fillinc. de Sacrament. tract.2. cap.2. quæst.6. Angles Armil. Tabien. S. Antonin. Graff. Rodriq. Victor. & Vinald. quos citat Bonac. de bapt. d. 2. p.3.*

Angles
Alex. Ales.
S. Thom.
Bonauent.
Richard.
Scotus
Suarez
S. Thomas
Paludanus
Richard.
Sotus
Gabriel.
Angles
Suarez
Fillius.
I
Angelus
Armilla
Tabien.
S. Antonin.
Graffius
Rodriq.
Victoria
Vinald.
Bonac.
K



A

CAPVT XXIII.

An ſi infans decederet antequam tertia immenſio expleretur; baptizatus remaneret.

B IN preſenti cap. queritur, an ſi contingat infantem per trinam immerſionem baptizari, & antequam tertia immerſio expleretur, ipſe decederet; baptizarus remaneret? Ad hoc reſpondeo, totum attendi ex actione miniſtri baptiſmum conferentis; ideoq; prius explicandum eſt, quid debeat facere, quando infans morti eſt propinquus. Certum eſt trinam immerſionem non eſſe de eſſentia ſacramenti, quemadmodum docent communiter DD. *vt Albertus, D. Thomas, & Richardus, quos cit. & ſequitur Dionyſ. Carthuſ. in 4. diſt. 3. q. 4. ibiq; Magiſter ſent. maior diſt. 2. q. vnic. Sotus, Ledeſm. quos citat, & ſequitur Henriquez lib. 2. de ſacrament. cap. 7. Bellarmin. de baptiſm. cap. 26. §. 4. Vazquez ſuper 3. part. D. Thomas q. 66. diſp. 143. cap. 3. Suarez diſput. 20. ſect. 4. Toletus lib. 2. cap. 18. Angles de baptiſm. q. 1. art. 5. diff. 2. Reginaldus lib. 27. cap. 4. Bonacina de baptiſm. diſput. 2. q. 2. Fillincc. tract. 2. de ſacrament. capit. 2. quaſt. 8. & habetur in can. de trina, de conſecration. diſt. 4.* Vnde ſi ſacerdos proſpexerit, infantem eſſe morti tam proximum, vt tertia immerſio expectari non poſsit; tunc in prima immerſione, totam formam integre proferre debet, nam ſi poſtmodum infans deceſſerit antequam ſecunda, vel tertia immerſio perficiatur, profecto infans baptizatus remanebit. Ità docet *S. Thomas diſt. 3. artic. 4 quaſt. 3. Suarez diſp. 20. ſect. 2. Sotus, Caietanus, & recentiores in 3. part. S. Thomas quaſt. 66. art. 8 Ledeſma Victor. quos citat, & ſequitur Henriquez lib 2. de ſacrament. cap. 7. §. 3. lit. X. Tabien. verb. baptiſmus 5. in princ. & Filliu. de ſacram. tract. 2. q. 67. c. 2.* Et ratio eſt, quia in tali caſu omnia concurrunt, quæ ad eſſentiam ſacramenti pertinent, quemadmodum ex inductione patet. Trina autem immerſio non eſt de eſſentia, ſeu neceſsitate ſacramenti, ſed præcepti, vbi conſuetudo loci, id expoſcit; prout docent communiter *DD. in 4. diſt. 3. ibid. Richard. & Dionyſ. Carthuſ. q. 4. Albertus eadem diſt. 3. Vazquez diſp. 141. cap. 2. Suarez diſp. 20. ſect. 3. & 4. Toletus lib. 2. cap. 18. Henriquez lib. 2. de ſacrament. cap. 7. Angles de baptiſm. quaſt 1. art. 5. et Filliucc. de ſacrament. tract. 2. cap. 2. q. 8. & Reginald. lib. 27. for. pœnit.* Mortuo autem infante poſt primam immerſionem, debet miniſter, & ſecundam, & tertiam immerſionem ad obſeruantiam cęremoniæ perficere. *S. Thomas, Suar. & Filliucc. loc. cit.*

C ... D ... E (margin letters)

Albert. S. Thom. Richardus Carthuſ. Magiſter ſen. maior. Sotus Ledeſma Henriq. Bellarm. Vazquez Suarez Tolet. Angles Reginald. Bonac. Filliucc. S. Thomas Suarez. Sotus Caietanus Ledeſma Victoria Henriq. Tabien. Filliucc. Richar. Carthuſ. Albert. Vazq. Suarez Tolet. Henriquez Angli Filliucc. Regin.

F

G At quia conſuetudo docet, vt forma Baptiſmi, in tertia immerſione profaratur; hinc ſi infans in prima, vel ſecunda immerſione deceſſerit; quia adhuc forma prolata non fuit, profectò non perficitur ſacramentum *Filliucc. de ſacrament. tract. 2. cap. 2. q. 7.* Idem dicendum eſt ſi miniſter in prima, vel ſecunda immerſione, antequam conſuetam formam protulerit, moriatur; nam in hoc caſu eadem militat ratio. *Henriquez lib. 2. de ſacramen. cap. 7. § 3. lit. V.* *Filliucc.*

H Ex his quæ iam diximus, quodã dubium exoritur, & eſt, an ſi miniſter, paruulum agentem animam, trina immerſione baptizare tentet; ac poſtmodum an prima, vel ſecunda decedat, (inquam) mortaliter peccet, & in irregularitatis pœnam incidat. Reſpondeo in tali caſu, miniſtrum mortaliter peccare, & irregularem effici. Ità docet *Paludanus, quem citat, & ſequitur Suarez diſp 20. ſect. 2.* Et ratio eſt, quia tunc miniſter videns probabile periculum mortis in perſona infãtis, illud euitare tenetur, in quantum poteſt; aliter enim mortem infantis acceleraret; ideoq; peccati mortalis perpetrator, nec non & irregularis exiſteret; ſed in caſu noſtro miniſter periculum imminens euitare poſſet; baptizando ſcilicet vnica merſione, & tamen trinam adhibere vult per quam mors infantis acceleratur, nec baptiſmi ſacramẽtum ei confertur, quia (vt diximus) antequam forma verborum proferatur, in prima, vel ſecunda immerſione infans deceſſit; ergo miniſter mortaliter peccat, & in irregularitatis pœnam incurrit. *Henriq. Palud.* I K

A

CAPVT XXIV.

An in baptiſmo tutior ſit immerſio, quam aſperſio.

SVperius probauimus ſacramentum baptiſmi, non ſolum immerſione B ſed etiam aſperſione, nec non, & infuſione perfici poſſe quapropter in præſenti cap. non in congruè queritur, an tutior ſit immerſio, quam aſperſio. Er arguitur, quod tutior ſit aſperſio, quam immerſio, quia in *cap.10. Act.* legimus Apoſtolos, in vna die tria millia hominum baptizaſſe, non quidem immerſione, ſed aſperſione, quemadmodum docet, ac probat *Bonauen. in 4. diſt. 3. art. 2. q. 2. Angles de baptiſm. q. 1. art. 5. & Henriquez lib. 2. de ſacrament. cap. 7.* C *& alij, ergo, &c.*

Actor.2. Bonau. Angl.s. Henriq.

Sed contra dicendum eſt tutiorem eſſe immerſionem, aſperſione. Ità docet *Alexander Alenſ. 4. par. q. 8. memb. 3. art. 4. §. 2. S. Thomas 3. par. q. 66. art. 4. & ſent. diſt. 3. q. 1. art. 4. Stephan. Bruleſ. 4. ſent diſt. 3. q. 11. Petrus de Tarant. eadem diſt. 3. q. 9. & Bonau. 4. ſent. diſt. 3. ar. 2. q. 2.* Ad cuius ſententiæ comprobationem permultæ rationes adduci poſſunt. Prima eſt, nam baptiſmus eſt ſignum D paſsionis, & mortis Chriſti, quemadmodum colligitur ex illo *Coloſſ. 2. conſepulti ei per baptiſmum*, & docet *Bonauent. loc. citat.* ſed totus Chriſtus paſſus eſt, & mortuus; ergo totus homo in aqua baptiſmali debet immergi; Hoc autem optime fieri poteſt per merſionem, non autem per aſperſionem; ergo tutior eſt immerſio, quam aſperſio.

Alexand. S. Thomas Steph. Br. Pet. de Tar. Bonauent. col.2. Bonauent.

Secunda ratio eſt, Quia baptiſmus eſt remedium contra carnis concupi- E ſcentiã prout docent cõmuniter DD. ſed carnis concupiſcentia in toto corpore viget quia tota caro per paccatum originale fuit infecta, ergo totum corpus in aqua immergi debet.

Albertus. Scotus Ricchardus Dion. Car. Durandus. S. Thomas. Bonauent. Filliucc. Sylueſter. Toletus Magiſt. ſen Bonauent.

Tertia ratio eſt, quia communis Eccleſia conſueuit, immerſione infantes baptizare prout refert *Magiſter ſenten. quem citat, & ſequitur Bonauent. d. q. 2.* Vnde vnusquiſque miniſter propriæ Eccleſiæ conſuetudinem proſequi debet. ſed non per hoc tollitur, vt aliquibus F caſibus aſperſione baptizari poſſit. Primo ſi maxima moltitudo hominum eſſet baptizanda, prout in *cit. c. 10. Act.* legimus, & hac expoſitione illud argumentum in exordio huius cap. allatum diſſoluitur, Secundo ſi parua aquæ quãtitas adeſſet, & tamen magna multitudo infantium eſſet baptizanda; tunc enim ad hoc vt materia omnibus ſufficiat, aſperſione ſunt baptizandi. Tertio ſi infans adeo eſſet infirmus, vt per immerſionem mors acceleraretur; tunc G enim conueniens eſt, vt aſperſione baptizetur. Ita docet *Bonauent. in 4 diſtin. 3. art. 3. q. 2. concluſ. vnic.* Ibiq; pariter tradit, quo modo immerſio fieri debent. Dicit enim quod miniſter ſolẽniter infantem baptizans, debet eum in lateribus tenere, ac mox verſa facie ad Orientem, immergere ſecundo debet eum iterum immergere verſa facie ad Aquilonem. Tertio verſa facie ad meridiem & in tertia immerſione, quando nullũ periculum mortis timetur, integra ver- H borum forma eſt proferenda. *Vide D. Thom. in 4. diſt. 3. q. 3. art. 4.*

CAPVT XXV.

An ſit verus Baptiſmus, ſi miniſter digito aqua madefacto, infantem ſignauerit. I

QVæritur an verum Baptiſmi Sacramentum conferatur, ſi mulier moribundum infantem baptizauerit, ſigno crucis in fronte impreſſo, digito aqua madefacto. Ad quod breuiter reſpondemus verum fuiſſe collatum Baptiſmũ, ſi eo tempore forma verborum fuit prolata, quo frons moribundi infantis ſigno crucis aquæ fuit obſignata. Ità do- K. cet *Caietanus 3. par. quæſt. 68. artic. 8. Filliuccius de Sacrament. tract. 2. cap. 2. q. 7.* Item ad huius ſententię confirmationẽ accedunt, omnes illi, qui tenent quãcunque aquæ quantitatem ad validitatem baptiſmi ſufficere; & hi ſunt *S. Thomas 3. par. quæſt. 88 artic. 11. ad 4. Gabriel diſt. 4. quæſt. 2. dubio 2. Sotus diſt. 5. artic. 11. Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap. 7. lit. G. Panormitanus in cap. debitum Roſſel in verb.*

Caietanus, Filliuccius S. Thomas Gabriel. Sotus Henriquez Panhormit Roſella.

A *la verb. bbptismut num.* 1. *& Vazquez de* *Vazquez* *Baptism.disput.*145. *cap.* 4. qui communiter docent etiam aquæ guttam sufficere ad conficiendum baptismi Sacramentum. *Item Diana tract.*4.*resol.*5.*Comitol.in resp.moral.lib.*1.*q.*12.

Ratio autem, quæ hanc sententiam veram, probabilemque, nobis suadere potest hæc est. *Baptismus* enim perficitur, per ablutionem aquæ factam in corpore baptizandi expressa verborum forma cum intentione ministri. Sed in
B casu nostro omnia hæc verè cōcurrunt; ergo &c. Probatur minor *ex* inductione, quam faciliter, & breuiter facere possumus. Supponitur enim ministrum habere intentionem conferendi verum baptismum; exprimitur pariter debita verborum forma, dum necessaria materia vsui applicatur; ac denique fit ablutio per contactum successiuum aquæ, in corpore infantis; ergo verum confertur Sacramentum.

C At si forma non fuerit prolata, eo tempore, quo ministet digito madefacto frontem infantis signauit; sed multo elapso tempore huiusmodi facta fuit impressio, vel versa vice ablutio longè præcessit formæ prolationem, vtrique non conficitur Sacramentum. Ita *Comitol.lib.* 1.*quæst.* 12. *& Filliucc. de Sacrament.tractat.*2.*cap.*2.*quæst.*7. *num.* 34. D *Comitolus* *Filliuccius* Et ratio est, quia debet adesse quædam coniunctio, seu simultas saltem moralis, inter materiam, & formam, quem admodum omnes DD. communiter docent: quatenus verborum forma eo tempore proferatur, quo dispositæ materiæ in vsu consistentis applicatur, sed non sic est in hoc casu; ergo, &c.

Dedique quæritur an verum suscipiant sacramentum illi adulti, qui longam comam nutriunt, & in ea baptizantur. *Ad* quod breuiter responde- E mus, baptizatos, nequaquam eos dici posse; si aqua baptismalis extremam partem comæ tetigerit. Hoc etiam multo magis dicendum est de fæminis, quæ longiorem comam nutrire solent. Et ratio est, quia nunquam homo dici potest verè baptizatus, nisi fuerit verè ablutus in capite, vel in alia corporis parte; sed in hoc casu homo in capite non abluitur, sed potius in coma; ergo &c. Ità docet *Filliucc. de Sacrament. cap.* 2. *Filliucc.* *tract.*2.*quæst.* 7. Secus autem dicendum est, si aqua saltem moraliter caput tetigerit, tunc enim homo dici potest moraliter in capitè ablutus.



DE



A  F

DE SACRAMENTIS TOMVS SECVNDVS. G

LIBER SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

C

De forma Baptiſmi



Mnia nouæ legis Sacramenta, ex materia, & forma tanquam ex ſuis partibus integrantibus conſtare; definitum eſt *in Concil. Florent. in vnione Armenorum, & in Concil.* Trident. *ſeſſ.* 7. *can.*13.*de Sacrament.* & colligitur ex illa *D. Auguſtin.* ſententia, *Accedit* (inquit) *verbum ad elementum, & fit Sacramentum.* Quia igitur in præcedentibus de materia baptiſmi ſufficienter actum eſt; hinc in præſenti cap.de forma eiuſdem baptiſmi pertractare congruum duximus. Antequam autem vera atque catholica ſententia de forma huius ſacramenti proferatur prius diſcutiendi ſunt permultorum hæreticorum errores.

Conc.Fl. Con.Tri. D

E Primus error fuit quorundam hæreticorum, qui in primordijs naſcentis Eccleſiæ tempore Apoſtolorum bapizabant in nomine trium principio carentium ideſt in nomine trium Patrum, vel in nomine trium *F*iliorum, aut in nomine trium Paracletorum. Ità refert Bellarmin. *de Sacrament. Baptiſm. cap,*2. vbi teſtatur hunc hæreticorum errorem *in Can.*48,*alias* 49. *Apoſtolorum* fuiſſe damnatum. Idem refert *Vaſquez diſp.*141.*cap.*1.

Bellarm. Vazquez

H Secundus error fuit quorundam Græcorum, qui formam baptiſmi, qua Latini vtuntur, validam eſſe negabant, vnde baptizati forma latinorum, rebaptizari forma græcorum iubebantur. Exiſtimabant enim eſſe contra veritatem huius Sacramenti, quod in forma Eccleſiæ latinæ exprimatur perſona miniſtri, & actus baptizandi, prout ab ipſa procedit, quia per huiuſmodi formam, hoc Sacramentum miniſtro tanquam principali *A*uthori eius, tribuitur. Ità refert *Suarez ſuper 3. part. D. Thom.quæſt.*66.*art,*5.*ſect.*1.*Bellarmin. de Sacrament. Baptiſm. lib.* 1.*cap.*3.5.6. *& Viguerius* de *Baptiſm.cap.* 16. *verſ.*3. *& patet ex cap.vlt.de Baptiſm. quod ſumptũ eſt ex Concil. Lateranenſ. ſub* Innocentio *III. cap.*4. vbi hic error Græcorum damnatur, & formam Eccleſiæ latinæ validam eſſe decernitur. *A*duertendum eſt autem quod *dictum Concil. Lateran.* formam Græcorum minimè confutat, aut damnat; cum (iuxta definitionem, & declarationem *Concil.Florent.ſeſſ.vl.* à noſtra, quoad ſubſtantiam non differat; ſed tantummodo ille error Græcorum damnatur, aſſerentium formam Eccleſiæ latinæ eſſe erroneam, falſam, atque inualidam.

I *Suarez Bellarm. Viguerius* K *Conc.Lat. Conc.Fl.*

Tertius error fuit nonnullorum Arrianorum, qui in nomine *P*atris, per Filium in Spiritu Sancto baptizabant, prout refert *Nicæphor. lib.* 13. *hyſtor. c.* 35. *Nicæph.*

A 35. At omnipotens Deus in huius erroris detestationem, magnum miraculũ operatus est nam cum quidam Episcopus *Arrianus* nomine Demetrius, ad baptizandum procederet, confestim illa aqua, quæ ad conficiendum baptismum fuerat præparata, ab oculis astãtium euanuit, nec aliquando postmodum visa fuit. *Ità* refert *Suarez disput. sect. 3. & Bellarmin. de Sacram. Baptism. lib. 1. cap. 3. §. 4.*

Suarez
Bellarmin.

B Quartus error Gnosticis ascribitur, qui in nomine ignoti Patris, & veritate matris omnium, & in nomine descendentis Iesu baptizabant. Ità refert *Iraneus lib. 1. cap. 8. Ephyph. har. 34 Theodoretus lib. 1. hæretticar. fabular. cap. de Mareo Vazquez super 3. par. S. Thom. q. 66. art. 6. disput. 142. cap. 1. & Bellarmin. de Sacrament. Baptism. lib. 1. cap. 5. Additque* Vazquez *loc. cit. Gnosticos à Valentiniano originem traxisse*, idque ex *Iraneo lib. 1 cap. 18. probat.*

C

CAPVT II.

Producitur vera forma Baptismi, quam Ecclesia Catholica, & communis DD. opinio tenent:

D

SVpradictis iam relatis opinionibus, imò (vt melius dicam) hæreticorũ erroribus superest, vt veram, & propriã producamus formam, quam Ecclesia Catholica, & communis opinio DD. tenẽt. *At* quia duplex forma in Ecclesia vniuersali reperitur, idest forma Ecclesiæ Grecæ, & forma Ecclesiæ Latinæ primo loco explicandum est, quænam sit forma baptismi, quã Ecclesia latina

E vtitur. Profectò est hæc; *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.* Ità docent communiter *DD. in 4. sent. dist. 3. ibique Marsilius q. 3. art. 3. Bonauentura dist. 3. art. 2. q. 2. Scotus quæst. 2. art. 3. Paludanus q. 1. artic. 2. Dionys. Carthus. q. . Ricchardus artic. 2. q. 3. Durand. quæst. 1. Altisiodor. lib. 4. summæ tract. 3. cap. 4. q. 2. Alexander Alens. 4. par. q. 13. memb. 3. art. 2 §. 3. & art. 4. §. 2. D. Thom. 3. par. q. 66. art. 6. Albertus, Bachon, & Palac. dist. 3. in 4.* ex recentioribus vero hanc sententiam tenent, atq; defendunt, *Bellarminus de Sacrament. Baptism. lib. 1. ca. 3. Suarez disput. 21. sect. 1. & 2. Angles de Baptism. quæst. 1. art. 3. Valent. tom 4. disp. 4. q. 1. punct. 3. in prin. Coninchus, Vazquez, & Nugnus super D. Thom. quæst. 66. art. 5. Reginaldus lib. 27. cap. 4. num. 23.* Henriquez *lib. 2. de Sacrament. cap. 8. num. 1. Viguerius de Baptismo cap. 16. vers. 3. Sayrus lib. 1. cap. 4. art. 3. S. Antoninus 3. par. tit. 14. cap. 13. num. 2. Sylvester verb. Baptismus 1. num. 3. Nauarrus cap. 22. num. 2. Armill. verb. Baptismus num. 4. & 7. Pesantius super 3. p. S. Tho. q. 66. ar. 5. Victor. de Baptis. concl. 13. Angelus verb. Bapt. 2. n. 1. Tabien. verb. bapt. 3. n. 1. 2. & 7.* Vinaldus *de Baptis. ca. 6. num. 8. & 9. Graffius 2 par. lib. 1. cap. 6. num. 19.* Bartholomæus *ab Angelo de Baptism. §. 106. Phyliareus de sacrament. Baptism lib. 1. cap. 7. Toletus lib. 2. cap. 19 Victorell. ibid.* Fernandez *p. 3. cap. 2. §. 4. Scotus art. 5. Filliuccius de Sacram. tract. 2. cap. 3. q. 2. num. 45. Molfesius de Baptismo, & Bonacin. de Sacramen. Baptism. disp. 2. q. 2. pun. 4. pr. vn.* & alij.

Marsil.
Bonauent.
Scotus.
Paludan.
Carthusia.
Richard.
Durand.
Altisiodor.
Alex. Alē.
D. Thom.
Albertus
Bachon.
Palacius
Bellarmin.

F
Suarez
Angles
Valent.
Coninch.
Vazquez
Nugnus
Reginald.
Henriq.
Viguerius.
Sayrus
D. Anton.
G
Sylvester
Nauar.
Armill.
Pesantius.
Victor.
Angelus
Tabien.
Vinald.
Graffius
Barthol. ab Ang.

Hæc nostra conclusio probatur primo ex illo *Matth. 28.* vbi Saluator Noster formam baptismi Apostolis præscripsit, qua in baptizandis hominibus vti deberet, dicens *Euntes in mundum vniuersum docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij. & Spiritus sancti.* Quæ verba ità sentit Ecclesia, nec non & *SS. Patres*, quos citat *Suarez disp. 2. sect. 3.*

H
Phyliarch.
Toletus
Victorell.
Fernand.
Scotus
Filliuct.
Molfes.
Bonacin.
Matth. 28.

Probatur secundo, *ex Concil. Floren. in instruct. Armenor. in decret. Eugenij 4. & ex Concil. Trident. sess. 7. can. 3. de* Baptism. vbi sic legitur. *Si quis dixerit in Ecclesia Romana, quæ omnium Ecclesiarum mater est, & magistra non esse veram de Sacramento Baptismi doctrinam, Anathema sit.*

Conc. Flor
Conc. Tr.
I

Probatur tertio, ex definitionibus, & declarationibus Ecclesiæ; nam *Pelagius Papa in cap. si re vera de consecrat. dist. 4.* declarat Baptismum in nomine Domini datum, non expressis tribus diuinis personis, esse nullum. Et *Zacharias Papa in cap. in Synodo ead. dist. 4.* Non obscurè tradit Baptismum, minimè posse perfici, nisi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Vnde si quis vnam de his tribus personis non exprimeret, vtique non conficeret Sacramentum. Quapropter *Clemens Papa lib. 3. constitution. cap. 13.* hoc modo scribit. *Nominans* (inquit) *inuocationem Patris, & Filij, & Spiritus sancti baptizabit eos in aqua. Hoc* idem repetit in *cap. 23. lib. 7.* dum inquit, *Baptizare debes quem admo-*

Pelagius
Zacharias
K
Clemens.

A *admodum Dominus praecepit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti; Patris qui miſit, Filij qui venit, paracleti qui teſtimonium dedit.* Idem colligitur ex *cap.1. de baptiſm. & ex capit. firmiter de ſumma Trinit. & fide catholic. et ex Can. 50. Apoſtolorum.*

Probatur quarto, ex cõmuni SS. Patrum ſententia, qui vnanimiter edocẽt baptiſmi ſacramentum miniſtrandum, conferendumq; eſſe in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti; itaut ad eſſen-B tiam formæ baptiſmi, pertineat expreſſio vnius eſſentiæ, & trium perſonarum nominibus proprijs, quæ relatiuè illarum diſtinctionem ſignificent. Ità *Chryſoſtomus, Hieronymus, & alij expoſitores ſuper illud Matth. 28. baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Origenes in cap.6. ad Roman. in illa verba Apoſtoli, quicunque in Chriſto baptizati ſumus,* vbi apertè edocet non eſſe ratum baptiſmum, in nomine ſolius Chriſti collatum: niſi cæteræ perſo-C næ diuinæ addantur. *Iranæus lib.1. c.18. Iuſtinus Apolog. 2. prò Chriſtianis circa fin. Dionyſ. de Eccleſiaſtic. Hyerarch. c.2. Baſilius de Spiritu ſan. cap.12. Athanaſius ſermon.3. contra Arrian. parum à med.* vbi claris verbis tradit non eſſe perfectam initiationem niſi in nomine trium diuinarum perſonarum? *Gregor. Niſſen. in lib. de baptiſm. ante medium Clemens lib.3. conſtitut. Apoſtol. capit. 16. & lib.6. cap.5. ibiq; Turrian. Damaſcenus lib. 4.* D *de fide cap.10. Gregor. Nazianz. in orat. in ſanct. lauacrum propè fin. Dydimus lib. 2. de Spiritu ſanct. non procul ab initio. Ex latinis vero hoc idem docet Cyprianus epiſt.73. ad Iubaian. Tertullian. lib. contra Prax. & lib. de coron. milit. Theophyl. in cap. vlt. Matth. Hylarius lib. de ſynodis in fin. Brixian. tract.2. in Euangel. ad fin. habetur tom.7. Biblioth. ſancta Ambroſius lib.2. de ſacrament. cap.5. & 7. & lib. de ijs qui initiantur myſter. cap. 4. S. Leo Papa epiſtol.4. cap.3. Auguſtinus lib.6. de baptiſm. cap.25. & 17. & lib.4. cap.15. &* E *lib.5. cap.1. Gregorius lib.3. epiſt 61. Sericius epiſt. 22. Fulgentius de incarnation. & gratia Chriſt. cap.11. Pelagius cap. ſi reuera, & cap. multi ſunt, & Zacharias cap. in Synodo de conſecrat. d.4.*

Chryſoſt. Hieron. Origenes Iranæus Iuſtinus Dionyſ. Baſil. Athanas. Greg. Niſſ. Clemens Turrian. Damaſc. Greg. Naz. Didimus Cyprian. Tertull. Theophyl. Hylar. Brixian. Ambroſ. S. Leo Auguſtin. Gregor. Sericius Gaudent. Innocent. Fulgent. Pelagius Zachar.

Probatur quinto, & vltimo, ex communi ſententia Doctorum Scholaſticorum, quos ſupra citauimus. Sed expreſsius, ac fuſius hanc veritatem comprobant atque defendunt *D. Thomas, quaeſt. 66. art. 5. ibique Vazquez diſput.* *S. Thomas Vazquez* *141. Suarez diſp. 21. ſect. 1. & 2. Bellarm. de ſacrament. baptiſm. lib.1. capit 4. Sotus diſt. 3. Ledeſm. quaeſt. 7. & Reginald. lib. 27 de ſacrament.* F *Suarez Bellarm. Ledeſma. Reginald.*

Conuenienter autem Eccleſia latina, hac forma in miniſterio baptiſmi vtitur, tum quia eam Chriſtus Dominus inſtituit; tum quia per eam operatio, & effectus ſacramenti ſignificatur. Cum enim miniſter dicit (*Ego baptizo*) profectò ſignificat, illam ſpiritualem peccatorum ablutionem, quæ virtute ſacramenti in anima baptizati efficitur. G Nam quid aliud ſignificat, *Ego baptizo*, niſi (*Ego abluo*) quapropter hæc duo verba (*Ego baptizo*) tanquam neceſſaria ad validitatem ſacramenti, in forma baptiſmi, eſſe pronuncianda, docet *Concil. Flor. in inſtruction. Armenor.* nec non, & *Alexander III. Papa cap. ſi quis puerum, extra de baptiſm. & eius effectu.* *Conc. Flor. Alexand.* Hinc collige, nullum miniſtrum poſſe baptiſmi ſacramentum conferre ſi illud verbum (*baptizo*) prætermitteret. Illud autem pronomen (*Ego*) non eſt H de eſſentia huius formæ quemadmodum docet *Toletus lib. 2. cap. 19. Filliucc. de ſacram. tract. 2. cap. 3. quaeſt. 3. nu. 48. & alij communiter.* *Toletus Filliuc.* Sed hæc omnia diſtinctius, ac fuſius in ſequenti cap. explicabimus.

Deniq; aduertendum, notandumq; eſt hanc formam baptiſmi, eſſe ſufficientem, nec non neceſſariam, non tantum neceſſitate ſacramenti, ſed etiam neceſſitate præcepti. Eſt enim ſufficiens, primo quia eam Chriſtus inſtituit, vt I patet ex illo *Matth. vltim. baptizantes eos, &c.* *Matt. vlt.* Quapropter eam eſſe determinatam à Chriſto, eſt, de fide quemadmodum patet ex *cap. 1. de baptiſm. & ex Concil. Trident. can. 3. ſeſſ. 7.* *Conc. Trid.* Secundo quia ità ſemper eam Eccleſia intellexit, ac tenuit quemadmodum ex pluribus Patribus docet *Suarez diſput. 21. ſect. 1. & Filliucc. de ſacrament. tract. 2. cap. 3. q. 2.* *Filliucc.* Congruentiam autem affert *S Thomas 3. part. quaeſt. 66. art. 5.* his verbis, *Oportet* (inquit) *quod in forma baptiſmi exprimatur cauſa baptiſmi. Eſt autem eius duplex cauſa. Vna quidem principalis à qua virtutem habet, quae eſt ſancta Trinitas.* *S. Thomas* K *Alia autem inſtrumentalis ſcilicet miniſter, qui tradit exterius ſacramentum. Et ideo oportet in forma baptiſmi de vtraq; fieri mentionem. Miniſter autem tangitur, cum dicitur, Ego te baptizo. Cauſa autem principalis cum dicitur In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Vnde

A *hac est conueniens forma baptismi, Ego te baptizo, in nomine Patris, & Fily, & Spiritus sancti.*

Matth.vl.

Est autem necessaria necessitate sacramenti, quia vt diximus eam Christus instituti *Matth.vltim.* decreuitque, vt sub hac forma ab eo præscripta, baptismi sacramentum cōferretur. Vnde nequaquam baptizaret ille minister, qui alia forma, præter illam, quam Christus instituit, baptismum conferre intenderet. Est denique necessaria ne- B cessitate præcepti, quia sancta Ecclesia præcipit, vt sub hac forma baptismi sacramentum ministretur; prout patet *ex cap.1. de baptism. & ex pluribus capitib. de consecration. dist.4.* Ex his colligimus ministrum in ministerio baptismi aliam formam proferentem, non solum, non coferre sacramentum, sed & mortaliter peccare; quia videlicet contra Ecclesiæ præceptum tunc agit.

C

CAPVT III.

Quæritur quænam verba sint de essentia huius formæ.

SVfficientee probatum fuisse arbitror, formam baptismi, qua Ecclesia latina vtitur, esse hanc, *Ego te baptizo* D *in nomine Patris, & Fily, & Spiritus sancti, Amen.* Sed queritur, an omnia hæc verba sint de essentia prædictæ formæ, itaut si vnum ex ipsis prætermittatur, minimè perficiatur sacramentum; vel aliqua ex ipsis ad substantiam, & validitatem sacramenti pertineant; itaut si cætera prætermictantur, adhuc verus conferatur baptismus. Adhoc autem, vt proposita questio integrè, pleneq; dis- E soluatur, opus est, vt singula verba distincto examine discutiamus.

Primo itaq; queritur, an illud pronomen (*Ego*) sit de essentia huius formæ, ita vt si prætermicti contingat, baptismus non coferatur. Ad quod breuitee respondemus hoc pronomen (*Ego*) non esse de essentia huius formæ, Ità docent *communiter DD. S.Thomas 3.part. q.66.artic.5.ad 1. Sotus, & Ledesma, quos citat, & sequitur Henriquez lib.2. de sacrament.cap.8.§.3. in comment. lit. S. Vazquez super 3.part. S.Thom.q.66.artic.5. disput.142.cap.3. Richardus, quem citat, &* F *sequitur Syluester de baptism. 1. q. 3. Tabien. baptism.3.§.10. Bellarm. de sacram. baptism.lib.1.cap.3.vers.est igitur, Suarez disp.21.sect.2. Toletus lib.2.cap.19. Filline. de sacrament.tract.2.cap.3.q.3. & Suarez disput.21.sect.2.*

S.Thom. Sotus Ledesma Henriquez Vazquez Ricchard. Syluester Tabien. Bellarm. Suarez Toletus Fillinccius Conc.Flor.

Hæc nostra conclusio probatur primo ex *Concil. Flor. in decreto Eugenij.4.* Secundo quia Græci hoc pronomen *Ego* in forma baptismi, qua Ecclesia G Græca vtitur, non proferunt, cum dicāt *baptizetur seruus Christi Petrus in nomine Patris, &c.* & tamen verum perficiunt sacramentum, quemadmodum declarauit *Eugenius 4. in Conc. Florent.* cuius authoritatem citat Vazquez *disput.142. cap.3. num.28.* Tertio quia sub illo verbo (*baptizo*) hoc pronomen ego tacitè seu virtualiter includitur; prout optimè docet *Bellarminus lib. 1. de baptism. cap. 3. & Fillince. de sacramen. tract.2. quæst.3. cap.3. nu.49.* Quarto quia in *cap. Retu-* H *lerunt de consecr. dist.4.* exemplum cuiusdam ministri refertur qui hoc pronomē in ministerio baptismi semper omictebat, & tamen verum conferebat sacramentum.

Eugen.4. Vazquez

Neq; obstat decretum Alexandri III; in cap. si quis puerum de baptismo, & eius effect. vbi hoc modo ait; *Si quis puerum ter in aqua immerserit in nomine Patris, & Fily, & Spiritus sancti, Amen & non dixerit, Ego te baptizo, &c.* Non est puer baptizatus. Respondemus enim summū Pontificem in illo decreto; irri- I tum declarasse illum baptismum, non quia pronomen (*Ego*) fuerat omissum, quo persona ministri tantum exprimitur; sed quia actio ministri, per verbum (*baptizo*) non fuerit significata, prout optime aduertit *Glos. in dict capit. si quis puerum, & Vazquez art. 5. disput. 142. cap.3. Suarez disp.21. sect.2.*

Glosa Vazquez Suarez

Ex præcepto autem tenetur minister latinus hoc pronomen (*Ego*) quandocunq; baptizat pronunciare, atq; exprimere; quemadmodū docce, *Sot. in 4. dist. 3. q. vnic. art 5. §. quod si sciteris* Vazquez K *disp.142.c.3. vers. postremo, Syluest. verb. baptism.1.q.3. vbi citat Innoc.* Richard. *& S.Thom. item Tolet. lib.2. cap.19. Fillinec. de sacrament. tract. 2. cap. 3. q. 3. & Suarez disp.21. sect.2. Præterea in fauorē huius sententia citari possunt Ledesm. q.7. & Henriq. lib. 2. de sacrament. cap.8.§.6* qui existimāt, peccare mortaliter ministrū, qui publicè ministrans baptismi sacramentū, hoc pronomē (*Ego*) scienter omictit.

Sotus Vazquez Syluester Innoc. Richard. S. Thomas Toletus Fillinc. Suarez Ledesma Henriq.

Si

A Si autem quæras an Miniſter Baptiſmum ſecretè miniſtrans, & hoc pronomen (Ego) ſcienter omittat, mortaliter peccet. Reſpondeo, non peccare mortaliter, ſed tantum venialiter, quia quemadmodum docent *Sotus, Ledeſma & Henriquez locis infra citandis*, materia eſt leuis, & nihil tollit de veritate formæ. Vnde ſecluſo ſcandalo, tantummodo peccatum veniale miniſter perpetrat. Si autem publicè Sacramentum miniſtretur, & hoc pronomen ſcienter omittatur; mortaliter peccat miniſter, quia huiuſmodi omiſſio in baptiſmo ſolemni, abſque ſcandalo fieri nō poteſt. Vide de hoc *Sotum in 4. diſt. 3. q. vnic. art. 5. Ledeſm. q. 7. Henriquez lib. 2. de Sacrament. c. 8. §. 6. lit. I. Vazquez ſuper 3. par. S. Thom. q. 66. art. 6. diſp. 142. cap. 3. Suarez diſp. 21. ſect. 2. Syluest. verb. Baptiſmus 1. quæſt. 3. Tolet. lib. 2. cap. 19. & Filliucc. de Sacrament. tract. 2. cap. 3. q. 5. num. 49.*

Sotus *Ledeſma* *Henriq.*

B

Vazq. *Suarez* *Syluester* *Tolet.* *Filliuc.*

C Secundo quæritur, *An illud pronomen (te) per quod perſona baptizandi exprimitur ſit de eſſentia huius formæ*; ita vt ſi fuerit omiſſum, Sacramentum minimè perficiatur. Reſpondeo ad validitatem huius Sacramenti pertinere, vt perſona, quæ baptizatur in forma baptiſmi exprimatur, quemadmodum communiter docent Theologi quos citat, & ſequitur *Vazquez diſput. 142. cap. 3.* Vnde ſi Miniſter diceret *Ego baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen*, quamuis reipſa aliquem ablueret tamen quia verbis for mę non exprimeret perſonam, cui Sacramentum, & eius effectum applicare intendit, vtique nullum efficeret Sacramentum. Ità *S. Thomas 3. par. q. 66. art. 5. Sotus in 4. diſt. 3. q. vnic. art. 5. Innocentius cap. 1. de baptiſm. Adrianus de Baptiſm. q. 1. art. 3. Penna, & Medin. quos citat & ſequitur Henriquez lib. 2. de Sacram. cap. 8. §. 4. lit X. Vazquez d. diſp. 142. cap. 2. Suarez diſp. 21. ſect. 2. Ledeſma q. 1. ar. 8. Bellarminus de Baptiſm. lib. 1. cap. 3. vbi citat Innocent. III. in cap. Debitum extra de baptiſm. & eius effect. Item Tolet. lib. 2. cap. 19. & Filliucc. de Sacram. tract. 2. cap. 3. num. 53.*

D

S. Thomas *Sotus* *Innocent.* *Adrianus* *Penna* *Medin.* *Henriq.* *Vazquez* *Suarez* *Ledeſma* *Bellarm.* *Tolet.* *Filliuc.*

E

Probatur primo ex illis verbis Chriſti *Matth. vlt. baptizantes eos, &c.* vbi profectò perſonæ, quæ erant baptizandæ fuerunt expreſſæ. Quorum verborū talem eſſe ſenſum, Eccleſię conſuetudo docet, prout refert *Filliucc. loc. cit.*

Matth. vlt.

Filliuc.

Probatur ſecūdo ratione, quia neceſſarium eſt, vt actus baptizantis determinetur ad perſonam, cui baptiſmus applicatur, quemadmodum notant Vazquez, & Filliucc. locis citat.) alioquin ille actus per quem Sacramentum eſt applicandum, indeterminatus, & indifferens remaneret. Item huiuſmodi expreſſio requiritur, vt in forma detur diſtinctio inter perſonam baptizantis, & baptizati; quæ videlicet ſicut inter generantem, & generatum ſignificari debet, cap. debitum de baptiſm. Quemadmodum enim quis ſeipſum generare non poteſt, ita pariter, nec baptizare, quia baptiſmus eſt quædam ſpiritualis generatio. Conſtat per actum baptizantis neceſſario eſſe exprimendam baptizati perſonam.

F

G

Sed dubium eſt, an ſi miniſter illud pronomen (te) in aliud ſimile commutauerit, veluti ſi dixerit *Baptizo hunc*, vel nomine proprio eū appellans, idest *Baptizo Petrum*; perficiat Sacramentū. *Ad* quod negatiuè reſpondet *Alexander Alenſ. 4. par. q. 8. memb. 3. §. 2. verſ. conſequenter quæritur de hoc.* Ibi enim ait, *Si quis diceret, baptizo hunc, vel Ioannem, non indicando illum per pronomen (te) nullum fore Sacramentum.* *At* ego libentius opinioni affirmatiuæ aſſentior, quæ putat his verbis, hunc vel eum, vel Petrū, poſſe conferri baptiſmi Sacramentum, *Ità docet Sotus in 4 diſt. 3. q. vnic. art. 5. Vazquez ſuper 3. par. D. Thom. q. 66. art. 6. diſp. 142. cap. 3. num. 32. Henriquez lib. 2. de Sacram. cap. 8. §. 4. Suarez diſp. 21. ſect. 2. & alij recentiores.* Et ratio eſt, quia huiuſmodi permutatio ſignificationem verborum non aufert, quapropter eſſentiali ratione Sacramenti nullatenus officere poteſt, ergo in tali caſu verum perficeretur Sacramentum. Attamen peccaret miniſter, hanc mutationem efficiens, quia contra conſuetudinem ſuæ Eccleſiæ latinæ ageret.

1. opinio negat *Alex. Alen.*

H

2. opinio affirmat. *Sotus* *Vazq.* *Henriquez* *Suarez.*

I

Item baptizat, ſi miniſter ad honorandam perſonam quæ baptizatur, dicat *Ego vos baptizo, vel veſtram Maieſtatem, aut veſtram Dominationem.* Et ratio eſt, quia hæc nomina ſecundum ſubſtantiam (licet alio modo) idem ſignificant, ac pronomen (te.) Ita *Vazquez d. diſp. 142. cap. 3. verſ. Notat præterea, & Filliucc. de Sacrament. tract. 2. cap. 3. q. 5. Item Toletus lib. 2. cap. 19. nu. 2. & Suarez diſp. 21. ſect. 2. Bonauent. in 4. diſt.*

K

Vazquez *Filliuc.* *Toletus* *Suarez* *Bonauen.*

A 4.*dist.5.Syluest.baptism.1.q.10.* Idem
Syluest. dicendum est, si illud verbum singulare baptizo, in verbum plurale, baptizamus, permutauerit, veluti si ratione dignitatis, quemadmodum Summus Pontifex, & Episcopi loqui solent, dicat, Nos te baptizamus; conficitur enim Sacramentum, quemadmodum communiter docent omnes DD. quos supra citauimus. Deniq; hoc idem dicendum est de quacunque simili mutatione; dũmodo sufficiẽter persona baptizantis,
Suarez. designetur, prout docet *Suarez disput*
B *121, sect.2. vers. Dico tertio in fine.*

Sed quamuis huiusmodi permutationes essentiam Sacramenti minimè destruant; attamen vnusquisque minister suæ propriæ Ecclesiæ consuetudinem exactè obseruare debet, adhoc vt ab omni culpa procul existat, Nam quando cumq; huiusmodi permutationes absque causa efficeret; vtique peccaret,
Vazquez
Suarez quia ministrum contra consuetudinem
Toletus *Ecclesiæ* hoc modo forma baptismi
Filliuc. mutaretur. Ita *Vazquez disput.142.cap.*
Scotus. *3 num.12. Suarez. disput.21.sect.2.* Tole
C *tus lib.2.cap.19. & Filliuc. de Sacramen. tract.2.cap.3.q.4.num.53. vbi citans Scotum, dicit in tali casu ministrum mortaliter peccare.*

Denique aduertendum est, in forma baptismi illud pronomen (te) esse aptius, atque conuenientius quocunque alio simili, quod adhiberi potest, prout docet *Henriquez lib.2. de Sacrament.ca.*
Hẽriquez. 8.§.4. *Melius* (inquit *vtimur pronomine* (Te) *quia explicandus est actus, vt nunc exercetur circa subiectum, & baptismus consistit in ablutione passiua.* Vnde in
D *comment.lit.Z. Sotum, & Scotum repre-*
Sotus *bendit*, eo quod dixerint, melius esse
Scotus. vt dicatur in forma, *Ego baptizo Petrũ, quam te.*

Similiter verum perficitur baptismi Sacramentum si minister significatio-
E nem actiuam conuertere voluerit in
Suarez significationem passiuam, veluti si di-
Bellarmin xerit, *Tu baptizaris à me &c.* Ità *Sua-*
Chamerot *rez disput.21.sect.2.conclus.3. Bellarmin.*
Pitigian. *de Sacrament. Baptism lib.2.cap.3.& 6.*
Graffius *Chamerot. de Baptism.cap.3.dub.3. Piti-*
Reginald. *gianus dist.3.q.2.art 4.conclus.1. Graffius*
Toletus. *2.par.lib.1.cap.3.num 20. Victor. de bap*
Rodriquez *tis. conclus.13. Reginaldus lib.27.cap.4.*
Bonacin. *num.45. Toletus lib.2.cap.19.num.5. Rodriquez de Baptism.cap.25.num.1. Bonacin. de Baptism.disp.1 quest.2.punct.4.posit.1.num.2.* Et ratio est, quia Ecclesia Græca in forma baptismi, significa-

tione passiua vtitur, *Baptizetur seruus* F
Christi Ioannes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & tamen nullus latinus vsque adhuc formam, qua Græci vtuntur damnare ausus est, quemad modum notat *Vazquez disp.142.cap.3.* Vazquez
num 27. & Suarez disp.21.sect.2. vers. Di- Suarez
xi autem, Si igitur forma in significatione passiua prolata, sufficiens est ad perficiendum Sacramentum, profecto asserendum est verum conferri baptismum, si minister latinus, significationem actiuam in passiuam mutauerit. G

Demum quæritur, an perficiatur baptismi Sacramentum, si minister hac Sotus.
forma vsus fuerit, *Babtizat te Deus, aut Baptizet te Deus, vel Christus in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Vazquez
Amen. Ad quod affirmatiuè respondet *Sotus loc.cit.* Sed opinio negatiua mihi verior, ac tutior videtur, quam tenet, & defendit *Vazquez disput.142.capit.3.*
vers. Ex dictis. vbi contra *Sotum* com H
pluribus rationibus, & argumentis disputat.

CAPVT IV.

An actus ministri in hac forma de necessitate Sacramẽti sit exprimendus.

I

NOn absque causa præsens difficultas, dissoluenda proponitur; quia enim in præcedentibus diximus non omnia verba illius formæ iam traditæ esse exprimenda de necessitate sacramenti, hinc post præcedentes quæstiones opportunè hæc difficultas proponitur dissoluenda, an scilicet actio ministri, in forma baptismi, per hoc verbum (*Baptizo*) necessario sit exprimẽ
da. Ad quod affirmatiuè respondens K
dico hoc verbum *baptizo* adeò ad essentiam huius formæ; & validitatem Sacramenti pertinere; ità vt si minister illud pronunciare noluerit, proculdubio, irritum, & nullum erit Sacramen
tum. Ità docent communiter *DD. in* Magister
4.sent.dist.3.vbiq. Magister, & Albertus Albertus.
Magnus, Alexander Alens. S.Thomas, Alexand.
Argentin. Altisiodorens. Gabriel, Marsi- S.Thomas
lius, Petrus de Tarans. Stephanus Brul. Argentina
& Richardus, quos citat, & sequitur Bonac.

A
Altiſiodor. Gabriel Marſilius. Petrus de Tarant. Steph. Br. Richardus Bonauent. Angles. Bellarmin. Suarez, Vazquez Henriqu.

nauent. d.diſt.3. art. 2.q.1. & Angles de Baptiſm.q.1.art.3. difficult. 1. concluſ.1. Item D. *Thomas 3.par.q.66.art.5.*Bellar*min.de Sacrament.baptiſm. lib. 2. cap. 3. lit.C.Suarez diſput.21.ſect. 2.lit.C. Vazquez ſuper 3.par.S.Thom.q.66.art.6.cap. 2.diſput.142.Henriquez lib.2. de Sacrament.cap.8.§.3.*Bartholomaus ab *Angel. de baptiſm §. 117.* Toletus *lib:2. cap.19 Syluester verb.*Baptiſmus.1.§.11.*Graffius 2.par.lib.2.cap.3.num. 21. Viualdus de baptiſm. cap. 3. num.10.Chamerota, & alij quos citat, & ſequitur* Bonacin. *de baptiſm. diſp.1.q.2.num.4.Fillucc. de Sacrament.tract.2.cap.3. Item Sotus diſt. 3.art.5.Ledeſma q.7.Innocentius,& Gloſa communiter recept.in cap.1. de baptis.*

B
Bar.ab An. Toletus Graffius. Viualdus. Chamerot. Bonacina, Fillucc. Sotus. Ledeſma Innocent. Gloſa.

Hæc concluſio probatur primo ex illo Matth. *vltim. baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Quo in loco Chriſtus formam baptiſmi diſcipulis præſcribens, præcepit, vt actio miniſtri per verbum (*baptizo*) exprimeretur; quemadmodum optimè notat *Suarez diſp.21 ſect.2. Vazquez ſuper 3.par.S.Thom.q.66.art.6.diſput.145. cap.2.* vbi refert ſanctam Eccleſiam hoc modo præfata verba intellexiſſe. Vnde *Suarez loc.cit.*concludit hoc de fide tenendum eſſe.

C
Matth.vl. Suarez. Vaſquez.

Probatur ſecundo, ex Concil. *Flor. in inſtruct. Armenor. ſub Eugen. 4. poſt vltimam ſeſſion. §.1.* Quo in loco poſtquam dixit baptiſmum ſub hac forma collatum, *Ego tè baptizo, in nomine Patris. & Filij, & Spiritus ſancti;&* ſub hac *baptizetur talis ſeruus Chriſti,* vel Baptizatur *manibus meis talis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti &c.* verum, & ratum eſſe, rationem reddit ſequentibus verbis. *Quoniam* (inquit) *cum principalis cauſa ex qua baptiſmus virtutem habet, ſit ſancta Trinitas inſtrumentalis autem ſit miniſter, qui tradit, exterius Sacramentum, ſi exprimitur actus, qui per ipſum exercetur miniſtrum, cum Sancta Trinitatis inuocatione, perficitur Sacramentum.* Quibus profectò verbis apertè inſinuat, ad validitatem baptiſmi neceſſariò requiri, vt actio miniſtri exprimatur, & Sanctiſſimæ Trinitatis nomen inuocetur; quemadmodum accuratè notat *Vaz. diſput.142.cap,2.num. 10. Suarez diſput. 21.ſect. 2.in princ.Reginald. in prax. fori pænit.lib.27,cap.4.& alij.*

Conc. Flo.
D
E
Suarez. Vazquez Reginald.

Probatur tertio ex Decreto Alexan. *III.in cap.1.de baptiſmo, & eius effectu,* vbi ſic ait. *Si quis puerum ter in aqua immiſerit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. Et non dixerit, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen, non eſt puer baptizatus.* Quæ videlicet verba conſiderãs *Vazquez d.diſp.142.cap.2.in princ.* colligit, illud ly (*baptizo*) quo actio miniſtri exprimitur ad validitatem baptiſmi, ſolummodo pertinere, ità, vt ſi omictatur, nullo modo Sacramentum perfici poſſit. Nam illud ly *Ego* non eſt de eſſentia huius formæ, quia (inquit) *Eugenius V.* formam Græcorum approbauit, in qua illa eadem verba non continentur.

F
Alex. 3.
Vazquez,
G

Probatur quarto ratione, in quolibet namque ſacramento, quod in vſu conſiſtit, actio miniſtri exprimi debet, per quam ipſum ſacramentum alicui applicatur, ſed baptiſmi ſacramentum, in vſu conſiſtit; ergo, &c. Vide *Bartholom.ab Angel.§.117.Tolet.lib.2.capit. 19.num.7. Graff. 2.par lib.1.cap.3.num: 21.Vazquez 3.p.q.66.art.6.cap.142.cap.2 num.10.Viuald.de baptiſm.cap.3.num.10. Suarez diſp. 21 ſect.2. Fillincc. de Sacrament.tract.2.cap.3.*Lauren.*Suar. de baptiſm.§.4.num.4. Angles de baptiſm.q.1 ar. 3.diff.1.Syluest. verb.baptiſm.1.§.11.Chamerot.de baptiſm.cap.3.& Bonac.de Sacram.bapt.diſp 1.q.2.pun. 4.prop.1.*

H
Bar.ab An Toletus Graffius Vazquez Viualdus Suarez. Laurent. Soarez. Angles. Syluester Chamerot. Bonacin.

His poſitis, quæritur primo, an pro illo verbo *Baptizo*, aliud ſimile, eandem tamen habens ſignificationem, in forma poni poſsit. E.G. ſi dicat miniſter, *Ego te abluo,* vel *immergo, vel intingo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen,* verum perficiat baptiſmum. Ad quod breuiter reſpondemus ſemper perfici ſacramentum, dummodo illud verbum (*baptizo*) in aliud ſynonimum, & æquiualens tranſmutetur, itaut actum abluendi, ſiue lauandi verè ſignificet. Vnde ſi miniſter dixerit. *Ego te abluo, vel intingo, vel immergo in nomine, &c.* conficit baptiſmum. Ità docet *Sotus in 4.diſput.3.q. unic.art.5.* Vazquez *diſp.142.cap 2.num.12.Suarez diſput.21.ſect.2.verſ.Quaruntvero.Henriquez lib.2.de Sacrament.cap.6.§.3.Toletus lib.2.cap.19.Syluester verb. baptiſmus.1.*Item *Barthol.ab Angel.§. 117.Viuald.de Baptiſm. cap.3.num. 10. Graffius num.21. & Chamerota, quos citat, & ſequitur* Bonacin.*de Sacrament. baptiſm. diſp.1.q.2.punct. 4. propoſ.1. num. 4. & Laurent.Suar.de Baptiſm.§.4,num.4.*

I
K
Sotus Vazquez Suar. Henriq. Toletus. Bar.ab An. Viualdus Graffius Chamer. Bonacina. Laurent. Suarez

Ratio

A Ratio autem est, quia mutatio accidentalis per quam significatio formæ non destruitur, neq; permutatur formæ sensus, seu significatio, nequaquam impedit, quin sacramentum perficiatur, quemadmodum ex illo decreto *Zacharia Papæ in cap. Retulerunt de consecration. dist.* 4. colligi potest; sed in casu nostro per verbum synonimum, & æquiualens sensus verborum formæ, neque destrui neque immutari potest; quia quamuis inter verba Synonima detur distinctio vocis, non tamen
B datur distinctio significationis, ergo &c.

Sylvester S.Thomas Quæritur secundo, An si minister dicat, *Intendo tè baptizare in nomine Patris, &c.* verum conferat sacramentum. Ad quod negatiuè respondet *Sylvester Baptism.* 1.§.3.q.11. *vbi citat D. Thom. in* 3. Et rationem de hac sua sententia redit, quia (inquit) qui aliquid facere intendit non est consequens, vt faciat, & consequenter hoc pertinet ad
C corruptionem formæ.

Quæritur tertio, an sit verus baptismus, si quis intendés baptizare seipsum dicat; *Ego mè baptizo in nomine Patris &c.* Ad quod negatiuè omnes DD. communiter respondent, nam sicut in carnali generatione nemo seipsum generare potest, ita nec quis seipsum baptizare potest, cum baptismus sit quædam regeneratio spiritualis, per quam homo de morte peccati, ad vitam gratiæ renascitur. Ex qua ratione
D DD. pariter inferunt in baptismo sanguinis requiri, vt minister sit distinctus ab eo, qui martyrium suscipit. Ità
S.Thomas S.Thomas 3.*par.quæst.*66.*art.* 5. *ad* 4. *&*
Sotus *quest.*57.*art.*7.*Sotus art.*5.*ad* 3.*Ledesma.*
Ledesma *quæst.*7.*Palud.dist.*3.*quæst.*2.*Iacobus Ba-*
Paludan. *rinerius in Enchirid.Iudic.Ecclesiast. no.*
Iacob.Bar. 179. *Henriq. lib.*2.*de Sacrament. cap.*8.
Henriquez §.4.*lit.C.Suarez disp.*21.*sect.*2. *vers.dico*
Suarez *tertio,*& colligitur *ex capit. debitum extra de baptism.* & ex illis verbis
E *Matth. vltimo baptizantes eos, &c.* vbi persona baptizanda, à persona, quæ baptizat distinguitur. Item ad hoc comprobandum adducitur exemplum Christi, qui noluit seipsum baptizare, sed à Ioanne Baptista in Iordane baptismum accepit.

Quæritur quartò, an sit verus baptismus si dicatur *Ego tè linio, in nomine Patris, & Filij, &c.* Respondeo negatiuè, quemadmodum docet, *Sylvester baptism.*1.*q.*11.§.3.*vbi Petr. Aureol. citat.* Et ratio est, quia verbum, quod loco ly (*baptizo*) apponendum est, debet esse synonimum, & æquiualens; F eandem habens virtutem, atque significationem, prout optimè notat *Suar. disp.* 21. *sect.* 2. *vers. Quærunt vero;* sed hoc verbum linio potius vnctioné, quam ablutionem significat, ergo &c. Sylvester Petr. Aur. Suarez

CAPVT V.

G

An inuocatio Sanctissimæ Trinitatis; ad essentiam huius formæ, & ad validitatem Baptismi pertineat.

Ad essentiam huius formæ, & ad validitatem baptismi pertinet, expressio vnius essentiæ, & H trium personarum nominibus proprijs, quæ relatiuam illarum distinctionem significent. Quapropter adhoc vt baptismi sacramentum perficiatur, necessarium est, vt persona baptizanda, nec non, & actio baptizantis exprimatur, ac protinus vnitas diuinæ essentiæ, cum expresione trium diuinarum personarum inuocetur his verbis, *Ego tè baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.* Equidem ad essentiam, & validitatem baptis- I mi, inuocationem sanctissimæ Trinitatis pertinere, omnes Theologi, ac Summistæ communiter testantur. Ità S.Thomas 3.*par.q.*66.*art.*6. *ibiq. Pesantius, & Caietanus Altisiodorens. lib.* 4. *summæ tract.*3.*cap.*4.*q.* 2.*Alexand. Alens.* 4.*par.q.*13. *memb.*3.*art.*2.§.3.*& art.*4.§. 2.*Marsilius in* 4. *q.* 3. *art.* 2; *Bonauentur. dist.*3.*art.*2.*q.*2.*Richardus art.*2 *q.*2. *art.* 3. *Paludanus q.*1.*art.*2.*Durandus, quem citat, & sequitur Angles de Baptismo.q.* 1.*art.*4.*Stephan Brul. Petrus de Tarant. & Gabriel, quos citat* Bonauentur.d.dist. 3 *ar.*2.*q.*2.*Magister in* 4.*dist.*3, *ibique Albertus, & Dionys. Carthusian.* Insuper citari possunt complures DD. recentiores, qui negant validum esse baptismum si in nomine Christi detur, vnde affirmant de essentia baptismi esse, vt in eius forma, Sanctissimæ Trinitatis nomen, cum expressione trium diuinarum personarum inuocetur. Ità *Suarez super* 3.*par. S.Thom.q.*89. *art.*6. Pesantius Caietanus Altisidor. Alexander Marsilius Bonauent. Richardus Sotus K

dispi

A *diſp. 21. ſect. 3. verſ. Dicendum vero eſt primo, Vazquez diſput. 142. cap. 1. verſ. Altera ſententia eſt, vbi citat Maior. in 4. diſt. 2. q. 2. Bellarmin. de ſacrament. Baptiſ. lib. 1. cap. 3. lit. D. verſ. Deniq; eſſe exprimendas, Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap. 8. §. 1. lit. I. Sotus in 4. diſt. 3. Ledeſm. q. 7. Pius V. D. Antonin. 3. par. tit. 14. cap. 13. §. 2. Syluestr. verb. Baptiſm. 1. Adrian. de Baptiſm. q. 2. EKius homil. 8. Taper. ar. 1. & 2. Hoſius cap. 32. Toletus lib. 2. capit. 16. Thomas à Chaueſ. de Baptiſm. q. 14. Filliuc. de Sacrament. tract. 2. cap. 3. Bonac. de baptiſm. diſp. 1. q. 2. punct. 4. propoſ. 1. n. 5. Viguer. de Baptiſm. cap. 16. verſ. 3. & Laurent. Suar. §. 4. num.*

Paludan. Durandus Angles. Step. Brul. Tarancaſ. Gabriel Bonauent. Magiſter. Albertus Carthuſ. Suarez.

B Vazquez Maior. Bellarmin. Henriquez Sotus Ledeſma Antoninus Pius V. Syluester Adrianus. Ekius

Hæc veritas probatur primo ex decreto Pelagij Papæ *can. in re vera, & can. Multi ſunt, de conſecration. diſt. 4.* vbi hæc verba habentur. *Multi ſunt* (inquit) *qui in nomine ſolum Chriſti vna etiam merſione ſe aſſerunt baptizatos. Euangelicum verò præceptum ipſo Deo, & Domino Saluatore noſtro Ieſu Chriſto*

C *tradente nos admonet in nomine Trinitatis trina etiam merſione ſanctum Baptiſma vnicuique tribuere dicente Domino. Ite baptizate omnes gentes in nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti. Si re vera hi de hæreticis, qui in locis dilectioni tuæ vicinis, commorari dicuntur, ſolummodo ſe in nomine Domini baptizatos fuiſſe, forſitan confitentur ſine cuiuſque dubitationis ambiguo eos ad catholicam fidem*

Taper Toletus Th. à Cha. Filliuc. Bonacina. Viguerius Laur. Sua. Pelag. PP. Caietanus

D *venientes, in ſancta Trinitatis nomine baptizabis.* Hoc autem decretum Pelagij conſiderans *Caiet. in D. Thom. 3. par. q. 66. art. 6. §. Ad ſecundam*, exiſtimat, ibi Summum Pontificem, damnaſſe baptiſmum in nomine Domini collatum, non autem in nomine Chriſti. Vnde concludit ex hoc, validum eſſe Baptiſmum ſi in nomine Chriſti conferatur, quemadmodum in ſequentibus referemus; quando præſtante Domino tractabimus, an poſſit miniſtrari

E Baptiſmi Sacramẽtum in nomine Chriſti. Sed hęc adnotatio *Caietan.* merito damnatur, ac reprobatur *à Sot. art. 6. §. ſed, & de nomine, & à Vazq. diſput. 142. cap. 3. num. 11.* quia in dicto decreto Pelagij, damnatur baptiſmus datus in nomine Domini ideſt Ieſu Chriſti; quemadmodum notat *Vazq. loc. cit.*

Sotus Vazquez

Probatur ſecundo ex definitione *Zachariæ Papæ in Epiſt. 11. ad Bonifacium Epiſcop. in 2. tom. Epiſtolar. Pontific. & refertur can. In Synodo de Conſecrat. &*

Zacch. PP

d. diſt. 6. vbi Anglicanam Synod. tempore Theodori Archiepiſcopi commemorans, hoc modo effatur. *In illa tale decretum, & iudicium firmum eſſe, & diligenter demonſtratum eſſe dignoſcitur, vt quicunq; ſine inuocatione Sanctiſſimæ Trinitatis lotus fuiſſet, quod Sacramentum regenerationis non haberet.* Quod omnino verum eſt, quia ſi merſus in fonte baptiſmatis quis fuit, ſine inuocatione Trinitatis perfectus non eſt, niſi fuerit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti baptizatus. Et paucis verbis; interiectis ſubiungit dicens. *Modo vero incognitum eſſe, vtrum baptizantes Trinitatem dixiſſent, an non, & timent illi, qui viui ſunt, quod in tali miniſterio non ſint baptizati. Quibus reſpondens iuſſiſti omnes baptizare, hoc quoq; obſeruari in dicta Synodo, & eod. cap. (Sacerdotes) vt qui vel vnam de Trinitate perſonam, in baptiſmo non nominarent; illud baptiſma eſſe non poſſe, quod pro certo verum eſt.* Horum autem Pontificum decreta, ſeu declarationes examinans *Canus lib. 6. cap. 8. §. ad ſeptimum*, exiſtimat, eas non eſſe tenendas de fide? quia vniuerſaliter totam Eccleſiam non alligant; eo quod quidquid in priuata, ac particulari aliqua quæſtione decernitur, omnes fideles totius Eccleſiæ, vniuerſaliter non obligat. Sed in hac re cautè legendus eſt Canus, quia (quemadmodum docet *Vazquez diſp. 142. cap. 3. num. 12.*) quandocunque Summi Pontifices aliquid definiunt circa quæſtiones de rebus fidei, & morum, etiam ab vno, vel aliter Epiſcopo propoſitas, pro tota Eccleſia, & omnibus fidelibus reſpondiſſe eredendum eſt.

F G H Canus cautè eſt legendus. Vazquez I

Probatur tertio ex communi Sanctorum Patrum ſententia, qui vnanimiter docent baptiſmum dari debere in nomine patris, & Filij. & Spiritus ſancti. Ità *Dionyſ. Areop. de Eccleſiaſt. Hyerarc. cap. 2. Iuſtinus Apolog. 2. pro Chriſtianis ad fin. Origen. in cap. 6. ad Roman. in illud quicunq; in Chriſto baptizati ſumus. Baſilius de Spiritu ſancto cap. 12, Athanaſ. ſerm. 3. contra Arrian. parum à medio Gregor. Nazianz. & Gregor. Niſſen, oration. de baptiſm. ante medium Damaſc. lib. 4. c. 10. Chryſoſtom. in cap. 5. ad Epheſ. Dydimus lib. 2. de Spiritu ſancto non procul ab initio, Theophylact. in cap. vlt. Matth. S. Leo Papa Epiſt. 4. cap. 3. Tertullian. lib. contra Prax. & lib. de coron. milit. Cyprian. in Epiſt. ad Iubaian. Hylar. de Synodis in fin. Gregorius lib. 9. Epiſt. 61. Hieronym.*

K Dionyſ. Iuſtin. Origenes Baſilius Athanaſ. Greg. Naz Greg. Niſſ Damaſc. Chryſoſt. Dydimus Theophyl. Tertulian. S. Leo. Cyprian.

A *nym. in cap.4. ad Ephaſ. Iran. lib. 1. capit. 18. Gaudent. & Bonacin. tract. 2. in Euan. ad fin. habetur tom. 5. biblioth. Sancta Ambroſ. lib. de Spiritu ſanct. & lib. de his qui myſter. initiant. cap. 4. & lib. 2. de Sacrament. cap. 5. Auguſtin. lib. 4. de Baptiſm. c. 15. & lib. 5. cap. 1. Siricius in Epiſt. 1. Innocent. epiſt. 22. & Fulgent. de incarnat. & grat. Chriſt. c. 12.*

Hylarius. Gregorius. Hieron. Ireneus. Gaudent. Brixian. Ambroſ. Auguſtin. Siricius. Fulgent.

B

CAPVT VI.

De varijs mutationibus, quæ in forma Baptiſmi fieri poſſunt:

PErmultis modis forma Baptiſmi immutari poteſt, qua, videlicet permutatione, ſeu variatione, baptiſmus, inualidus reditur. Vnde. Quæritur primo, C an inualidè baptizet, qui in forma baptiſmi dicit, *Ego te baptizo in nominibus Patris, & Filij, &c.* Reſpondeo hanc formam hoc modo corruptam, ad validitatem Sacramenti nõ eſſe ſufficientem; quia (quemadmodũ docet *Ambroſius lib. 1. de Spiritu ſanct. Theodoret. & alij Patres*) neceſſario dici D debet *In nomine*, vt vnitas diuinæ eſſentiæ oſtendatur, vnde dum dicit, *In nominibus*, quamdam pluralitatem in diuina eſſentia ponit, ideoque nullo modo perficit Sacramentum. Ità *Alexander Alenſ. Marſilius, Petrus de Tarant. Stephan. Brul. Gabr. Richard Altiſiodorenſ. & alij quos citat, & ſequitur Bonauent. in 4. diſt. 3. art. 2. q. 3. Magiſter in 4. diſt. 3. S. Thomas 3. par. q. 66. art. 5. ad 6. Sotus, & Ledeſm. quos citat, & ſequitur Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap. 8. §. 2. lit. O. refert hanc opinionem eſſe com*E*munem; Bellarmin. de baptiſm. lib. 1. cap. 6. Suarez diſput. 21. ſect. 3. conclus. 2. vbi citat Hug. Victor. lib. 2. de Sacrament. par. 6. cap. 2. Pitigianus diſt. 3. q. 2. art. 6. col. 3. Viuald. de baptiſm. cap. 2. nu. 12. Graſſius, Reginald. & Sayr. quos citat. & ſequitur* Bonacina *de baptiſm. diſp. 1. q. 2. punct. 4. prop. 1. num. 5. verſ. Tertio exprimendam eſſe vnitatem diuinæ eſſentia, Vazquez 3. par. q. 66. art. 6. diſp. 143. cap. 5. verſ. Vtrouis autem modo*. vbi docet non licere dicere in nominibus, ſed in nomine, & ità irritum eſſe Sacramentum, ſi in nominibus dicatur, eo quod ſicut eſt vna diuinitas trium perſonarum; ità eſt vna fides, & confeſſio. Item accedit F *Paludan. q. 1. num. 16. Marſilius in 4. q. 6. art. 3. verſ. Ad tertiam, & art. 4. verſ. vbi tamen cauendum eſt. Sotus diſt. 3. qu. vnic. art. 5. ad 6. Ledeſma 1. par. 4. q. 7. ar. 6. dub. 2. Syluest. verb. Baptiſmus 1. q. 11. §. 4.* Tabien. *Baptiſm. 3. §. 13. Tolet. lib. 2. cap. 19. & alij communiter*.

Ambroſius. Theodoret. Alexander. Marſilius. Tarantaſ. Step. Brul. Gabriel. Richardus. Altiſiodor. Bonauent. Magiſter. S. Thomas. Sotus. Ledeſma. Hẽriquez. Bellarmin. Suarez. Hugo Vic. Pitigiani. Viualdus. Reginald. Graſſius. Sayrus. Bonacina. Vazquez. Paludanus. Marſilius. Sylueſter. Tabienſ. *Toletus.*

Hęc autem concluſio, quam ab omnibus communiter receptam proſpicio, probatur primo, ex illis verbis Chriſti *Matth. vlt.* vbi ipſe Saluator Chriſtus, G omnium ſacramentorũ nouæ legis inſtitutor, formam baptiſmi Apoſtolis præſcribens qua omnes nationes baptizare deberent, non dixit, in nominibus, ſed in nomine, *baptizantes* (inquit) *eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*. Quod nimirum fieri voluit, vt indicaret vnam eſſe trium perſonarum virtutem ſubſtantiam, atq; maieſtatem, quæ vno illo nomine ſignificatur. H Vnde *D. Hieronymus in Matth. 28.* pulchrè hoc inſinuans, hoc modo effatur: *Baptizantur in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti vt quorum vna eſt diuinitas, vna ſit largitio, nomenq; Trinitatis, vnus Deus eſt.* Hoc idem, ſed dilucidius ſignificare voluit in illud ad Epheſ. 4. *vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma. Non baptizantur* (inquit) *in nominibus Patris & Filij, & Spiritus ſancti, ſed in vno nomine, quo intelligitur Deus.* Et *Ambroſ. lib. 2 de ſacram. cap. 7. In vno nomine* (inquit) *baptizare nos iuſſis dicens baptizantes eos in nomine* I *Patris, & Filij, et Spiritus ſacti. Noli mirari quia dixi vnum nomen, vbi eſt vna diuinitas, vna Maieſtas.* Et *Auguſtin. 3 contra Ma. cap. 32. In nomine* (inquit) *non in nominibus, quia hi tres vnum ſunt & hi tres, vnus eſt Deus.* Ac deniq; *Gaudent in tract 14. de promiſſ. Paracl.* hoc modo loquitur. *Cum Baptiſmi opus in Trinitate decernitur celebrandum, non ait in nominibus, ſed in nomine, Pater enim Deus eſt, & Filius Deus eſt, & Spiritus ſanctus Deus eſt, ſicut Sanctarum* K *Scripturarum teſtimonijs dilectioni veſtræ ſæpius approbaui, ac propterea vnum eſt Trinitatis nomen, cuius vna virtus. atq; Diuinitas permanet in omnia ſecula ſæculorum.*

Matt. vlt. Hieron. Epheſ. 4. Ambroſius. Auguſtin. Gaudent.

Probatur ſecundo ratione, Nam quandocunque in forma Sacramenti fit aliqua mutatio eſſentialis, per quã ſignificatio verborum immutatur, nullo modo perficitur Sacramentum, (prout omnes Theologi communiter

docent

A docent) ſed in hoc caſu fit eſſentialis mutatio, qua ſignificatio verborum notabiliter peruertitur, quia dum dicitur *in nomine* vnitas diuinæ eſſentiæ deſignatur, atque ſignificatur; dum vero dicitur (*in nominibus*) plures eſſe eſſentias diuinas, pluresque ſubſtantias in diuinitate oſtenditur. Vide de hoc *Vazquez ſuper 3.par.S.Thom.q.66.art. 6.diſp.143.cap.5. verſ.Ratio igitur, & Suar. diſput.21.ſect.3.lit.E.verſ.Ex qua concluſione infertur. & Laurent.Suar.de Baptiſm.§.4.num.9.*

Vazquez
Suarez
Laur.Suar.
B

Quæritur ſecundo, An ſufficiat ad validitatem Baptiſmi, ſi miniſter dixerit, *Ego te baptizo in nomine* Patris, *nomine Filij, & nomine Spiritus ſancti:* In qua ſiquidem quæſtione nonnulli negant hanc formam eſſe ſufficientem. Ità exiſtimat *Sayrus lib.1.cap.4.art.3.Reginaldus lib.27.cap.3.* Pitigianus *diſt. 3. q.2.art.6.col.3.Viualdus de baptiſm.cap. 3.num.12.Graſſius 2.par.lib.1.cap.3. nu. 26.&* Bonacin.*de Sacrament.baptiſm.diſput.1.q.2 punct.4.propoſit.1.num.5.verſ. Tertio exprimendam eſſe*. At ego exiſtimo in tali caſu verè perfici ſacramentum, quia miniſter talem additionem efficiens vnitati diuinæ eſſentiæ minimè officit. Hanc opinionem affirmatiuam; tenent, atq; defendunt permulti, & ſunt Doctores. *Suarez diſput. 21 ſect.3.verſ.Sed quid Sotus diſt.3. qu. vnic.art.5.Vazquez ſuper 3.par. S.Thom. q.66.art.6.diſput.143 cap.5.nu.36. verſ. Ratio igitur*, Vbi docet verum, & firmum eſſe Baptiſmum ſi quis diceret, *In nomine Patris, & in nomine Filij, & in nomine Spiritus ſancti, quia* (inquit) *repetitio illa non indicat vnamquamque perſonam ſuam habere eſſentiam diſtinctam ab alia, ſed eamdem pro ſingulis perſonis repeti*. Hoc idem tenet *Henriquez lib.2.de Sacrament.cap.8. num. 2. lit. P. Conincb.ſuper 3.par. S.*Thom.*q.66.artic. 6. num.58.Bartholom. ab Angel.de* Bap*tiſm.3.117.Chamerot.de* Baptiſm.*cap. 3. dub.6.Toletus lib.2.cap.19. & Laurent. Suarez de* Baptiſm. *§.4.num.10.* Et ratio eſt, quia vnum idemq; nomen poteſt iterum nominari, & inuocari abſq; pluralitate (quemadmodum docet *Suar.loc. cit*. & ità in ſymbolo D.Athanaſij dicimus, *Pater Deus, Filius Deus Spiritus ſanctus Deus*, non tamen poſſunt dici Dii, quia hoc pluralitatem naturarum ſignificet, illud verò minimè, quia ſunt vnus, & idem Deus,

1. opinio negat
Sayrus
Reginald.
Pitigian.
Viuald.
Graſſius
Bonacin.
C
D
Suarez
Sotus
Vazquez
Henriquez
Conincb.
Ab Angelo
Chamerota
Toletus
Laur.Suar.
E

Quęritur tertio, an verè baptizet, qui dicit. *Ego te baptizo in virtute, vel in Maieſtate Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.* Ad quod breuiter reſpondens dico, omnes Doctores in hoc caſu ambiguos eſſe, an hęc forma ſit ſufficiens, vel non. Ità *Henriquez lib.2.de Sacrament.cap.8 num.2.Barthol. ab Angel.de Sacrament.*Baptiſm.*§. 126. Conincb.loc.cit,num,58.Suarez tom.3.diſput.21.ſect.3.§.dico ſecundo Pitigian.diſt. 3.q.2.art.6.col.3.verſ.ſi quis.Toletus lib. 2.cap.19.num.7.*Bonacin. *de Sacrament. baptiſm.diſp.2.q.2.punct.4.popos.1.num. 5.& Laurent.Suarez de baptiſm.quo ad form.ll.4.num 9.* Et ratio eſt, quia illę voces, non ſunt omnino ſynonimæ, & æquiualentes, quia plus complecti videtur; illud (*in nomine*), quam (*in virtute*) *vel Maieſtate*) nomen enim ſignificat virtutem, & inuocationem. ergo &c. Quapropter hac ſubſiſtente ambiguitate in tali caſu infans ſub conditione eſſet rebaptizandus, quia in rebus dubijs tutior pars tenenda, ac ſequenda eſt.

F
Henriquez
Ab Angel.
Conincb.
Suarez
Pitigianus
Toletus,
Bonacin.
Laur.Suar
G
H

Quæritur quarto, An illa propoſitio (In) ſit de eſſentia huius formæ. Ad quod reſpondens *Henriq. lib. 2. de Sacrament.cap.8.§.6.* dicit hanc dictionem (*in*) pertinere ad quamdam integritatem formæ, vnde ſi miniſter illam omiſerit, conficiet Sacramentum, & ſecluſo ſcandalo, peccatum veniale ſolũ perpetrabit. Sed tutior, ac verior eſt opinio negatiua, quam tenet *Syluest. verb. baptiſm. 1. quaſt.11. § 4. vbi citat* Vualdenſ.*Item accedit* Vazquez *ſuper 3. part.S.Thom quæſt.66.art.6. diſput.143. cap.5.nu.38.* Et ratio eſt, quia illa propoſito (*in*) authoritatem trium diuinarum perſonarum denotat, ſine qua Sacramentum perfici non poteſt, quemadmodum colligit *Vazquez loc. cit. ex decreto Eugenij IV. in Concil. Florentin. poſt vltimam ſeſſion.§.Primum omnium*. Vbi Summus Pontifex de forma baptiſmi, qua Eccleſia Greca vtitur, alloquens; eam ratam, ac validam eſſe decernit, Et rationem protinus reddit, *Quoniam* (inquit) *cum principalis cauſa, ex qua batiſmus virtutem habet ſit Sancta Trinitas; inſtrumentalis autẽ ſit miniſter, qui tradit exterius Sacramentum, ſi exprimitur actus, qui per ipſum exercetur miniſtrum, cum Sanctæ Trinitatis inuocatione, perficitur Sacramentum.*

Henriquez
Syluester
Valdenſ.
Vazquez
I
Concil.Fl.
K

Quæritur quintò, an verè baptizet, qui in forma baptiſmi dicit, *Ego te baptizo in Patre, & Filio, & Spiritu ſan-*

A *tio Amen*: Ad quod negatiuè respondet *Vazquez disput. 143. cap. 5. vers. Neque per solum, & elatius vers. ego tamē existimo*. Et ratio est, vt in ea mysterium sāctissimæ Trinitatis exprimatur, idest vnitas Deitatis, & pluralitas personarum, quemadmodum in exordio præsentis cap. ex authoritate permultorū Patrum probauimus. sed in hoc casu, quamuis pluralitas trium personarum exprimitur, non tamen vnitas Diuini-
B næ essentiæ quod optimè fieret, si apponeret. illud *in nomine*) ergo &c.

Vazquez

Quæritur sexto, an verè baptizet, qui dicit, *Ego te baptizo cum Patre, & Filio, & Spiritu sancto, vel in verbo Patris, & Filij, & Spiritus sancti*. Respondeo negatiuè, prout docet *Coninchus super 3. par. S. Thom. q. 66. art. 6. nu. 60. & Bonacina de Sacramento baptism. disp. 1. q. 2. punct. 4. prop. 1. nu. 9.* qui citant *Comitol. lib. 1. respons. moral. lib. 10. Victorell. autem in additionib. super*
C *Tolet. lib. 2. cap. 19.* anceps est, quia dū ponit hunc casum, *Mulier* (inquit) *infantem baptizauit Italicis hisce verbis, Io te baptizo col Padre; col figlio, col Spirito santo, quæsitum est, an baptismus valeret*. Respondetque pro affirmante parte, atque negante posse disputari. At ego existimo in hoc casu, inualidum esse baptismum. Et ratio est, quia vnitas Diuinæ essentiæ, ibi non exprimitur; vnde forma baptismi, quo ad aliquid essentiale mutatur, vel (vt
D melius dicam) minuitur. Quod autem de essentia huius formæ sit, vt in ea vnitas Diuinæ essentiæ per illud (*In nomine* exprimatur omnes DD. communiter) docent, *vt Suarez tom. 3. disput. 21 sect. 3. §. Dico 2, & sequent. Vazquez super 3. par. S. Thom. q. 66. art. 6. disput. 143. cap. 5. Bonacin. loc. cit. vers. Rursus, Laurent. Suar. in Epith. §. 4. num. 9. & alij*.

Coninch. Bonac. Comitol. Victorell.

Suarez Vazquez Bonacina Laur. Sua.

Quæritur septimo, an validus sit ba-
E ptismus, si minister dixerit, *Ego te baptizo in vnum Deum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum*, Vel *Ego te baptizo in vno Deo Patre, & Filio, & Spiritu Sancto*. Ad hoc affirmatiuè respondet, *Vazquez d. disp. 143. cap. 15. vers. Neque per solum*. Et rationem adducit. Quia (inquit) hoc modo exprimit tres personas in vna essentia, & eas denotat, vt causam, & Authorem baptismi.

Vazquez

F

CAPVT VII.

An in forma Baptismi, nomina trium diuinarum personarum immutari possint.

G

Multipliciter fieri potest immutatio in nomine cuiuscunque personæ diuinæ; vnde non leuis quæstio est inter Theologos Scholasticos, an huiusmodi permutatio, inualidum reddat Baptismum. Cuius quæstionis resolutio absolui integrè haud potest, nisi per complures, & distinctas conclusiones, quas in sequentibus seriatim opponemus.

Quæritur igitur primo, an validè baptizet, minister dicens. *Ego te baptizo in nomine genitoris, geniti, & ab vtroque procedentis*. Ad quod affirmatiuè respondet *Caietan. super D. Thom. q. 66. art. 5. nec non & Glos. in Can. Multi de consecration. dist. 4. Nam* (inquit *Caietanus*) tunc solum mutari necessariam significationem verborum in inuocatione Trinitatis, quādo non significatur illud, ad quod significandum ex accōmodatione vsus nomen applicatum est. Si autem vnum nomen ex accommodatione vsus idem significet, quod aliud; non mutari significationem ad Sacramentum necessariam. Deinde plures alias rationes ad id confirmandum *Caietanus*, adducit, quas inuenies apud *Vazquez disp. 144. cap. 1. per totum*. Ibique refert *Vazquez*, hanc sententiam *Caietani* sequutos fuisse *Victor. in summa §. 14. de baptis. & Ledesm. 1. par. 4, quæst. 7. art. 5. dub. vlt. proposit. 2.*

1. *Opinio affirmat* H

Caietanus. Glosa

I

Victoria Ledesma

At vera, ac communis opinio tenet, inualidum esse baptismum, si quis dixerit. *Ego te baptizo in nomine Genitoris, geniti, & ab vtroque procedentis. Ita D. Thomas 3. par. q. 66. art. 5. ad 7. Alexand. Alens. 4. par. q. 8. memb. 3. art. 3. §. 3. vers. circa primum quæritur. Scotus in 4. dist. 3. q. 2. art. 3. Richard. art. 2. q. 3. Bonauent. in 4. distinct. 3. articul. 2. quæst. 3. Durandus quæstion. 2. numer. 5.* *Mar-*

2. *opinio negat.* K

S. Thomas Alex. Alēs Scotus Riccardus. Durand. Bonauen.

A Marsil. Palacius Carthusian Paludan. Altisiodor. Gabriel Sotus. Ledesma Maior Capreol. Aliac. Argentin. Herueus.

Marsilius q.3.art.4.Palacius q.1.col.10, Carthusian.q.3.Paludanus q.1. num.16. Altesiodorens.lib.3.summæ tract.3.cap.4. q.4.Gabriel q.vnic.art.1.& art.2.conclus 4.corollar.2.& art.3,dub.1.Sotus q.vnic. art.5.§.Hoc ergo, & sequentib. Ledesma q.7.art 5.Maior, Capreol.Aliac.Argent. & Herueus, *quos citat, & sequitur* Hen-*riquez lib.2.de Sacrament.cap.9.§.4. in comment.lit.*R. *Item S.Antoninus 3.par. tit.14.cap.13.§.1,Barthol.Ledesm.in summa tit.de baptism.difficult.4.Ekius homil. 9.Panormitan.Hostiens.& alij Canonistæ in cap.1.de baptism. Syluester baptism.1.*

B Hëriquez. S. Antonin Bar. Ledesm. Ekius. Panormit. Hostiens. Syluest. Tabiena. Angles Suarez Vazquez. Phyliarch. Toletus

*§.10.Tabien.baptism.3.§.14.Angles in Floribus Theolog.de baptism. q.1.art.3. difficult.5.Suarez disput.21.sect.4.vers. Secunda sententia, vbi refert hanc sententia in esse communem.Vazquez super 3.p. S.*Thom. *q.66.art.6.disput.144.cap.2: vers.Communis tamen, vbi pariter refert hanc esse communem opinionem.Phyliar. 2.par.lib.1.cap.1.Toletus lib 2.cap.19. num 7.*Thomas à Claues *de baptism. nu.* 14. Bartholom. *ab Angel. de baptism.§. 117.Rodriquez.in Summa cap.25. de baptism.num.1.*Posseuin.*de* Baptism;*ca.6.nu. 18.Magnus q.66.art.5. difficult. 6. Cha-*

C Thom.a Cl. Bar.ab An. Rodriq. Posseuini Magnus Chamerot. Laur.Sua. Bonacina. Filliuc. Albericus Ioan. And. Innocent.

*merot tract.2.de baptism. c.3.dub.8.Lauren. Suarez in Epithom.§.4.num.11.Bonacin.de Sacrament.baptism. disp.1.q.2. pun.4.prop.1.num.22. Filliuc. de Sacrament.tract.2.cap.3.Alberic.in Dictionar. liter.*B.*verb.baptismus.*Ioannes *Andr. in cap.si quis, de baptism.& eius effect. vbi citat Innocent.Panormitan. & alios Canonistas.*

Ratio autem est, quia Christus instituit *Matth.vlt.* vt sub his nominibus relatiuis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, baptismus ministraretur. Item quamuis permultæ aliæ rationes à diuersis Doctoribus scholasticis adducantur tamen potissima, ac principalis est illa, quam ad ferunt *S.*Thomas, *Alexan. Alens & Richard. locis cit.* eamq; sequitur, comprobatq; *Vazq.disp.144.cap.3. vers.huius igitur, Potissima ratio*(inquit) *est, quia videlicet nomina Pater, Filius, & Spiritus sanctus, sunt nomina personarum, Genitor vero, & Genitus, & Paracletus, seu Spiratus sunt nomina notionum, seu personarum sub nomine notionum, Fides autem vniuersalis Ecclesiæ apud omnes fideles est trinum personarum, vt significantur nominibus Patris, & Filij, & Spiritus sancti, hoc est hac ratione, omnibus fidelibus debent esse nota, &*

D Matt. vlt.

E

F Athanas. Epiphan. G

credita. Notiones autem harũ personarum non sunt apud omnes fideles, sed apud eos qui fidem habent, & ratiocinatione etiã vtuntur; hoc est non sunt omnibus notæ, ijs tantum qui fideles sunt, & simul de diuinis personis philosophari secundum fidem catholicam sciunt; ij autem sunt Theologi, *& docti tantum.*

*Præterea ad hanc probandam sententiam nonnulli recentiores adducunt, *Athanas.serm.2. & 3. contr. Arrian. ad med.* vbi ait. Non misit baptizare in nomine ingeniti, sed Patris &c.& *Epiphan.hæres.73.*in principio. Ex his colligitur; quod si quis baptizatus esset in nomine Genitoris, geniti, & ab vtroque procedentis, sub conditione esset rebaptizandus, quia quamuis hoc nomen notionale (*Genitor*) sit æquiualens, non tamen est synonimum cum Patre, prout docet *S.Thomas.1. par. q. 32.art.3.Cordub.lib.1.qq. quæst.52.Henriquez lib.2.de Sacrament. cap.9.§. vlt. in comment.liter.R.& alij Recentiores.*

H Alexander D. Thom. Bonauent. Richard. Scotus Paludanus I Durandus Gabriel Angles Phyliarcus Chamerota ab Angelo Posseuinus. Bonacina Io. Andr.

Quæritur secũdo an inualidus sit baptismus, si minister dixerit, *Ego te baptizo in nomine Genitoris, geniti, & spirati.* Respondeo affirmatiuè, propter easdem rationes quas supra adduximus, Ità docet *Alexander Alens.4.par. q.8. membr.1.art.3.D.Thom 3.par.q.66 artic.6. Bonauentur.in 4.distin.3.artic.2. q.3 Richard.q 3.art.2.Scot.q.2.art.3.Paludan.q.1.art.3.num.16.Durand q.2.Gabriel art.2.conclus.4. Angles in floribus* Theolog *de Baptism. q.1.art.3. diffic.5. Phyliarch. Nugn. Chamerot. Posseuin.* Bartholom. *Ab Angel. & alij, quos citat, & sequitur* Bonacin. *de Sacrament.* Bap-*tism.disp.1.q.2.pun.4.propos.1.vers.Tertio sequitur.* Similiter inualidus reditur baptismus si minister dixerit, *Ego te baptizo in nomine Genitoris, Genui, & Sancti flaminis,* prout docet *Ioann. Andr.in cap.si quis de baptism.& eius effect.*

K Caietanus. Vazquez

Quæritur tertio, an validus sit baptismus quandocunque minister dixerit *Egò te baptizo in nomine Patris, & Iesu Christi, & Spiritus sancti, Amen.* Ad hoc respondet affirmatiuè *Caietan:* cuius sententiam citat, sed non sequitur *Vazquez super 3. part. S. Thomæ q. 66.art.6.disput.144.cap.1.vers. Quarto probat.* Sed verior, ac tutior mihi videtur sententia negatiua, quam tenet, atque defendit *Vazquez dicta disputat. 144. capit. 4. in med.*

Suarez. Angles. Laur. Sua.

A *Suarez disp. 21. sect. 3. Angles in floribus Theolog. q. 1. de baptism. art. 3. difficult. 6. Laurent. Suar. in Epithom. tit. de Baptis. quo ad form. §. 4. num. 8. & alij.* Et ratio est, quia hæc forma instituta est à Christo, vt homines baptizati in cognitionem vnius Diuinæ essentiæ, & trium diuinarum personarum deuenirent, quemadmodum in præcedentibus sufficienter probauimus: At cathecumenus in forma baptismi audiens, hoc nomen (*Iesus Christus*) vtrique eum esse B filium Dei, ac personam secundam sanctissimæ Trinitatis cognoscere non posset, nisi expresse dicatur (*in nomine Filii*. Quapropter si minister dixerit, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, verè baptizat, quia secunda persona Trinitatis proprio, ac noto nomine exprimitur; Ità *Vazquez loc. cit.*

Vazquez

Quæritur quartò, an verè baptizet, qui in forma baptismi, non explicitè, C sed implicitè tres diuinas personas inuocat, dicens. *Ego te baptizo in nomine Sanctissimæ Trinitatis.* Vel *in nomine trium diuinarum personarum*. Respondeo hunc ministrum tali formæ, minimè baptizare, quemadmodum docet Suarez *disp. 3. sect. 3. conclus. 1. & sect. 4. vers. In hac re Vazquez super 3. p. S. Thom. q. 69. ar. 6. disput. 143. cap. 1. Chamerota de baptism. cap. 3. dub. 7. Henriq. lib. 2. de Sacram. cap. 8. & cap. 9. num. 1. lit. A. vbi citat Sot. dist. 1. q. 1. 5. Ledesm.* D *q. 1. art. 5. & Bellarm. de baptism. cap. 21. Item accedit Victor. de Baptism. conclus. 16. Nugnus 3. par. q. 66. art. 6. Valent. tom. 4. disp. 4. q. 1. pun. 3. vers. In hac re Reginald. de baptism. cap. 4. lib. 27; num. 28. & 30. Coninch. super D. Thom. q. 66. artic. 6 num. 52. Sayr. & alij quos citat, & sequitur Bonacin. de Sacrament. Baptis. disp. 1. q. 2. punct. 4. propos. 1. nu. 7. vers. Ex quo patet, Tolet. lib. 2. c. 19. n. 7. & Laur. Suar. in Epyth. tit. de Baptis. quo ad for. §. 4. n. 11.* Et ratio est, quia in hoc Sacramento, tam quo ad materiam, quam quo ad E formam, attendenda est voluntas instituentis, idest Christi, qui est omnium Sacramentorum nouæ legis, verus institutor, sed Christus voluit, vt in hoc sacramento daretur suscipientibus explicita cognitio de vnitate essentiæ diuinæ, & Trinitate diuinarum personarum, propriis nominibus expressis, quemadmodum omnes ferè Patres, ac Theologi, quos in cap. 5. *huius libr.* citauimus, communiter docent; F ergo de necessitate Sacramenti, illa tria nomina Pater, Filius, & Spiritus sanctus explicitè in forma Baptismi sunt exprimenda; alioquin Sacramentum nequaquam perfici posset.

Suarez. Vazquez. Chamerot. Henriq. Sotus. Ledesma. Bellarmin. Victor. Nugnus. Valentia. Reginald. Coninch. Sayrus. Bonacina. Toletus. Laur. Sua.

Quæritur quinto, an baptismus conferri possit in nomine Dei, vel Sanctæ Crucis, vel vnius personæ diuinæ. Respondeo non posse sub hac forma baptismi Sacramentum conferri, quia est insufficiens, quemadmodum ex ratione, quam in præcedenti quæsito adduximus, G colligi potest. *Ità Angles de baptism. q. 1. art. 4. conclus. 4. Lauren. Suar in Epyth. de Bapt. quo ad form. §. 4. num. 8. Bonacin. de Bapt. q. 2. pun. 4. prop. 1. nu. 8. vers. Ex quo patet, Vazquez, & alij DD. quos supra citauimus.* Denique de his omnibus, quæ postremo loco docuimus, vide *D. Thom. d. 3. q. 2. & 5. par. q. 66. art. 6. & 7. Sotum dist. 3. art. 6. Ledesm. q. 7. Palac. dist. 3. q. 1. Victor. Adrian. q. 2. de Baptism. adultor. Durand. & Scot. in 4. dist. 3,* H *Henriquez lib. 2. de Sacram. cap. 11: Nauarr. cap. 22. num. 5. Syluest. Tabien. Baptism. 3. §. 12. Alberic. in dictionar. Canon. lit. B. verb. baptism. & Suarez disp. 31. sect. 3. & 4.*

Angles. Laur. Sua. Bonacina. Vazquez. S. Thomas. Sotus. Ledesm. Palacius. Victoria. Adrianus. Scotus. Henriq. Nauarrus. Syluester. Tabiena. Albericus. Suarez.

CAPVT VIII.

An in nomine Christi, baptismus conferri possit. I

NOn modica, nec leuis quæstio est inter Doctores scholasticos, an his nostris temporibus, baptismi Sacramentum, in nomine solius Christi possit conferri. Nam nonnulli existimant eum validè babptizare, qui dicit, *Ego te baptizo in nomine Christi*; alij vero id expresse denegant. Opinionem affirmautem tenuit *D. Ambrosius, quem citat, & sequitur Magister sent. in 4. distin. 3. cui etiam adhæsit Caietan. 3. par. q. 96. art. 6.* K *Adrian. in 4. q. 2. de baptism. qua incipit secundo videndum est in solut. 1. 5. Ad rationes. & Gloss. in cap. A quodam Iudæo, & in cap. Multi sunt, de consecratione dist. 4. & in cap. si quis puerum extra de baptism. & eius effect.*

Ambrosius. Mag. sent. Caietanus. Adrianus. Gloss.

Hæc autem opinio fundamentum habet in illis verbis *Ambros. lib. de Spiritu sancto capit. ante med. tom. 3.*

& re-

A refert Sanctus Thomas 3.par. quaest. 66. art.6. & Hugo Victor lib. 2. de sacrament. par. 6. cap. 2. Si Christum dicas (inquit Ambrosius) & patrem, a quo unctus est, & ipsum qui unctus est Filium, & Spiritum sanctum, quo unctus est designasti. Quibus verbis supponit Ambrosius sub nomine Christi, totam Trinitatem tacitè comprehendi, vnde quotiescunque nomen Christi in forma baptismi inuocatur, totam Trinitatem pariter inuocari, arguitur. Hac ratione Ambrosij motus,

Hugo Vict.

B Hugo Victorin d.lib.2.de sacramen.par.6. cap.2.cōcessit, validum esse baptismum si in nomine Christi conferatur. Hoc idem tenuit Nicolaus Papa ad consult. Bulgar.cap.104. & refertur in can.a quodam Iudaeo, de consecration.dist. 4. vbi sic scribit. A quodam Iudaeo, nescitis vtrum Christiano, an pagano, multos in patria vestra baptizatos asseritis, & quid de eis sit agendum consulitis. Hi profectò si in nomine sanctae Trinitatis, vel tantum in

Nicolaus Papa

C Christi nomine, sicut in actibus Apostolorum legimus, baptizati sunt (vnum quippe, idemq; est, vt sanctus exponit Ambrosius) constat eos non esse denuo baptizandos. Hanc eandem sententiam amplexus est Beda in capit.10. Act. in fin. & Bernard. epist.340.quae est ad Henricum diaconum. Quo in loco concedit, puerum tunc baptizatum in nomine Dei, & verae crucis, non debere iterum baptizari, sed vere fuisse baptizatum, eo quod sub nomine

Beda
Bernardus

D Dei (prout docent Ambros. Beda, & Hugo Victorin. locis cit. tota Trinitas comprehenditur, & intelligitur.

Deinde haec eadem opinio fundatur pariter, in quibusdam capitib. Act. Apostolor. in quibus significatur dari baptismum, in nomine Christi, vel in nomine Domini Iesu; quemadmodum videre licet in cap.2.8.10.11.& 19.ex quibus locis praefati Doctores colligunt, Apostolos tunc in nomine Christi baptizasse,

Act. 2. 10. 11.19.

E ac verè validum fuisse baptismū. Quod profectò colligitur ex illis verbis Apostoli 1.ad Corint.1. vbi eos reprehendens qui dicebant, Ego sum Pauli, Ego autē Apollo, Ego verò Cephae: Ego autem Christi, inquit, Diuisus est Christus? numquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Quibus profectò verbis Apostolus Paulus insinuat eos in nomine Christi fuisse baptizatos.

1.Corin.4.

Praeterea nec defuere, qui in hac quaestione ancipites, & ambiguos seipsos ostenderent, propter rationes, & authoritates, quae prò vtraq; parte allegari solent. Sic Richard. in 4. dist. 3. q.3. artic.2. in hac quaestione dubium sē ostendit, (quia prout refert Angles de baptism.q.1.art.4.vers. Tertia opinio est,) ait baptismum, sub tali forma collatum, sub conditione, esse reiterandum. Deinde Scotus in 4.dist.3. q.2. §.tertio de forma: pariter ancipitem, & ambiguum sē ostendit; imò praefatae opinioni magis adheret, (prout notat Vazquez super 3. par.S.Thom.q.66.art.6.disp.143. cap.1.in princip.)quia ibi concedit, tēpore Apostolorum licitum fuisse, vt in nomine Christi tantum, baptismi sacramentum conferretur; indeq; hanc concessionem fuisse postmodum reuocatam, nullibi constare tradit; ideoq; valde dubitat, an his nostris temporibus baptismus, tantum in nomine Christi collatus, validus sit vel non.

F

Richardus
Scotus

G

Item Canus apud Henriquez lib. 2. de sacrament.cap.10.in comment. lit.F. in praefatam sententiam valde inclinat; quia docet, posse nunc conferri baptismum, in nomine Christi, si eadem ratio militaret, quae tempore Apostolorum viguit; nempè vt nomen Christi redderetur amabile, & baptismi sacramentum, cum maiori reuerentia susciperetur. Quod contingere posset (inquit) apud indos quibus nomen Christi in cognitum est. At Henriquez loc. cit. hanc sententiam refellit; & merito quia in primitiua Ecclesia ex particulari dispensatione Spiritus sancti, licitum fuit, vt baptismus in nomine Christi conferretur; (quemadmodum inferius patebit) at nunc talis dispensatio nullibi datur.

H *Canus*

I

CAPVT IX.

Ostenditur non posse dari Baptismum in nomine Christi.

K

His relatis opinionibus vera, ac cōmunis sententia Doctorum, nobis explicanda, cōprobandaq; superest; quae tenet nunc inualidum, irritumque esse baptismum; si tantum in nomine Christi conferatur. Ità S. Thomas 3.p. quaest.66.art.6 Alexand. Alens. 4.par.q.8. memb.3.art.3.§.4. Bonauentur.in 4 dist.3. 1.part. distinctionis art.2.quaest.2.ad3. Durandus quaest.1.nu.8.& 9. Richard.art.2. quaest.3.

S. Thomas
Alexand.
Bonauent.
Durandus.
Richardus

A quaest.3. ad 10. *Gabriel. q. vnic. art. 2. post 4.*
Gabriel *conclusionem Paludanus quaest.1. num. 10.*
Paludanus *& 11. Maior in 4. dist. 2. quaest. 2. Marsil. in*
Maior *4. quaest. 3. art. 3. conclus. 2. Altissiodorens.*
Marsilius *lib. 4. summ. tract. 3. cap. 4. q. 1. Martin. Le-*
Altissiodor. *desm. in 4. 1. part. quaest. 7. art. 6. Palac. in*
Mar. Ledes *4. dist. 3. quaest. 2. Suarez disput. 21. sect. 3.*
Palac. *vers. dicendum vero est, Vazquez super 3.*
Carthusian *part. S. Thom. q. 66. art. 6. disput. 143. cap.*
Suarez *1. & 3. Armacan. 8. lib. de quaestionib. Ar-*
Vazquez *men. à capit. 3. Sotus in 4. dist. 3. q. vnic.*
Armacan. *art. 3. Henriquez lib. 2. da sacrament. cap.*
B *10. Angles in florib. Theolog. ti de baptis.*
Sotus *quaest. 1. art. 4. conclus. 3. Reginald. in prax.*
Henriquez *for. paenitential. lib. 27. num. 28. & 30. Co-*
Angles *ninch. & Nugn. super D. Thom. 3. part.*
Reginald. *quaest. 66. art. 6. Chamerot. de baptism. c. 3.*
Coninch. *dubit. 7. Valentia de baptism. conclus. 16.*
Nugnus *Sayr. Victor. & alij quos citat, & sequitur*
Chamerota *Bonacin. tom. 1. de sacrament. baptism. q. 2.*
Valentia *disput. 1. punct. 4. proposit. 1. nu. 7. vers. Ex*
Soyrus *quo patet*, Thomas à Clanes de baptis.
Victoria *nu. 15. vbi refert hanc opinionem esse com-*
Thomas à *munem. Albericus in suo dictionar. Cano-*
C *nic lit. B ver. baptism. Fillucc. de sacram.*
Clanes *tract. 2. cap. 3. Laurent. Suar. in Epythom.*
Albericus *tit. de baptism. quo ad form. §. 4. num. 12.*
Fillucc. *Toletus lib. 2. cap. 19. num. 2. & alij com-*
Laurent. *muniter. Item Pesantius super 3. part.*
Suarez *S. Thom. quaest. 66. art. 6. conclus. vnic. Vi-*
Toletus *guerius de Sacrament. baptism. capit. 16.*
Pesantius *vers. 1.*
Viguerius Haec autem sententia probatur pri-
1 mo, ex illis verbis Christi *Matth. vlt. ba-*
Matth. vl. *ptizantes eos in nomine Patris, & Filij, &*
Suarez *Spiritus sancti.* Ex quibus verbis colligit
D *Suarez disput. 21. sect. 3. vers. dicendum*
vero est, & probat ex multis locis sacrae
scripturae, baptismum esse dandum no-
minando, & voce ipsa inuocando Pa-
trem, Filium, & Spiritum sanctum; quo-
niam (inquit) eo loco intendebat Chri-
stus docere, non solum praeceptum, sed
etiam ritum formamq; baptizandi, pro-
S. Leo Pap. ut docuit *S. Leo Papa epist. 4. cap. 3. Da-*
Damasc. *mascen. lib. 4. de fid. orthodox. cap. 10. Iu-*
Iustinus *stin. apolog. 2. pro Christian. circa fin, Atha*
Athanas. *nas. sermon. 3. contra Arrian. paulo post*
E *med. Chrysostom. hom. 19. in ad Roman. &*
Chrysost. *Fulgent. lib. de incarnatione cap. 11.*
Fulgent. Probatur secundo, ex decreto *Pelagij*
2 *Papae in epistol. ad Gaudent. Episcop.* quae
Pelag. Pap. licet, inter epistolas huius Pontificis nō
inueniatur, neq; in tomis epistolarum,
neque in tomis Conciliorum sic, prout
referet *Vazquez disput. 143. cap. 3. num. 14.*
tamen refertur à Gratiano *in can. si re-*
vera, & can. multi, de consecration. dist. 4.

& ab Iuone 1. part. sui decreti capit. 161. F
Verba autem Pelagij haec sunt, quae se-
quuntur. *Multi sunt* (inquit) *qui in no-*
mine solum Christi, vna etiam mersione sè
asserunt baptizatos, Euāgelicum verò prę-
ceptum ipso Deo, & Domino Saluatore no-
stro Iesu Christo tradente nos admonet in
nomine Trinitatis trina etiam mersione
sanctum baptisma vnicuique tribuere di-
cente Domino ita baptizate omnes gentes
in nomine Patris, & Filij, & Spiritus san-
cti. Si rè vera hi de haereticis, qui in locis
tuae dilectioni vicinis commorari dicuntur, G
solummodo sè in nomine Domini baptiza-
tos fuisse forsitan confitentur, sine cuiusq;
dubitationis ambiguo, eos ad catholicam
fidem venientes in sanctae Trinitatis nomi-
ne baptizabis.
Probatur tertio, ex decreto *Zacharia* 3
Papa in epist. 11. quae est ad Bonifacium Zacarias
Episcopum in 2. tom. epistolarum Pontifi- Papa
cum, & refertur can. in synodo ead. dist. vbi
haec continentur verba. *In illa tale de-*
cretum, & iudicium firmum esse, & dili-
genter demonstratum esse dignoscitur, vt H
quicunque sine innocatione Trinitatis lo-
tus fuisset, quod sacramentum regeneratio-
nis non haberet. Quod omnino verum est
quia si mersus in fōte baptismatis quis fuit
sine inuocatione Trinitatis, perfectus non
est, nisi fuerit in nomine Patris, & Filij, &
Spiritus sancti baptizatus. Et paucis
verbis interiectis subiungit dicens. *Mo-*
do vero incognitum esse, vtrum baptizan-
tes Trinitatem dixissent, an non, & timent
illi qui tinti sunt, quod in tali ministerio nō
sint baptizati, quibus respondens iussisti K
omnes baptizare; hoc quoq; obseruari in
dicta synodo, & eodem cap. (Sacerdotes) *vt*
qui vel vnam de Trinitate personam in
baptismo non nominaret; illud baptisma
esse non posse, quod pro certo verum est.
Quibus verbis summus Potifex aper-
tè declarat, ac definit sacramentum
baptismi non perfici, nisi in nomine Pa-
tris, & Filij, & Spiritus sancti, vnde quis-
quis vnam de his tribus personis in for-
ma baptismi non nominaret, vtiq; non
perficeret sacramentum. Hinc euiden- I
ter apparet erroneam esse illam opinio-
nem *Magistri sent. in 4. dist. 3.* vbi docuit,
validum esse baptismum, si tantum in
nomine vnius personae diuinae conferatur.
tur. Sed hoc falsum est, vt ex supradi-
ctis patet.
Probatur quarto, ex *cap. Firmiter, de* 4
summa Trinit. et fide Cathol. vbi expresse
decernitur baptismum consecrari; in-

A uocatione indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Hoc idem colligitur *ex cap. 1. de baptiſm. & eius eſfect. & ex Conc. Florent. in Decreto Eugenij*, vbi forma baptiſmi cum expreſſa, ac diſtincta inuocatione triũ diuinarũ perſonarũ præſcribitur; nec non declaratur ſufficientem eſſe, formã Eccleſiæ Grecæ dummodo in ea, ſanctiſſima, atque indiuidua Trinitas inuocetur.

5 Probatur quinto, ex *Can. 50. Apoſtolorum*, vbi profectò reprobatur baptiſ- B mus datus in *Domini morte*. *Quia* (inquit) *non dixit Chriſtus in morte mea baptizate, ſed baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*. Hinc *Clemens Papa lib. 3. conſtitut. cap. 16.* hoc modo ſcribit. *Nominans inuocationem Patris, & Filij, & Spiritus ſancti baptizabit eos in aqua*. Hoc idem repetit *lib. 7. cap. 23. baptizare debes* (inquit) *quemadmodum Dominus præcepit, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Patris, qui miſit, Chriſti qui venit, Paracleti, qui te-* C *ſtimonium dedit*.

Clemens Papa.

6 Probatur ſexto ratione. Omnia namq. ſacramenta efficaciam habent ab inſtitutione Chriſti; quapropter ſub illa forma ſunt adminiſtranda, quam ipſe inſtitutor Chriſtus præſcripſit, atq. determinauit. Quia ergo forma baptiſmi fuit deſignata per Chriſtum illis verbis, *Matth. vlt. euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*.

Matth. vl.

Quibus profectò verbis, omnes tres D perſonæ diuinæ ſub ſignificatione vnius *Deitatis* expreſsè inuocantur; vnde quidquid in forma huius ſacramenti, deſit ad plenam inuocationem Trinitatis, integritatem baptiſmi tollit, & per conſequens nullo modo perficitur ſacramentum. Hinc conſtat non poſſe ſacramentum baptiſmi, in nomine Chriſti, vel vnius perſonæ diuinæ conferri. Quod optimè *D. Thomas 3. part. q. 66. art. 6.* docet his verbis. *Sacramenta habent efficaciam ab inſtitutione Chriſti.* E *Et ideò ſi prætermittatur aliquid eorum, quæ Chriſtus inſtituit circa aliquod Sacramentum; efficacia caret, niſi ex ſpeciali diſpenſatione eius qui virtutem ſuam ſacramentis non alligauit. Chriſtus autem inſtituit ſacramentum baptiſmi dari cum inuocatione Trinitatis. E ideo quidquid deſit ad plenam inuocationem Trinitatis, tollit integritatem baptiſmi. Nec obſtat quod in nomine vnius perſonæ intelligatur alia (ſicut in nomine Patris intelligitur Filius) aut quod ille qui nominat vnã* F *tantum perſonam, poteſt habere rectam fidẽ de tribus, quia ad ſacramentum requiritur materia ſenſibilis. Vnde non ſufficit intellectus, vel fides Trinitatis ad perfectionem ſacramenti niſi ſenſibilibus verbis Trinitas exprimatur. Vnde, & in baptiſmo Chriſti (vnde fuit origo ſanctificationis noſtri baptiſmi) adfuit Trinitas in ſenſibilibus ſignis ſcilicet Pater in voce, Filius in humana natura, Spiritus ſanctus in Columba.*

D. Thom.

CAPVT X.

Diſſoluuntur rationes, quibus contraria ſententia innititur:

PRecipua, ac principalis ratio, cui contraria ſententia innititur, ad probandum, validum eſſe baptiſmum in H nomine Chriſti his temporibus noſtris datum, eſt quia ex *Act. cap. 1. 8. 18. & 19.* colligitur, *Apoſtolos* in exordio naſcẽtis Eccleſiæ, tantum in nomine Chriſti baptizaſſe. Quod quidem verum eſſe exiſtimo, quia ſic referunt complures *Authores, vt Magiſter in 4. ſent. diſt. 3. Hugo Victorin. lib. 2. de ſacrament. par. 6. cap. 2.* S. *Thomas 3. par. q. 66. art. 6. ad 1. Altiſiodorẽſ. lib. 3. tract. 3. Dionyſ. Carthuſ. in 4. diſt. 3. q. 2. Maior. ead. diſt. 3. ibid. Scotus Bononent. Durand. &* Herueus *q. 2. Alexand. 4. part. quæſt. 13. art. 2. §. 3. ad 8. Adrian. q. 2. de baptiſm. ad 1. Canus lib. 6. de locis cap. vlt. ad 7.* Turrian. *in Clement. lib. 6. conſtitution. Apoſtolor. cap. 5. pa. 238.* Caietan. *3. par. quæſt. 66. art. 6. Paludan. & Marſil. quos cit. & ſequitur* Henriq. *lib. 2. de ſacrament. cap. 10. in comment. lit. A. Syluest. verb. baptiſm. 1. §. 4. fin. Tabien. baptiſm. 3. §. 10. fin. Cordub. lib. 4. quæſtion. q. 1. propoſit. 10. & fuſius q. 3.* Bellarmin. *lib. 4. de Roman. Pontifice cap. 12. & lib. de baptiſm. cap. 3. col. vlt. Angleſ. de baptiſm. q. 1. art. 4.* Vigner. *de ſacrament. baptiſm. cap. 16. verſ. 3. Toletus lib. 2. cap. 19. Alberic. in ſuo dictionar. Can. lit. B. verb. baptiſmus Palac. in 4. diſt. 3. q. 1. Inſuper in confirmationem huius* veritatis citari ſolet *Ambroſius lib. 1. de ſpiritu ſãct. c. 3. Baſilius de Spiritu ſanct. cap. 12. Beda in act. 10. Bernard. epiſt. 340. & alij Patres.* Quia ergo *Apoſtoli* in primitiua Eccleſia, tan-

Magiſter
HugoVict.
S. Thomas
Altiſiod.
Carthuſia.
I
Maior
Scotus
Durandus
Herueus
Alexand.
Adrian.
Canus
Turrian.
Caietanus
Paludan.
Marſilius
K
Henriquez
Sylueſter
Tabiena
Cordub.
Bellarm.
Angleſ.
Viguerius
Toletus
Alberic.

Palat. Ambros. Basilius Beda Bernardus

A tantum in nomine Christi baprizabant, & erat verum baptisma; hinc aduersarij inserunt, etiam nunc vaIIdum esse baptismum, si in nomine Christi conferatur.

At faciliter hęc ratio dissoluitur, nam respondemus, tunc in exordio nascentis Ecclesiæ licuisse Apostolis, vt in nomine Christi baptizarent. Quod profecto ex parriculari dispeusatione, & reuelatione Spiritus sancti dispositum fuit, adhoc, vt nomen Christi, quod erat B Iudeis odiosum, amabile, & honorabile rederetur. Itá S. *Thomas 3. part. q. 66. art. 6. ad 1. Alexond. 4. par. q. 13. art. 2. Palaeius in 4. dist. 3. dispu. 1. Dionys. Carthus. in 4. dist. 3. quæst. 3.* Bouauent. *Scot. Palud. Haruent. Marsilius, & Altisiodorens. ead. dist. 3. Idacius Clar. in antidot. hæres. Medie. verb. baptism. hæres. 2. Viguer. de sacrament. baptism. cap. 16. vers. 3. Alberic. in suo dictionar. Canonic. lit. B. verb. baptismus, Bartolom. ab Angel. de baptism.* C *§. 120. Angles in florib. Theolog. tit. de baptism. quęst. 1. art. 4. conclus. vltim. Syluest. verb. baptism. 1. num. 4. Tabien. verb. baptismus 3. num. 5. Armill. verb. baptism. nu. 6. Victor. de sacrament. baptism. concl. 15. Henriq. lib. 2. de sacrament. cap. 10. nu. 2. vbi citat Sot. Maior. & alios Doctores* Tolet. lib. 2. cap. 19. Vazquez *super 3. par. S. Thom. quæst. 66. art. 6. disp. 143. cap. 2. Nugn. super d. art. 6.* S. Thom. *Thomas à Chaues de baptism. pag. 13. num. 15. vers. queritur an dicere, & Bonac. tom. 1. de baptism. quæst. 2. disput. 1. punct. 4. proposit. 1.* D *nu. 8. vers. respondeo primo, &c.* Quo in loco hauc opinionem tanquam probabilem, & veram libenter sequitur.

Idat. Clar. Medic. Ab Angel. Armilla Nugnus Thomas Chaues Bonacina

Alij vero Doctores præfatam rationem aliter dissoluère nituntur, dicunt enim, in exordio nascentis Ecclesiæ nũquam fuisse ministratum baptismum, ab Apostolis, tantum in nomine Christi, quia (inquiunt) non potest colligi ex modo loquendi scripturæ, huismodi dispensatio. Quapropter existimant, etiam ex dispensatione, nunquam ab E Apostolis in forma baptismi, fuisse omissum nomen Patris, aur Spiritus sancti; sed positum fuisse solummodo nomen Iesu Christi, loco illius particulæ *(Filij)* dicendo, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Iesu Christi, & Spiritus sancti.* Quod factum est, vt nomen Christi, quod erat Iudæis odiosum, fidelibus amabile, & venerabile redderetur. Irà opinatur *Suarez tom. 3. disput. 21. sect. 3. §. superest, respondeamus, Bellarmin. de sacrament. baptism. lib. 1. cap. 3. Henriq. lib. 2. de sa-* F *crament. cap. 10. Conineh. super 3. part. S. Thom. q. 66. art. 6. Bonacin. tom. 1. de sacrament. baptism. disp. 1. q. 2. punct. 4. proposit. 1. num. 8. vers. respondeo secundo. vbi hanc secundam sententiam probabiliorem esse existimat; at primam etiam esse probabilem fatetur in praced. vers. respondeo primo, & Laurent. Suar. in epithom. tit. de baptism. quo ad form. §. 4. nu. 12.*

Suarez Bellarm. Henriq. Bonacina Coninc. Laurent. Suarez

Secunda ratio contrariæ sententiæ fundatur in authoritate *D. Ambrosij, D. Bernardi, & Bede,* quos in *ca. 8.* huius G libri citauimus. Hi enim Patres docere videntur, validum esse baptismum, tantum in nomine Christi nunc collatum. Quapropter permulti Doctores, ac grauissimi Theologi, nè tam absurdam sententiam eis tribuant, multipliciter, eorum sententiam interpretari conantur. Prima interpretatio tribuitur Bonauent. *in 4. dist. 3. part. 1. art. 2. q. 2. Altisiodor. lib. 3. summa tit. 3. cap. 4. q. 2. & Richard. artic. 2. quæst. 3.* qui vnanimiter mentem *D. Ambrosij* exponentes dicunt H eius sententiam tantum valere, atq; intelligendam esse, in casu extremæ necessitatis, qua instante, tota Trinitas, expressis tribus diuinis personis, inuocari non possir. Tunc enim (inquit) de diuina bonitate sperare possumus, vt defectum formæ suppleat, ideoq; consequenter existimaur, puerum sub hac forma baptizatum, in cæmeterio, esse sepeliendum. Sed hanc expositionem reprobat, ac reijcit *Vazquez super 3. par.* I *S. Thom. quæst. 66. art. 6. disp. 143. cap. 2. in princ.* & merito, quia *D. Ambrosius* loquitur absolutè, nullam mentionem faciens de extrema necessitate; docetque validum esse baptismum, si tantum in nomine Christi conferatur. Item, sicut ad essentiam baptismi pertiner, vt debita materia adsit; itá pariter, vt tota forma proferatur; vnde sicut sperare nequaquam possumus illum puerum fuisse baptizatum, qui in vtero materno reclusus, aqua naturali ablui non potuir; K sic pariter, nec sperare debemus, eum suscepisse verum baptismum, qui sub semiplena forma baptizatus est.

Bonauent. Altisiod. Richardus Vazquez

Secunda interpretatio est *Altisiodor. loc. cit. Bonauent. in 4. dist. 3. quæst. 2. ad primum, & Alexandr. 4. par. q. 8. membr. 3. art. 3. §. 2. vers. consequenter quæritur vtrũ forma,* qui dicunt mentem *D. Ambrosij* intelligendam, accipiendamq; esse, non de sacramento baptismi, quando concedit, sufficere inuocationem vnius per-

Bonauent. Altisiodor. Alexand.

sonæ

A fonæ diuinæ, vel solius Christi; sed de rè significata per baptismum, idest de fide, cum baptismus sit sacramentum fidei. Ad veritatem autem fidei sufficit, vt quamlibet personam Trinitatis credamus, dummodo, cæteras personas non excludamus; quemadmodum docet *Vazquez d. disput.* 143. *cap.* 4. *num.* 13. Sed neq; hæc expositio mihi placet, quia *D. Ambrosius, loc. cit.* probare contendit, validum esse baptismum si tantum in nomine Christi conferatur; vnde eis do-B ctrina, non ad fidem, cuius, sacramentum baptismi signum est; sed ad ipsum sacramentum, est referenda.

Vazquez

Alij vero *D. Ambrosium* excusare nituntur dicentes nunquam eum docuisse, quod validus sit baptismus in nomine Trinitatis non expressis tribus diuinis personis collatus, neq; in nomine Christi; sed potius in libris de sacramentis apertè dixisse, hanc esse formam baptismi, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Ità defen-C dit, atq; excusat *D. Ambrosium, Bonacin. tom.* 1. *de sacrament. baptism. disput.* 1. *q.* 2. *punct.* 4. *propos.* 1. *numer.* 8. *vers. respondeo ex responsione Nicolai*. Sed huiusmodi defensio, seu excusatio, nimis futilis, ac friuula est; nam omnes ferè Theologi tū antiqui, tum recentiores, quos in præcedentibus capitibus citauimus communiter referunt Ambrosium hanc sententiam tenuisse, quod scilicet baptismus tantum in nomine Christi conferri possit. *V*nde quidquid in contrarium pro excusatione adferatur; communi D Theologorum relationi officit, & per consequens nihil probat.

Bonacin.

Melius est igitur, vt dicamus *D. Ambrosium*, cęterosq; Patres, in hac quæstione nihil ex professo, & de fide definiuisse. *V*nde si errauerunt dicentes validum esse baptismum in nomine Christi collatum; tanquam priuati Doctores errauere; quemadmodum, & de Nicolao Papa dici potest, qui etiam suam sententiam proferens, non authoritate pontificia vsus, tanquam priuatus Do-E ctor errauit. Ità *Suarez disput.* 21. *sect.* 3. *in fin. Vazquez super* 3. *par. S. Thom. q.* 66. *art.* 6. *disp.* 143. *cap.* 4. *nu.* 28. *vers. Mihi igitur: Vega in Trident. cap.* 4. *Sotus in* 4. *dist.* 3. *q. vnic. art.* 6. *Henriq. lib.* 2. *capit.* 10. *Coninchus art.* 6. *num.* 53. *& Bonacin. tom.* 1. *de sacrament. baptism. disp.* 1. *q.* 2. *punct.* 4. *proposit.* 1. *nu.* 8. *vers. respondeo ex responsione*. *Suarez* autem *loc. cit.* optimè interpretatur mentem Nicolai Papę, nam

Suarez
Vazquez
Vega
Sotus
Henriquez
Coninch.
Bonacina

refert, eum obiter dixisse absque Pontificia authoritate, & definitione, quod baptismus datus tantum in nomine Christi, validus sit. *Ità* pariter interpretatur *Canus quem citant Suarez, & Vazquez locis cit.* F

CAPVT XI.

An interruptio, vel additio formam baptismi destruere possit: G

FOrmam baptismi, tam per interruptionem, quam per additionem destrui posse, Doctores communiter edocent. Vnde talis interruptio, talisq; additio, in prolatione formę fieri potest, vt per eam inualidum reddatur sacramentum, & minister mortaliter peccet: Attamen tam in interruptione, quam in H additione, conclusionem efficere, cum quadam distinctione debemus.

Primo igitur si queratur, an interruptio formam baptismi destruere possit, respondeo affirmatiuè, si postquam aliqua verba fuerint per ministrum prolata, longa fabula enarretur, & iam longo temporis interuallo elapso, cætera verba formæ pronuncientur; tunc enim iuxta communem Doctorum sententiā, minister minimè baptizat. Ità S. *Thom. in* 4. *quē citat, et sequitur Syluester verb. baptism.* 4. §. 8. *Dionys. Carthus. in* 4. *dist.* 3. *quest.* 2. *Toletus lib.* 2. *capit.* 19. *num.* 5. *Henriquez lib.* 2. *de sacramentis cap.* 9. *num.* 1. *lit. C. & alij communiter*. Et ratio est, quia hoc modo substantialiter mutatur sensus, & significatio verborum, quæ in forma exprimuntur. Omnis autem mutatio in verbis formæ, quæ substantialis est, iuxta communem Doctorum sententiam, inualidum redit sacramentum, Quapropter adhoc, vt quęnis mutatio in forma baptismi, euitetur, hæc carmina quæ sequūtur, diligenter, & inuiolabiliter sunt obseruanda. K

S. Thomas
Syluester
Carthusia.
Toletus
Henriquez

Nil formæ demes, nil pones, nil variabis.
Transmutare caue, corrumpere verba, morari.

Quod si interruptio sit accidentalis, idest quo ad verbum non corrumpens formam, puta si minister dicat, *Ego te*

A *baptizo in nomine Patris omnipotetis:&c.* aut interruptio silentij, vel tussis; quę intentionem non discontinuet, tunc quidem minister verè baptizat. Ità *Dionys. Carthusian. in 4. dist. 3. q. 2. Syluest. verb. baptism. 1, §. 8. Toletus lib. 2, cap. 19. nu. 5. & alij Doctores, quos supra citauimus.* Idem dicendum est, si vnum tātum verbum interponatur, veluti si minister, aliquibus verbis prolatis dicat, *Taecatis*, vel aliquid simile; ac postmodum reliqua verba, quæ supersunt pronunciet;

Carthus.
Syluester
Toletus
Bonauen.

B tunc enim verè baptizat, quia huiusmodi interruptio, cum sit tam parua, sensum, & significationem verborum substantialiter mutare non potest. Ità *Syluester loc. cit.* insuper circa hanc quęstionem vide *Bonauent. in 4. dist. 3. artic. 2. quæst. 3.*

Si vero de additione loquamur, quæ in forma baptismi aliquando fieri potest; tunc etiam distinguere debemus. Si enim minister formam baptismi pronuncians, nomen B. *Mariæ*, vel humani-

C tatis Christi adiunxerit in fine, dicens, *Ego tè baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & B. Virginis Mariæ, vel humanitatis Christi.* Tunc quidem si minister intelligit sacramentum baptismi virtutem habere ab humanitate Christi, tanquam à causa principali; minime baptizat. Ità namq, facit sensum hæreticum, & manifestum errorem inducit, nam humanitas Christi in hoc sacramento non est causa principalis, sed moralis tantum, & meritoria. Hoc

D idem dicendum est, si minister nomen Beatissimæ Virginis Mariæ, vel alicuius sancti inuocauerit, credens B. *Mariam*, vel illum sanctum esse causam principalem baptismi in his enim casibus sēper baptismi sacramentum inualidum redditur. Ità *Alexand. Alens. in 4. dist. 3. quæst. 13. memb. 3. art. 2. §. 3. Bonauent. in 4. dist. 3. art. 2. Richard. art. 2. q. 3. Sot. dist. 1. quæst. 1. art 8. Angles in florib. Theolog. de baptism. q. 1. art. 3. difficult. 4. concl. 1. & 2. Syluest. versic. baptism. 1. §. 6. vbi citat*

Alex. Alēs
Bonauent.
Ricard.
Sotus
Angles.
Syluest.

E *D. Thom. in 4. Pet. & Ala. Hoc idem docet Henriquez lib. 2. de sacrament. capit. 8. & lib. 1. de sacrament. in gener. cap. 9. nu. 12.* nam ibi dicit, sacramentum baptismi cum tali additione collatum, esse validum, si sana sit intentio ministri. Ergo si sana non sit; nullo modo est validum. Item accedit *Toletus lib. 2. cap. 19. num. 2. Bartholom. ab Angel. de baptism. §. 113. Summa Coron. & Bonacin. tom. 1. de sacrament. baptism. disput. 1. quæstion. 2. punct. 4. prop. 1. numer. 19.* F

Henriq.
Tolet.
Barth.
Ab Angel.
Summa
Corona
Bonac.

Si vero minister intelligat baptismū habere virtutem ab humanitate Christi tanquam à causa meritoria; verè conficit sacramentum. Et hoc idem dicendum est; si nomen B. Marię Virginis addens, intelligat B. Mariam Virginem, non esse causam principalem, quo ad effectum baptismi, sed tantum causam impetratoriam. Vnde, siue ad obtinendam intercessionem, siue ex quadam deuotione, nomen B. *Mariæ*, vel alicu- G ius sancti, vel humanitatis Christi addiderit, nullum tamen introducere intendens errorem, vere baptizat. Ità *Angles in florib. Theolog. de baptism. q. 1. ar. 3. difficult. 4. conclus. vltima Henriquez lib. 1. de sacrament. in gener. cap. 9. num 12. in comment. lit. R. vbi citat D. Thom. artic. 8. Tabien. baptism. 3. §. 17. Sot. & alios. Item Tolet. lib. 2. cap. 19. num. 2. Bonæcin. tom. 3. disput. 1. q. 2. punct. 4. prop. 1. nu. 19. & alij Doctores. quos supra citauimus.*

Angles
Henriquez
S. Thom.
Tabiena
Toletus
Bonacina

De corruptione si queratur, an scilicet minister verba formæ corrumpens, valide baptizet. Respondeo, iuxta communem DD. opinionem semper esse validum sacramentum. quando corruptio in verbis formæ facta, est accidentalis; per quam sensus, & significatio verborum minimè tollitur. Vnde si minister dixerit *Ego tè baptizo in nomine Patras, & Filias, & Spiritus sanctas* proculdubio baptizat. Definitum est hoc à *Zacharia Papa in Epist. 1. ad Bonifac. & habetur in cap. retulerunt de consecration. dist. 3.* vbi docet mutationem factām in forma baptismi à quodam imperito Sacerdote, non irritasse sacramentum, eo quod illa mutatio, non essentialis, sed accidentalis erat. Hoc pariter docet *D. August. lib. 6. de baptism. cap. 25.* vbi ait, dummodo euangelica verba seruentur, sine quibus baptismus nihil valet; licet interdum per imperitiam aliquid ex errore misceatur nihilominus perfici sacramentum. Hoc idem tenent *communiter DD. S. Thomas 3. par. q. 60. art. 7. ad 3. Richard. in 4. dist. 3. art. 2. quæst. 3. §. 5. Bonauent. art. 2. q 2. Paludan. quæstion. 2. col. 6.* Pesantius *super 3. part. D.* Thom. *quæst. 60. art. 8. Suarez disputat. 2. sect. 4. vbi refert hanc esse communem opinionem* Syluest. *verb. baptism. 1. §. 7. Bellarmin. lib. 1. de sacrament. capit. 21. Sotus, Ledesma, Angelus,* Tabien. *Astens. quos citat, & se-*

H
Zacc. Pap. I
Augustin.
S. Thomas
Richardus
Bonauent. K
Paludan.
Pesantius
Suarez
Syluester
Bellarm.
Sotus
Ledesma
Angles
Tabiena

A *& sequitur* Henriquez *lib. 1. de sacram.*
Henriq. *in gener.cap.9.nu.6.in comment.lit.T.*vbi
Toletus refert hoc ex speciali Dei prouidentia
Fillinec. definitum fuisse, vt circa minora vitia
prolationis tuti essemus. Vnde non
decet scrupulosum facere gesticulatio-
nes, vt plenè, & perfectè proferat. Pre-
terea vide Tolet.*lib.2.cap.19.num.4.Fil-
liuec.tom.1.de sacrament.in gener.*

Si autem corruptio talis fuerit, vt sē-
sum, & significationem verborū omnino
tollat, vel substantialiter permutauerit;
B tunc sanè inualidum reditur baptismi
Henriq. sacramentum. Ità *Henriquez loc. citat.*
Syluest. *lit.V.vbi citat D.Thom.d.art.7.Item Syl-
uest. verb. baptism.1.§.7.& alij Doctores,
quos supra citauimus.*

CAPVT XII.

Resoluuntur alia dubia, quæ in forma baptismi accidere possunt.

C

QVæritur primo, an forma baptis-
mi, vulgari, seu italica lingua,
prolata, inualidum redat ba-
ptismi sacramentum. Respondeo nega-
tiuè; imò si minister in casu necessitatis
linguam latinam, pænitus ignoret, te-
netur lingua italica, quam benè possi-
det, formam baptismi pronunciare, &
D tunc verè baptizat. Ità *Victor.de sacra-*
Victoria *ment.q.18.*Bonacin.tom.1. *disp.1. quæst.2.*
Bonacin. *punct.4.propos.1. num.17. vbi citat* Regi-
Reginald. *nald.nu.31.& Bartholom. ab Angel.§.17.*
Bart. ab Angel. *Item accedit* Henriquez *lib.1. de sacram.
in gener.& lib.2. de baptism. Emmanuel*
Henriquez *Sà verb.baptismus num. 12.* vbi existi-
Paludan. mat, quod Obstetrices tenentur scire
Turrecr. formam Baptismi, & quidem præstat
Canus vulgari lingua scire, quam latina. Quę
Zambran. sententia olim placuit *Paludan. in 4. d.*
Nauarrus *5.q.2.art.2-Ioann.de Turrecrem. in cap.*
E *si mulier de conseeration.dist.4. Melchior.*
Suarez *Zambr. & Nauarr.cap. 22.num. 6.* Sed
Victorell. Suarez *disput.31.sect.1.* putat hanc sen-
Toletus tentiam piam esse, atque amplectendā
non tamen Obstetrices teneri sub præ-
cepto Ecclesiastico; aut nuturali; quem
admodum pariter censet *Victorell.* in
Additionib.super Eman. Sà *verb.baptism
num.12. Vide* Tolet.*lib.2.c.19.*

Quæritur secundo, an per trans-
positionem verborum, in forma bap-
tismi factam, inualidum redatur Sacra F
mentum, Respondeo illā transpositio-
nem, quæ sensum formæ non tollit, nō
officere veritati Sacramenti, vnde ve-
rè baptizat, qui dicit, *In nomine Patris
ego te baptizo, & Filij, & Spiritus san-
cti.* Vel *Ego te baptizo in nomine Filij,
Patris, & Spiritus sancti.* Et ratio est,
quia his modis, significatio verborum
non tollitur, neque permutatur. Ita
*Syluest. verb.baptism.1.§. 9. vbi citat D.
Thom.in 4.*Hoc etiam docet *Toletus lib.* *Toletus*
2.cap.19.num.8.Bartholom. ab Angel. de G
baptis.§.121.Henriquez lib. 2.de Sacram. *Ab Angelo*
cap.9.num.3.lit.M.& Bonacin tom.1. de Henriquez
Sacramen. Baptism.disp.1.q.2,pun.4.pro- *Bonacina*
pos. 1. num. 19. At si Arrianus dixerit,
*Ego te baptizo in nomine Patris per Fi-
lium, & Spiritu sancto*, vtique non ba-
ptizat, quia hæretica, ac praua inten-
tio, reddit falsum sensum. *Ità* docet
*Sotus dist.1.q.1. art.8.& latius dist. 3.ar.
5.Henriquez lib.2.de Sacrament.capit.9.* *Sotus*
num.3. lit. N. quibus accedit Nicæphor. *Nicęphor.*
lib.16.hystor.cap.35. vbi refert, quod H
cum quidam Arrianus sub hac forma
baptizare tentasset miraculose aqua
disparuit.

Quæritur Tertio, an verè baptizet,
qui formæ baptismi aliquod verbum ex
deuotione adiunxerit, per quod signi-
ficatio verborum non mutatur, neque
error introducitur. Respondeo affir-
matiue; Verum perficit Sacramentum
si minister dixerit, *Ego te baptizo in no-
mine Patris omnipotentis, & Filij vnige
niti, & Spiritus sancti ab vtroque proce-* I
dentis. *Ità Bonacin.tom.1.disp.1.q.2.pun.* Bonacin.
4.propos. 1.nu.13. Tolet *lib. 2.cap.19.n.2.* *Toletus*
vbi ait, hanc formam, veram esse; sed
tamen addit, huiusmodi verba super
flua nullo modo verbis Sacramento-
rum esse admiscenda, sed purè recitan-
da. *At* si minister *A*rrianus hæretica
intentione dixerit, *Ego te baptizo in no
mine Patris maioris, &* Filij *minoris.&*
Spiritus *sancti*,) vtique non baptizat,
quia tunc essentialiter corrumpitur ca
tholica, ac vera fides, quam forma ba *K*
ptismi profitetur. Ità docet *Syluest.* *Syluester.*
verb.baptism.1.§.6.vbi citat D. Thom. *in* *S.Thomas*
4.& colligitur ex Henriquez lib. 2.de Sa *Henriquez*
cramen.cap.8.num.2.

Quæritur quinto, an verus confera-
tur baptismus, si minister dicat, *Bap-
tizat te* Deus *in nomine Patris, &* Filii,*&
Spiritus Sancti.* *A*d quod affirmatiuè
respondet *Sotus in 4.disp.3.q.vnic.ar.5.* *Sotus*
Sed verior, ac probabilior mihi vide-

A tur sententia negatiua, quam tenet,
Vazquez *Vazquez super 3.par.S.Thom.q.66.ar.6.*
Alexand. *disp.142.cap.2. vers. Ex dictis colligitur*
S.Thomas *primum, cui fauet Alexand.Alens.4.part.*
Gabriel *q.8.membr.3.art.3.§.2.Consequenter que-*
Adrianus *ritur vtrum hoc verbum, &c.* vbi docet
Alex.3.Pa. non satis esse pro forma baptismi, si quis
dicat, baptizat tè Deus, vel Christus, &c.
Ad quod confirmandum citat quodam
Concilium; quod vero Concilium sit, nō
explicat. Sed *Vazquez d.d.sp.143. cap.2.*
vers. hec tamen sententia, &c. eius men-
B tem interpretrans, existimat per illud
Concilium intelligi decretum *Alexan-*
dri III. in cap.1.de baptis. & eius effect.
*I*nsuper in fauorem huius nostræ sen-
tentiæ; citari solent *D.Thom.3.par.q.66.*
art.5.Gabriel.q.vnic.art.2. post medium
& Adrianus in 4.q.2.de baptism.§ ad vi-
dendum, vers.dico igitur. Quibus in lo-
cis, isti duo Doctores postremi, dicunt
necessarium esse, vt in forma baptismi
actus baptizandi exprimatur, non tamē
per verbum indicatiuum, sed clarius lo-
C quitur *D.Thomas loc.cit.in responsione ad*
primum, ibi enim docet, actionem attri-
buendam esse instrumento, idest mini-
stro, sicut immediatè agenti; principali
autem agenti, idest Deo, sicut in cuius
virtute instrumentum agit. Et ideo (in-
quit) in forma baptismi conuenienter
significatur minister, vt exercens actum
baptismi, per hoc quod dicitur, ego tè
baptizo. Deinde fatetur formā Græco-
rum esse validam, quia ibi exprimitur
actus exercitus per ministrum cum in-
D nocatione Trinitatis, vnde Ecclesia Græ
ca verum perficit baptismi sacramen-
tum.

Hæc nostra sententia permultis ra-
tionibus confirmari potest. Prima ra-
tio est illa, quæ saltem implicitè ex cita-
tis verbis D. Thomæ colligitur. In sa-
cramento enim baptismi duplex datur
causa, vna principalis à qua virtutem
habet ipsum sacramentum, idest sancta
Trinitas; altera vero instrumētalis, idest
minister exterius tradens sacramentum
E prout docet *D.Thom.3.part.q.66. art.5.*
D.Thomas *in corpore*. Vtraq; autem de necessita-
te sacramenti, in forma baptismi est si-
gnificanda. Prima quidem eo modo,
quo ab ipsa effectum, ac virtutem sacra-
menti dependere indicetur. Secunda
vero eò modo, quo ab ea, actionem in-
strumentalem exerceri, significetur. Sed
si dicat minister per modum indicati-
uum, baptizat tè Deus, vel per modum
deprecationis, baptizet te Deus, ità tri-
buitur actio baptizandi, & effectus spi- F
ritualis Deo, vt nihil reseruetur mini-
stro per modum ministrantis sacramen-
tum; perinde ac si eius actio instrumen-
talis ad ministrandum sacramentum
nullo modo interueniret; Ergo nunquā
perficitur sacramentum, quandocunq;
actio ministri, siue per modum indica-
tiuum, siue per modum deprecationis
significetur.

Secunda ratio est illa, quam adducit
Vazquez 3.par.q.66.art.6. disp.142. c.2. Vazquez
*vers.Ex dictis colligitur num.19.*Inuoca- G
tio (inquit) Trinitatis ineptè additur il-
lis verbis baptizat tè, seu baptizet tè
Deus, &c. eo quod eis solum explicatur
actus baptizandi, prout actio Dei. Deo
autem non conuenit baptizare in no-
mine Patris, Filij, & Spiritus sancti, hoc
est authoritate *P*atris, & Filij, & Spiri-
tus sancti, sed tantum ministro. Ete-
nim hic mòdus loquendi denotat infe-
riorem, qui in nomine alterius bapti-
zat, Deniq; plures alias rationes repe-
ries apud *Vazquez loc.citat. S. Thom. &* H
alios Doctores quos supra citauimus.

Quæritur sexto, an verè baptizet, qui
dicit *Ego tè baptizo in nomine Prim æ, &*
Secundæ, & Tertiæ personæ. Vel, Ego tè
baptizo in nomine trium personarum. Vel
Ego tè baptizo in nomine Trinitatis, vnsut.
Respondeo hanc formam non esse suffi-
cientem, quapropter, quandocunque
minister ea vsus fuerit, nullo modo ba-
ptizat. *I*ta docet *Suarez super 3. part.* Suarez
S.Thom. quæst.66. art.6.disput.21. sect.4.
vers. in hac rè primum existimo. Et ratio I
est quia in his modis non satis mysteriū
Sanctissimæ Trinitatis explicatur. Et
quamuis numerus personarum expli
cetur, tamen hoc confuse, atq; obscure
efficitur; ita vt ad instructionem populi
quòad fidē Trinitatis nihil valeat. Item
his modis nullatenus proprietates per-
sonales explicātur, neq; emanatio vnius
personæ ab alia; ergo, &c. Hoc idem pa-
riter dicendum est, si quis dixerit, *Ego*
te baptizo in nomine Omnipotentis, sapiē-
tis, & Doni, seu Flaminis, quemadmodū K
docet *Suarez loc.cit.* vbi rationem redit,
quia (inquit) talis inuocatio Trinitatis
redditur valdè obscura, & aliena à com-
muni vsu fidelium. *I*tem quia per illas
voces non significatur id, quod est pro-
prium singularum personarum, quam-
uis ex vsu intelligentium, præcipuè sa-
pientium contingat per illas voces con-
cipi personas.

A CAPVT XIII.

De forma Baptismi, qua Ecclesia Græca vtitur.

Forma baptismi Ecclesia Græca.

IN præsenti cap. primo, quæritur quænam sit forma baptismi, qua Ecclesia Græca vtitur. Respondeo esse hanc *Baptizetur seruus Christi*. N. *in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*. Ità docent, ac referunt communiter Doctores, ac præcipuè *D. Thomas 3. par. q. 66. art. 5. in responsion. ad primum Toletus lib. 2. cap. 19. num. 1. Viguerius c. 16. vers. 3. Venerus in examin. Episcop. lib. 1. cap. 3. Syluester ver. baptis. 1. Vazquez sup. 3. par. S. Thom. q. 66. art. 6. disput. 21. Sotus quem citat, & sequitur Henriquez lib. 2. de sacrament. cap. 8. num. 3. lit. T. Bonacin. de Sacrament. Baptism. disput. 1. q. 2. pun. 4. propos. 1. num. 10 & alij.*

B *S. Thomas* *Toletus* *Viguerius.* *Veuer.* *Syluester.* *Vazquez* *Suarez* *Sotus* *Henriquez* *Bonacin.* *Bellarm.* *Victorellus*

Quæritur secundo, An hæc forma Græcorum sit sufficiens ad perficiendũ Sacramentum baptismi. Respondeo af- C firmatiuè prout docet *D. Thom. 3. par. q. 66 art. 5. in responsione ad 1; Henriq. lib. 2. de Sacrament. cap. 8. §. 3. lit. T. Toletus lib. 2. cap. 19. Sotus. Bellarmin. & Viguer. quos citat, & sequitur Victorell. in additionib. super Tolet. lib. 2. cap. 19. verb. Græcorum forma. Suarez disput. 21. sect. 2. vers. Rursus inquiri potest. Vazquez super 3. par. S. Thom. q. 66. art. 6. disp. 142.* D *cap. 2. num. 12. vers. Porrò actionem ministri. Bonacin. tom. 1. disput. 1. de Baptism. q. 2. pun. 4. proposit. 1. num. 10.* Hoc autem confirmatur ex *Decreto Eugenij IV. in Concil. Florent. post vltimam sessionem. §. Primum omnium.* Vbi postquam dixit Summus Pontifex, Baptismum sub hac forma collatum, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, &c. verum, & ratum esse, rationẽ protinus reddit sequẽtibus verbis, *Quo* E *niam (inquie) cum principalis causa, ex qua Baptismus virtutem habet, sit Sancta Trinitas, instrumentalis autem sit minister, qui tradit exterius Sacramentum, si exprimitur actus, qui per ipsum exercetur ministrum, cum Sancta Trinitatis inuocatione, perficitur Sacramentum.* Constat autem in forma Ecclesiæ Græcę exprimi actũ exercitum per ministrum cum Sanctę Trinitatis inuocatione, prout notat *D. Thomas d. art. 4. in responsione ad primum*, ergo forma baptismi

Conc. Flor.

qua Ecclesia Græca vtitur, sufficiens F est ad perficiendum Sacramentum. Prętereà formam Ecclesiæ Gręcę esse sufficientem, facilitet probari potest, ex hoc quod permulti Patres tam in doctrina, quam in sanctitate cælebres, ritum Ecclesiæ Grçcæ obseruantes, hac forma vsi sunt. Vnde temerarium est dicere tot sanctos Patres Græcos, sub tali forma, non suscepisse, nec ministrasse verum baptismi Sacramentum. Deinde referunt, *Suarez, & Henri-* G *quez in tract. de Sacrament. in genere* Ecclesiam Latinam nunquam reprehendisse, Ecclesiam Græcam, eo quod in ministerio baptismi, huiusmodi forma vtatur, Vnde hoc modo tacitè eam approbasse, euidenter apparet.

Suarez *Henriquez*

Quæritur tertio, an si Sacerdos latinus sub forma Ecclesiæ Græcæ, Sacramentum baptismi ministrauerit, verũ conferat Sacramentum. In hac quæstione, nonnulli partem negatiuam te- H nent, quos tacitis nominibus citat *Syluester verb. Baptismus, 1. q. 1 2. §. 3.* ipse vero *Syluester* in hac quæstione est dubius. Vnde ait, quod omnis baptizatus sub illa forma, siue à Græco, siue à Latino; sub conditione est rebaptizandus quia (inquie) casus est dubius. Ex quibus verbis profectò colligitur, eum valde dubitasse, vtrum forma Ecclesiæ Græcę, sit sufficiens. vel non. Si enim solummodo dubitasset de ministro Latino, an scilicet habeat authoritatem I applicandi illam formam Græcam, in confectione Sacramenti, vtique dixisset quemcunq; sub illa forma à Sacerdote Latino baptizatum, propter dubium imminens, sub conditione esse rebaptizandum; Sed quia eius verba sunt hæc, *Omnis (inquit) baptizatus sub illa forma siue à Græco, siue à Latino, rebaptizandus est sub conditione*, vtique de sufficientia formæ Græcæ dubitat, quia anceps est, an Græcus sub illa forma, verum conferat Sacramentum. K Sed hanc dubitationem, quam facie Syluester, de efficacia formę Gręcæ esse superfluam, ac nimis futilem, ex his, quæ in præcedenti quæsito diximus, dilucidè apparet.

Syluester

Vera igitur, & communis sententia tenet, validum esse baptismum, quandocunque minister latinus, sub forma Ecclesię Græcæ aliquem Latinũ, vel Græcum baptizauerit. Ita *Vazquez 1. par. q. 69. art. 6. disput. 142. cap. 2. Toletus lib. 3. cap. 19. Sotus dist. 3. art. 5. Suarez disput 21.*

Vazquez *Toletus* *Sotus* *Suarez*

Henriquez. AbAngelo. Reginald. Vinaldus. Vignerius. Pitigianus. Coninch. Nugnus. Graffius. Victorell. Bonacina.

A *21. sect. 2. Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap. 8. num. 3. & 4. Bartholom. ab Angel. de baptism. §. 105. Reginaldus lib. 27. cap. 9. num. 26. Vinald. de baptism. cap. 2. num. 4. Vigner. cap. 16. vers. 3. Pitigianus. dist. 3. q. 2. art. 3. Coninchus 3. par. q. 96. art. 6. dub. vnic. num. 46. Nugnus q. 6. art. 5. difficul. 2. Graff. 2. par. lib. 1. cap. 3. num. 26. Victorel. in additionib. super Tolet. lib. 2. capit. 19. verb. Græcorum forma Bonacin. tom. 1. de Sacrament. Baptis. disput. 2. q. 2. pun. 4. prop. 1. num. 10. & alij communiter.* Qui B omnes docent validum esse baptismum si minister Latinus sub forma Ecclesiæ Græcæ aliquem baptizauerit; sed addũt in hoc casu talem ministrum mortaliter peccare, quia consuetudinem, & ritum suæ propriæ Ecclesię Latinæ in re graui minimè seruat. Quod autē grauiter peccet talis minister etiam concedit *Sylnest. verb. Baptismus q. 12. §. 3.*

Syluest.

Quæritur quarto, ob quam causam prędicta formā Ecclesia Gręca vtatur; C & non potius illa, quam Ecclesia latina tenet. Respondeo hoc totum factũ fuisse ad repellendum confutandumq; nonullorum errorem, qui effectum baptismi, ministris eiusdem Sacramenti tribuebant. Nam tempore Pauli Apostoli inter Corinthios, (schisma, ac dissẽtio erat) quemadmodum patet ex 1. *Corint. 1.* ideoq; eis aiebat Apostolus. *Vnusquisque vestrum dicit, Ego sum Pauli, ego sum Apollo, ego vero Cepha, ego autem Christi &c.* Quapropter Græci D hunc errorem minuentes, quo totus effectus Sacramenti ministris tribuebatur ad hoc, vt præfati erroris occasio tolleretur disposuerunt, vt baptismus sub illa forma, quam supra retulimus ministraretur. Ita refert *S Thom. 3. par. q. 66. art. 5. ad 1. Scotus in 4. dist. 3. q. 3. §. de secundo Richard. art. 2. q. 3. ad 9. Gabriel. q. vnic. art. 2. conclus. 2. Suarez dispnt. 21. sect. 2. vers. sed quæres* Vazquez *super 3. par. S. Thom. q. 66. art. 6. disp. 142. cap. 2. vers.* Hæc *sententia, Henriquez loco cit.* E *Viguer. de Sacrament. Baptism. capit. 16. vers. 3. Tolet. lib. 2. cap. 19. num. 5.*

1. Corin. 1.

S. Thomas. Scotus. Richardus. Gabriel. Suarez. Vazquez. Henriquez. Viguerius.

Quæritur quinto, an melior, ac perfectior sit forma, qua Ecclesia latina vtitur, quam illa, qua vtitur Ecclesia Græca. Respondeo affirmatiuè, cum *Suarez d. dispnt. 21. sect. 2. vers. sed quæres circa med. Comitol. lib. 1. respons. moral. q. 7. Siluest baptism. 1. & Victorell. in additionib. super* Tolet. *lib. 2. cap. 19. vers. Græcorum formam.* Hoc autem probatur ex duplici ratione, Primo, quia forma nostræ Ecclesiæ latinæ est magis cõsentanea verbis Christi, baptizantes eos &c. Secundo quia melius explicat causas, & effectum baptismi, & ipsum actum baptizandi, vt actualiter exercitum. Vide *Suar. loc. cit.* F

Toletus. Comitol. Victorell. Syluester.

CAPVT XIV

An Sacramentum Baptismi sit vnum secundum speciem. G

HVius dubitationis ratio exoritur ex illa distinctione baptismi quā Theologi efficiunt. Communiter nãq; à Theologis baptismus distingui solet in baptismum fluminis flaminis, & sanguinis; H prout docet *S. Thomas 3. par. q. 66. art. 11. & 12. Magister sent. in 4. dist. 4. Alexand. Alens. 4. par. q. 22. Vnaldens. tom. 2. de Sacrament. cap. 90. & 91. Hugo Victor. lib. 2. de Sacrament. par. 6. cap. 6. & 7.* Vazq. *3. par. q. 66. art. 6. disp. 126. cap. 1. vers. Neq. obstat, Bonauent. in 4. dist. 4. art. 1.* Richard. *& alij ead. dist. 4. art. 2. Angles in florib.* Theolog. *q. 1. de essentialib. Baptisms art. 6. conclus. 1. Suarez. disput. 22. sect. 1. in princip.* Tolet. *lib. 2. cap. 19. Bonacin. tom. 1. de Sacrament. Baptism dispnt. 1. q. 1. pun. 1. propos. 1. & 2. & habetur in* I *cap. baptismi vicem de consecration. dist. 4.* Si igitur triplex datur baptismus in lege Euangelica; Sacramentum baptismi quo nos omnes fideles baptizamur, nõ est vnum secundum speciem.

S. Thomas. Magister. Alexander. Vinaldus. VgoVictor. Bonauent. Richardus. Vazquez. Angles. Suarez. Toletus. Bonacina.

Item accedit, illa diuisio, seu distinctio, quæ inter baptismum Ioannis, & baptismum Christi dari solet; hæc autẽ baptismata specie differunt, quemadmodum notat *Suarez d. dispnt. 21. sect. 1. in princ.* Ergo quis asserere posset nostrũ K baptismum non esse vnum in specie, ac proinde in vnitate specifica constitui nõ posse.

Probatur baptismum esse vnum specie. Suarez. Vazquez. Bonacina.

Sed his non obstantibus, dicendum est sacramentum baptismi esse vnum in specie, prout docet *Suarez d. dispnt. 22. sect. 1. conclus. 1. vers. Respondetur*, vbi refert hanc esse communem. Hoc idem docet *Vazquez super 3. par. S. Thom. q. 66. art. 9. disput. 146. cap. 1. Bonacin. tom. 1. de Sacrament. baptism. dispnt. 12. vers. Dici*

A *tur ablutio &c. & alij communiter*.

Hæc autem conclusio probatur primo ex illis verbis *Apostoli ad Ephes. 4.* *Vnus Dominus* (inquit) *vna fides, vnum baptisma*. Quibus verbis non obscurè insinuat Apostolus Ecclesiam Catholicã vno tantû,& nō varijs modis suos fideles baptizare. Vnde D. *Hieronymus in 6.tom.in comm.super Epistol. ad Ephes.* præfata verba explicans, sic effatur. *Propterea* (inquit) *& fides vna dicitur, quia similiter in Patrem, & Filium, &* B *Spiritum Sanctum credimus, & baptisma vnum, eadem enim modo in Patrem, & in Filium, & in Spiritum sanctum baptizamur*. Similia scribit. *Chrysost. in serm. 11.in d.Epistol.ad Ephes. quem sequitur Theophylact.eod.loc*. Insuper ite confirmationem huius nostræ sententiæ citari solet Tertullian.*in lib.de baptism.cap. 16.* Vnde concluditur esse vnum baptisma Christianorum, tum quia vno modo; tum etiam quia ad vnum finem secundum speciem omnibus adhibetur, C Propter quam rationem docent Theologi, baptismum non posse esse,nisi vnũ numero in eodem subiecto. Quod tenendum esse de fide, probat *Suarez d. disput. 22. sect.2. vers.Quo circa dicendum est*.

Ephes.4. Hierony. Chrisost. Theophil. Tertullian.

Probatur secundo ratione. In tractatu enim quem iam peregimus *de Sacrament.in gener.tom.1.* clarè ostendimus, hoc nomen Sacramentum, esse nomen Genericum, sub quo septem species cõtinentur, idest Baptismus Confirmatio, D Eucharistia, Pænitentia, Ordo, Extrema vnctio, & Matrimonium. Sed si Baptismum non esset vnum in specie, sed multiplex, per hoc vtique multiplicarentur species sacramenti. ideoq; essent plusquam septem Sacramenta. Quod profecto decretis Conciliorum, & communi traditioni Patrum,& scholasticorum contrauenires. Ergo omni remota ambiguitate dicendum est, baptismi Sacramentum esse vnum secundũ speciem. Item alia ratio, in confirma- E tionem nostræ conclusionis adduci potest, Noster enim baptismus, habet vnã formam specificam, quæ omnino necessaria est ad perfectionem sacramenti, sine qua nullo modo baptismus ipse cõfici potest, sed hanc non habet, neque baptismus sanguinis, neque baptismus flaminis, quemadmodum ex inductione, quæ faciliter fieri potest, clarè constat, Ergo hi tres baptismi essentialiter differunt, quamuis in nomine conueniunt. Ergo noster baptismus fluminis F est vnus in specie. Hoc idem dici potest quo ad baptismum Ioannis quia in eo (iuxta nonnullorum sententiam) nulla proferebatur, nimis à forma nostri baptismi differebat;nam in hac,sanctissima Trinitas cum distinctione triũ diuinarum personarum inuocatur;in illa verò nequaquam; quia Ioannes tantum baptizabat in nomine Christi venturi, quemadmodum refert *Ambrosius lib.1. de Spiritu sanct.cap.3. Hieronym.in Ioel.2. Hugo Victor.lib.de sacrament.par. 6.cap.6. Magist. in 4.dist.2. S.Thomas 3. par.quæst.38.ar.6.ad 1.ibid.Caietan. Alex. Alens.4.par.q.9.in 3.q.12.membr.3.art.1. Palacius in 4.q.vnic.dist.2, Bonauent. ead. dist.in lit.Paludan.q.2.art.2. Bartol.Scot. dist.3.Can.lib.8. Soc.cap.5. ad 3. & Henriquez lib.2.de sacrament.cap.33. num.1. lit.B.& lit.A.*

Ambros. G Hierony. Hugo Vict. Magister S. Thomas Caietanus Alexand. Palacios Bonauent. Scotus Canus Henriquez

Hæc nostra conclusione iam confirmata superest,vt ad duas rationes, quas supra in contrarium adduximus breuiter respondeamus. *Ad* primum dicimus quod neq. martyrium, neq. contritio peccatorum facta cum voto suscipiendi,nostrum baptismum,est sacramentum, quemadmodum probat *Suar. d.disput.22.sect.1.Vazquez,& Bonac.loc. cit.* Qua propter si nonnunquam contingat martyrium, appellari baptismũ, prout habetur, *Marc. 10.* vbi Christus passionem suam,quę quodam martyriũ fuit,baptismum appellauit. *Potestis*(inquit) *bibere calicem, quem ego bibiturus sum,& baptismo,quo ego baptizor, baptizari?*similiter,& *Luc.12.baptism.*(inquit) *habeo baptizari,& quomodo coarctor vsq. dum perficiatur?* Hic enim modus loquendi metaphoricus est; vnde tam martyrium, quam contritio peccatorũ voto cõiuncta; metaphoricè baptismus, nuncupatur. Hinc latiori quadam significatione,quælibet contritio, baptismus pænitentiæ, seu lacrymarum appellari solet.prout legitur apud *Damascen. lib. 4.de fid.cap.10. & Gregor.Nazianz.oration.39.versus fin.* Item accedit, quia in nostro baptismo, character imprimitur estq; signum sensibile, ad aliquid sacrũ significandum impositum, & à Christo Domino institutum; quod profecto neq; de martyrio, neq; de cotritione voto ad iuncta dici potest.

1 H Suarez Vazquez Bonacina Matt.10. Luc.12. I Damasc. Nazianz. K

Ad secundam rationem respondemus,baptismum Ioannis in stricta significatione acceptum, non fuisse sacramentum, prout communiter fatentur 2

D.Thom.

A Henriquez Altiſiodor. Gulielm. Pariſienſ. Valentia Graffius Bonacin.

tat Dionyſ.Carthuſ.in 4.diſt.6.q.3.Valent. tom.4.diſp.4.q.1.punct.4. verſ. ſecundo notandum, Graffius 2.par.lib.1.cap.1.nu.10. & 11.Bonacin tom.1. de ſacrament. bapt. diſp.2.q.2.pun.7.propoſit.3. nu.10. & alij communiter.

1 Hæc veritas probatur. Primo ex communi SS.Patrum ſententia, qui vnanimiter docent baptiſmum ſemel ſuſceptum, nullo modo eſſe iterandum. Ità *Clemens Romanus lib.6.conſtitution. apoſtolicar cap.15. in princip.* ſimiliter (inquit) *docemus oportere contentos eſſe vno baptiſmo, qui in mortem Domini datus eſt.* Et paulo inferius fideles hortatur nè baptiſmus à probis Sacerdotibus ritè collatus, per ſecundum irritus fiat. Quod profectò fit, quando homo ritè baptizatus, iterum baptiſmi ſacramentum ſuſcipit; tunc enim per ſecũdum, gratiam amictit, quam in primo acquiſierat, quemadmodum ex mente Clementis deducit *Vazquez ſuper 3.par.S.Thom.q.66. art.9.diſp.146.cap.3.in princip.* Item accedit S. *Leo Papa epiſt.37. ad Leon.Epiſcop.Rauen.cap.1.* vbi hæc ſcribit. *Scimus* (inquit) *inexpiabile eſſe facinus, quoties cogitur aliquis lauacrum, quo regenerandis ſemel tributum eſt, bis ſubire apoſtolica reclamãte doctrina, qua vnam prædicat in Trinitate Deitatem, vnam in fide confeſſionem vnum in baptiſmo ſacramẽtum.* Hoc idem ſignificat in *Epiſt.49.ad Nicet.c.7. his verbis Hanc regulã ſeruandã omnibus Eccleſijs prædicamus, vt lauacrum ſemel initum, nulla iteratione violetur, dicente Apoſtolo, vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma.*

Clemens Papa — B — Vazquez — C — S. Leo — D

Deinde accedunt complures alij Patres, qui hanc doctrinam colligunt ex illis verbis Apoſtoli ad *Hæbr.6. Impoſſibile eſt enim eos, qui ſemel illuminati ſunt, guſtauerunt etiam donum cæleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti, guſtauerunt nihilominus bonum Dei verbum virtuteſq; ſæculi venturi, & prolapſi ſunt rurſus renouari ad pænitentiam, rurſus crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, et oſtentui habentes.* Ex quibus verbis conſtat impoſſibile eſſe, eos, qui ſemel baptizati ſunt, & poſtmodum mortaliter peccauerunt, per ſecundum baptiſmum iterum emundari. Ità hæc verba Apoſtoli exponunt, *Chryſoſtomus Theophilact. Hieronymus, & Theodoret. in eumd. loc. ad Hæbr.6. Ambroſ.lib.2.de Pœnitent. cap.2. Auguſtin.lib.1.de vera, & falſa pœnitent.cap.3. Phylaſtr.lib de hæreſib.hæreſ. 89. Pamell.in lib. Tertullian. de Pudicitia ſchol.178. Epiphan.hæreſ.59. non longe à principio, & alij.*

Hæbreos 6. — E — Chryſoſt. Theophil. Hieronym. Theodor. Ambroſius Auguſt. — F — Philaſtr. Epiphan. Pamellius

Item, & alios Patres citare poſſumus qui hanc eãdem veritatem catholicam, expreſsè docuerunt. Ità *Cyprianus in lib.2. epiſtolar. epiſt.3. ad Cæcilium, quæ nunc extat in ordine 63. nu.3.* vbi quamdam differentiam ponens inter Euchariſtiam, & baptiſmum, ſubdit, Euchariſtiam poſſe ſemper comedi, ac bibi, dum hæc vita temporalis, & corruptibilis perdurat, baptiſmum vero ſemel ſuſceptum, non poſſe rurſus iterari. *Hoc* idem de omnibus ſacramentis imprimentibus characterem dicendum eſſe teſtantur, *Baſilius lib.de Spiritu ſanct.cap. 15.ante med. Damaſcenus lib. 4. de fide cap.10. Iſidorus lib. 2. de diuinis officijs cap.de baptiſmo poſt med. Author ſermonis de ablution. ped. apud Cyprian Optatus lib. 5.contra Parmenian.* vbi diſputans aduerſus ipſum, qui Donatiſtarum hæreſi adhęrens, expreſsè negabat baptiſmum à catholicis collatum ratum, & validum eſſe, & ideo eſſe reiterandum. dicit baptiſmum in nominè Patris, & Filij, & Spiritus ſacti collatum, ratum, ac validum eſſe, ideoque nullo modo eſſe iterandum. Hoc idem multis in locis confirmat *Auguſtin. vt in enarration.Pſalm.39. longe à principio, & in tract.5.in Ioann.poſt med. & in libris de baptiſmo contra Donatiſt. & in Epiſtol. 203. longè à principio* vbi dicit eum qui hæreticum hominem rebaptizat, omnino peccare; eum vero qui catholicum rebaptizat, grauiſſimum ſcelus perpetrare.

Cipryanus — G — Baſilius Damaſc. Iſidorus — H — Auguſt. — I

2 Probatur ſecundo teſtimonijs ſacræ ſcripturæ. Primo, adducitur illud ad *Ephaſ.4. vna fides, vnus Dominus, vnum baptiſma, vnus Deus, & Pater omnium, &c.* Quibus videlicet verbis indicare voluit Apoſtolus Paulus vnitatem conuenire baptiſmo, quemadmodum Deo, & fidei catholicę conuenit; vnde permulti Theologi ad comprobandam hanc indiuiſibilem vnitatem noſtri baptiſmi, prææallegata ſententia Pauli vtuntur, & hi ſunt *D.Thom.3.par.quæſt. 66.ar.9. Dionyſ.Carthuſ in 4.diſt.6.quæſt. 3.Suarez diſput.21.ſect.5.verſ.quo circa dicendum eſt, Vazquez 3.part.q.66.art.9. diſput.146.cap.3.verſ. Et vero Paulum loqui.* Secundo adducitur illud ad *Hæbr. 6. impoſſibile eſt enim eos* (inquit) *qui ſemel illuminati ſunt, guſtauerunt etiam donum cæleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti, guſtauerunt nihilominus*

Epheſ. — K — S. Thomas Carthuſ. Suarez Vazquez Hæbreos 6.

KK

A *nus bonum Dei verbum, virtutesq. seculi venturi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pænitentiam, rursus crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes.* Quæ videlicet verba in suo vero sensu explicata, atque intellecta ad confirmandam nostram doctrinam pertrahunt permulti Patres, vt *Chrysostomus*, Hieronymus, *Theodoretus*, Theophylattus, *Ambrosius, Pamellius Phylastrius, & Augustinus locis supra adductis*. Tertio adducitur illud ad *Habr. 10. Voluntarie*

Habr. 10.

B *enim, peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis iam non relinquetur pro peccatis hostia, etc.* Quibus verbis insinuare intendit Apostolus, nihil prodesse secundum baptismum ad delenda peccata, quæ post primum fuerunt commissa. In hoc enim loco, hostia prò secundo baptismo accipitur. Et hæc est vera expositio, & interpretatio prædictorum verborum, quæ ex mente *Chrysostomi, Theodoreti, Augustini Theophylatti, Pamelli, & Hieronymi* desumitur quemadmodum optimè, & accurate notat

C *Vazquez disp. 146. cap. 3. nu. 12. vers. deinde non pauciores.*

Vazquez

3 Probatur tertio decretis, ac definitionibus Ecclesiæ. Nam in *can 46. alias 47. Apostolorum* sic habetur, *Episcopus, aut Præsbiter si eum qui secundum veritatem habuerit baptismum, baptizauerit denuo, deponatur.* Item in *Concil. Carthagin. 1. can. 1.* à patribus definitum est rebaptizationes esse illicitas, & à vera fide Christi alienas. Præterea hoc idem tam de baptismo, quam de cæteris sacramé-

Can. Apost. — Concil. Carthag.

D tis characterem imprimentibus definitum fuit in *Concilio Florent. sub Eugenio IV. in decreto fidei post vltimam sessionem §. 5. Ecclesiasticorum*. Hoc idem decretum fuit in *Concil. viannens. prout habetur in cap. vnic. §. vlt. de sũm. Trinit. lib. 6.* Et nouissimè hoc idem decretum habet in *Conc. Trident. sess. 7. can. 11. de sacramẽt.* vbi sic dicitur. *Si quis dixerit verum, & ritè collatum baptismum iterandum esse illi qui apud infideles fidem Christi negauerit, cum ad penitentiam conuertitur, anathema sit.* Idem definiuit S. *Leo Papa in Epist. 37. quæ est ad Leonem Rauenat. alias 35. c. 1. & epist. 79. alias 77. ad Nicetam.* Vnde in hoc sensu dictum est in Symbolo *Apostolorum*, *Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum.* Hinc

Conc. Flor. — Concil. Viennes. — Conc. Trid.

E

S. Leo Papa

Clemens Romanus lib. 6. constit. capit. 15. hac Apostolorum doctrina instructus dixit, *vno baptismo sumus contenti, qui in Domini mortem traditur*, Et paucis in-

Clem. papa

F teriectis verbis eos qui baptismum reiterare audent damnans, quasi Christum iterum crucifigerent subiungit dicens, *Crucifigunt Dominum de fidem diuina.*

4 Probatur quarto rationibus, quarum prima est sequens. Sacramentum baptismi principaliter est institutum ad tollendum originale peccatum; prout optimè aduertit *Dionys. Carthus. in 4. sent. distinct. 6. quest. 3.* Sed peccatum originale, semel contractum iterari non

Carthus. — S. Thomas — Vazquez

G potest; ergo similiter non iterari debet baptismus, qui est huius peccati medicamen. Vide *D. Thom. 3. part. q. 66. art. 9. Dionys. Carthus. in 4. dist. 9. q. 3. & Vazq. super 3. par. S. Thom. q. 66. art. 9. disp. 147. cap. 3. vers.* est etiam alia ratio. Secunda ratio est illa quam adfert *D. Augustinus tract. 5. in Ioann. post medium*, vbi docet rebaptizantes eos qui rite fuerant baptizati grauius peccare, quã qui antiquis temporibus Ecclesiam Dei persequebantur, quia (inquit) illi persecutores carnem tantum interficiebant

Augustin.

H isti vero rebaptizantes, spiritum occidũt quia Christũ à corde baptizati auferre conantur, nã dũ baptizatus suasione rebaptizãtis inductus, se non fuisse rite baptizatũ, nec verũ characterẽ ei fuisse impressum affirmat, proculdubio sè suscepisse Christũ, ac verũ Christianũ esse denegat. Nemo igitur aliquem rebaptizare debet, quia hoc modo eum ad negandum inducit sè non habere verum Christi characterem, & consequenter non esse verum christianum. Verba

I autem *Augustin.* quibus hanc suam sententiam explicat, hæc sunt. *Quid ergo* (inquit) *vis auferre, vnde tibi displicet quemuis rebaptizare? Dare non potes, quod iam habet, sed facis negare quod habet. Quid acerbius faciebat paganus persecutor Ecclesiæ exerebantur gladij aduersus martyres, emittebantur bestiæ, ignes admouebantur. Vt quid ista? vt diceret qui ista patiebatur, non sum Christianus. Quid doces tu enim, quemuis rebaptizare, nisi, vt primo dicat, non sum Christianus? Ad quod*

K *aliquando persecutor proferebat flammam adhoc tũ producis linguam. Seducendo facis, quod ille occidendo non fecit.* Vsque adhuc *Augustinus*. Hanc eandem rationem adducit *D. Thom. 3. part. q. 66. art. 9.* ad probandum, Sacramentum baptismi esse initerabile. Quia (inquit) baptismus imprimit characterem, qui est indelebilis, & cũ quadã consecratione datur, vnde sicut aliæ cõsecrationes non iteran-

S. Thom.

tur

A tut in Ecclesia; ità nec baptiſmus, vnde
Auguſtin. D. Auguſtin. in 2. contr. Epiſtol. Parmen.
dicit, quod character militaris non re-
petitur, & quod minus non hæret ſacra-
mentum Christi, quam corporalis hæc
nota, cum videamus, nec Apoſtatas ca-
rere baptiſmate, quibus vtiq. per peni-
tentiam redeuntibus non reſtituitur.

3 Tertia ratio eſt. Baptiſmus enim eſt
quædam ſpiritualis regeneratio, qua
homo veteri vitæ moritur, & nouam vi-
tam ſpiritus incipit agere, prout docet
B D. Thom. 3. par. q. 66. art. 9. in corp. & de-
S. Thomas ſumitur ex illo Ioan. 3. *Niſi quis renatus*
Ioan. 3. *fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non po-*
Ioan. 1. *terit introire in regnum Dei.* Vnde, &
renati per baptiſmum, filij Dei appel-
lantur, iuxta illud Ioa. 1. *quot quot autem*
receperunt eos, dedit eis poteſtatem filios
Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius,
qui non ex ſanguinibus, neq. ex voluntate
carnis, neq. ex voluntate viri, ſed ex Deo
nati ſunt. Sed vnus homo, vnam tantum
habet carnalem generationem, quia car-
C naliter naſcitur; ergo vnus tantum dari
debet baptiſmus, cum ſit quædam rege-
neratio ſpiritualis, qua homo ſpirituali-
ter renaſcitur. Hinc D. Auguſtin. tract.
Auguſtin. 11. in Ioan ante med. tom. 9. ſic ait: *Nun-*
quid poteſt in ventrem matris ſuæ iterato
introire, & renaſci? Sic tu intellige nati-
uitatem ſpiritus quomodo intellexit Nico-
demus natiuitatem carnis, quomodo enim
vterus non poteſt repeti, ſic & baptiſmus.
Hanc eandem rationem proſequitur
S. Thomas Dionyſ. Carthuſ. in 4. diſt. 6. q. 3. nec non, &
Dion. Car. D. Thomas 3. par. q. 66. art. 9.

4 Quarta ratio eſt, Nam omnes fide-
les in morte Chriſti baptizantur, iuxta
Rom. 6. illud ad Rom. 6. *Quicunq;* (inquit) *bap*
tizati ſumus in Chriſto Ieſu, in mortem
ipſius baptizati ſumus. Et infra. *Si*
enim complantati ſumus ſimilitudini mor-
tis eius, ita & reſurrectionis erimus ſcien-
tes, quia vetus homo noſter ſimul crucifi-
xus eſt cruci. Vnde, & baptiſmus mor-
tem, ac ſepulturam Chriſti repreſentat,
Coloſſ. 2. iuxta illud ad Coloſſ. 2. *Conſepulti ei in*
baptiſmo. Sed Chriſtus ſemel mortuus
eſt; vnde & baptiſmus per quem mors
Dominica repreſentatur, ſemel dari de-
bet, ac deinceps nunquam eſt iterandus
Hinc quicunq; poſt ſuſceptum primum
baptiſmum alium adhuc ſuſcipere cen-
tar, iterum crucifigere Chriſtum dici-
tur, nam ipſa repreſentatione, & profeſ-
ſione, vel Chriſtum bis mortuum pro-
fitetur; vel primam Chriſti mortem
non ſibi ſufficere ad ſalutem, & alia ad-
huc indigere ſignificat. *Ità exponunt* F
illa verba Apoſtoli ad *Hebr. Rurſus cru-*
cifigentes filium Dei, Ambroſ. in citat. Ambroſ.
verb. Auguſtin. lib. de vera, & falſ. peni- Auguſtin.
tent. cap. 3. Chryſoſtom. homil. 9. in ad He- Chryſoſt.
bre. Theodoret & Theophylact. ad Hæbr. 9 Theodoret.
Epiphanius hæres. 59. in princip. Phylaſt. Theophil.
hæres. 89. S. Thom. 3. par. q. 66. art. 9. vbi Philaſtr.
citat Gloſ. in illud, renouari rurſus ad pœ- S. Thomas
nitentiam. Item accedit Suarez diſput. 22 Suarez
ſect. 2. Dionyſ. Carthuſ. in 4. diſt. 6. q. 3. & Carthuſ.
Vazquez ſuper 3. par. S. Thom. q. 66. art. 9. Vazquez
diſp. 167. cap 3. num. 14. ibiq. citat Baſil. lib. G
de Spiritu ſanct. cap. 15. Damaſcen. lib. 4. Baſilius
de fid. cap. 10. Iſidor. lib. 2. de diuin. officijs Damaſcen.
cap. de baptiſmo, & Clement. Roman. lib. Iſidorus
6. Apoſtolicar. conſtitution. cap. 15. Clemens
Papa.

CAPVT XVI.

An baptiſmus nonnunquam ſub conditione poſſit rei-terari. H

IN præcedenti cap. ſufficienter pro-
bauimus Sacramentum baptiſmi
ſemel ſuſceptum, reiterari non poſ-
ſe, quia magna iniuria Sacramento fie-
ret. Sed quia quis probabiliter dubita-
re poſſet, an hoc Sacramentum ſuſcepe-
rit; vel an validus fuerit ille baptiſmus
quem ſuſcepiſſe reminiſcitur; hinc op- I
portunè quæritur, an ad vtrumque du-
bium tollendum, baptiſmum ſub con-
ditione iterū ſuſcipere valeat. Ad quod
breuiter reſpondemus, quod quando
probabiliter dubitatur, ſiue dubio iu-
ris, ſiue dubio facti, an quis verum ſu- S. Thomas
ſceperit baptiſmum, ſub conditione Scotus
eſt rebaptizandus, Ità docent commu- Carthuſ.
niter Doctores, & præcipuè *D. Thomas* Gabriel
3. par. q. 66. art. 9. ad 4. Scotus in 4. diſput. Paludan.
6. q. 8. ante medium Dionyſ. Carthuſian. Sotus
in 4. diſt. 6. q. 3. Gabriel quæſt. 2. art. 3. dub. K
vlt. Paludan. q. 4. art. 1. poſt. 2. concluſion. Suarez
num. 7. Sotus in 4. diſt. 3. q. vnic. ar. 9. verſ. Vazquez
Quintum argumentum Suarez diſput. 22. Angles
ſect. 2. verſ. Sed quæres obiter Vazquez ſu Nauarrus
per 3. par. S. Thom. q. 66. art. 9. diſput. 147. Henriquez
cap. 4. Angles in florib. Theologic. tit. de Toletus
baptiſm. q. 1. art. 7. Nauarr. quem citat, & Bonacina
ſequitur Henriquez lib. de ſacrament. bap Valent
tiſm. cap. 17. §. 2. in comment. lit. I. Toletus Alexan. 3.
lib. 2. cap. 19. Bonacin. tom. 1. diſput. 2. q. 2. Papa.
punct. 7. propoſ. 3. num. 11. Valent. tom. 4.

B *disp. 4. q. 1. pun. 4. & alij. Hoc idem definitum fuit ab Alexandro III. in cap. de quibus de baptism. & eius effect.*

Forma autem qua minister baptismum sub conditione dare debet, est sequens. *Si baptizatus es, non tè baptizo, sed si nondum baptizatus es, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti Amen.* Ità habetur *in d. cap. de quibus de baptismo, & eius effect.* & docet Suarez Suarez *d. disput. 22. sect. 2. vers. Sed quares* Vazquez Vazquez *d. disput. 147. ca. 4.* Toletus *Toletus lib. 2.* B *cap. 39. & alij.* Hac autem forma nullo tempore vti debet minister, nisi quando probabiliter, & moraliter dubitatur an quis verè Sacramentum baptismi susceperit. Nam stante hac probabili dubitatione, tutior pars eligitur. Neque aliquid absurdum inde sequi potest, quia si verus baptismus ei, nondum est collatus, sub hac forma conditionali, verè confertur, si autem ei iam collatus est, sed tamen quædam moralis certitudo haberi non potest, quamuis hæc forma conditionalis exprimatur, tamen nec nouus imprimitur character, nec baptismus semel collatus, reiteratur.

Sed queritur quodnam dubium sit sufficiens, quo cogatur quis baptismum sub cōditione reiterare. Ad quod respondendum est cum *Suarez disput. 22. sect. 2. & Vazquez disp. 147. cap. 4.* quod duplex datur dubium. Primum est dubium iuris, quod contingit, quando dubia forma adhibetur sacramento, quod D profectò pluribus, ac varijs modis contingere posse, constat ex his quæ in exordio presentis libri secundi; & in fine præcedētis libri primi diximus; quādo in his locis, tum de forma, tū de materia huius sacramenti peregimus. Dubium autē facti subdiuiditur, nam aliud est dubium negatiuum, quod profectò contingit, quando nulla extant indicia, quibus ducamur ad iudicandum, talem hominem fuisse baptizatum. Aliud vero est dubium positiuum, quod nimirū E tunc contingit quando dubitatur an tali homini fuerit collatum baptismi sacramentum, hoc est, an verè ei fuerit adhibita tum materia, tum forma baptismi, cum intentione ministri. Hoc autem dubium positiuum, nunquam contingere potest, nisi quando extant quædam indicia, sed non sufficiētia ad probandum, talem hominem, verum suscepisse baptismum, & è contra ex opposita parte nonnullæ extant coniecturæ, quibus contrarium probatur. F

His positis primo loco queritur, an dubium iuris sit sufficiens, quo cogatur minister, baptismum sub conditione reiterare. Ad quod respondens *Vazquez in commentar. super 3. part. S. Thom. q. 66. art. 9. disp. 147. cap. 4. vers. Notant tamen aliqui* existimat, & asserit, hoc dubium iuris non posse accidere nisi in hominibus ignaris, & indoctis, qui nec iudicare, nec decidere nesciunt illa dubia, quæ vel in forma, vel in materia baptismi contingere possunt; non autem in viris G doctis, & sapientibus, qui doctrina, ac sapiētia optimè instructi, cognoscūt, atq; discernunt, quænam forma, vel materia sit sufficiens ad sacramentum baptismi. Et de hoc rationem reddit; quia (inquit) vir doctus sciet, aut certum esse apud omnes materiam illam, aut formam sufficere ad essentiam sacramenti, aut non sufficere, aut denique in controuersia id positum esse, & contrarias de illa rè esse opiniones. Quapropter concludit hoc dubium iuris quod cæteri H Doctores ponunt, nunquam accidere posse, nisi quando viri indocti dubitant & tamen propter incommoditatem loci, viros doctos consulere non possunt: Nam si viri docti ibi adsint, tunc hoc dubium iuris talis naturæ est, vt vinci, & superari possit; & hoc modo nullo modo accidet.

At hæc opinio *Vazquez* mihi non placet, quia etiam inter doctissimos viros hoc dubium iuris nonnunquam contingit. Neq; hoc dubium tantummodo accidit, quando, veritas iuris in controuersia ponitur, & pro vtraq. parte, scilicet affirmante, & negante, variæ, ac contrariæ extant Doctorum opiniones; quod profectò sæpius contingere, quilibet Theologus per experientiam, haud ignorat. Sed etiam quandoq; accidere solet; cum materia, vel forma baptismi tam dubia est, vt Doctores certā, & indubitatam sententiam de ea ferre non audeant; quia valde dubia est, vnde in tali casu, vnanimiter tenere; ac docere compelluntur, baptismum, sub conditione esse reiterandum; quia in rebus dubijs tutior pars est eligenda. Exemplum de hoc habemus, in illa mutatione formæ, quam minister efficere potest dicens, *Ego tè baptizo in virtute, vel in maiestate Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.* Tunc enim forma nimis dubia redditur, quemadmodum in *cap. 6.* huius libri probauimus. Vnde omnes

Opinio Vazquez refellitur. I

K

ferè

A ferè Doctores nil certum, & indubitatum definiunt, ſed penitus ambiguos, & ancipites sè oſtendunt; ideoq; communiter tenent, ac docent, in hoc caſu, infantem ſub conditione eſſe rebaptizandum. Hi autem Doctores ſunt *Suarez tom.3.diſput.21.ſect.3. §.dico ſecundo, Pitigianus diſt.3.q.2.art.6.col.3.verſ.ſi quis, Henriquez lib.2.de ſacrament.cap.8.nu.2 Bartholom.ab Angel.de ſacrament.baptiſ. §.126.Coninchus ſuper 3.part.S.Thom.q.66 art.6.nu.58.Bonacin.tom.1.de ſacram.* B *baptiſm.diſp.2.q.2.pun.4.prop.1.nu.5.& Laurent. Suarez in epythom. de baptiſm. quo ad formam §.4.nu.9.nec non, & Toletus lib.2.cap.19.nu.7.* conſtat ergo dubium iuris nō tantum inter viros ignaros, ſed etiam inter doctiſſimos, & ſapientiſſimos nonnunquam poſſe contingere, quo exiſtente baptiſmus ſub cōditione reiterari debet, quemadmodum docet *Suarez d.diſput.22.ſect.2.*

Suarez. Pitigianus. Henriquez. Barth. ab Angelo. Coninch. Bonacin. Laurent. Suarez. Toletus.

Secundo queritur, an exiſtente dubio negatiuo baptiſmus ſub conditione ſit C reiterandus. Ad quod reſpondemus, baptiſmum non ſub conditione, ſed abſolutè conferendum eſſe, quando tale dubium extat, vt nullum indicium, aut cōiectura de collatione baptiſmi appareat. Ità docet *Suarez diſp.22.ſect.2 verſ. eſt autem animaduertendum, & Vazquez ſuper 3.part.S.Thom.q.66.ar.9 diſp.147. cap.8.num.23.* Hoc etiam comprobatur authoritate S. *Leonis Papæ in epiſt. 37. alias 35.ad Leon. Rauenat.cap.1.* vbi quandam quæſtionem proponens, an illi hoD mines qui ex infantia apud infideles, captiui ducti ſunt, quos nullo modo conſtat, baptiſmi ſacramentum ſuſcepiſſe, debeant abſolutè baptizari nè in pænam damnationis incurrant, vel ſub conditione, nè baptiſmus reiteretur, & reſpondet abſolutè eſſe baptizandos, nulla facta mentione de conditione. Ità enim ſcribit, *Cum itaq. baptizatum sè eſſe, nec ille recordetur, qui regenerationis eſt cupidus, nec aliter atteſtari de eo poſſit quod neſciat conſecratum nihil conſecrat,* E *quo peccatum poſſit obrepere eum in hac parte conſcientia, nec ille reus ſit, qui conſecratur, nec ille qui conſecrat. Sed in hoc nihil ſimile formidatur, quoniam non poteſt in iterationis crimen deuenire, quod factum eſſe omnino neſcitur. Atq; ideo quoties perſona talis inciderit, ſolicita primum examinatione diſcutite, & longo tempore niſi forte ſupremus finis immineat, indagate vtrum nemo ſit penitus, qui teſtimonio ſuo iuuare poſſit ignorantiam neſcientis, & cum conſtiterit hunc, qui baptiſmatis indiget ſacramento, ſola inaniter ſuſpicione prohiberi, accedat intrepidus ad conſequendam gratiam, cuius in sè ſcit nullum eſſe veſtigium* F Hæc omnia pariter refert *Gratianus can. cum itaq; de conſecration. diſt.4.* Hanc eandem doctrinam reperies apud *Gregorium in epiſtol. 4.* ad *Bonifacium, & cap.paruulos, & cap.ſi nulla de conſecrat.diſt.4.*

Suarez. Vazquez. S.Leo. Gratianus. Gregor.

Tertio queritur, an exiſtente dubio poſitiuo, Baptiſmus reiterari poſſit. *Ad* G quod reſpondemus affirmatiuè cum *Suarez d.diſp.22. ſect.2. Sot.& Paludan. quos citat, & ſequitur Vazquez diſp. 147. cap.4.* Et probatur ex 6. *Synod. can. 84.* vbi hæc continentur verba, *Quoties* (inquit) *non inueniuntur firmi teſtes, qui eos abſque vlla dubitatione baptizatos eſſe dicant, nec ipſi propter ætatem de ſibi tradito myſterio aptè reſpondere poſſint debere baptizari.* Hoc idem habetur *in Concil. Vnormatienſ.cap.70. & refertur de conſecration. can. Placuit diſt. 4. & in Concil. Carthaginenſ.5. cap.6.& in Concil. Afri*H*can.circa tempora Bonifacij cap 39.* Item hæc eadem ſententia ratione probatur. In rebus enim dubijs ſemper tutior pars eſt eligenda, quod præcipuè fieri debet, quando res eſt maximi momenti. Sed hoc totum contingit in ſacramento baptiſmi, quia eſt quodam remedium neceſſarium ad ſalutem; ſine quo homo in pęnam damnationis incidit; ergo quandocunque poſitiuum dubium extat, baptiſmus ſub conditione conferri debet. I

Suarez. Sotus. Paludanus. Vazquez. Cōc. Vuor. Cōc.Carth.

Quarto queritur, an baptiſmus dari ſub conditione debeat, quando, quis ignoret sè eſſe baptizatum, vel non. Ad quod breuiter reſpondemus, quod ſi quis fidelis inter fideles, & ex parētibus fidelibus natus, valde dubitet, an ſuſceperit baptiſmi ſacramentum, eo quod nullus teſtis adſit, qui de ſuſcepto baptiſmo teſtimonium reddere poſſit; tunc nequaquam eſt baptizandus, nec abſolutè, nec ſub conditione, prout docet *Paludan in 4.diſp.6.quæſt.4.art.1.num.6. Sotus ibid.art.9.§. ſit præterea, & Vazq. ſuper 3.par.S.Thom.q.66.art.9.diſp.147. cap.4.nu.25.* & probatur ex decreto, *Innocentij III in cap. veniens de presbyter, non baptizat.* Vbi definitur, quod ſi quis inter fideles ſemper fuerit verſatus, adeò pręſumitur eum fuiſſe baptizatū, vt hæc præſumptio pro certitudine habenda ſit, donec contrarium, euidentiſſimis indicijs appareat. Itaque dum Chriſtia-

Paludan. Sotus. Vazquez. Innocen.3.

A stianus firmiter scit, semper inter viros catholicos mansisse, ac inter eos fuisse natum, atque educatum, pro certo supponere debet verum suscepisse baptismum, quamuis aliud iudicium euidentius non appareat, quia mos est in Ecclesia catholica, vt infantes recenter nati, saltem post octauum diem, baptizentur. Neque obstat illud, quod ait *Gregorius III. in epist. 4. ad Bonifacium, & refertur de consecration. dist. 4. cap. Paruulos*; nam ibi summus Pontifex tantummodo loquitur de illis paruulis, qui ab infantia captiui ducti sunt inter infideles: vnde iubet eos baptizari, nisi aliqui testes inueniantur, qui de eorum baptismo testimonium redant. Supponitur enim, in illa extranea regione infidelium, apud quos mos baptizandi non est, sacramentum baptismi minime suscepisse.

Greg. Pap.

B

Quinto quæritur, an infanti exposito baptismus sub conditione dari debeat. Ad quod respondens eum *Paludan. in 4. dist. 6. q. 4. art. 1. num. 6. Sot. loc. cit. art. 9. §. Et praeterea, & Vazquez super 3. part. S. Thom. q. 66. art. 9. disp. 147. cap. 4. nn. 26.* dico infantem expositum, sub conditione esse baptizandū, nisi aliunde euidēter constet eum fuisse baptizatum. Nam si aliqua scriptura super eum apposita cōspiceretur, quæ eum fuisse baptizatum prænunciaret, vtique non esset, neque sub conditione, neque absolute baptizandus. Hæc enim scriptura sufficiens testimonium redit, talem paruulum à parentibus Christianis fuisse baptizatū. Sed in hoc casu subtiliter notat *Vazquez* hanc scripturam non esse sufficientem, quādo infans à saracenis, vel à iudeis exponitur; ex hoc enim quod huiusmodi infideles nostrū baptismū nimio odio ꝓsequūtur, hinc faciliter, ac ꝓbabiliter conijcere possumus, tale scripturam fraudolenter super infantem fuisse appositam, nè à fidelibus baptizaretur. Quapropter concludit *Vazquez loc. cit.* ob tale dubium, sub conditione esse baptizandum.

C

Paludan.
Sotus
Vazquez

D

E

Denique notandum est, non quodcunque dubium quo mens fidelis nonnunquam exagitari solet, esse sufficiens ad reiterandum baptismum sub conditione, sed illa tantum quæ superius enumerauimus. Vnde mens scrupulosorum faciliter acquiescere potest, Theologorum doctrinæ, & præcipuè *Saarez disp. 22. sect. 2. Paludan. Sot. & Vazq. loc. citat.* qui vnanimiter asserunt, probabilem certitudinem esse, quod quis susceperit baptismum, si videlicet inte Chrhistianos fuerit natus, atque educatus: vnde aliud testimonium ad id probandum de necessitate non requiritur. Si autem aliquod ex supradictis dubijs contingat; tunc sub conditione, baptismus est conferendus. Nec fit aliqua iniuria sacramento, quia res est dubia, vnde potius tenemur prouidere, & cauere, nè proximi salus pereat, quam baptismus periculo reiterationis exponatur.

Suarez
Paludan.
Sotus
Vazquez

F

G

CAPVT XVII.

Queritur, in quam pœnam incurrant reiterantes baptismum:

Baptismus nullo extante probabili dubio, neque conditionaliter, est reiterandus, quemadmodum ex supradictis in *XV.* & in *XVI. cap.* clarè constat, vnde indubitanter tenendum est, eum peccare mortaliter, qui siue ministrando, siue recipiendo, baptismum reiterat. Ità docet *Vazquez super 3. part. S. Thom. quaest. 96 art. 9. disp. 147. cap. 44. nn. 3. vers. notat autem, vbi citat Dominic. Sot. art. 9 §. Circa hanc igitur.* Quod etiā intelligendum esse existimant, si absque solemnitate, antea baptismus fuerit collatus nam in hoc casu solummodo illæ publicæ cæremoniæ adimplendæ sunt, quæ in priuato fuerant prætermissæ, & est communis Doctorum opinio. Præterea, tam minister, quam ille, cui ministratur sacramentum, hoc ipsum quod baptismum reiterat, in pœnam irregularitaris incidit, vnde statim vterque efficitur irregularis, prout habetur in *can. eos quos, de consecration. dist. 4. & docent communiter Doctores, sed præcipuè Dionysius Carthusian. in 4. dist. 6. q. 3. Scotus ibidem dist. 6. q. 8. Angles in floríb. Theolog. tit. de essentialib. baptism. q. 1. art. 8. conclus. 1. Richard. apud Dionys. Carthusian. d. q. 3. & D. Bonauent. in 4. dist. 6. q. 9.* vbi docet grauius peccare reiterantem, quam sic recipientem baptismum:

Reiterans baptismū peccat mortaliter

H

Vazquez
Sotus

I

efficitur etiam irregularis

Carthusi.
Scotus
K
Angles
Richard.
Bonau.

Item si aliquis infantem baptizauerit antequam ad Ecclesiam perducatur non adhibitis solemnibus cæremonijs, quæ necessariæ sunt ad licitam, & solemnem ministrationem baptismi, tunc

Paro-

A Parochus diligenter inquirere debet, an vera forma, & materia, nec non & omnia, quæ ad eſſentiam baptiſmi pertinent, fuerint adhibita, & tunc ſi eum ritè baptizatum inuenerit, non debet, nec abſolutè, nec ſub conditione rebaptizare alioquin irregularis efficietur, prout conſtat ex *capit. de qaibus extra de baptiſm. & eius effect. & probat Angles in florib.* Theologie. *tit. de eſſentialib. baptiſm. q.1. art.8. dub.3.*

Denique notandum eſt, ab hac pæna B irregularitatis non eſſe alienum, qui in excuſationem ſui erroris, ignorantiam iuris adducit. Nam, & ſi contingat reiterantem baptiſmum, ius canonicum omnino ignorare, adhuc ipſe in pænam irregularitatis incidit; quia quandocunque irregularitas propter factum iure diuino prohibitum imponitur, etiā ab ignorantibus incurritur. Ità docet *Scotus in 4. diſt.6. q.8. & Angles in d. q.1. art.7. dub.1.* vbi referr hanc eſſe communem Doctorum ſententiam. (Scotus, Angles) Sed ſi aliquis C dormiens, vel ignorans baptizetur nequaquam efficitur irregularis. prout docet *Angles loc. sic.* quamuis contrarium teneant *Paludan.16. q.4. & D. Antoninus 3. par. tit.14 cap.13. §.12.* (Paladanus, Antoninus) Sed, *Scotus in 4. diſt* 8. hanc noſtram ſententiam amplexus eſt. Et ratio eſt quia in hoc caſu nō ſolum poteſt concurrere ignorantia iuris, ſed etiam realiter, ac verè concurrit ignorantia facti. Quia enim dormiens mortuo aſsimilatur, quemadmodum docet *Petrus Chryſolog. in quaD dam homil. ſuper illa verba, ſint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, & vos ſimiles hominibus expectantibus, &c.* (Petrus Chriſolog.) quo in loco ipſe ait, *quid enim mortis ſimilius quam dormientis aſpectus? vnde plus vigilare, plus viuere eſt.* Hinc aliquis dormiens ignoranter, & inculpabiliter baptizari poteſt; quapropter nimis durum eſſet dicere hūc dormientem in pænam irregularitatis incurrere; nam dum dormiebat, defendere sè, atque obſtare non potuit, quin re E baptizaretur.



F

CAPVT XVIII.

An qualibet perſona poſſit eſſe miniſter neceſſarius ſacramenti baptiſmi; itaut factum, ſit validum.

G

IN hac queſtione permultas reperio opiniones omnino cōtrarias, quarum. Prima eſt omnino hæretica, quam tenuit *Caluinus lib.4. inſtitut cap. 15. §.20.21. & 22. nec non in Antidot.* Cōcil. *Trident. ſeſſ.7. can.10. de ſacrament. in gener.* (Caluinus) quibus in locis docuit neminem poſſe ſacramentum baptiſmi etiam in extrema neceſſitate miniſtrare, niſi ordinarium miniſtrum, ad hoc miniſteriū ab Eccleſia ſpecialiter deputatum. Ita H refert *Feaard. in additionib. ad Caſt verb. baptiſmus hæreſ.6. Bellarmin. lib.1. de ſacrament. baptiſm. cap 7. in princ. Vazquez ſuper 3. part. S. Thom. q.67. cap.1. num.1. & Suarez diſp.23. ſect.1. in princip.* (Feaard. Bellarm. Henriquez Suarez) Item addit *Bellarmin. loc. cit.* ex ſcriptis huius hæretici non ſatis apertè conſtare, an exiſtimauerit, Baptiſmum non eſſe ratū ſi à laico detur, an tantum non licere ſine peccato laicis baptizare. Sed quomodocunque eius opinio ſe habeat, nullo modo ab errore excuſari poteſt, pro- I ut ex infrà dicendis apertius, ac fuſius patebit.

Secunda opinio eſt, non poſſe baptiſmi ſacramentum niſi per miniſtrum baptizatum conferri; vnde, tam paganus, quam iudęus in caſu neceſſitatis non poteſt aliquem baptizare. Hanc opinionem videtur tenuiſſe *Gregorium II. in epiſt. vlt. ad Bonifacium. & refertur à Gratiano in can. quos à paganis, de conſecration. diſt.4.* (Greg. Pap.) ibi enim iubet, ac præcipit rebaptizari eos quos conſtat à paganis K fuiſſe baptizatos Pagani autem ſunt nō baptizati; quia nullus paganus baptiſmum Chriſti habet. Si enim illum haberet, iam non paganus, ſed Chriſtianus ritè nuncuparetur. Quia igitur ab his paganis baptizatos præcipit Gregorius rebaptizari, ex hoc manifeſtè apparet, primum baptiſmum, validum non fuiſſe, quod vtique attribuendum eſt miniſtrorū inſufficientiæ, quia pagani, non baptizati erant. Vide de hoc Bellarm.

lib.1.

A *lib.1.de sacram.baptism.cap.7.vers.Quinto docent, Suarez disp.23.sect.1.vers secunda sententia Henriquez lib.2.de sacrament.* Suarez Henriquez Vazquez
cap.28.§.1.& Vazquez super 3.par.S.Th. q.67.disp.147.cap.2. Hæc eadem sententia confirmari posset ex *Concil. Eliberitin. can.* 38. nam ibi dicitur laicos posse baptizare modo sint ipsi baptizati,& nō bigami. *Item* in confirmationem prædictę sententię accedere videtur authoritas *Tertullian.in lib.de baptismo*, vbi rationem redens cur laicis baptizare liceat, sic ait, *quia quod ex æquo ab omnibus accipitur ex æquo ab omnibus dari potest*. Similiter, *& Hieronym. in dialog. contr. Luciferian.* Tertullianum imitans, ait, *scimus etiam licere laicis, vt enim accepit quis ità, & dare potest. August.vero in 2.lib.contra epist. Parmen. capit.13.& lib.7.de baptism.cap.13.* hanc quęstionē tangens, eam decidere non audet; vnde dubius & anceps permanet. Deniq; nec desunt rationes quibus hæc sententia corroborari posset. Primo quia paganus non est membrum Ecclesiæ, ergo non potest esse minister illius sacramēti, qua Ecclesia vtitur, ad sanctificandos ac purificandos suos fideles. Secundo quia nemo potest dare quod non habet vnde sicut non potest quis Episcopum cōsecrare, nisi ipse sit Episcopus, nec in Sacerdotem ordinare, nisi ipse ordinans sit Sacerdos; ita non potest quis aliquem baptizare, nisi ipse sit baptizatus. Tertio quia indecens est, vt tam venerabile, ac salubre sacramentum per talem ministrum ministretur, qui habeat infidelitatem permultis sceleribus adiunctam.

Conc.Elib. — Tertull. — B — Hierom — August. — C — D

Tertia autem opinio tenet quamlibet personam in casu extremæ necessitatis posse esse ministrum necessarium huius sacramenti, vnde, tam homo, quam mulier, tam fidelis, quam infidelis, tam clericus, quam laicus, tam hæreticus, quam paganus, tam excomunicatus, quam iudæus, dummodo facultatem habeat proferendi verba, ac corpus abluendi; E potest in articulo mortis baptismum ministrare, & tunc verum perficiet sacramentum. *Ità* docent communiter Doctores, & præcipuè *D.Thomas 3. part. q. 67.art.3. Ledesm.q.8. Bellarmin.lib.1. de sacrament.baptism.cap.7. Suarez disp.23. sect.1. Vazquez super 3.part. S.Thom.q. 66.disput.147.cap.1. & 2 Pesantius super 3.part.S.Thom.q.67. Valentia tom.4.disp. 4.q.2.pun.1.vers.tertij generis Henriquez lib.2.de sacrament.cap.28.§.1. Victor. de sacrament.q.28. Sot.d.4. Alanus de sacrament.cap.50. Sonnius cap.22. Cuebus lib. 5.inst.ma.tit.2. Petrus Greg.lib.2.Syntag. cap.4. Bartholus Ledesm.diff.10. Pitigian. dist.6.q.1.art.1.pag.222. Phyliarc.2.part. lib.1. cap.9. Rodriquez in summa cap.25. de baptism.conclus.2.nu.1. Bartholom. ab Angel.de baptism.§.139. Tolet.lib.2.capit. 20.nu.5. Nauarr.cap.22.nu.6. S.Antonin. 3.part.tit.14.cap.13. Graffius 2.part. lib.1. cap.1.nu.29. Angles in florib. Theolog. de baptism.q.3.art.1. conclus.2. Sayrus lib.2. de sacrament.cap.8.q.2.art.1. Chamerota de baptism.cap.4 dub.1. Laurent. Suarez in epithom.tit.de baptism. quoad ministrū §.5.num.11.& Bonacin.tom.1. disp.2 q.2. punct.5.propos.2.n.4.& alij.*

S.Thomas — Ledesma — Bellarm. — Suarez — Pesantius — Valentia — Henriq. — Victoria — P — Sotus — Alanus — Sonnius — Cuebus — Petr.Greg. — Bart.Ledes — Pitigianus — Philiarch. — Roderiq. — Barth. ab — G — Ang. — Toletus — Nauarr. — Antoninus — Angles — Sairus — Chamerot. — Lau.Suar. — Bonacina

Hæc autem conclusio, quæ adeo vera, ac certa est, vt quodcunq; dubium prorsus excludat; probatur primo ex *Concil. Florent. in decreto Eugenij*, *V*bi expresſè definitur in casu extremæ necessitatis absente Sacerdote, nec non, & diacono posse laicum, vel mulierem, vel paganum, vel hæreticum, baptismi sacramentum ministrare. *In casu* (inquit) *necessitatis, non solum Sacerdos vel Diaconus, sed etiam laicus, vel mulier imò etiam paganus, & hæreticus baptizare potest*. Hoc idem ex parte colligitur ex *cap. super quibus de consecratione*. 30. vbi *Vrbanus Papa* declarat fęminas, vel paganos in casu extremæ necessitatis posse pabtismum ministrare. *Idem* ex parte definitur *in cap. Ad limina* 30. *q.1.* vbi *Ioannes Papa* 8. opus baptizandi si necessitas exigat, laicis concedit. *Laicis fidelibus* (inquit) *iuxta canonicam authoritatem, si necesse fuerit, opus baptizandi libere conceditur*, similia referuntur ex *D.Augustino. in cap. in necessitate de consecratione.dist.4. nec non in cap.constat ibid. ex Isidor.lib.2. de officijs cap.24.* denique accedit *Nicolaus Papa ad consulta Vulgarum cap.104.& refertur in can.a quodā iudæo de consecr.dist.4.* quo in loco summus Pontifex approbat baptismum à quodā Iudæo collatum, quamuis ignoraretur, an iste, paganus, vel baptizatus esset.

Conc. Flo. — H — Vrba.Pap. — I — Ioan. Pap. — Augustin. — Isidorus — Nicolaus Papa — K

Probatur secundo, ex sacra scriptura, nam quemadmodum adnotat *Ambrosius ad Ephes.4.& Suar.dispat.23. sect.1.* in primitiua Ecclesia Apostoli quando baptismum ministrare non poterāt multitudine baptizandorum prępediti, hoc ministerium cęteris fratribus iam non ordinatis committebant prout ex *Act. cap.2.9.& 10.* colligitur. Item legimus

Ambros. — Suarez

Apo-

A Apostolos ante Christi passionem baptizasse, quemadmodum in *primo lib. huius 2. tom.* apertè ostendimus, & tamē Apostoli eo tempore nullum habebant ordinem, quia sacramentum ordinis, in cœna Domini eis collatum est, quando Christus dixit, Hoc facite in meam cōmemorationem, ergo baptismus etiam ab his qui nullum ordinem habent ministrari potest, ergo hac eadem ratione constat, tam infideles, quam fœminas, posse baptizare, quemadmodum subtiliter arguit *Suar. d. disp. 23. sect. 1.* B

Suarez Probatur tertio ratione. Quemadmodum enim hoc sacramentū baptismi institutū fuit à Christo in aqua, quia hoc elementū cōmune est omnibus hominibus; ità omnis homo debuit esse minister huius sacramenti, adhoc vt in casu extremæ necessitatis, tam salubre, ac necessarium remedium faciliter adhiberi possit. Baptismus. n. est sacramentū necessitatis, sine quo nullus homo salutem æternā consequitur; vnde congruū fuit, C vt quilibet homo, siue ordinatus, siue non ordinatus, siue fidelis, siue infidelis, siue excōmunicatus, siue hæreticus facultatē haberet ministrādi baptismū, ne infans in extrema necessitate cōstitutus ob penuriā ministrorū, tam salubri, tāq; necessario sacramēto priuus decederet.

Sed aduertēdū est, quod quāuis vnusquisq; homo, nec non, vnaqueq; mulier facultatē habeat ministrandi baptismū, non per hoc semper licet, sed tantum in casu extremæ necessitatis, idest in arti- D culo mortis, & tunc quando non adest sacerdos, nam presente Sacerdote non debet baptizare diaconus, nec presente clerico baptizare debet laicus, nec presente fideli, baptizat paganus, nec presente viro, baptizat fœmina, quia prout ex infradicendis clarius patebit in hoc ministerio dignitas attenditur personæ ministrantis, quatenus illa persona, quæ est melioris, & dignioris conditionis semper eligatur ad ministrandū. Imminente autem extrema necessitate si ba- E ptismus à ministro non ordinato, ministretur, aut nullum, aut saltem veniale erit peccatum, sed extra necessitatem huiusmodi minister baptizans, mortaliter peccat, sed sacramētum, validum, ac ratū remanet. Hoc totum desumitur ex

Augustin. verbis *D. August. lib. 2. cōtr. Epist. Parmen. cap. 13.* non multum ante medium, vbi sic ait. *Nulla enim cogēte necessitate, si fiat alieni muneris vsurpatio est, si autem necessitas vrgeat, aut nullum, aut veniale delictū est, sed, & si nulla necessitate vsurpetur, & à quolibet cuilibet detur, quod datum fuerit, non potest non datum dici, quamuis rectè dici possit illicitè datum.* F

Vazquez Suarez Hoc idem fusius probat *Vazquez super 3. part. S. Thom. q. 67. disp. 147. cap. 1.* nec non, *& Suarez disp. 23. sect. 1. & colligitur ex Nicolao Papa in cap. a quodam iudaeo de consecration. dist. 4. & ex cap. Romanus ead. dist.* vbi sic habetur, *Romanus Pontifex non hominem iudicat, qui baptizat, sed Spiritum Dei subministrare gratiam baptismi etiam si paganus sit qui baptizat.* G

Superest nunc explicandum, quomodo intelligere debeamus testimonia Patrum Pontificum, & Conciliorum, quæ huic nostræ doctrinæ aduersari videbantur. Primo respondemus ad illud testimonium *Gregorij II. quod refertur in can. quot à Paganis de consecration. dist. 4. & est in Epist. ad Bonifac.* ibi summum Pontificem præcepisse, vt baptizati à paganis rebaptizarentur, non quia baptizati fuerant à non baptizatis, sed quia H baptizati fuerant nō in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Quapropter in illa epistola præcipit, vt in nomine Trinitatis baptizarentur. *Quos a paganis (inquit) baptizatos esse asseruisti, si ità habetur, vt denuo baptizet in nomine Trinitatis mādamus.* Hęc aūt explanatio, quā hic apposuimus ab omnibus Theologis cōmuniter recipitur, prout refert *Vazquez super 3. part. S. Thom. q. 67. disp. 147 cap. 2. nu. 6.* eamq; amplectitur *Suarez disp. 23. sect. 1.* Greg. papa Vazquez Suarez I

Conc. Elib. *Ad* testimoniū *Conc. Elibert.* respondent nonnulli, non precepisse illud Cōcilium, vt minister baptizans esset baptizatus, & non esset bigamus, sed tantū desiderasse, ne sacramētum baptismi ab homine non baptizato, & bigamo ministraretur. Sed hæc interpretatio leuissima est, nullum habens fundamentum, nam si verba Concilij subtiliter cōsiderentur, apertè apparet, illic Concilium non tantum desiderare, sed etiam pręcipere, vt in ministerio baptismi, hoc K quod iam diximus obseruaretur. Vnde melior est illa expositio, seu interpretatio, quam adfert, *Suarez disp. 23. sect. 1. vers.* Ad fundamentum, vbi dicit quod præfatum Concilium non asserit illam rationem tanquam adæquatam, neq; requirit illam conditionē tanquā simpliciter necessariam, sed solum, vt magis conuenientem si fieri potest. Vel dicamus cum *Vazquez d. disp. 47. cap. 12. n. 6.* Suarez Vazquez

A Ideo prædictum Concilium dixit fidelem baptizatũ, qui bigamus non sit posse in eo periculi casu baptizare, vt si inueniatur fidelis baptizatus, & non bigamus præferendus sit non baptizato, aut baptizato, & bigamo, ob id tamen non negat deficiente quocunq; alio posse nõ baptizatum, & bigamum baptizare.

Ad testimonia autem Patrum eodem modo respondere possumus, hoc est eos non requisiijsse hanc conditionem, tanquã simpliciter necessariã, ita vt in peri- B culo necessitatis extremæ, nõ baptizatus baptizare non posset, aut extra necessitatem, sacramentum à non baptizato iã collatum, irritum, & inualidum esset, sed potius tanquam conuenientiorẽ, itá vt presente baptizato paganus baptizare non auderet, vel nulla imminente necessitate, neq; paganus, neq; Christianus laicus baptismum ministraret, quia eo tempore hoc ministerium ad Episcopos *Vazquez* & Sacerdotes solúmodo pertinet. *Vazquez autẽ in 3.par.S.Tho.q.67.disp.147.* C *c.2.n.9.* alio modo ad testimonia Patrũ respondere nititur, ibi namq; probare contendit illos Patres, quos supra citauimus, nullo modo significasse, baptismũ solummodo à baptizatis esse conferendum, imò omnibus nõ baptizatis in articulo extremæ necessitatis hoc munus exercendum concessisse, vt licitè baptizarent, nec non, & sensisse extra hoc periculum extremæ necessitatis, ratum ac validũ esse baptismum, ab eis collatum.

D

CAPVT XIX

An mulier sacramentum baptismi conferre possit.

HAne quæstionem, non absq; causa dissoluendã aggredimur, nã aliũ- E de cõstare videtur fęminas nõ posse sacramantũ baptismi ministrare. Legitur *Concil. Carthag. S.Thom.* enim in *Conc.Carthaginens.4. cap.99. & 100. & refertur in cap. Mulier de consecrat.dist.4. & testatur D.Tho.3.par.q.67. art.4.* quod mulier quãuis docta, & sãcta viros in cõuenctu docere, vel aliquos baptizare non præsumat. Item accedit *Clemens Papa.* *Clemens Romanus lib.3. constitut. cap.9.* vbi baptismum à mulieribus collatum, tanquam irritũ, & illicitè, datũ damnat, ac

reprobat. *De mulieribus* (inquit) *baptizantibus scitote, quæ hoc tentant, non mediocre periculum eas incurrere quamobrem* F *non hoc cõsilium dẽmus, periculosum enim est imò vero præter legem, & impium.* Similia scribit *Tertullian. in lib. de præscrip. aduers. hæretic. & in lib. de baptism. c. 17.* *Tertull.* *Petulantia* (inquit) *mulierum, quæ vsurpauit docere, vtiq. non etiam tingendi ius sibi pariet nisi si qua noua bestia euenerit similis pristinæ, vt quemadmodum illa auferebat, ità aliqua per se eum conferat.* Vbi autẽ (tingẽdi ius) ponit prò baptis- G mo accipi debet quia idem est tingere, quam baptizare, vnde & minister in forma baptismi dicere posset *Ego tè intingo,* quę vox vtiq; ęquiualet huic, *Ego tè baptizo.* Deniq; idem *Tertullianus in lib. de* *Epyphan.* *baptism. capit. 7. nec non, & Epyphan. hęres. 42. & hæres. 79. in princip.* Marcionem de hac hæresi damnat. quia videlicet permictebat mulieres baptizare.

Sed his non obstantibus dicendum est mulieres posse sacramentum baptis- H mi in articulo mortis ministrare, quando abest ordinarius minister, nec non & is qui dignitate sexus, & fidei pręeminet. Ità docent communiter Doctores, & præcipuè *D. Thomas 3.par.q.67.art.4.* *S.Thom.* *Vazquez ibidem disp.147.capit.2. Suarez* *Vazquez* *disp.23.sect.1. Bellarminus de sacrament.* *Suarez* *baptism. lib. 1. cap. 7. Sotus, Ledesm. & alij* *Bellarm.* *quos citat, & sequitur* Henriq. *lib. 2. de sa-* *Sotus* *crament. cap. 28. §. 1. lit. L. Toletus lib. 2.* *Ledesma.* *cap. 20. nu. 1.* Bonaciu. *tom. 1. de sacrament.* *Henriq.* *baptism. disp. 2. q. 2. punct. 5. num. 5. & alij* I *communiter.* Toletus

Hec autem conclusio, probatur pri- Bonacin. mo ex *decreto Vrbani Papæ in Epistol. ad* *Vrbanus* *Vitalem Presbyterum Brixiensem, & re-* *Papa.* *fertur in cap. super quibus de consecrat. 30. q. 3. Super quibus* (inquit) *consuluit nos tua dilectio hoc videtur nobis hac sententia respondendum, vt baptismus sit, si instãte necessitate, fæmina, puerum in nomine Sanctæ Trinitatis baptizaverit.* Hoc idem *colligitur ex Concil. Florent. & ex Concil.* *Conc.Flor.* Carthaginens. *4. can. 100. & ex capit. Mu-* K *lier, & ex cap. de consecrat. dist. 4.* *Concil.*

Probatur secundo, ex sacra *Carthag.* scriptura *Exod. 4.* vbi legitur Sephoram, infantem circumcidisse, sed circumcisio fuit quædam figura nostri baptismi, ergo si in veteri lege fæmina poterat circuncidere, ità in noua lege imminente extrema necessitate potest fæmina baptizare. Item accedit consuetudo

Eccle-

A Ecclesiæ, qua obstetrices in necessitate infantem morti propinquum baptizant; prout optime notat *Henriquez lib. 2. de sacrament. cap. 28. §. 1. lit. L.* Hunc autem baptismum ab obstetricibus collatum, ratum, ac validum esse ex hoc profectò constat; quia si contingeret infātem superuiuere, nequaquam rebaptizandus est, nē baptismus reiteretur; sed tantum illæ cæremoniæ publicæ sunt adhibendæ quæ cogente necessitate fuerant omissæ.

Henriquez

B Ex his quæ hactenus diximus quodam dubium resoluendum nobis proponitur, & est an obstetrices sub præcepto peccati mortalis teneantur scire formam baptismi, adhoc vt in casu extremæ necessitatis licitè hoc sacramentum infantibus morientibus ministrare possint. Ad hoc respondent communiter Doctores, quod obstetrices tenentur scire formam baptismi saltem vulgari lingua, imo melius est, vt sub vulgari lingua, quam sub latina hanc formam discant,

C nam cum lingua latina sit eis prorsus ignota, faciliter in prolatione verborū aliquem errorem committere possunt. Quomodocunque autem res se habeat, hoc pro certo tenendum est, sub præcepto peccati mortalis eas teneri, quam primum hanc formam sub qualibet lingua discere. Ità docet *Emanuel sà verb. Babtismus num. 10. & 12. Nauarr. cap. 22. nu. 6. Paludan. in 4. dist. 5. q. 2. art. 1. Turrecremat. in cap. si mulier de conseeration. dist 4. Melchior Zambran cap. 1. dub. 16.*

D *casuum art. mort. Bartholomeus ab Angel. de baptism. §. 10. Reginaldus lib. 28. n. 45. Viualdus de baptism. cap. 14. nu. 19. Tolet. lib. 2. cap. 19. nu. 7. Bonacin. de sacrament. baptism. tom. 1. disp. 2. q. 2. punt. 5. proposit. num. 5.* vbi refert hanc opinionem esse communem, ibique in fauorem huius sententiæ citat *Suarez disput. 31. sect. 6.* at *Victorell. in additionib. seu in aphorism. Eman. sà verb. baptismus num. 12.* refert *Suarez* docuisse hoc præceptum saltem non esse, neq; naturale, neq; Ecclesiasticū.

Nauarr. Paludan. Turrecr. Zambran. ab Angel. Reginald. Viuald. Toletus Bonacina Suarez Victorell.

E Ratio autem qua hæc sententia confirmari potest ea est, quia ex ordine charitatis vnaquaque persona succurrere tenetur proximis suis in periculo extremæ necessitatis; sed faciliter contingere potest, vt infans recenter natus, quem obstetrix de vtero matris suscipit, repentinam mortem patiatur, quod frequenter huiusmodi infantibus euenire solet, vnde hoc periculo imminente ad obstetricem pertinet hunc infantem baptizare; tum quia ipsa proximior inuenitur F infanti, quem fortassis in sinu gestat; tum etiam, quia ipsa iugi experientia instructa, facilius infirmitatem, periclitanti infantis cognoscit, ideoque cōmodius ac citius imminenti periculo opportunum remedium præbere potest.

Superest nunc, vt respondeamus ad ea quæ in exordio huius capitis in contrarium adducta sunt. Et primo illa difficultas quæ ex verbis *Concil. Carthaginensis* oritur, faciliter resoluitur; si dicamus cum *S. Thom. 3. part. q. 67. art. 4. ad primum* Quod sicut mulieri non permit- G titur publicè docere, potest tamen priuata doctrina, vel monitione aliquem instruere; ità non permittitur ei publicè vel solemniter baptizare; sed tamen potest baptizare in necessitatis articulo.

S. Thomas

Deinde ad id quod asserit *Tertullianus loc. cit.* respondendum est cum *Pamel. schol. 117. in lib. Tertull. de baptism. cum Vazquez disput. 147. capit. 2. num. 13. Suarez disput. 31. sect. 1. & aliis,* quod ibi Tertullianus tantummodo do- H cere voluit, damnabile, atque execrabile esse quando mulieribus permittitur, vt extra periculum extremæ necessitatis, solenniter, & ex officio aliquem baptizent. Nunquam vero illum baptismum damnauit, qui in periculo extremæ necessitatis absque solemnitate ab ipsis mulieribus confertur. Imo nec asserere voluit baptismum ab eis extra periculum extremæ necessitatis collatū, irritum esse, atque inualidum; quia qui semel habet hanc potestatem baptizan- I di, semper eam habet, quamuis mortaliter peccet, quotiescunque baptismus illicitè ministratur. Itaque Tertullianus solummodo damnauit illud ministeriū mulierum, quæ nulla extante necessitate, ex officio baptizant; quas nimirum peccare mortaliter, ex eiusdem Tertulliani verbis deducitur. Denique in hac eadem significatione intelligenda accipiendaque est sententia Clementis Romani, nec non, & Epyphanij, qui huic nostræ conclusioni aduersari videban- K tur.

Pamellius Vazquez Suarez



A

CAPVT XX.

Quæritur quisnam ex officio possit baptismum solemniter ministrare.

B ANtequã decisio præsentis quæstionis proferatur, supponendũ est, duplicẽ dari in hoc sacramento ministrũ. Primus dicitur minister solẽnitatis, cui cõuenit ex officio, & solẽniter baptizare. Secũdus vero dicitur minister necessitatis, cui cõpetit tantũ in necessitate, & non ex officio baptismum ministrare. His explicatis quærendum est, quisnam sit minister solemnitatis, ad quem pertinet ex officio, & solemniter baptismi, sacramentum ministrare.

*A*d propositam quæstionem respon-
C dentes dicimus primo Episcopum in sua diæcesi posse ex officio, & solemniter in quocunque casu, & euentu aliquẽ baptizare; quia ad ipsum pertinet ipso iure hoc sacramentum suis subditis ministrare. Ità *Suarez disp. 31. sect. 2. conclus. 1. Vazquez super 3. par. S. Thom q. 67 disput. 147 cap. 3. num. 15. & alij,* qui probant, atque contestantur, hanc opinionem extra controuersiam esse. Hoc idem expressis verbis edocuit *Tertullian.* in *lib. de baptism. cap. 17. num 114. Dandi qui-*
D *dem* (inquit) *habet ius summus* Sacerdos, *qui est Episcopus, dehinc Presbyteri, & diaconi, non autem sine Episcopi authoritate propter Ecclesiæ honorem.* Idem colligitur ex verbis *Clementis Romani lib. 3. constitution. cap. 11.* vbi hæc scribit. *Imò* (inquit) *neque reliquis clericis potestatem baptizandi facimus, vt lectoribus cantoribus ianuatoribus, aut ministris, nisi tãtum Episcopis, & Præsbyteris ministrantibus Diaconis.* Item ex *Isidoro lib. 2. de diuinis officijs capit. de baptism. Vnde constat*
E (inquit) *baptisma solis Sacerdotibus esse traditum, eiusq; mysterium nec ipsis Diaconis explere licitum est, absque Episcopis, vel Presbyteris nisi illis procul absentibus vltima languoris cogat necessitas, quod & laicis fidelibus plerunq; permittitur.*

Suarez
Vazquez
Tertull.
Clemens Papa
Isidorus

*S*ecundo dicendum est, Præsbyteros posse ex officio, & solemniter baptizare, vnde certum, atq; commune est apud omnes Theologos, Sacerdotem ex vi suæ consecrationis posse esse ministrum ordinarium baptismi. Ità *S. Thomas 3. par. q. 67. art. 2. & 1. Vazquez ibidem disp. 147. cap. 3. nu. 19. & 17. Alexand. Alens. 4. part. q. 8. membr. 6. art. 1.* Bonauent. *in 4. dist. 5. art. 1. quest. 1.* Richard. *ibidem art. 4. quæst. 1. Scotus dist. 6. q. 1. Sot. ead. dist. 6. q. vnic. art. 1.* Gabriel *q. 1. art. 2. conclus. 2. Marsilius in 4. q. 4. art. 4 corollar. 3. Ledesm. 1. par. 4. q. 8. ar. 2. Suarez disp. 31. sect. 2. conclus. 2. Pesantius super 3. part. S. Thom. q. 67. art. 2. S. Antonin. 3. part. tit. 14. capit. 13. nu. 4.* Nugnus *super 3. part. S. Thom. q. 67. art. 2* Coninch. *ibid. dub. 1 Reginald. lib. 27. cap. 6. num 37. Angles de baptis q. 3. art. 1. conclus. 1. Henriquez lib. 1. cap. 28. num. 1. Valentia tom. 4. disput. 4. q. 2. pun. 1. Phylarch. 2. part. lib. 1. capit. 8. Syluest. verb. baptismus 3. num. 1. Toletus lib. 2. cap. 20. Bonacin. tom. 1. disp. 2. q. 2. punct. 5. prop. 1. nu. 2. & alij communiter.*

F
S. Thomas
Alexand.
Bonauent.
Richard.
Scotus
Gabriel
Marsilius
Sotus
Ledesma
Suarez
Vazquez
G
Pesantius
Antoninus
Nugnus
Coninch.
Reginald.
Angles
Henriquez
Valentia
Philiarch.
Syluester
Toletus
H
Bonacina
Concil. Fl.

Hæc autem conclusio probatur primo ex *Concil. Florent. post vltimam sessionem, § primum omnium,* vbi sic habetur *Minister* (inquit) *huius sacramenti est Sacerdos, cui ex officio competit baptizare.* Quo in loco loquitur Concilium de sacramento baptismi (prout exponunt Vazquez, *Suarez, & Bonacin locis citat.*) vnde Sacerdos potest ex officio quoscunque solemniter baptizare. Sed hoc non sine aliqua distinctione asserendum est, prout ex infra dicendis constabit.

Probatur secundo, ex *D. Hieronym. in Dialog. contr. Luciferian. nu. 20.* vbi significat Præsbyteros obtenta licentia ab Episcopo, posse baptizare. Sed clarius hanc nostram sententiã comprobant *Isidorus lib. 2. de diuin. offic. cap. de baptism. Clemens* Roman. *lib. 3. constitution. cap 11. Ignatius Epist. 13. ad Heron. Diacon. & Epyphan. hæres. 79.*

D. Hieron
Isidorus
I
Clemens
Papa
Ignatius
Epyphan.

Probatur tertio ratione, *S*acerdos namque ex vi suæ consecrationis potestatem habet conficiendi eucharistiam; sed nemo potest, consecrare panem in carnem, & vinum in sanguinem Christi, nisi prius baptismum susceperit, quia hoc sacramẽtum, est quædam ianua per quam introitum habemus ad cæterorũ *K*
sacramentorũ susceptionem; vnde constat, quod quicunque potestatem habet conficiendi Eucharistiam; potest similiter ex officio, & solemniter baptismum ministrare. Hæc ratio confirmatur sententia *D. Thomæ q. 67. ar. 2.* vbi rationem tedens cur baptizare ad officium Præsbyterorum pertineat; sic ait *Sacerdotes adhoc consecrantur, vt sacramentum corporis Christi conficiant, sicut supra dictum est*

S. Thomas

A *eſt. Illud autem eſt ſacramentum Eccleſiaſticæ vnitatis ſecundum illud Apoſt. 1.* Corin. 10 *Cor. 10. Vnus panis, & vnum corpus multi ſumus omnes qui de vno pane, & de vno calice participamus. Per baptiſmum autem aliquis fit particeps Eccleſiaſticæ vnitatis, vnde accipit ius ad menſam Domini accedendi. Et ideò ſicut ad Sacerdotem pertinet conſecrare Euchariſtiam (ad quod principaliter ſacerdotium ordinatur) ità ad proprium officium Sacerdotis pertinet baptizare. Eiuſdem enim videtur eſſe opera-* B *ri totum, & partem in toto diſponere.*

Hanc eandem rationem, quam affert D. Thomas, permulti Theologi recen- Suarez tiores proſequuti ſunt, & præcipuè Suar. Vazquez *diſp. 31. ſect. 2. verſ. ſecũdo eſt certũ,* Vazq. Bonacin. *diſput. 147. cap. 2.* ac nouiſſimè Bonacina *tom. 1. diſp. 2. q. 2. prop. 1. punct. 5.*

Denique alias duas rationes in confirmationem noſtræ ſententiæ hic apponere poſſumus, & ſunt illę, quas affert Suarez *Suar. diſp. 31. ſect. 2. vl. 2. Sacerd.* (inquit) *eſt ordinarius miniſter ſacramenti Eucha-* C *riſtiæ, quod ad incrementum ſpiritualis vitæ inſtitutum eſt, habet etiam poteſtatem ordinis ad ſacramentum pœnitentiæ, neceſſarium, quod eſt ad reparandam ſpiritualem vitam, ergo multo magis illam habebit ad baptiſmum adminiſtrandum, per quod datur ſpiritualis vita.* Deinde rationem ſecundam adducit, hæc verba ſubinferens. *Denique Sacerdos eſt in ſtatu, & ordine conſtitutus, in quo eſſe poteſt ordinarius paſtor animarum, ergo neceſſe eſt, vt ex vi ſuæ conſecrationis aptus ſit ad rege-* D *nerandos homines in Chriſto.*

Bellarm. Poſtremo loco notandum eſt ex Bel- Suarez *larmin. libr. 1. de baptiſm. capit. 7. Sua-* Vazquez *rez diſput. 21. ſect. 2. verſic. reſpondetur, & ex Vazquez ſuper 3. part. S. Thom. q. 67. art. 2. diſput. 147. cap. 3.* quod quamuis Sacerdos ex officio, & ex vi ſuæ conſecrationis poteſtatem habeat conferendi baptiſmum, tamen hoc munus exercere non poteſt, niſi obtenta licentia ab Epiſcopo, qua obtenta poteſt ſolemniter baptizare. Ratio autem, cur E hæc licentia neceſſario requiratur, hæc eſt, nam quamuis Sacerdos ex vi ſuæ cõſecrationis poteſtatem habeat baptizandi, tamen hanc poteſtatem habet reſpectu ſacramenti, quod miniſtrat, non autem reſpectu eius, cui hoc ſacramentum miniſtratur, circa quam perſonam nullam habet iuriſdictionem niſi eam, quã Epiſcopus ſpecialiter ipſi miniſtro concedit. Sacerdos itaque ex vi ſuæ ordinationis habet ſufficientem poteſtatem, vt dignè, & licitè hoc ſacramentum miniſtret, & quo adhoc poteſtas miniſtrandi, nullam habet dependentiam ab Epiſcopo, neque eius conceſſione indiget, & in hoc diaconum ſuperat. Sed vltra hanc poteſtatem ordinis reſpectu ſacramenti, requiritur poteſtas iuriſdictionis reſpectu perſonæ cui ſacramentum confertur, quæ videlicet poteſtas omnino dependentiam habet ab Epiſcopo, quia ipſe eſt ſuperior animarum paſtor, habens ordinariam iuriſdictionem circa oues ſibi commiſſas. G F

Ab hac autem regula excipitur quilibet Parochus, hic enim quandocunque vult, in ſua Parochia, abſque licentia Epiſcopi ſolemniter, & ex officio baptizare poteſt. Et ratio eſt, quia hanc facultatem, ſeù iuriſdictionẽ baptizandi, habent Parochi ex approbatione iuris hoc ipſum, quod in parochos eligũtur, quemadmodum Epiſcopi hanc eandem iuriſdictionem habent in ſingulos ſubditos ſuæ dięceſis, ex ſua ordinatione, & conſecratione in Epiſcopatum, hoc ipſũ H quod in Epiſcopos ordinantur, & conſecrantur. Ità *Vazquez d. diſput. 147. cap. 3. nu. 5.* Vazquez

Ex his quę hactenus diximus colligitur. Primo, Epiſcopum non poſſe priuare Parochum hoc miniſterio baptizandi, niſi ob legitimam cauſam; alioquin quod ei competit de iure ſuo, iniuſtè tolleret. Secundo non poſſe Parochum in aliena Parochia aliquem ſibi non ſubditum baptizare, niſi quando ex expreſſa ordinatione Epiſcopi hoc mu- I nus ſpecialiter ei iniungitur, vt aliquem ſolemniter baptizet; alioquin illicitè baptizaret, nam poteſtas ſolemniter baptizandi, quam ex approbatione iuris habet, tantummodo ad ſubditos ſuæ propriæ Parochiæ extenditur, non autem ad ſubditos alienæ Parochiæ. Secus autem dicendum eſt, ſi licentiam baptizandi ab ordinario Parocho obtinuerit; vel ſi periculum extremæ neceſſitatis immineat. Tertio poſſe Epiſcopum in ſua Diœceſi, cuicunq; ſacerdoti licentiam K baptizandi concedere, etiam ſi baptizandus ſuum proprium Parochum habeat, à quo poſſit baptizari. Et ratio eſt, quia poteſtas, & iuriſdictio, quam Epiſcopus ex vi ſuæ conſecrationis habet eſt ſuprema, atq; vniuerſalis, in omnes ſubditos ſuæ Diœceſis; vnde ad eum pertinet diſponere de quacunq; oue gregis ſibi commiſſi.

C A

CAPVT XXI.

Vtrum ad officium diaconi pertineat baptizare.

PArtem affimatiuam nobis suadere videntur hæc duo argumenta, quæ immediatè subinferuntur. Primo de
B B.Laurentio legimus plurimos baptizasse, quemadmodum refert D. Thomas
B. Thomas *3.par.q.67.art.1.ad 3.* sed B. Laurentius, eo tempore erat diaconus, ergo ad officium diaconi pertinet solemniter baptizare. Secundo ad officium diaconi
Dionysius pertinet purgare; prout docet *Dionys. in lib de Ecclesiast. Hyerarch. capit.5.* sed maximè, ac principaliter purgatur homo, a peccatis, quando solemniter baptizatur, quia tunc anima ab omnibus peccatis actualibus, nec non ab origi-
C nali culpa, lauacro aquæ baptismalis
Ephes.5. emundatur, iuxta illud Apostoli *Ephes.5 Mundans eam lauacro aquæ, in verbo vitæ,* ergo diaconus ex officio, baptismi sacramentum conferre potest.

Sed his non obstantibus, primo dicendum est diaconum ex vi suæ ordinationis, seclusa quacunque commissione non posse solemniter, & ex officio baptizare, quia regulariter loquendo non est, nec ordinarius pastor, nec idoneus minister ad hoc ministeriũ exercendũ.
D Hanc nostram conclusionem tanquam certam, & communem amplectitur.
S. Thomas *D.Thomas 3.par.q.67.ar.1. Vazquez ibid.*
Vazquez *disp 147.cap.4. Suarez disp.23.sect.2.vers.*
Suarez *tertio dicendum est, Toletus lib.2.capit.20.*
Toletus *num.1. Syluester verb.baptismus.3.num.1.*
Syluester *vbi dicit hoc verum esse, etiam si diaconus*
Lan.Suar. *sit Cardinalis, Laurent. Suarez in Epythom.*
Valentia *tit.de baptism.quoad ministrum §.5. nu.3.*
Sotus *Præterea de hoc vide Valent.tom.4. disp.4.*
Reginald. *q.2.Sot.in 4.dist.4.q.vnic.art.1.Reginald.*
Bellarmin. *lib.27.cap.6.num 4.Bellarmin.de baptism.*
E *lib.1.cap.7. Chamerot.de baptism. capit.4.*
Chamerot. *dub.5.& c. Henriquez lib.2.cap.27.* et *Bo-*
Henriq. *nacin. tom. 1. disput. 2. quæst. 2. pun.5.*
Bonacina *prop.1.*

Hæc autem conclusio probatur ex
Gelas.papa *Gelasio Papa in Epistol. ad Episcopos per Lucan. cap 9. & habetur in decretal. dist. 93. capit.13. Diaconos* (inquit) *propriam constituimus obseruare mensuram.* Et infrà subiungit dicens, *Absq. Episcopo, vel Presbytero baptizare non audeat, nisi prædictis ordinibus fortassè longius constitutis, necessitas extrema compellat.* Hoc idem F
apertè colligitur ex Conc. *Flor. loc. cit.* Concil.Fl.
quia enim ibi dicit, ordinarium ministrum baptismi esse Sacerdotem, cui cõpetit ex officio baptizare; apertè ostendit, nulli inferiori ministro hoc munus conuenire, prout subtiliter, & accurate
notat *Suarez disp. 23. sect. 2.* Denique Suarez
hoc idem desumitur ex *Clement. Ro-* Clem.papa
man. lib. 3. constitut. cap. 11. vbi sic ait, sed neque reliquos clericos ba-
ptizare permittimus, sed solos Episco- G
pos, & Præsbyteros ministrantibus illis diaconis. *Et lib.8.cap.52.* Nam, nec diacono (subiungit) ius est offerre sacrifi-
cium, vel baptizare. *Item ex Isidor.* Isidorus
lib 2.de offic capit.24. & habetur in capit. Epiphan.
constat, de consecration.dist.4. ex Epiphan. Ignatius
hæres.79. & ex Ignatio in Epist.ad Heron. diacon.

Insuper hanc eandem conclusionem confirmare possumus illa ratione, quam
adfert *D.Thom.3.part.q.67.art.1.* eamq; S.Thom.
amplectitur *Suarez disp.23. sect. 2. vers.* H
ratio vero est. Sicut cælestium ordinum Suarez
proprietates (inquit *D.Thom.*) *& eorũ officia eorũ nominibus accipiuntur (vt Dion. dicit c.7.celest.Hycrarch.) ità etiã ex nominibus ecclesiasticorum ordinum accipi potest, quid ad vnumquemq; pertineat ordinem. Dicuntur autem diaconi quasi ministri, quia videlicet ad diaconos non pertinet aliquod sacramentum principaliter, & quasi ex proprio officio præbere, sed adhibere ministerium alijs maioribus in sacramentorum exhibitione. Et sic ad diaconum* I
non pertinet quasi ex proprio officio tradere sacramentum baptismi, sed in collatione huius sacramenti, & aliorum assistere, &
ministrare maioribus, Vnde *Isidor. in tit.* Isidorus
de Sacerdot.perfection.cap.5.dicit, *ad diaconum pertinet assistere Sacerdotibus, & ministrare in omnibus, quæ aguntur in sacramentis Christi, in baptismo, siue in chrismate, in patena, & calice.*

Secundo dicendum est Diaconum ex licentia Episcopi, vel Parochi ob ali-
quam iustam, vel rationabilem causam K
posse solemniter baptizare, eo loco, vbi hæc consuetudo retinetur. *Ità* docent
communiter Doctores recentiores, & Vazquez
præcipuè *Vazquez super 3.par. S.Thom.* Suarez
q.67.cap.1.disp.147.cap.4.nu.28. Suarez Sotus
disp.23. sect.2. conclus.3.& 4. Sotus in 4. Coninch.
dist 4.q.vnic.art.1. Coninch. super 3.part. Caietanus
S.Thom. q.67. art.2. dub.1. Caietan. ibid. Valentia
Valent.tom.4.disp.4.q.2.Reginald.lib.27. Reginald.
cap.6.nu.40.Chamerot.de baptism. cap.4. Chamerot.
dub.5.

A Henriquez Bonacina Angles Laur. Suar. *dub. 5. Henriquez, & alij quos citat, & sequitur Bonacin. de Sacrament. baptism. disput. 2. q. 2. pun. 4. propos. 1. nu. 3. Angles in florib. Theolog. tit. de bapt. q. 3. ar. 1. conc. 2* vbi docet Diaconum in absentia Sacerdotis posse baptismũ solemniter ministrare. Idemq; tradit *Laurent. Suarez in Ephytom. tit. de baptism. quoad ministr. §. 5. num. 5.*

Hanc autem sententiam præfati Doctores comprobant ex *cap. baptisma de consecration. dist. 4. ex Glos. in cap. diaconus verb. necessitas dist. 93. & ex Pontificali Romano*, vbi in ordinatione Diaconi dicitur, diaconum debere prædicare, & baptizare: At quamuis diaconus hoc munus baptizandi ex licentia Episcopi, vel Parochi solemniter exercere posit, tamẽ præsente Sacerdote, & non impedito, non debet id facere quia hodie non est in vsu, seu consuetudine, vt præsente Sacerdote, Diaconus solemniter baptizet, quemadmodum, ex compluribus Doctoribus aduertit (B)

C Bonacina *Bonacin. tom. 1. de baptism. disp. 2. q. 2. pun. 4. prop. 1. n. 3.* At vbi consuetudo id permictit, potest omni seclusa dubitatione fieri.

Nec obstat, quod nonnulli scholastici antiqui solis præsbyteris officiũ baptizandi concesserunt, non autem diaconis, qui in inferioribus ordinibus sunt constituti. Hi autem Doctores sunt S. Thomas Alexand. Bonauent. *D. Thomas 3. par. q. 67. art. 1. Alex. Alens. 4. p. q. 8. memb. 6. a. 1. Bonau. in 4. q. 1. et aliȷ* Respondemus namq; horum Doctorum D Richardus mentem intelligendam esse, quãdo diaconus nullam licentiam ab Episcopo, vel Præsbytero obtinuit, tunc enim solemniter baptizare non potest, quod nimirum, & nos in exordio huius capitis edocuimus atq; probauimus. Non autem negauerunt isti Doctores, posse diaconum ex licentia Episcopi, vel Presbyteri, ob iustam causam solemniter baptizare. Hoc autem dicere audeo, quia, contrariam sententiam, expressé tenuisse; mihi, hand constat. Item hoc eodem E Syluest. modo exponenda est sententia *Syluestr. in summa, verb. baptism. 3. §. 1.* vbi docet diaconum solemniter baptizantem, in pœnam irregularitatis incidere. Exponenda enim est sententia Syluestri, tunc diaconum, pœnam irregularitatis contrahere, quando videlicet, non obtenta licentia ab Episcopo, vel Presbytero, illicité solemnem baptismum ministrat. Vide *cap. 1. de cleric. non ordin. min.*

Suarez Præterea notandum est ex *Suarez disput. 21. sect. 2. & ex Vazquez tom. 2. disp. 147. cap. 4.* quod diaconus iure diuino, rationе suæ ordinationis aptus, & idoneus est, cui non modo in extrema necessitate, sed etiam in alijs casibus vrgentibus, ministerium baptizandi ab Episcopo, vel Presbytero delegari possit. Imo si necessitas vrgeat, & Sacerdos sit absens potest iure suo ministerium baptizandi vsurpare, prout docet *Glos. in cap. diaconos, verb. necessitas dist. 93. Suarez disp. 23. sect. 2. vers. respondetur, & Ioseph, Angles in florib. Theolog. tit. de baptism. q. 3. art. 1. concl. 2.* Subdiaconis vero, vel clericis inferiorum ordinum, aut sæcularibus, non nisi in extrema necessitate facultas baptizandi conceditur, & tunc absq; solemnitate baptismum ministrare tenentur. Quod si queras differentiæ rationem, ea est, quam idem *Suarez loc. cit.* assignat, diaconus enim est sacratior subdiacono; vnde ex vi suæ ordinationis in casu vrgentis necessitatis, vbi adest talis consuetudo, potest solemniter baptizare obtenta licentia ab Episcopo, vel Presbytero, qui est ordinarius minister huius sacramenti. At subdiaconis, vel clericis inferiorum ordinum, aut sæcularibus, etiam in extrema necessitate, nullo modo ministerium solemnis baptismi commicti potest, sed solummodo in hoc periculo extremæ necessitatis eis conceditur, vt priuatim absq; aliqua solemnitate baptizare posint. Itá docent *Suarez d. disp. 23. sect. 2. conclus. 4. & Vazquez disput. 147. cap. 4.* quibus in locis vnanimiter asserunt hanc differentiam potius in iure Ecclesiastico, quam in iure diuino stabiliri, tum quia neq; ex sacra scriptura colligitur, neq; ex aliqua traditione constat, solemnitatem baptismi potius Presbytero, aut diacono, quã subdiacono, vel laico imponi; Tum etiã quia sicut solemnitas, & cæremoniæ, quæ in baptismo fieri solent, Ecclesiastico iure sunt inuentę, sic per consequens de iure Ecclesiastico esse videtur, quando Presbyteris, & diaconis imponitur, vt solemniter baptizent, subdiaconis vero, ac laicis, vt in extrema necessitate, priuatim, absq; aliqua solemnitate baptismi sacramentum ministrent.

[Right margin notes: F Vazquez; Glosa Suarez Angles G; H; Suarez Vazquez I; K]

A

CAPVT XXII.

Quanam persona in periculo extremæ necessitatis possint baptizare.

B PRopositæ quæstionis resolutio, ex diuersis conclusionibus, quas infra prestante domino efficiemus, clarè cõstabit. Prius autem supponendum est, in baptismo duplicem dari ministrum. Primus dicitur, vel (vt melius, ac proprius loquar) nuncupatur à Theologis, minister solemnitatis, & est ille, ad quem ordinariè pertinet, baptismi sacramentum solemniter ministrare, huiusmodi est Parochus, vel Episcopus, vel aliquis alius Sacerdos, cui ministerium baptizandi ab eodē Episcopo specialiter iniunctum est. C Secundus appellari solet minister necessitatis; ad quem pertinet, tantum in periculo extremæ necessitatis, priuatim, & absq; solemnitate baptizare, huiusmodi est subdiaconus; vel clericus inferioris ordinis, vel laicus, aut fœmina. In hoc igitur capite de ministro necessitatis tantummodo tractare intendimus; nam de ministro solemnitatis in præcedentibus sufficienter egimus.

Prima itaq; conclusio est, ministrum D necessitatis esse omnem hominem, rationis vsum habentē qui possit, ac sciat debitam formam proferre, ac materiam determinato subiecto applicare. Ità docent cõmuniter Doctores, & pręcipuè *D. Thomas 3. part. q. 67. Pesantius ibidem, Valentia tom. 4. disp. 4. q. 2. vers. tertij generis Vazquez 3. par. q. 67. disp. 147. cap. 5. Suarez disp. 23. sect. 2. Henriquez cap. 18. nu. 1. Richard. in 4. dist. 5. q. 1. art. 4. Alex. Alens. q. 16. membr. 2. Bonauent. ead. dist. 5. q. 1. Scotus q. 5. Angles in florib. Theolog.* E *tit. de baptism. quoad ministr. q. 3. art. 1. diffic. 1. conclus. 1. Pitigianus dist. 6. q. 1. art. 1. pag. 221. Bartholom. ab Angel. de baptism. §. 139. Victor. de sacrament q. 28. Rodriq. in summa de baptism cap. 25. concl. 2. nu. 1. Toletus lib. 2. cap. 20. n. 5. Graffius 2. part. lib. 1. cap. 1. nu. 29. Phyliarch. 2. par. lib. 1. cap. 8. Sayrus lib. 2. de sacrament. cap. 8. q. 2. art. 1. Chamerot. de baptism. cap. 4. dub. 1. Bonacin. tom. 1. de baptism. disput. 2. q. 2. propos. 2. num. 4. & alij communiter.*

S. Thom. — Pesantius — Valentia — Vazquez — Suarez — Richardus — Bonauent. — Alexander — Angles — Pitigianus — Victoria — Rodriquez — Toletus — Graffius — Philiarc. — Chamerot. — Bonacin.

F Hæc autem conclusio fundamentum habet in *decreto Eugenij IV. apud Conc. Florent. post vltimam sessionem, §. Primum omnium,* vbi hæc continentur verba. *In casu autem necessitatis nō solum Sacerdos, vel diaconus, sed etiam laicus, vel mulier, imò etiam paganus, & hæreticus baptizare potest, dummodo formam seruet Ecclesiæ, & facere intendat id, quod facit Ecclesia.* Item fundatur præfata conclusio in *decreto Ioannis VIII. in can. ad limina 30. q. 1. Gelasij in epist. 2. alias 6. quæ refertur can. diaconos dist. 93. ac demum in* G *decreto Nicolai Papæ ad consulta Bulgaror. cap. 104. & refertur in can. a quodam Iudæo de consecration. dist. 4.* Nos autem fusius hoc probauimus, in *cap. 18. & 19. huius lib. 2.* vbi testimonia sacrę scripturæ, Conciliorum, patrum, & Scholasticorum ad confirmandam hanc veritatem, contra Caluini errorem adduximus.

Conc. Flo. — Ioan. Papa — Gelas. pap. — Nicolaus Papa

Secunda conclusio est paganum posse baptismum in extrema necessitate ministrare, dummodo intētionem habeat H faciendi, quod facit catholica Ecclesia. Ita *S. Thomas 3. par. q. 67. ar. 5. Sotus, & Ledesma, & alij Theologi communiter in 4. sent. dist. 4. Vazquez super 3. pa. S. Thom. q. 67. art. 5. disp. 147. cap. 1. Suar. ibid. disput. 23. sect. 1. & 2. Pesantius in d. artic. 5. Henriquez lib. 2. de sacrament. cap. 28. §. 1. Toletus lib. 2. cap. 20. nu. 1. Angles in florib. Theolog. tit. de baptism. quo ad ministr. q. 3. ar. 1. diffic 1. concl. 1. & Bonacin. tom. 1. disp. 2. q. 2. proposit. 2. nu. 6.* Hoc autem I desumitur, atq; colligitur ex *cap. Romanus dist. 30. & decreto Nicolai I. in cap. a quodam, Iudæo de consecration. dist. 4. item ex Isidor. Gregor. & Serg. PP. cap. si quis per ignorantiam 1. quæst. 1. Insuper ex Vrbano Papa in cap. super quibus de consecration. 30. q. 3. & ex Concil. Florent. sub Eugenio IV. celebrato post vltimam sessionem, §. primum omnium.* Ex quibus apertè constat inaniter dubitasse *Tertullian. in lib. de baptism. cap. 17. & Hieronymum contr. Luciferian. ac Concilium Elibertin.* K *cap. 36.* an scilicet paganus in extrema necessitate baptismi sacramentum posse conferre.

S. Thomas — Sotus — Ledesma — Vazquez — Suarez — Henriq. — Pesantius — Toletus — Angles — Bonacina — Nicolaus Papa — Serg. Papa. — Isidorus — Vrban. pap — Conc. Flo. — Tertullia. — Hieron. — Conc. Elib.

Tertia conclusio est, laicum in extrema necessitate posse licitè baptizare, dummodo ibi nullus Sacerdos, vel alia persona Ecclesiastica adsit. Ità *S. Thom. q. 67. artic. 3. Sotus, & alij Theologi in 4. dist. 4. Richard. ead. dist. 5. q. 1. D. Bonauen. & Scotus q. 5. Angles de baptism. quoad ministr. q. 3. art. 1. diffic. 1. concl. 2. Ledesm.*

S. Thomas — Sotus — Richard. — Bonauent. — Angles — Ledesm.

Victoria. Suarez Vazquez Antoninus Nauarrus Alanus Toletus Bellarmin. Barthol. Ledesma Petr.Greg.

in 4. dist. 4. quæst. 8. *Victor.* §. 30. *Suarez disput. 23. sect.* 1. & 2. *Vazquez disput. 147. cap. 1. D. Antonin. 3. par. tit. 14. capit. 13. Nauarr. cap. 22. num. 6. Alanus de sacrament. capit. 50. Toletus lib. 2. capit. 20. num.* 1. Bellarmin. *in lib. de baptism. capit. 7. Barthol. Ledesm. difficult. 10. Petr. Gregor. lib. 2. Syntag. capit. 4. Cuchus lib. 5. instit. maior. 2. Somnius cap. 22 Henriquez lib. 2. de sacrament. capit. 28. §. 1. Syluest. baptism. 3. num. 10 Laurent. Suarez in Epythom. titu. de baptism.*

B

Somnius Henriquez Syluester Lau. Suar. Bonacina Ioan. Pap. Augustin. Isidorus

quoad ministr. §. 5. num. 10. & Bonacin. de sacrament. Baptism. disputat. 2. quæst. 2. proposit. 2. Hoc autem desumitur ex decreto Ioannis *Papæ VIII. in cap. Ad limina 30. quæst.* 1. vbi summus Pontifex opus baptizandi si necessitas exigat laicis concedit, sic dicens. *Laicis fidelibus iuxta Canonicam authoritatem si necesse fuerit, liberè conceditur.* Hoc idem colligitur ex *Augustin. in epist. ad fortunat. & refertur in cap. In necessitate de consecration.*

C

dist. 4. nec non ex Isidor. in lib. 2. de offic. cap. 24. & refertur in cap. Constat de consecrat.

Fæmina nō potest licitè præsente viro.

Quarta conclusio est fæminam in necessitate posse baptismi sacramentum ministrare, quando ibi nullus adest vir, vel si adsit, aliquod legitimum impedimentum habeat, aut baptizare omnino recuset; tunc enim, ne infans, absque baptismo decedat, mulier legitimè baptizare potest. *Ità D. Thomas 3. part. quæst. 67. artic. 4. Pesantius ibid.*

S.Thom. Pesantius

D

Vazquez Suarez Bellarmin. Sotus Ledesma Henriquez Toletus Syluester Lau. Suar. Bonacina

Vazquez disput. 147. capit. 2. Suarez disputat. 23. sect. 1. Bellarmin. de sacrament. Baptism. lib. 1. cap. 7. Sotus, & Ledesma, quos citat, & sequitur Henriquez lib. 2. de sacrament. capit. 28. §. 1. lit. L. Toletus lib. 2. capit. 20. num. 1. Syluester verb. baptism. 3. §. 1. Laurentius Suarez in Epythom. tit. de baptism. quoad ministr. §. 5. num. 11. & Bonacin. tom. 1. de sacrament. baptism. disput. 2. quæst. 2. proposit. 2. num. 5. Nos autem hoc idem fusius probauimus *in capit. 19. huius secundi libri.*

E

Angelus non est ordinarius minister baptismi

Quinta conclusio est, Angelū de lege ordinaria, & regulariter loquendo, non posse baptismum ministrare, tum quia non est homo, & tamen solis hominibus potestatem baptizandi dedit Christus dicens *Matth. vltim. euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.* Tum etiam quia Angelus cum sit purus spiritus, verba humana pronunciare non potest, quibus forma baptismi perficitur. *Item* virtus sacramentorum ex passione Christi secundum quod est homo deriuatur, cui in natura tantummodo homines, non autem Angeli conformantur.

Matt. vlt.

F

Ideoq; ad homines tantū, non autem ad Angelos pertinet, dispensare sacramenta, & in eis ministrare. Denique hanc nostram sententiam tenent communiter *Doctores in 4. dist. 6. ibique Scotus quæst. 1. S. Thomas 3. part. quæst. 64. artic. 7. Pesantius in dictum artic. 7. conclus. vnic. Alexand. Alens. in 4. dist. 6. quæst. 16. membr. 4. Richard. dist. 5. art. 2. quæst. 2. & artic. 4. quæst. 4. Gabriel. dist. 6. quæst. 1. Ledesm. quæst. 5. Syluest. Angel. & Tabien. verb. sacramentum Nauarr. cap. 22. in principio Astensis lib. 4. tit. 1. art. 5.* Suarez *disputat. 13. sect. 1.* Bellarmin. *de sacrament. lib. 1. cap. 24. Angles de sacrament. in gener. quæst. vlt. art. vlt. conclus. 1. Henriquez de sacrament. lib. 1. cap. 26. Filliucius de sacrament. tract. 1. quest. 1. num. 71. &* Bonacin. *de sacrament. in gener. disput. 1. quæst. 3. pun. 1. propos. 3. & de sacrament. baptism. disputat. 2. quæst. 2. proposit. 2. punct. 4. Pitigian. dist. 6. 4. 1. Graffius 2. par. lib. 1. cap. 4. num. 4. & alij* Nos autem hoc latius, ac fusius probauimus *in primo tomo lib. 3. cap. 15.*

G

S.Thom. Scotus Alexander Richadr. Gabriel. Ledesma Syluester Angelus

H

Tabiena Pesantius Nauarrus Astensis Suarez

I

Hæc autem regula suam patitur exceptionem, nam *Angelus* bonus ex particulari Dei dispensatione potest baptismi sacramentum alicui ministrare. Ita docent communiter Doctores, & præcipuè *D. Thomas 3. part. quæst. 64. artic. 7. Scotus in 4. dist. 6. quæst. 1. Alexand. Alens. quæst. 16. membr. 4. Gabriel quæst. 1. circa primam conclusion. Aureol. in 4. dist. 5. Caietan. & Vazquez super dictum art. 7. D. Thom.* Pesantius *ibidem conclus. 2. Sotus in 4. dist. 6. Ledesm. ead. dist. 6. quæst. 5.* Bellarmin. *de sacrament. in gener. lib. 1. capit. 24. Angles in florib. Theolog. de sacrament. in gener. quæst. vltim. artic. vltim. conclus. 2. & 5. Suarez disputat. 13. sect. 1. Archidiacan. de consecratian. dist. 4. Astens. lib. 4. tit. 1. artic. 5. Syluest. baptismus 3. §. 2. Tabien. baptismus 6. §. 4. Angelus baptismus 5. in principio Henriquez de sacrament. in gener. lib. 1. capit. 26. numer. 2. Caninchus, Nugn. & summa Coron. & alij quos citat, & sequitur* Bonacin. *de sacrament. in gener. disputat. 1. quæst. 3. punct. 1. proposit. 3. num. 10. & 11. nec non de sacrament.* Baptis. *disput. 2. quæst. 2. pun. 4. prop. 2.*

Bellarmin. Angles Henriquez Fillinc. Pitigianus Guffius Bonacina Vazquez Sotus

K

Aureol. Caietanus Coninch. Nugnus Archidiaconus *summa Corona*

Angelus potest ex Dei dispēsatione.

A *Ad* enim sententiæ comprobationem duplex ratio asignari potest.
1 Prima est, nam virtus Dei cum sit infinita, ac inlimitata talibus elementis, vel talibus personis non est alligata; vnde sicut alia sacramenta præter ea, quæ sunt instituta, adhuc Deus quocunque tempore instituere posset, ità pariter; & alios ministros idest Angelos, præter ordinarios asignare posset; quibus sic licitum baptismi sacramētum ministrare.
2 Secunda ratio est nam Deus sicut
B posset effectum sacramentorum absq; ipsorum vsu conferre; ità posset eorum ministros, Angelos instituere, quorum ministerio, sacramentum ministreretur, eorumque effectus conferatur; ergo ex particulari dispensatione *Angelus* bonus potest esse baptismi minister. Vide *Suarez disp 13. sect.1.*

Suarez

Diabolus de lege ordinaria nō potest

Sexta conclusio est, Angelum malum idest diabolum de lege ordinaria non posse ministrare baptismi sacramentum. Quod profectò ex his quæ supra
C diximus clarissimè constat, nam si de lege ordinaria Angelo bono hoc ministerium baptizandi minimè tribuitur, quanto minus, & Angelo malo, cum ipse incomparabiliter indignior, atque ineptior existat? Quapropter si nonnunquam constaret aliquem hominem ab Angelo malo fuisse baptizatum; hic baptismus nequaquam, vt ratus, & validus habendus est. Ità docent communiter Doctores, & præcipuè *D.Thomas 3.par.quæst.64.art.7.Caietan.*
D *ibid. Bellarmin. de sacrament. lib.1. capit. 24. Angles in florib. Theolog. de sacrament. in gener. quæst. vlt. art. vlt. concl.4. Sayrus lib.2. cap.3. art.2. Suarez disput. 13. sect.1. Pitigian. lib.6. quæst.1. art.6. conclus.1. Conimbus num.55. Pesant. super 3. par. S.Thom. quæst.64. art.7. concl. 2. Bartholom. ab Angel. §.174. & Bonacin. tom.1. de sacrament. in gener. disput.1. quæst.3. punct.1. propos.3. num.12.* Deniq; plures alias rationes hoc idem comprobantes, reperies *in primo tom. de*
E *sacrament. in gener. lib.3. cap.17.* vbi etiam decisam fuisse illam quæstionem reminiscor, an scilicet, ex particulari Dei dispensatione, seu de potentia Dei absoluta Angelus malus possit esse minister sacramenti. Vnde quidquid, ibi generaliter de omnibus sacramentis dictum est, hic de bapismo particulariter intelligere possumus. Quod agi, rationi consentaneum est, ne semel dicta repetamus.

S. Thomas
Caietanus
Bellarm.
Angles
Sayrus
Suarez
Pitigianus
Conimb.
Pesantius
ab Angelo
Bonacina

F Septima conclusio est, animam à corpore separatam de lege ordinaria, non posse esse baptismi ministrum. Ità docet *D.Thomas 3.par.q.64.art.7. in responsione ad secundum. Suarez disput.13. sect.1. Henriquez de Sacrament, in gener. lib.1. capit.26. Chamerot. de baptism. capit. 4. dub.4. Bonacin. tom.1. disp.2. de baptism. quæst. 2. punct. 4. proposit. 2. num.7.* Ad cuius sententiæ comprobationem duplex ratio asignari potest. Primo quia anima à corpore separata non potest verè, ac propriè homo appellari, quia G homo est quodam compositum ex anima, & corpore naturaliter vnitis, sed solis hominibus potestas baptizandi data est quemadmodū patet, ex illo *Matt.28.* Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Ergo, &c. Secundo quia ad validitatem sacramenti necessario requiritur, vt verba formæ corporaliter, & vitaliter proferantur, sed anima à corpore separata non potest corporali ore, & vitali loquutione verborum for- H mam proferre, prout docent *Suarez, & Henriquez locis citatis*, ergo anima à corpore segregata, sacramentum baptismi ministrare haud potest.

Nec anima à corpore separata.

S.Thomas
Suarez
Henriq.
Chamerot.
Bonacina

Ex his, quæ hactenus diximus collige, animam Sacerdotis beatam, non posse ecclesiastica conficere, aut sacramentum ordinis ministrare, quamuis ipsa characterem indelebilem in sè habeat. Et ratio est, quia dum à suo corpore segregata permanet, formam cuiuscunq; sacramenti proferre non valet. I

Sed quid dicendum est, si anima beata, vel in purgatorio existens iterum in hanc mortalem vitam reuertatur, & suo corpori iterum vniatur? Adhoc respondens *Alexand. Alensis* dicit, hanc animam non posse aliquod sacramentum ministrare. Sed opinio affirmans mihi verior, ac probabilior videtur quā tenēt K *D.Thom. Suarez, Tabien. Angel. Syluest. Sotus Ledesm. & Henriquez quos in primo tom. huius operis lib.3. c.18. citanimus*, ibiq; rationem asignauimus, cui hæc sententia innititur.

Alexander



A

CAPVT XXIII

Quæritur an vnicuiq; ministro, semper baptizare liceat.

B IN præcedentibus diximus in Sacramento baptismi, duplicem dari ministrum, primus minister solemnitatis appellatur, ad quem pertinet quocunq; tempore baptismum ministrare. Secundus, minister necessitatis nuncupatur, ad quem pertinet, tantummodo in periculo extremæ necessitatis baptizare.

Quæritur igitur. Primo an mortaliter, & grauiter peccet, ille, qui cum non sit Sacerdos, extra necessitatis periculum, baptizat. Respondeo affirma- C tiuè, etiam si absq; solemnitate à tali ministro baptismus ministretur. Ità S. Thomas 3. par. q. 67. art. 1. *Nugnus ibid. art. 6. diff. 3. Valentia tom 4. disput. 4. q. 3. pun. 1. versus finem, Suarez disp. 31. sect. 4. vers. secundo grauiter. Reginaldus lib. 27. cap. 6. num 38. & 46. Henriquez lib. 2. de sacramentis cap. 28. §. 1. & cap. 29. §. 1. Rodriquez cap. 25. conclus. 1. Graffius 2. par. lib. 1. cap. 4. nu. 3. Item accedit Bonauent. in 4. dist. 5. q. 1. Richard. ead. dist. 5. quæst. prima Scotus q. 5. Angles in florib. Theo-* D *log. tit. de baptism. q. 3. art. 1. difficult. 2. conclus. 1. Nauarr. in summa cap. 22. nu. 7. Sotus in 4. dist. 4. q. vnic art. 3. §. sit ergo prima conclusio, Caietan. super 3. part. S. Thom. q. 67. art. 4. Vazquez super 3. par. S. Thom. q. 67. art. 4. disp. 147 cap. 5. vers. vera tamen sententia est. Laurent. Suarez in Epythom. tit. de baptism. quoad ministr. §. 5. num. 23. & 24. & Bonacin. tom. 1. de baptism. disp. 2. quæst. 2. punct. 5. propos. 2. num. 9.*

S. Thomas, Nugnus, Valentia, Suarez, Reginald., Henriquez, Rodriquez, Graffius, Bonauent., Richard., Scotus, Angles, Nauarrus, Sotus, Caietanus, Vazquez, Lau. Suar., Bonacina.

Ad cuius sententiæ comprobationem E duplex ratio adduci potest. Prima est, 1 nam Ecclesia concedit, ac præcipit, vt ministret non Sacerdos, in periculo extremæ necessitatis baptizet, prohibet tamen, vt extra necessitatem baptismum conferat; prout notat *Bonacin. d. disp. 2. q. 2. pun. 5. propos. 2. num. 9.* Sed qui facit contra prohibitionē Ecclesiæ in rè graui, mortaliter peccat, ergo minister non Sacerdos extra extremā necessitatē baptizans, peccatū mortale perpetrat. Secunda ratio est, quia talis minister inde- F bito modo vtitur potestate sibi data, idest alienum ministerium vsurpando.

Bonac.

Hæc nostra conclusio extenditur, etiam ad cooperantem, nam cooperans cuicunque baptizanti sine authoritate extra extremam necessitatem, mortalerè peccat, prout docet *Reginald. lib. 27. capit. 6. numer. 47. & Victorell. in additionib. super Tolet. lib. 2. capit. 20. vers. Aliud.*

Reginald., Victorellus, Vazquez

Neq; præstanda est fides *Caietano, qui in 3. par. S. Thom. quæst. 67. art. 4.* docet, G laicum solemniter baptiaantem mortaliter peccare, si vero is absque solemnitate baptizet, & non ex contemptu, neque ex præsumptione id faciat, non mortiferum, sed veniale peccatum perpetrare. Nam oppositum expressè tenet communis opinio Doctorum, quos in exordio huius cap. citauimus, sed præcipuè contra hanc Caietani sententiam disputat *Vazquez super 3. part. S. Thom. q. 67. art. 4. disp. 147. cap. vltimo num. 29.* H

Caietan., Vazquez

Quæritur secundo an laicus solemniter baptizans irregularitatem contrahat. Respondeo, quemlibet laicum solemniter baptismum ministrantem, effici irregularem. Hæc est probabilior Doctorum opinio, quam tenent communiter *Scholastici in 4. dist. 6. Paludan. dist. 5. q. 2. Sotus in 4. dist. 4. art. 2. & dist. 25. art. 3. q. 1. Ledesm. 1. par. 4. q. 8. art. 2. D. Antonin. 3. par. tit. 28. cap. 1. Nauarrus cap. 22. nu. 7. Syluest. verb. irregularitas nu. 14. & 27. Suarez tom. 1. disp. 31. sect.* I *6. §. sed quares proprium, & Laurent. Suarez in Epythom. tit. de baptism. quoad ministr. 3. 5. nu. 15.* vbi refert hanc sententiam inter Scholasticos communem esse, atque desumi ex *cap. 1. de cleric. non ordin. ministr.*

Paludanus, Sotus, Ledesma, Antoninus, Nauarrus, Syluest., Suarez, Lau. Suar.

Quæritur tertio, an Sacerdos aliquem baptizans solemniter, non obtenta licentia à proprio Parocho, vel ab Episcopo ordinario, in irregularitatem incidat. Respondeo hunc Sacerdotem etiam extra necessitatem baptizantem, K nullam irregularitatem contrahere, neque in pænam excommunicationis incidere. *Paludan. Sotus, Nauarr. & alij quos citat, & sequitur Henriquez. lib. 2. de sacrament. cap 29. §. 2. Suarez tom. 3. disp. 31. sect. 4. §. Atq, hinc fit; Syluest. verb. Baptism. & verb. irregularitas, §. 12. Bonacin. tom. 1. disput. 2. quæst. 2. punct. 5. proposit. 2. num. 10. & Laurent. Suarez in Epythom. tit. de baptism. quoad*

Palud., Sotus, Nauarr., Henriq., Suarez, Syluester, Bonac., Lau. Suar.

Reginald. Valentia ab Angelo Armilla

A *ministr. §.5. num. 14. Propterea vide de hoc Emanuel. sà verb. baptismus num. 7. Reginald. lib.27. cap. 6.num.38. Valent. d.disput. 4.q.2.prop.pun.1. circa finem Bartholom. ab Angel. de baptism. §. 135. 136. & 137. & Armill. ver. baptis.nu.39.* Et ratio est, quia hic sacerdos non exercet actum, ad quem non sit ordinatus, q̃uis indebito modo illũ exerceat, vnde tantummodo actum iurisditionis, non autem ordinis sibi vsurpat, ac perinde irregularis, aut excõmunicatus minimè B efficitur, quia huic actui illicito nulla irregularitas, nullaq; excommunicatio est annexa; prout *Bonac. Suar. & Laur. loc. cit.* ex iuris dispositione colligunt.

Sotus Paludanus Henriq. Nauarrus Angelus Syluester Tabiena Suarez Lau. Suar. Abbas Maiolus

Sed hæc regula locum non haber in clerico non Sacerdote, qui etiam in casu necessitatis solemniter baptizat, hic enim efficitur irregularis, prout constat *ex cap.1. de cleric. non ordinat. minist. & docet Sotus dist.4.q.1.art.3.col.4. dist. 18. q.4.art.1 col.8. Paludan. dist.5. q.2.art.1. conf. 2. Henriquez lib. 2. de Sacrament.* C *cap.29.§.1.lit. D. Nauarr.cap.22. num.7. & cap. 27. num.242. Angel. Baptism. 5. Syluest. Baptism.3.§.1. Tabien. Baptism. 3. in princip. Suarez tom.3.disp.31. sect.4. §. Atque hinc fit, & Laurent. Suar. in Epythom.tit.de Baptism.quoad ministr.§. 5.num.14. Vide Abbat.in cap.1.de cleric. non ordin. minist.* Quapropter hac irregularitate iam contracta solus Papa dispensare potest, vt superiores ordines suscipere possit. Episcopus vero ad vsum susceptorum ordinum dispẽsat. *Nauarr.* D *cap.27. Maiol. de irregularit. lib.3. cap.13. Henriquez lib.2. de Sarament. cap. 29. §. 1. in comment. lit D. Suarez. tom.3. disp.31. sect. 4. §. Scio argumentum, & Laurent. Suar. in Epythom. tit.* de Baptism. *quo ad ministr. §.5. nu.23.* Quæ videlicet sententia fundatur *in c.2. de cler. nõordin. minist.*

Quæritur quarto, an Sacerdos absente proprio Parocho, ità vt eo tempore haberi non possit, periculo extremæ necessitatis imminente possit sollemniter baptismum ministrare absque culpa E mortali. Respondeo hunc Sacerdotem mortaliter non peccare, quia quilibet Sacerdos est per sè institutus minister ad hoc sacramentum, habetque potestatem illud administrandi. *Ità docet Suarez disp.23 sect.4. Valent. disp.4.q.2.pun. 1. versus fin. Emanuel Sà verb. baptismus num.7. Reginald. lib. 27. cap. 6. num.38. Bartholom. ab Ang. de baptis.§. 135. 136. & 137. Sylvest. ver. baptis. nu.39. Bonacin. tom.1. disput. 2.q. 2. pun.5. prop. 2.nu.10.*

Suarez Valentia Sà Reginald. ab Angelo Syluester Armilla Bonacin.

Quæritur quinto, an peccet, qui scienter, ac sponte baptismum suscipit ab eo, qui sacerdotalem ordinem non habet. F Respondeo hunc grauiter peccare; quod vtiq; intelligendũ est, si extra necessitatem baptismus conferatur; nam si in extrema necessitate baptismus ministretur nullo modo peccat. Sed multo grauius peccat ille, qui à viro hæretico, vel ab excommunicato denunciato extra necessitatem, baptismi Sacramentum suscipit. *Henriquez. lib. 2. de sacrament. cap.29. num.1.* Henriq. G

Quæritur sexto, an regularis exemptus excommunicetur, si cætera sacramenta præter baptismum secularibus, inuito parocho ministrauerit. Ad hoc affirmatiuè respondet *Henriquez lib. 2. de sacrament. cap. 29. §. 2. vbi citat Nauarr. cap.22. num 7. in fin. & cap.27. num. 101. q̃ colligit ex c. Placuit in 2.16.q.1.*

Henriquez Nauarrus

Quæritur septimo, an excommunicatus cæremonias baptismi sine eius substantia conferens, irregularis efficiatur. H Respondeo affirmatiuè, & ratio est, quia illud ministerium sacrum est. & cæremonia satis grauissima in Ecclesia, solique Sacerdoti ex officio commissa, & ad summum potest diacono in necessitate delegari. Ità *Suarez disput.11. tom.3. sect. 4.§. Atq; ex his & Laurent. Suar. in Epythom. tit. de baptism. quo ad ministr. §. 5. num.13:*

Suarez Lau. Suar.

CAPVT XXIV.

I

De ordine, quem ministri in collatione Baptismi obseruare debent.

EXtremæ necessitatis tempore quãdo infans periclitari incipit, debitus ordo in administratione baptismi seruari debet, quatenus persona dignior indigniori præferatur. Quapropter p̃sente viro non debet baptizare K fœmina sed vir; p̃sente clerico nõ debet baptizare laicus, sed ipse clericus; p̃sente Sacerdote, nõ debet baptizare clericus, etiã si sit Diaconus, ac demũ p̃sente laico fideli non debet baptizare infidelis, aut hæreticus, aut scismathicus. Ità docent cõmuniter Doctores, & præcipuè *Bellarmin. lib. 1. de baptism. cap. 7. Emanuel. sà verb. baptismus num.7. Henriquez lib. 2. de sacrament. cap.28. in fin.*

Bellarmin. Sà

Sotus

Henriquez. Sotus. Suarez. Valentia. Vazquez. Rodriquez. Coninch. ab Angelo. Angles. Graſſias. Philiarc. Chamerot. Toletus. Viualdus. Victoria. Nauarrus. S. Thom. Paludanas. Gabriel. Syluester. Lau. Suar. Bonaciaa.

A *Sotus in 4. diſt. 4. art. 2: Suarez diſp. 31. ſect. 4. verſ. ſed quares 1. Valentia diſput. 4. quaſt. 2. pun. 1. verſ. Quamuis, Vazquez ſuper 3. p. S. Thom. quaſt. 67. art. 1. diſput. 147. cap. vlt. num. 32. Rodriquez in ſumma de baptiſm. cap. 25. concluſ. 1. Coninchus quaſt. 67. dub. 2. Bartholom. ab Angel. de baptiſ. §. 139. Angles quaſt. 3. de baptiſm. art. 1. difficult. 2. Graſſius 2. par. lib. 1. cap. 4. nu. 2. Phyliarcus 2. par. lib. 1. cap. 9. Chamerota de baptiſm. cap. 4. dub. 5. Toletus lib. 2. cap. 19. num. 8. Viualdus de baptiſm.*
B *cap. 4. num. 6. Victor. de baptiſm. §. 30. Nauarr. cap. 22. num. 7.* Hoc idem pariter docuit *D. Thomas 3. par. q. 67. art. 4. Paludanus in 4. diſt. 5. q. 2. concluſ. 5. num. 7. Gabriel. in 4. diſt. 6. q. 1. art. 2. poſt concluſionem 2. Syluester verb. baptiſmus 3. non longè à principio, Laurent. Suar. in Epythom. tit. de baptiſm. quo ad miniſtr. §. 5. num. 16. & Bonacia. tom. 1. diſp. 2. de ſacrament. baptiſ. q. 2. pun. 5. propoſit. 2. nu. 11.*

Ratio autem, qua hæc ſententia confirmatur hæc eſt. Solis enim Epiſcopis,
C ac Sacerdotibus conuenit, ex officio extra neceſſitatem, & in caſu neceſſitatis baptizare; quemadmodũ in pcedẽtibus ſufficienter probauimus, inferioribus autem miniſtris tantumodo in extrema neceſſitate, non quidem ex officio baptizare conuenit. Hoc autem miniſteriũ eo tempore ipſis conceditur, imò, & ab Eccleſia imponitur, non ob aliam cauſam, niſi quia neceſsitas id exigit; eo quod ibi ordinarius miniſter non adſit, cui conuenit ex officio baptizare. Sed
D ſi Sacerdos ibi ſit præſens, illa neceſsitas ceſſat, qua compellebatur extraordinarius miniſter baptizare; ergo præſente Epiſcopo, Parocho, vel quolibet Sacerdote; neque diaconus, neque alius inferior miniſter infantem baptizare debet. Item in miniſterio ſacramentorum, nulla cogente neceſsitate. ſemper miniſtri digniores ſunt eligendi; ad hoc vt ipſa ſacramenta ſanctè, dignè, ac reuerenter tractentur. Sed hoc perfectè, ac plenè adimpletur, ſi ille ordo, quem ſupra pro-
E poſuimus obſeruetur, quia ſemper perſona dignior, indigniori præfertur, ergo, &c.

Ex his, quæ hactenus diximus colligitur primo peccare mortaliter laicum, qui præſente Sacerdote, & non impedito, nec recuſante aliquem infantem, etiam in extrema neceſsitate baptizat. *Et* ratio eſt, quia Sacerdos eſt miniſter per ſè, & ex directa intentione inſtituentis; vnde nullo exiſtente impedimento, ipſe tenetur id adimplere, ad quod ex F officio tenetur. *Suarez tom. 3. diſp. 31. ſect. 4. §. ſecundo grauiter Sotus in 4. diſt. 4. qu. vnic. art. 2. Vazquez ſuper 3. par. S. Thom. q. 67. art. 4. diſput. 147. cap. vlt. Laurent. Suarez in Epythom. tit. de baptiſm. quo ad miniſtr. §. 4. num. 19. & alij:* Hoc idem dicendum eſt, ſi Sacerdos vrbanitatis cauſa laico licentiam baptizandi concedat, quia nullam poteſtatem habet concedendi hanc licentiam peruertendo ordinem, & inſtitutionem intentam à Chriſto Domino. *Vide Suar. &* G
Laurent. Suarez locis cit. Sed ſi Sacerdos expreſsè baptizare renuerit infantem mortem propinquum, tunc laicus, abſq; culpa baptiſmũ conferre poteſt. *Et* ratio eſt, quia tunc idem eſt, ac ſi Sacerdos nullatenus adeſſet, ac perinde caſus extremæ neceſsitatis immineret, in quo quilibet miniſter abſque culpa baptizare valet.

S. Thomas. Suarez. Sotus. Vazquez. Lau. Suar.

Colligitur ſecundo peccare ſaltem venialiter, eum qui hunc ordinem peruertere audet, quando ſcilicet nullus H
ibi adeſt Sacerdos, vel alia perſona, cui competit ex officio baptizare. Quapropter præſente clerico non ſacerdote, & laico, ſi laicus baptizat, venialiter peccat. Nullo modo tamen peccare mortaliter quis poteſt; ſi ſcilicet infidelis præſente fidele, vel laicus præſente clerico non præsbytero vel mulier præſente viro baptizauerit; nam nulli horum miniſtrorum competit ex officio baptizare; vnde quicunque præfatum ordinem peruertit, mortaliter nequaquam pec- I
cat, quia hoc miniſterio, alienum *Ius* ſibi non vſurpat. Ità *Vazquez ſuper 3. par. S. Thom. q. 67. art. 4. diſput. 144. cap. vltim. Suarez. tom. 2. diſput. 31. ſect. 4. §. Vnde tertio Henriq. lib. 2. de ſacrament. cap. 29. & Laurent. Suarez. in Epythom. tit. de baptiſm. quo ad miniſt. §. 5. nu. 20.*

Vazquez. Suarez. Henriquez. Lau. Suar.

Colligitur tertio ſimplicem ſacerdotem, mortaliter peccare, quando in extrema neceſsitate aliquem baptizare præſumit inuito Parocho, qui ſcit, vult, ac poteſt eo tempore baptiſmi ſacramẽ- K
tum ſuo ſubdito cõferre. Ità *Suarez tom. 3. diſput. 31. ſect. 4. §. ſed quæres primo.* *Et* ratio eſt, quia quamuis ſimplex ſacerdos ſit ſufficiens poteſtate ordinis, non tamen eſt ſufficiens poteſtate *Iuriſ*dictionis ad hoc miniſterium adimplẽdum, quando ibi ordinarius Paſtor, & miniſter adeſt, & nullum impedimentum habet. Vnde quamuis extrema neceſsitas immineat; tamen quia ordinarius

Suarez.

A rius Pastor, & minister adest, & nullum
impedimentum habet. Vnde quamuis
extrema necessitas immineat, tamen
quia ordinarius minister baptizare
paratus est; si simplex Sacerdos baptiza-
re auderet, grauiter peccaret, quia pro-
prium ius alteri tolleret. Verumtamen
si proprius *Pastor* baptizare infantem
periclitantem renuerit, tunc non solum
simplex Sacerdos, sed & quilibet mini-
ster absq; culpa baptizare potest, nam
saluti proximorum vnusquisq; succur-
B rere, ac subuenire tenetur, & in hoc ca-
su idem est, ac si extrema necessitas im-
mineret, in qua vnicuiq; ministro bapti-
Bonacina zare licet. Vide *Bonacin. tom. 1. disp. 2.*
Henriq. *de baptism. q. 2. pun. 5. propos. 2. nu. Henri-*
Suarez *quez lib. 2. de sacrament. cap. 28. in fi. Sua-*
Reginald. *rez tom. 3. disp. 31. sect. 4. Regiauld. lib. 27.*
cap. 6. num. 55.
Colligitur quarto, ceteris paribus, in
hoc ministerio præferendum esse iustũ
peccatori, quia semper habenda est ra-
tio, vt ipsum sacramentum dignius à di-
C gnioribus ministris ministretur. Sed
Sacerdos quãuis sit peccator, sẽper infe
rioribus ministris est prefere͂dus; quia
ei, & nõ alijs ex officio baptizare cõpe-
Suarez tit, *Suar. to. 3. disp. 31. sect. 4. §. quarto simili*
Lau. Suar. *ter dicendum, & Laur. Suar. in Epythom.*
tit. de baptism. quo ad minist. §. 5. nu. 17.
Sed non leue dubium est, an Sacerdos
excõmunicatus, laico sit præfere͂dus, nã
Henriq. *Henriquez lib. 2. de sacrament. §. 28. in*
Victoria *fin. affirmat, & prò se adducit Victor. §. 30.*
Nauarrus *Nauarr. vero cap. 22. nu. 7. vers. 6. in fine,*
expressè negat. Ego autem in hac con-
D trouersia meam sententiam proferens,
existimo in hoc casu laicum præferen-
dum esse Sacerdoti excõmunicato. Nam
quamuis Sacerdos ex officio potesta-
tem habeat ministrandi baptismum; at-
tamen hæc potestas vinculo, excommu-
nicationis quodammodo est alligata;
itá vt in extrema necessitate, nullo alio
existente ministro, ei baptizare liceat.
Sed in casu nostro adest minister, qui
impedito Sacerdote licitè, baptizare
potest; ergo, &c.
E Colligitur quinto, ferè semper esse
peccatum mortale quãdo infidelis, aut
hreticus fideli, vel catholico præfertur.
Et ratio est, quia non decet absque ali-
qua necessitate, ad ministrandum ba-
ptismi sacramentum admittere eum
qui extra Ecclesiæ gremium residet. Itẽ
in sacramentorum ministerio semper
persona dignior est eligenda, prout in
præcedentibus sufficienter probauimus;
sed dignior est fidelis, infidele, & catho- F
licus hæretico; ergo, &c. Vide *Suarez* *Suarez*
tom. 3. disput. 31. sect. 4. §. sed obycies, & *Lau. Suarez*
Laurent. Suar. in Epythom. tit. de baptism.
quoad minist. §. 5. nu. 22.
Colligitur sexto, & vltimo præferre
peccatorem iusto in ministerio baptis-
mi solemnis, peccatum mortale esse,
quando contingit cætera esse paria.
Ratio autem, cui hæc sententia inniti-
tur, est illa, quam paulo antea adduxi-
mus, præferendum scilicet esse dignio-
rem ministrum indigniori vt sacramen- G
tum dignius, ac decentius ministre-
tur. Oppositum autem tenendum est, si
inter ministros non sit æqualitas, veluti
si simplex Sacerdos sit peccator, diaco-
nus vero sit iustus, tunc enim Sacerdos
baptizare debet, vel si proprius Paro-
chus sit peccator, & simplex Sacerdos
sit iustus; tunc enim baptizandus baptis
mum petere debet ab eo, cui competit
ex officio ministrare baptismum, nam
quidquid ab eo petitur iustum est, & iu-
re petitur. Ita *Suarez tom. 3. disput. 31.* H
sect. 4. §. quarto similiter. *Suarez*
Denique notandum est peccare mor-
taliter ordinarium Parochum, qui ali-
quem ex suis subditis periclitantem
prospiciens, eum baptizare recusat, tum
quia ei ex officio competit suos subdi-
tos baptizare, tum etiam, quia vnus-
quisque ex ordine charitatis tenetur
proximo suo in extrema necessitate
subuenire *Banacin. tom. 1. disp. 2. q. 2. p. 5.* *Bonac.*
prop. 2. nu. 11.
I

CAPVT XXV

De dispositione, quam minister in ministerio baptismi habere debet.

MVlta siquidem in ministro baptis-
mi requiruntur adhoc, vt Sacra-
mentum licitè, valide, ac dignè mini- K
strare valeat. Requiritur primo, vt tẽpo-
re administrationis, sit in gratia, quod
tantummodo ei conuenit, qui est ordi-
narius minister, & ad quem ex officio
pertinet, solemniter baptizare. Qua-
propter Parochus, vel Episcopus, vel Sa-
cerdos, solemniter, baptizans cum con-
scientia peccati mortalis, læthaliter
peccat. Itá *Suarez tom. 3. disput. 31. sect.* *Suarez*
5. §.

Nauarrus Henriq. Victoria Graſſius Bonacina Reginald. Lau. Suar. Toletus

A *§. S. ſecundum caput, & diſput. 26. ſect. 4. §. Atq; hinc aperte Nauarr. cap. 22. num. 7. Henriquez lib. 2. de ſacrament. cap. 29. §. 4 Victor. de baptiſm. §. 34. Graſſius, & alij quos citat, & ſequitur Bonacin. tom. 1. diſput. 2. q. 2. punct. 5. propoſ. 2. nu. 12. Reginald. lib. 27. cap. 6. nu. 47. Laur. Suarez in Epythom. tit. de baptiſm. quo ad miniſt. §. 5. num. 26. Toletus lib. 2. cap. 20. num. 2.* Et ratio eſt, quia ordinarius miniſter, ſemper debet eſſe diſpoſitus, vel ſaltem tempore miniſtrationis, vt digne, & fi-B deliter ſacramentum conferre poſsit; ad cuius miniſterium adimplendum ex officio tenetur.

Sylueſter Suarez Henriquez Victorell. Toletus Bonacina

Ille autem qui non eſt ordinarius miniſter, nec Sacerdos, ſi in aliqua vrgente neceſſitate, aliquem baptizauerit, quamuis conſcientiam peccati mortalis habeat; tamen ſic miniſtrans, mortaliter non peccat. Ità *Suarez tom. 3. diſp. 31. ſect. 5. Syluest. baptiſm. 3. q. 4. Henriq. lib. 2. de Sacrament. cap. 29. §. 4. Emanuel ſâ, quem citat, & ſequitur Victorell. in* C *Aphoriſ. tit. de baptiſm. num. 1. Tolet. lib. 2. cap. 20. num. 3. Laurent. Suarez in Epythom. tit. de baptiſm. quoad miniſt. §. 5. nu. 26. Reginald. lib. 27. cap. 6. nu. 47. Bonacin. tom. 1. diſp. 2. q. 2. pun. 5. prop. 2. nu. 17. & alij communiter*. Quam ſententiam intelligendam eſſe, præfati Doctores docent, quando talis miniſter priuatim abſque ſolemnitate baptizat. Ratio autem, qua hæc noſtra ſententia confirmatur eſt, nam hic miniſter non tenetur ex officio baptizare, vnde ſi contingat, de-D bitam diſpoſitionem eum non habere, quæ ad dignam miniſtrationem ſacramenti eſt neceſſaria adhuc baptizans, nequaquam mortaliter peccat, quia vt diximus, nõ tenetur eſſe diſpoſitus ad hoc ſacramentum dignè miniſtrãdum, eo quod ad ipſum non pertineat ex officio, huiuſmodi miniſterium exercere.

Item requiritur, vt miniſter baptiſmi, nullius cenſuræ ſiue excõmunicationis vinculo ſit alligatus; vnde peccat E mortaliter ille qui cum ab Eccleſia per excõmunicationem, vel aliam cẽſuram ſit interdictus, ſacramentum baptiſmi abſque vrgente neceſſitate miniſtrat. Et ratio eſt quia contra Eccleſiaſticam cenſuram agit, & indignè ſacramentum tractat. Quapropter ex vtroque titulo grauiter peccat, ſi baptiſmum ſolemniter miniſtrare auſus fuerit. Ità docet

Suarez Lau. Suar.

Suarez tom. 3. diſput. 31. ſect. 5. §. ſecundũ caput, & Laurent. Suar. in Epythom. tit. de baptiſm. quoad miniſt. §. 5. num. 27. Si au-F tem hic miniſter excõmunicatus, ſit Clericus in pœnam irregularitatis incidit prout habetur *in cap. 1. de rè iudic. & in cap. 1. cum alijs de ſentent. excommunication. in 6. & docet Suarez loc. cit.*

Si vero hic miniſter excõmunicatus, ſit Clericus, & tamen baptiſmi Sacramentum non ſolemniter, ſed priuatim adminiſtrauerit; tunc quidem mortaliter peccat, quia ſacramentum abſque neceſſitate indigne miniſtrat, at non efficitur irregularis, quia non exercet G actum ad quem aliquis ordo ſit ſimpliciter neceſſarius. Quemadmodũ docent *Couarruuias, & alij in Clem. ſi furioſus par. 1. §. 1. num. 1. Suarez d. diſp. 31. ſect. 5. & Laurent. Suarez d. §. 5. nu. 27.*

Couarr. Suarez

Sed ſi contingat clericum, vel laicum excõmunicatum, vel alia cenſura Eccleſiaſtica aſtrictum, in extrema neceſſitate baptiſmum miniſtrare, abſque ſolemnitate, tunc quidem abſque aliqua ambiguitate dicendum eſt, hunc miniſtrum mortaliter non peccare, neque H irregularem effici, nam hic non eſt miniſter ad hunc effectum conſecratus, aut deputatus, quatenus ad ipſum pertineat, ex officio baptiſmum ſolemniter miniſtrare; neque excõmunicatio, aut quælibet eccleſiaſtica cenſura impedit quin in extremæ neceſſitatis periculo baptizare poſſit. Ità docet *S. Thomas q. 94. art. 6. Nauarr. in ſumma cap. 25. num. 72. Henriquez lib. 2. cap. 29. nu. 4. Suarez tom. 3. diſput. 31. ſect. 5. §. ſecundum caput. Bonacin. tom. 1. diſp. 2. q. 2.* I *propoſ. 2. num. 17. Reginald. lib. 27. cap. 6. nu. 47. & Laurent. Suar. in Epythom. de baptiſm. quoad miniſt. §. 5. nu. 27.*

S. Thomas Nauarrus Henriquez Suarez Bonacina Reginald. Lau. Suar.

Præterea miniſter baptiſmi animaduertere, atque curare debet, vt hoc ſacramentum dignis, & benè diſpoſitis miniſtretur. Et ratio eſt, quia ille, cui ſacramẽti alicuius adminiſtratio commiſſa eſt, debet hoc munus tanquam fidelis diſpenſator peragere, vt ſancta ſanctis miniſtrentur. Vide *Suarez tom. 3. diſput. 21. ſect. 5. §. Secundum* K *caput, & diſput. 18. ſect. 2. §. Dico ergo primo, & diſp. 24. ſect. 2. §. ſed quæres, & Laurent. Suarez in epythom. tit. de baptiſ. quo ad miniſtr. §. 5. num. 28.* Vnde mortaliter peccat ille miniſter, qui baptiſmi ſacramentum confert eis, quos nouit indignè ſuſcipere; prout docet *Henriquez lib. 2. de Sacram. cap. 29. §. 4.*

Suarez Henriq.

Præterea in miniſtro baptiſmi requiritur, vt ipſe intentionem habeat bapti-

A baptizandi prout docet Villalob. de bapt. conclus. quibus adjiciatur S. Thom. 3. par. q. 64. art. 8. Idemque fatetur Suarez disp. 31. sect. 5. Reginald. lib. 27. num. 48. Graffius 2. part. lib. 1. cap. 3. nu. 31. Henriquez lib. 2. de sacrament. cap. 19. §. 3. Nauarr. cap. 22. num. 7. & Bonacin. tom. 1. disput. 2. q. 2. punct. 5. proposit. num. 22. Vide de hac re Doctores in 4. sent. dist. 6. Alex. Alens. q. 19. memb. 1. D. Thom. 3. part. q. 64. art. 8. Richard. in 4. dist. 6. q. 2. art. 1. Bonauent. q. 1. & 2. art. 2. Scot. q. 5. & 6. Durand. q. 2. Ledesm. q. 5. Angles de sacrament. in

B gener. quaest. 2. concl. 2. & 3. Valent. tom. 4. disp. 3. q. 1. punct. 2. Vazq. 3. par. tom. 2. disp. 136. cap. 5. Sayr. de Sacramentis cap. 4. §. 1. Notandum. Bellarmin. lib. 1. de sacrament. cap. 27. Tolet. lib. 2. cap. 1. num. 3. Tradidi de sacramentis in genere. 3. num. 8. Petr. Ledesm. de sacramentis in commun. cap. 4. conclus. 11. conclusio. Vivald. tom. 3. part. tit. 13. cap. 6. num. 2. Reginald. num. 40. Fillinc. de sacram. in commun. tom. 1. cap. 5. q. 2. Chamerot. Nugn. Pesant. et alios, quos citauimus in tractatu de sacrament. in gener. lib. 3. cap. 27.

C Vnde si minister hanc intentionem faciendi quod facit Ecclesia, & Christus instituit, non habeat, quamuis illam actionem externam ablutionis exerceat, tamen verum non perficit sacramentum, prout docent communiter Doctores, quos supra citauimus, & colligitur ex Concil. Trident. sess. 7. can. 11. Potest autem hoc eadem ratione confirmari; actio enim, qua sacramentum conficitur, & ministratur, est actio humana; quapropter humano modo

D effici debet; sed non potest humano modo absque intentione exerceri: ergo, &c.

Si vero quaeras, quaenam intentio ad perficiendum sacramentum baptismi sufficiat, an scilicet habitualis tantum, vel virtualis, vel actualis, vide ea quae in primo tom. de sacram. in gener. lib. 3. cap. 27. tradidimus. Et pariter explicauimus, plures dari diuisiones intentionis. Primo enim diuiditur intentio in absolu-

E tam, & conditionatam. Secundo diuiditur in actualem, virtualem, & habitualem. Tertio diuiditur, nam alia est intentio, qua quis baptizans, intendit facere, quod facit Ecclesia, & Christus instituit; alia est, qua quis solummodo intendit illam actionem externam ablutionis exercere, & alia est, qua quis solummodo effectum sacramenti conferre intendit. Denique in eodem cap. 27. diffinitionem intentionis protulimus;

F Intentio est, actus liber voluntatis in finem.

CAPVT XXVI.

An validus sit baptismus, quando plures ministri ad baptizandum concurrunt.

G Nonnumquam contingere potest, vt duo, vel plures ministri ad baptizandum vnum hominem simul concurrant; puta si extremae necessitatis periculum immineat, & ibi duo homines adsint, quorum vnus est mutus, alter vero ambabus manibus caret: tunc si iste verba formae proferat, mutus vero corpus abluat; nullo modo perficitur sacramentum, nec verus baptismus confertur. Et ratio est, quia formae sensus, falsus redditur, nam ipsius formae prolator dicit, Ego te baptizo, &c. cum vere non baptizet. Non enim ipse corpus abluit, & tamen hoc verbum (*baptizo*) eandem habet significationem, quam hoc verbum (*abluo*) habet. Item in omnibus sacramentis voluntas institutoris, idest Christi, semper attenditur: sed Christus voluit, vt ab eodem ministro, fieret ablutio, ac formae prolatio, prout patet, ex illis verbis *Matth. vlt. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, &c.* Ergo, &c. hanc opinionem tenet *D. Thomas 3. par. q. 67. art. 6. Valentia tom. 4. disput. 4. q. 1. punct. 2. Victorell. in summa de baptism. conclus. 17. Henriquez lib. 2. cap. 12. num. 5. Vazq. disput. 148. cap. 1. num. 2. & 4. Nugnus 3. part. quaest. 67. art. 6. diffic. 3. Coninck. ibid. Pesant. ibidem Bartholom. ab Angel. 3. 151 Pitigian. dist. 6. q. 2. art. 1. & 3. Chamerot. de baptism. cap. 13. dub. 3. Toletus lib. 2. cap. 20. num. 10. Alexander Alens. quaest. 16. memb. 6. Richard. dist. 3. art. 4. q. 1. Palac. q. 2. art. 1. Bonauen. dist. 5. art. 1. q. 1. Scotus dist. 9. q. 2. Durand. Gabriel. q. 1. art. 6. Sotus dist. 3. art. 4. Ledesm. quaest. 8. art. 6. Syluest. verb. Baptismus 3. §. 7. Tabien. Baptism. 6. §. 1. Adrian. de Baptism. q. 1. Angel. Baptismi 4. n. 2. Cucchus lib. 5. instit. ma. tit. 2. Sonnius cap. 17. Panormitan. & Hostien. in cap. Debitum, de baptism. Reginald. Viuald.*

Si vnus applicat materiam, & alter profert formam non perficitur baptismus.

Intentio quotuplex.

H K

S. Thomas, Victoria, Suarez, Reginald., Graffius, Henriquez, Nauar., Bonacina, Alexand., D. Thom., Bonauent., Durand., Ledesma, Angles, Valentia, Vazquez, Toletus, Bellarmin., Toletus, Viuald., Antonin., Pet. Ledes., Reginald., Filliuccius, Chamerota, Nugnus, Pesantius, Concil. Trident., Matth. vlt., D. Thom., Valent., Victorell., Hériquez, Vazq., Nugnus, Coninch., Pesant., Barthol. ab Ang., Pitigian., Chamerot., Toletus, Alex. Alë., Richard., Palac., Bonauent., Scotus, Durand., Gabriel, Sotus, Ledesm., Syluest., Tabien., Adrian., Angel., Cucchus, Sonnius, Panormit., Hostien.

A *uald. & alij, quos citat, & sequitur Bonacin. tom. 1. disput. 2. quæst. 2. punct. 4. num. 23. Suarez tom. 3. disputat. 23. sect. 3. §. Varys modis, & sequentib. & Laur. Suar. in Epythom. tit. de Baptism. quo ad ministr. §. 3. num. 33*, vbi de hac sententia rationem reddens dicit, quod in persona ministri, debet repræsentari persona Christi, & ideo vnus esse debet sicut Christus est vnus.

Reginald. Vinald. Bonacina Suarez

obiectio Nec obstat illud, quod in lege dicitur; Qui per alium facit, per seipsum facere videtur, vnde qui per alium, in-B fantis corpus abluit, per se ipsum abluisse censetur. *Resoluitur* Nam respondemus hanc propositionem valere, in illis actionibus, quæ tantum moraliter fiunt veluti si quis præcipiat famulo suo, vt Caium interficiat; tunc enim lex statuit, vt ille qui iussit, eadem pœna puniatur; ac si ipse manibus proprijs interfecisset Caium, quia qui per alium facit, per seipsum facere videtur. Sed in Sacramento Baptismi, non tantum actio moralis, sed & physica concurre-C re debet; vnde non sufficit, vt quis moraliter per alium corpus abluat; sed requiritur, vt physicè per seipsum, infusione aquæ corpus pertingat.

Plures baptizantes vnum hominem, & proferentes formã in plurali, an validè baptizent.

Sed dubium est, an validè baptismus conferatur si plures ministri ad baptizandum vnum eumdemque hominem concurrant, dicentes, Nos te baptizamus, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. & hoc ipsum, quod huiusmodi formam pro-D ferunt: vnusquisque eorum, materiam subiecto applicat. In hac quæstione, magna controuersia est inter Doctores, nam alij partem affirmatinam, alij vero negatinam tenent. *Primaopinio affirmans.* Baptismum autem sub huiusmodi forma à pluribus collatum, esse validum, affirmat *Maior in 4. disput. 6. q. 2. §. contra istas post medium, nec non, & Marsilius in 4. quæst. 5. artic. 4. dub. 21. Paludanus quæst. 2. artic. 3. Durandus in 4. distin. 3. quæst. 3. num. 15. Caietanus super 3. par. S.* E *Thom. quæst. 97. art. 6. & Richardus in 4. disput. 3. art. 4. quæst. 1. ad Argumentum. §. Ad partem aliam.* In comprobationem autem huius sententiæ plures adducuntur rationes. Prima ratio est, Mutatio formæ in eo, quod ad essentiam Sacramenti non pertinet, nullo modo obstare potest, quin ipsum Sacramentum verè, ac validè perficiatur; Sed mutatio personæ singularis, in pluralem, vel primæ personæ in secundam, F vel secundæ in tertiam essentiæ Sacramenti non officit; prout patet in forma græcorum, vbi illud verbum (*baptizo*) in tertiam personam mutatur; ergo si plures ministri dicant. Nos te baptizamus in nomine Patris &c. verum conficiunt Sacramentum. Secunda ratio est, Nam ab omnibus Theologis communiter conceditur posse plures ministros eodem tempore, vnũ hominem baptizare si vnusquisque eo- G rum aquam infundens dicat *Ego te baptizo in nomine Patris, &c.* Quod nos in sequentibus fusius explicabimus, ac probabimus, sed quando plures eiusdem potentiæ ad baptizandum concurrunt, potius, ac conuenientius exprimendi sunt, vt plures conuenientes ad eumdem actum ministri, sub eodem primario agente, quod quidem melius fit si illa forma proferatur. *Nos te baptizamus.* Nam quando dicitur *Ego te baptizo*, non significatur plurium mi- H nistrorum conuentus, qui ad baptizandum vnum concurrũt, sed potius vnius tantum ministri persona, ad conferendum baptismum per sè integer, atque sufficiens. Has, & alias rationes reperies apud *Durandum, Paludanum, & alios Doctores*, quos supra citauimus.

Maior Marsilius. Paludanus Durandus Caietanus Richardus

Probatur opinio. Prima ratio.

Secunda ratio.

Contraria autem sententia, quæ asserit Baptismum à pluribus sub hac forma *Nos te baptizamus*, non posse conferri, mihi verior, ac probabilior I videtur, eamque tenẽt, atque tuẽtur, *Alexand. Alens. 4. par. quæst. 8. memb. 6. artic. 6. S. Thomas. 3. par. q. 66. artic. 5. ad 4. & quæst. 67. art. 6. Gabriel in 4. distin. 5. art. 1. q. 1. q. 3. & 4. collater. Scotus dist. 6. quæst. 2. Richardus distin. 3. artic. 4. q. 1. ad 1. Sotus in 4. distin. 4. quæst. vnic. artic. 4. 5. Propter hac argumenta Ledesma. 1. par. 4. quæst. 8. artic. 6. Glos. in cap. Quorumdam 23. dist. verb. Imposuisse. Sylvest. in Summa verb. Baptismus. 3. quæst. 7. Suarez disput. 23. sect. 3. §.* Nihilominus *vbi hanc sententiam communem esse testatur. Vazquez super 3. par. S. Thom. quæst. 67. artic. 6. disput. 148. cap. 5. §. Communis tamen, Toletus lib. 2. cap. 20. nu. 2. Bonacin. tom. 1. disput. 2. q. 2. pun. 4. num. 15.* K

Secunda opinio verior negat.

Alexand. S. Thom. Gabriel Bonauent. Scotus Richardus. Sotus Ledesma Sylvester Suarez Vazquez Toletus Bonacina

Probatur hæc opinio

Potest hæc nostra sententia pluribus rationibus comprobari. Prima est illa quam adfert *D. Thom. loc. cit.* eamque amplectitur *Suarez. d. sect. 3. In persona (inquit) ministri persona Christi repræsentari debet, & ideò vna esse debet, quem* admo-

Prima ratio

A *admodum Christus est vnus*. Secunda ratio est illa, quam adducunt *Alexander*, *Bonauentura*, *&* *Gabriel locis cit.* Quia (inquiunt) ij, qui baptizarent suis verbis, *Nos te baptizamus*, mutarent formam, ac proinde nullum efficerent Sacramentum, eo quod mutata forma, quæ ad essentiam Sacramenti pertinet, ipsum Sacramentum perfici non potest. (*2. ratio;*)

Tertia ratio est illa, quam assignat *Ledesma*, ad nostram sententiam confirmandam; *Quia licet (inquit) prædicta forma Nos te baptizamus &c.* (*3. ratio. Ledesma.*) B *non denotaret plures, vt causas partiales, sed totales, non videtur credibile, Christum eam pro hoc Sacramento instituisse, eo quod necesse esset à pluribus simul proferri cum manifesto periculo, vt prius vnus, quam alius eius prolationem expleret idemque semper manifestum adesset periculum, vt Sacramentum Baptismi, contra eius institutionem reiteraretur.*

Quarta ratio est, nam validitas formæ principaliter attendenda est, ex voluntate, (*4. ratio.*) C aut intentione Institutoris, qui est Christus. Quamuis autem Christus instituere potuerit, vt Sacramentum baptismi sub hac forma à pluribus collatum, validum esset, prout cõtraria tenet sententia; tamen hanc institutionem, à Christo fuisse factam, nec ex eius verbis colligitur, nec Sacra Scriptura declarauit, neque Sancta Ecclesia definiuit; prout accuratè animaduertit Suarez *d. disp. 23. sect. 3. §. Addo tandem*. (*Suarez*) Hic casus igitur, dubius esset, D atque indefinitus, quapropter recurrere debemus ad vsum, seu ad consuetudinẽ, cum sit veridica legum interpres. Consuetudo autem nos docet Baptismum nunquam fuisse à pluribus collatum sub hac forma. *Nos te baptizamus*. sed potius ab vno tantum ministro, sub hac forma. *Ego tè baptizo in nomine Patris &c.* Et in hoc sensu Ecclesia semper intellexit illa verba Christi, *Matth. vlt* Baptizantes eos in nomine Patris, *&* *Filij, &c.* (*Matth. vlt.*)

E Ex his quæ hactenus diximus patet responsio ad illas duas rationes contrariæ sententiæ, quas supra retulimus: (*Respondetur argumẽtis cõtrarijs*) *Ad* primam rationem respondemus, formam substantialiter mutari, prout animaduertunt *Bonauentura*, *Alexander Alensis*, *&* *D. Thomas locis cit.* quia significatio actionis singularis, vnius tantum ministri in significationem pluralem actionis plurium ministrorum (*Ad primam*) mutatur, ac proinde institutioni Christi, qui voluit baptismum ab vno tantum ministro conferri, baptizans contraueniret. F *In* forma autem græcorum actio plurium personarum in numero plurali, nullatenus exprimitur; sed tantum illud verbum *Baptizo*. de prima persona, in tertiam idest, *Baptizetur*, immutatur. Ad secundam rationem respondemus, præcipuam rationem cur Baptismus in casu nostro sit inualidus, non esse, ex eo, quod plures, vnũ baptizant; nam hoc fieri potest prout infrà ostendemus; G sed ex eo, quod prædicta forma; Nos te baptizamus, &c. à pluribus ministris prolata, insufficiẽs, atque inualida est. (*Ad secundã*)

Sed quid dicendum est, quando plures ad baptizandum vnum hominem simul concurrunt, & vnusquisque eorum eodem tempore, corpus abluit, & hanc formam profert. *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen*, *Ad* quod breuiter respondemus, in hoc casu verum, ac validum baptismum conferri, si tamen vnusquisque eorum independenter ab alio baptizare intendat, & ex parte intentionis nihil obsit. Tunc enim vnusquisque eorum se habet, vt integra causa, & vt minister sufficiens, eodemque modo, ac si solus baptizaret. (*Si autem plures baptizãt, sed in singulari vnusquisque formam profert validus est baptismus si vnusquisq; independẽter ab alio intendat baptizare alias secus.*) *Hanc* sententiam cõmuniter tenent Doctores, & præcipuè H *D. Thomas 3. par. q. 67. art. 9. in prima conclusione Caietan. ibid. in commentar. §. Ad euidentiam autem, Bonauentur. in 4. distin. 5. art. 1. q. 1. in 3. quæst. collateral. Alexand. Alens. 4. par. q. 8. num. 6. art. 6. Gabriel in 4. dist. 3. q. 1. art. 1. conclus. 6. & art. 3. dub.* I *4. Durandus in 4. dist. 3. q. 3. num. 15. Scotus in 4. dist. 6. q. 3. §. Respondeo, versic. De primo dico, Paludan. q. 2. num. 27. & sequentib. Maior in 4. dist. 6. q. 1. §. Contra istas conclusiones Sotus in 4. dist. 4. q. vnic. art. 4. Suarez disp. 23. sect. 3. §. Nihilominus Vazquez super 3. par. D. Thom. q. 67. artic. 6. disput. 148. cap. 1. Bonacin. tom. 1. disp. 2. q. 2. pun. 4. prop. 2. num. 25.* K *Victor de Baptism. §. 29. Syluest. Baptism. 3. §. 7. Tabien. Baptism. 3 §. 11. Ledesm. dist. 4. q. 8. art. 6. Toletus lib. 2. cap. 20. num. 2. & Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap. 12. §. 2.* (*S. Thom. Caietanus Bonauent. Alexander Gabriel Durandus Scotus. Paludanus Maior Sotus Suarez Vazquez Victoria Bonacina Syluester Tabiena Ledesma Toletus Henriquez*)

Aduertendum est autem, quod quando vnus ex illis ministris prius formam explet, quam alij, ipse solus baptizat, cæteri verò nihil efficiunt, quamuis totam formam materiæ applicatam perficiant. Et ratio est, quia ille minister inte-

A integrè adhibuit omnia quę ad validitatem Sacramenti sunt necessaria, antequam alij hęc eadem integrè adhiberent: vnde absque dubio iam confectam est Sacramentum; ac perinde cæteri nihil efficiunt, nihilque operentur, quia Sacramentum iam confectum atque collatum; in eodem subiecto confici, & conferri non potest. Sed quamuis cæteri ministri, iam inchoatam formam perficiant, non per hoc dicendum est, eos reiterare baptismum, nam adhoc, vt reiteratio baptismi verè efficiatur, requiritur, vt minister totam formam, super personam iam baptizatam proferat; prout accuratè animaduertit Bonacin.tom.1.de sacrament.baptis. disp.2.q.2.punct.4.prop.2.nu.25: *vbi plures Doctores citat*. Bonacina

Si vero plures ad baptizandum vnum hominem concurrant, & vnusquisq; eorum habet intentionem dependentem ab intentione alterius, nullo modo perficiunt sacramentum, nam quamuis vnusquisq; dicat, *Ego tè baptizo, &c.* tamen nemo, ex eis vere baptizat, quia nemo per sè, sed cum alio baptizare intendit; & sic formæ sensus, falsus redditur. Videndus est de hoc *S.Thomas* 3. *par.q.66.art.5.Sotus in 4.dist.1.q.3.art.8. Vazquez* 3.*part.q.67.art.6.cap.5.nu.39. Nugnus super* 3.*par.S.Thom.q.66. ar.5. difficult.1.& 2.Coninch. ibid. nu.30. Bellarmin.de baptism.cap.3. Valentia disp.4. q.2. pun.2. Suarez tom.1. de sacrament. disput.23.sect.3.Reginald.lib.27. num.43. & 49.Angles de baptism.q.3.art.vlt. difficult.1.Viualdus de baptism.cap.3. nu.7. Henriquez lib.2.cap.12.nu.1.Toletus lib. 2.c.20.Chamerot.de baptism. cap.4. dub. 7.Pitigianus dist.6. q.2.art.1.& 3. Victor. in summa de baptism.conclus.17.* S.Thomas Sotus Vazquez Nugnus Coninch. Bellarmin. Valentia Suarez Reginald. Angles Viuald. Henriquez Toletus Chamerot. Pitigianus Victoria



A  F

B # DE SACRAMENTIS Q

LIBER TERTIVS

TOMVS SECVNDVS

CAPVT PRIMVM

De officio patrini, qui infantem de sacro fonte leuare debet.

C



Vandocunq; baptismi sacramentum solemniter ministratur; præter sacerdotem baptizantem, Patrinus illic astare debet, adhoc vt infantem de sacro fonte leuare possit. Regeneratio namque spiritualis, quæ per baptismum efficitur, quoad eius fieri potest, ge-
D neratiōni carnali assimilatur, (prout
S.Thomas optimè docet *D.Thom.3.pa.q.67.ar.7.*) in generatione autem carnali, paruulus recenter natus, nutrice indiget, qua cibum, & instructionem recipiat: vnde, & in generatione spirituali infans, vel adultus recenter renatus, Patrino indiget, cuius instructione, regimine, atque tutela, spiritualiter nutriri, instrui, ac
S. Dionys. gubernari possit. Hinc *D.Dionysius in lib. de Ecclesiastic. Hyerarch. capit.vlt. procul à fin.* hæc scribit. *Diuinis nostris*
E *Ducibus*(idest Apostolis) *ad mentem venit, & visum est suscipere infantes secundum istum sanctum modum, quod naturales pueri, parentes traderent puerum cuidam docto in diuinis* Pedagogo, *& reliquū sub ipso puer ageret, sicut sub diuino patre, & saluationis sancta susceptore.*

Hic autem Patrinus, ad quem perti- H
net infantem de sacro fonte leuare, non est de substantia, aut de necessitate babaptismi, sed potius quædam cæremonia est, in vtilitatem infantis baptizati introducta. De hoc permulti Patres specialiter loquūtur, diuersaque nomina ei tribuunt. *Tertullianus enim in* *Tertull.*
lib.de baptism.cap.18.nu.127. huiusmodi homines, ad quos pertinet infantes de sacro fonte leuare, sponsores appellat, ex eo quod in ipsa susceptione spondeant susceptos infantes, de his quæ ad I
fidem Christianam pertinent, instruere. In *lib.autem de Corona militis cap.3 n.30* susceptores, eos vocare videtur, nam de baptizatis hoc modo loquitur. *Dehinc* (inquit) *ter mergitamur amplius aliquid respondentes, quam Dominus in Euangelio determinauit, inde suscepti lactis, & mellis concordiam prægustamus.* Item
Augustinus in epist.23. crebrius huius- *Augustin.*
modi homines commemorat, eosque fidedictores appellat. *Quid est illud* (inquit) *quod quando ad baptismum effe-* K
runtur, prò eis parentes, tanquam fide dictores respondent, & dicunt illos facere, quod illa ætas cogitare non potest, aut si potest, occultum est? Hoc autem nomen fide dictoris, à nomine fideiussoris dif-
ferre docet *Vazquez super 3. part.* *Vazquez*
S. Thom. quæst. 67. art. 7. disputat.149. quia huiusmodi homines non sunt (inquit) quasi fideiussores quod spondeāt prò paruulis, sed prò ipsis loquantur, & dicant eos facere, quæ ipsi tunc facere

non

A non poſſunt; nempè cum interrogantur, vtrum credant, reſpondent ex perſona infantis, Credo; & cum interrogãtur, vtrum abrenunciene Sathanæ, reſpondent, Abrenuncio, tametſi etiam hac ratione fideiuſſores dici, & appellari poſſunt.

Dionyſ.

Inſuper *D. Dionyſius in lib. de Eccleſiaſtic. Hyerarch. part. 2. cap. 2.* eum qui infantem ad Sacerdotem ducit, & de ſacro fonte ſuſcipit, ſponſorem appellat. Quod profectò teſtatur *Pamellius in lib. Tertullian. de baptiſm. ſchol. 127.* B vbi refert, eum, cui cura baptizati cõmittitur, à D. Dionyſio, non ſolum appellari ſponſorem, ſed etiam fideiuſſorem, atq; ſuſceptorem. Quod eſſe verum, ex eiuſdem Dionyſij verbis, quæ protinus hic inferemus, non obſcurè colligitur. Nam in *d. cap. 2. cui titulus eſt, Myſterium ſeu ſacramentum illuſtrationis*, hęc ſcribit. *Qui autem horum quæ verè cæleſtia ſunt particeps fieri cupit, cum ad aliquem eorũ qui initiati ſunt adit, ſuadet ille quidem, vt* C *ſe rectè ad ſacerdotem ducat, ipſe autem ſe omnino ea, quæ tradentur ſequuturum eſſe pollicetur, petitque, vt ad eum adducatur, & vitæ omnis quam deinceps aget curam ſuſcipiat.* Deniq; et *Iuſtinus q. 56. ad Gẽtes* aperte inſinuat, patrinum eſſe neceſſarium, adhoc vt baptiſmi ſacramentum debitè miniſtrẽtur; dum, ait, baptizatum ab aliquo offerri ad baptiſmum.

Iuſtinus

Patrini munus

Præcipuum autem munus Patrini, ſiuè ſuſceptoris eſt, vt infantem baptizatum de manu baptizantis, tanquam D ſub ſua cura, & tutela ſuſcipiat; prout habetur in *Concilio Tridentino ſeſſ. 24. can. 2. de reformation.* & deſumitur *ex cap. in Cathechiſmo, & ſequentibus de cõſecrat. diſt. 4.* & ex permultorum Patrum ſententia probat *Suarez diſput. 23. in comment. art. 7. & docet Vazquez ſuper 3. part. S. Thom. quæſt. 67. art. 7. num. 7. ac Bonacin. tom. 1. diſput. 2. q. 2. pun 5. nu. 18.* Item in ipſa ſuſceptione patrinus quandam obligationem contrahit, qua tenetur infantem de rebus fidei inſtruere, E tempore neceſſitatis, quoties parentes infantis & Parochus hanc inſtructionẽ efficere nequeant, vel recuſent. At in his noſtris regionibus patrini ab hoc onere excuſantur, quia parentes, & Parochi pueros inſtruere, ac docere aſſolent; prout multi Doctores recentiores edocent. De his quæ hactenus diximus vide *D. Thom. 3. part. q. 67. art. 8. Suarez tom. 1. de ſacrament. diſput. 23. in comment. art. 8. Reginald. lib. 27. num. 36. Emanuel. Sà verb. baptiſmus num. 5. Vazquez ſuper* F *3. part. S. Thom. q. 67. art. 8. Coninch. & Nugn. ibid. Peſant. ibid. Summ. Coron. de bapt. in fin. Henriquez lib. 2. de ſacrament. cap. 14. num. 1. Graff. 2. part. deciſion. cap. 2. num. 5. Bonacin. tom. 1. diſputat. 2. quæſt. 2. pun. 5. num 18. & cap. vos autem de conſecration. diſtinct. 4.* Ratio autem cur patrinus tempore neceſſitatis infantem inſtruere tenetur, eſt, quia vnuſquiſque tenetur illud munus explere, quod aſſumit, prout optimè docet *D. Thomas 3. par. q. 67. art. 8.* Item, quia in ipſa ſuſce- G ptione, eſt quædam virtualis promiſſio, & fideiuſsio; quæ obligationem inducit, quemadmodum ſubtiliter arguit *Suarez diſp. 23. in d. art. 8.*

Cõc. Trid.

Suarez

Vazquez

S. Thomas

S. Thomas

Suarez

Reginald.

Vazquez

S. Thomas

Coninch.

Nugnus

Henriq.

Graff.

Bonac.

Sed dubium eſt, an omnes homines abſq; vlla conditionis, vel profeſſionis differentia hoc officium ſuſceptoris, ſeu patrini exercere poſsint. Reſpondeo, hoc officium non pertinere ad eum, qui nondum baptiſmum ſuſcepit, vnde tam iudeus, quam quilibet infidelis infantes de ſacro fonte leuare nequeunt, H quia ſic decernit *Concilium Maguntinum & refertur can. in baptiſmate diſt. 4. & probat Vazquez ſuper 3. part. S. Thom. quæſt. 67. artic. 7. num. 5.* Secundo hoc officium exercere non poſsunt Abbates, vel Monachi, prout ſtatuitur in *Concil. Antiſiod. capit. 15. & refertur in can. Non liceat, de conſecrat. diſt. 4. & colligitur ex can. Placuit 2. ibid. q. 1. & probant Suarez d. diſp. 23. art. 7. & Vazquez in commentar. artic. 7. diſputat. 148.* Et ratio eſt, quia hæc cura, & ſollicitu- I do ab eorũ perfectò ſtatu, & profectione eſt aliena. Tertio hoc officium denegatur cuilibet hæretico, quia cum mentẽ habeat hæreſis morbo infectam, omnino eſt ineptus ad huiuſmodi miniſteriũ. *Ità Suarez d. diſputat. 23. in commentar. art. 7. verſ. atq. hinc colligitur.* Quarto ab adminiſtratione huius officij arcentur, illi qui publica pænitẽtia mulctati ſunt. Definitum, decretumque eſt hoc in *Conc. Pariſienſi ſub Ludou. & Cophon. lib. 1. c. 54.* Deniq; de fæminis nonnulli Doctores dubitarunt, an, ſ. eis conueniat infantes de ſacro fonte leuare, & ſic offi- K cium patrini exercere. Sed hæc dubitatio iam ſublata eſt, nam *D. Auguſtin. in ſermon. 163. de tẽpor.* ſupponit fęminas poſſe hoc officium ſubire, & ità fuiſſe antiquitus vſu receptum ex eiuſdem Auguſtini verbis apertè colligitur. Hoc idem docent communiter Doctores, & præcipuè *Suarez diſput. 23. in comment. art. 7.*

Solum baptizati poſſunt eſſe Patrini

Concilium Magunt.

Cõc. Antiſ.

Suarez

Vazquez

Hæreticus non poteſt eſſe patrinus

Suarez

Nec publica penitẽtia mulctati

Concil. Pariſienſ.

Fæmina poteſt

Auguſtin.

Suarez

A *art. 7. vers. atq; hinc, in fin. et Vazquez super 3. part. S. Thom. q. 67. art. 7.* Neq; obstat quod *Vrbanus II. in cau. Quod autem 30. q. 5.* decernit nè maritus, & vxor simul eundem infantem de sacro fonte suscipiāt, nam hoc decretum non est vsu receptū, (prout testatur *Suarez, & Vazquez locis citat)* neq; id ante Vrbanum aliquando statutum fuerat, quemadmodum ex eiusdem Vrbani verbis constat. Quod autem habetur in *Concil. Nicen. c. 22. apud Turrian.* Vt viri non teneant B in baptismo fœminas, neq; mulieres teneant mares, intelligendum est hoc statutum locum habuisse in baptismo adultorum, quod profectò non absq; magna prudentia, & cautela fiebat, nè videlicet ex contactu carnis, libidinis fomes excitaretur, ac exardesceret. *At* nunc in baptismo paruulorum hæc cautela adhibenda non est; quemadmodum consuetudo omnium Ecclesiarum communiter tenet.

Vazquez

Concilium Nicænum

Insuper explicandum nobis est, quot C personæ ad suscipiendum infantem de sacro fonte concurrere possint. Et in hoc sciēdum est antiquitus institutum fuisse, vt vnus vir, vel vna mulier tantum, vnum infantem de sacro fonte susciperet, quod decretum fuit factum à *Leone, & Eugenio Pontificibus, & habetur in cau. Non plures de consecratiou. dist. 4.* hoc idem pater [ex] *cap. in Catechismo eadem dist. 4.* Sed hoc ius antiquū iam sublatum est, nam ius nouum introduxit, vt plures ad suscipiendum D vnum infantem concurrere possent, inter quos cognatio spiritualis contraheretur, prout clarè constat ex *cap. quamuis de consecration. spiritual. in 6. & testatur Suarez disput. 23. in commentar. art. 7. vers. vltimo tandem, & Vazquez super 3. par. S. Thom. q. 67. art. 7. num. 6. vers. quod vero attinet.* Sed *Concilium Trident. de reformat. sess. 24. c. 2.* decernit, vt tantum vnus, & vna baptizatū de sacro fonte susciperent; inter quos, & baptizatum cognatio spiritualis con- E traheretur. De qua cognatione spirituali fusè tractant Doctores in materia de matrimonio. Insuper *Concilium Tridentinum loc. cit.* præcipit Parocho, vt de suscipientibus diligenter inquirat, eorumque nomina in libro describat, doceatque eos, quam cognationem contraxerint.

Leo Papa
Eugenius Papa

Suarez
Vazquez
Cōc. Trid.

Deniq; ex hac cognatione, quæ inter baptizatū, & susceptores cōtrahitur sequitur vt inter eos sit essentiale impedimentum matrimonij. Quod profectò F Ecclesiastica institutio introduxit ad significandum, quam puro, quamq; paterno affectu ipse susceptor baptizatum prosequi debeat, quem in filium spiritualem, tanquam benignus pater suscipit. *Hinc Nicolaus Papa ad consult. Bulg. cap. 2.* hæc scribit. *Ità diligere debet homo eum, qui suscepit ex sacro fonte, sicut patrem; quinimo quanto præstantior est spiritus carne tanto magis spiritualis pater est à spirituali filio diligendus.* G

Nicolaus Papa

CAPVT II.

Quæritur an baptismus sit necessarius ad salutem.

PRæsens quæstio disserenda proponitur, non ob aliam causam, quam ad refellendos permultorum hæreticorum errores, qui expressè negare ausi sunt H baptismi sacramentum non esse necessarium ad obtinendam æternā salutem. Hunc errorem præcipuè tenuerunt nonnulli recentiores hæretici, antiquis siquidem audaciores, nam expresse docuerunt baptismum non esse necessariū, neque ad remissionem originalis peccati, neque ad consequutionem regni cælestis. Hic error primo loco ascribitur *Ioanni Vuicleffo,* quemadmodum contestatur *Vualdensis tom. 2. de sacram. cap. 96. cap. 2. nec non Vuillelmus, Vuidefordus in lib. contr. Ioann. Vuicklef. Bellarminus lib. 1. de sacrament. baptism. cap. 4. & Vazquez super 3. part. S. Thom. q. 68. art. 3. disp. 149. cap. 1. num. 3.* Fundamentum autem, cui hic hereticus innitebatur est, nam si concederetur, infantes absque baptismo non posse saluari; derogaretur (inquit) omnipotentiæ Dei, quia nō posset saluos facere infantes ex sola virtute passionis, & meritorū Christi, nisi à vetula, vel ab alio ministro baptizaretur.

Hæreticorum error
Vuiclef.

Vuald.
Vuidefor.
Bellarm.
Vazquez

K Porro idem error ascribitur *Martino Bucero,* qui in *cap. 3. Matth.* hanc eādem hæreticam doctrinam tenuit, ac docuit; sed hic hæreticus ex alio fundamento ducebatur; nam asserebat salutem infātium ex sola Dei prædestinatione procedere, absq; eo quod nullum medium necessarium adhiberetur; vnde aiebat pueros prædestinatos etiam absque baptismo saluari, non prædestinatos vero

Bucerus

etiam

A etiam cum baptiſmo damnari. Ità refert *Bellarmin. lib.1. de baptiſm. cap.4. & Vazquez ſuper 3.par. S.Thom. q.68. art.3. diſp.149. cap.1. num.4.* Deniq; hanc eandem hęreſim tenuit *Zuinglius in lib. de vera, & falſa religion.* eo quod ibi doceat, baptiſmum nihil aliud eſſe; quam externum quoddam ſymbolum. Eiuſdem hæreſis ſectator fuit *Caluinus in Antidot. Concil. Trident. ad 6. ſeſſ. cap.5. & lib.4. inſtitution. cap.16. §. 24. & 25. nec non, & Henricus Ballingerus Zuinglij ſucceſſor in Tigurlaa ſynagoga in illud 1. ad Cor.7. alioquin filij veſtri immundi eſſent, nunc autem ſancti ſunt.* B

Bellarm. *Vazquez* *Zuingl.* *Caluinus* *Bullinger.*

Sed antiquior fuit error Pelagianorum, qui aſſerebant baptiſmi ſacramentum non eſſe neceſſarium ad remiſſionem originalis peccati, ſed tantum ad conſequutionē Regni cæleſtis. Ità refert *D. Auguſtinus in lib. de hæreſibus cap.69. Bellarmin. lib.1. de baptiſm. cap.4. lit. D. & Vazquez in commentar. ſuper 3. part. S.Thom. q.68. art.3. diſp.149. cap.1. nu.1.* C Fundamentum autem, cui Pelagius innitebatur eſt, quia nimirum exiſtimabat, infantes nullum peccatum originale ex culpa primi parentis contraxiſſe, vnde non eſt eis neceſſarium baptiſmi ſacramentum; quod ad delendam originalem culpam inſtitutum eſt.

Auguſtin. *Bellarm.* *Vazquez*

Deniq; error *Vincentij Victoris* refertur, contra quem ſcribit *Auguſtinus in lib. de anima, & eius origine, & diſputat Vazq. diſp.149 c.1. verſ. Poſt Pelegiā.* Hic D enim *Vincentius* (iuxta *Vazq.* relationē) docebat paruulos naſci in peccato originali, ſi tamen in prima etate moriantur, nullo modo baptiſmi ſacramento indigere, non tantum ad remiſſionē originalis culpæ, ſed neq; ad conſequutionem gloriæ cæleſtis, quapropter aſſerebat eos in Paradiſo terreſtri vſq; ad diem iudicij eſſe detinendos, poſtmodum verò in gloriam regni cæleſtis eſſe admittendos. Sed deterior fuit hæreſis Publicanorum, & Patrinorum E de ſecta Albigentium qui (teſte *Vualdenſ. in lib. de ſacramentalib. cap.54. & Vazq. d. diſput.149. cap.1. num.2.*) baptiſmum prorſus abijciebant, aſſerentes eum non eſſe neceſſarium, neq; paruulis, neque adultis.

Vincentius Vict. *Auguſtin.* *Vazquez* *Vualdenſis* *Vazquez*

Baptiſmū eſſe neceſſarium neceſſitate medij, eſt de fide, tam paruulis, quā adultis

Eccleſia autem catholica, tenet baptiſmum eſſe neceſſarium ad obtinendam æternam ſalutem, omnibus qui ex linea *Adæ* deſcendentes, eiuſdem Adæ culpam contraxerunt, abſque aliqua ætatis, aut conditionis, vel ſexus differentia. F Definitum eſt hoc in *Conc. Floren. ſub Eugenio 4. in decreto fidei poſt vltimam ſeſſionem, §. Primum omnium.* Vbi hæc continentur. *Primum omnium ſacramentorū locum obtinet ſanctum baptiſma, quod vitæ ſpiritualis ianua eſt; per ipſam enim membra Chriſti, ac de corpore efficimur Eccleſiæ, & cum per primum hominem introierit mors in vniuerſos, niſi ex aqua, & ſpiritu renaſcimur, non poſſumus* (inquit veritas) *in regnum cælorum introire.* Hoc idem decernit *Concilium Tridentinum ſeſſ. 7. can. 5. Si quis dixerit* (inquit) *baptiſmum liberum eſſe, hoc eſt non eſſe neceſſarium ad ſalutem, Anathema ſit.* G Hæc autem veritas fundatur primo in illis verbis Chriſti *Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto non poteſt introire, in regnum Dei.* Quæ videlicet verba expreſſè indicant, adeò eſſe neceſſarium baptiſmi ſacramentum, vt ſine ipſo, nemo vitam æternam, & regnum cæleſte adipiſci poſſit. H Fundatur ſecundo in ſententia *D. Auguſtini lib.1. de peccatorum merit. & remiſſion. cap.20. & 30.* vbi hæreſim Pelagij confutans, docet neminem poſſe regni cæleſtis gloriam, & beatæ vitæ æternitatem conſequi, niſi prius per baptiſmum, remiſſionem omnium peccatorum obtineat.

Conc. Flo. *Cōc. Trid.* *Ioann.3.* *Auguſtin.*

*E*x his quæ hactenus diximus colligitur baptiſmi ſacramentum non tantum neceſſitate præcepti, ſed etiam neceſſitate medij eſſe neceſſarium ad obtinendam ęternam ſalutem. I Nam ſi hoc ſacramentū eſſet neceſſarium ſolummodo neceſſitate præcepti, vtique non infantibus; ſed tantum adultis eſſet neceſſarium, eo quod infantes nullo præcepto poſſint aſtringi; prout accuratè, ac ſubtilitèr animaduertit *Vazquez in commentar. ſuper 3. par. S. Thom. q.68. art.3. diſput.149. cap.1. num.6.* Vnde colligunt Doctores ex illo *Ioann.3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, &c.* omnibus ex linea Adæ deſcendentibus baptiſmum eſſe neceſſarium neceſſitate medij in rè, vel K in voto. Ità ex decretis Conciliorum, & ſententiis Sanctorum Patrum probant *S.Thomas 3. part. quæſt.68. art.1. & 2. Suarez ibidem diſp.23. Vazquez diſput. 149. cap.1. & 2. Valentia tom.4. diſp.4. q.3. pun.4. Sayrus lib.2. de ſacrament. cap.8. quæſt.2. art.1. Reginald. in prax. for. pænit. lib.27. num.7. Henriquez lib.2. de ſacram. cap.3. Bellarm. lib.2. de ſacrament. baptiſ. cap.4. Nugnus 3. par. quæſt.68. art.1 & 2.*

Vazquez *S.Thomas* *Suarez* *Valentia* *Sayrus* *Reginald.* *Henriquez* *Bellarmin.* *Nugnus*

Co-

Coninch. Pesantius Graffi is Pitigianus Toletus Bonacin.

A *Coninch. ibidem dub. 1. Pesantius ibid. conclus. 1. Bartholom. ab Angel. de sacrament. baptism. §. 8. Graffius 2. part. lib. 2. cap. 4. num. 12. Pitigianus in 4. q. 6. art. 1. Toletus lib. 2. cap. 21. in principio Bonacin. tom. 1. disp. 2. q. 2. pun. 2. propos. 1. num. 3.* & alij communiter. *Hæc* autem veritas potest ratione confirmari; omnes enim ex linea *Adæ* descendentes, eiusdem *Adæ* culpam contrahentes, in peccato originali concipiuntur, iuxta illud *Psalmista Psal. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus*

Psalm. 50. Rom. 5. Ephes. 2. 1. Corinth.

B *ptus sum, & in peccatis concepit mè mater mea, & ad Roman. 5. in quo omnes peccauerunt, & ad Ephes. 2. Eramus, & nos* (inquit) *natura filij iræ, & 1. ad Corint. 15. Christus prò omnibus mortuus est; ergo omnes mortui sunt*. Sed non potest dimicti, ac deleri hoc peccatum originale, nisi à Deo, quia ad eum solummodo pertinet dimictere; cui offensa facta est. Deus autem disposuit, vt macula originalis peccati, lauacro baptismi abluere-tur, & sic qui antea erant filij iræ, post-

C modum filij Dei renascerentur, iuxta illud *Ioan. 3.* Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non poterit introire in Regnum Dei; ergo baptismi sacramentum absq; aliqua exceptione, tam paruulis, quam adultis ad obtinendam æternam salutem est necessarium.

CAPVT III

D *Quæritur, quo tempore obligatio baptismi inceperit.*

IN præcedentibus pluries dictum fuisse arbitror quod sacramentum baptismi quodam præceptum sibi habet annexum, (quo tenentur homines sub

E peccato mortali, huiusmodi sacramentum suscipere. Quapropter quis interrogare posset, quo tempore hoc præceptum obligare inceperit. Certum est autem hoc præceptum, non esse Ecclesiasticum, sed diuinum, nec non tunc fuisse prolatum, ac datum, quando Christus dixit *Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non poterit introire in Regnum Dei*. Sed tamen obligatio præcepti non tunc cæpit; quando eiusdem præcepti facta est institutio, prout omnes Doctores communiter concedunt) sed post aliquod tempus; & de hoc hic diligenter inquirere debemus. F

Ioan. 3.

Ante Christi passioni baptismus non fuit in præcepto

Quæritur igitur primo, an baptismus Christi ante eius passionem fuerit sub præcepto, ità vt peccarent mortaliter homines, illum suscipere renuentes. *Ad* quod negatiuè respondendum est, prout ex doctrina omnium Theologorum, & Summistarum apertè colligitur. Ità *S. Thomas 3. part. q. 66. art. 2. Caietanus Pesantius, & alij recentiores Thomistæ ibid. Alex. Alens. 4. part. q. 8. membr. 2. art. 3. §. 2. Gabriel in 4. disput. 1. q. 4. ar. 3. dub. 1. not. 2. Scotus in 4. disputat. 3. q. 4. §. Quantum ergo. Bonauentur. in 4. dist. 3. art. 3. Richard. art. vlt. Durand. eadem dist. 3. Angles in florib. Theolog. tit. de essentialib. baptism. q. 1. art. 8. concl. 2. Vazquez super 3. part. S. Thom. q. 68. art. 3. disput. 149. cap. 3. nu. 28. Bonacin. tom. 1. de sacrament. baptism. disput. 2. q. 2. punct. 2. prop. 2. nu. 11. & alij communiter.*

S. Thomas Caietanus Pesantius G *Alexander Gabriel Scotus Bonauent. Richard. Durandus Angles Vazquez Bonacius*

Hanc eandem veritatem apertis verbis fatetur *D. Bernardus in Epist. 77. longè à principio*, vbi probat aduersus quendam Doctorem, qui asserebat præceptum baptismi vim habuisse ex illo tempore, quo Christus dixit Nicodemo *Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c.* tunc fuisse hoc præceptum datum; sed eius obligationem in futurum tempus translatam. Quod etiam non obscurè docet *Hugo Victorin. lib. 2. de sacrament. par. 6. cap. 4.* & in hoc sensu intelligenda sunt illa verba *S. Fulgentij in lib. de fide ad Petrum capit. 3.* vbi sic ait; *Quemadmodum ex illo tempore, quo Saluator noster dixit Ioan. 3. Si quis renatus non fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in Regnum Dei, absque sacramento baptismatis, præter eos, qui in Ecclesia Catholica sine baptismate prò Christo sanguinem fundunt, nec regnum cælorum potest quisquam accipere, nec vitam æternam*. Ratio autem, cui hæc nostra sententia innititur est, quia lex vetus vsque ad mortem Christi perdurauit, & in ipsius Christi morte aboleta est (prout ex pluribus patribus, & scholasticis) probant *Henriquez lib. 2. de sacrament. cap. 2. §. 4. & Bonacin. tom. 1. de sacrament. baptism. disp. 2. quæst. 2. pun. 2. prop. 2.*) vnde valde durum, ac incredibile est, Deum duarum legum præceptis eodem tempore homines adstrinxisse. Nam ante Christi passionem homines tenebantur præcepta legis antiquæ obseruare, (prout omnes Doctores communiter concedunt) durum siquidem, ac

Bernard. H *Hugo Victorinus Fulgentius* I K *Henriquez Bonacius*

A ac aſperum fuiſſet, huic præcepto baptiſmi, quod ad legem nouam pertinet, collum ſubijcere.

Præceptum baptiſmi an obligauit ſtatim poſt Chriſti mortem.

Prima opinio.

Quæritur ſecundo, an præceptum baptiſmi, poſt mortem Chriſti inceptam ideſt ſtatim expirante Chriſto, obligauerit credentes; ità vt ex hoc tempore tenerentur homines ſub mortali Sacramentum baptiſmi ſuſcipere. *Ad* quod affirmatiuè; videtur reſpondendum, nam neceſſarium quippe fuit, vt mũdus eotẽpore, quoChriſtus expirauit aliquã legem haberet, cuius præceptis ſubde- B retur, ac regeretur; ſed lex antiqua expirãte Chriſto expirauit, ac deleta eſt, prout docẽt *Durandus in 4. diſt.1.q.4. Palud. q.vlt. Richard. diſt.3. art.5. q.3. Maior. q.1. Adrian. q.1. de Baptiſm. Medin. 1.2. q. 90. art.4. col.8. Caniſius de baptiſm. art. 1. & 2. Taper. art. 2. de Baptiſm. Can. de pænitent. relection. par.5. Caſtr. verb. baptiſm. Alan. de Sacram. cap.39. Somnius cap.23. Cardinal. Aracæli cap.7. tit. de baptiſm. & alij apud Henriquez lib.2. de Sacrament. cap.2. §.4. in comment. lit V.* Vnde dicendum eſſe videtur, baptiſmi præceptum poſt mortem Chriſti inceptam vim ha- C buiſſe obligationis; nam iuxta præcitatorum Doctorum opinionem Circũciſio, tunc ceſſauerat; eo quod ſub lege antiqua continebatur.

Durandus. Paludanus. Richardus. Maior. Adrianus. Caniſius. Canus. Caſtr. Alanus. Sonnius. Card. Arac.

2. opinio verior.

Sed his non obſtantibus, abſque vlla ambiguitate dicendum eſt, baptiſmi præceptum poſt mortem Chriſti inceptam ideſt expirante Chriſto; vim obligationis non habuiſſe; nam ſi communior, ac probabilior opinio attendatur (quam in ſequenti quæſtione referemus) lex an- D tiqua, & per conſequens Circumciſio ſemper perdurauit, quouſque morsChriſti compleretur; ergo Baptiſmi Sacramentum ante Chriſti mortem completam, ſub præcepto peccati mortalis eſſe non potuit.

Quæritur tertiò, an baptiſmi Sacramentum fuerit ſub præcepto peccati mortalis, quo ad omnes gentes poſt Chriſti mortem completam, & poſt E ſufficientem ſancti Euangelij promulgationem. Reſpondeo affirmatiuè; nam lex antiqua poſt mortem Chriſti completam expirauit, atque aboleta eſt, quia in puncto reſurrectionis extrinſecè finita, & abſorta eſt (iuxta *Pauli* vocem *1. Cor.15.*) *mors in victoria.* Et hæc eſt communis Sanctorum Patrum, & Scholaſticorum doctrina, & præcipuè *D. Auguſtin. Epiſt.19. ad Hieronym.* vbi inquit, Lex vetus durauit vſque ad paſſionem, & reſurrectionem. F Item in fauorem huius ſententiæ citantur. *Chryſoſtomus lib.1. de Sacerdotio, Hieronymus in epiſt. ad Auguſtin. Theophylact. & Oecumen. in Galat.2. Caſſianus collat.17. Cyprianus, Ambroſius, Origenes, Euſebius Apollinaris, & Dydimus, quos refert Henriquez lib.2. de Sacrament. cap.2. §.4. in comment. lit. D. Sot. lib.2. inſtitut. quæſt. 3. art.4. & Bonacin. tom.1. de Sacrament. baptiſm. diſput.2. q.2. pun.2. propoſit.2. n. 11.* vbi refert hanc opinionem eſſe communem, & fundamentum habere, tum ex eo, quod tempore paſſionis Chriſti velũ tẽpli ſciſſũ eſt, quod ſignificabat (iuxta *D. Auguſt.* expoſitionẽ veteris legis ceſ- G ſationem) tum etiam in verbis Chriſti in Cruce prolatis, *Conſummatum eſt*; quibus ceſſationem antiqua legis fuiſſe ſignificatam, omnes Doctores exponunt Si igitur lex antiquę in morte Chriſti completa expirauit neceſſario dicendũ eſt ex illo tempore, legem nouam uim obligationis habuiſſe, & per conſequẽs Baptiſmum, cum ſit nouę legis Sacramentum ſub præcepto fuiſſe. At quia H nullus homo ob tranſgreſſionem huius præcepti condemnari poterat, niſi ipſæ lex noua ſufficienter cunctis gentibus fuiſſet promulgata: hinc dicendum eſt obligationem baptiſmi, quo ad omnes gentes ex illo tempore incæpiſſe, quo ſufficienter ſancti *Euangelij* facta eſt promulgatio. *Ità D. Thomas 3. par. qu. 66. art.2. Nugnus ibid. difficult. 2. & 3. Aleſſand. Alenſ. quæſt.12. memb. 13. D. Bonauentur. in 4. diſt. 3. art.3. Richard. ead.* I *diſt.3. art. vlt. Scot. quæſt. 8. Durand. ead diſt.3. Angles in florib. Theolog. tit. de eſſentialib. baptiſm. q.1. art.8. diff.1. concluſ. 1. Suarez tom.3. diſp.31. ſect.1. ad fin. Henriquez lib.2. de Sacrament. cap.2. Coninch. q.68. art.2. dub.2. Vinald. de baptiſm. cap. 1. num.16. Reginald. in praxi fori pænitential. de baptiſm. lib. 27. Victor. in Summa de Sacrament. baptiſm. concluſ.10. Barthol om ab Angel. dial.1. §. 25. Chamerot. de baptiſm cap.3. dub.1. Vazquez 3 par. diſp. 149. cap.3. Bonacin. tom.1. de Sacrament.* K *baptiſm. diſp. 2. q.2. prop.2. num.12. Becch. Bellarmin. lib.1. de Sacram. baptiſm. cap.5. & alij communiter, & habetur in Concil. Trid. ſeſſ.6. cap.4.*

1. Cor.15.

Auguſtin.

Chryſoſt. Hieronym. Theophil. Oecumen. Caſſianus. Cyprianus. Ambroſius. Origenes. Euſebius. Apollinar. Dydimus. Henriquez. Sotus. Bonacina.

D. Thom. Nugnus. Alexander. Bonauent. Richardus. Scotus. Durandus. Angles. Suarez. Henriquez. Coninch. Vinaldus. Reginaldus. Victoria. Ab Ang. Chamerota. Vazquez. Bonacina. Becchanus. Bellarmin. Conc. Trid.

Rationibus probatur.

Prima ratio.

S. Thomas.

Item nonnullæ aliæ rationes in confirmationem præfatæ ſententiæ adduci poſſunt. Prima eſt, nam promulgatio eſt de eſſentia legis (prout docet *D. Thomas 2. par. q.90. art.4.* promulgatio autẽ ſolemnis nouæ legis facta eſt in die

A Pentecostes, quemadmodum pluribus rationibus probat *Bellarmin. lib. 1. de Sacrament. baptism. cap. 5.* Vnde constat, ex illo die baptismum cœpisse esse necessarium, non solum necessitate medij, sed etiam necessitate præcepti. Secunda ratio est, quia lex nō potest obligare nisi scientes: quomodo enim quis tanquam transgressor legis puniri poterit, nisi talem legem sibi fuisse impositā sciat? sed scientia ad omnes gentes peruenire non B potuit; nisi prius Euangelij facta fuisset promulgatio solemnis, ergo &c. Attamen negari non potest, ante mortem Christi, Sacramentum baptismi, cæteraque Sacramenta nouæ legis profuisse quamuis vim præcepti, tunc non habuerint. Ità *Bellarmin. lib. 2. de Sacram. baptism. cap. 5. vers. vlt.*

Bellarmin.

2. ratio.

Bellarmin.

Quæritur quarto, an baptismus Christi post mortē eiusdem Christi completā fuerit sub præcepto ante solemnem Euāgelij promulgationem, saltem quo ad C eos, quibus eo tempore, huiusmodi præceptum innotuerat. Respondeo in hac quæstione aliquam esse controuersiam, nam nonnulli negant, alij verò affirmant. Mihi autem semper pars affirmans placuit, quam communiorē, ac probabiliorem esse cognosco, eamque tenet *D. Thomas. 3. par. q. 66. art. 2.* vbi loquens de baptismo sic ait, *Sed necessitas vtendi hoc Sacramēto indicta fuit hominibus post passionem, & resurrectionem, tum quia in passione Christi termi-* D *nata sunt figuralia Sacramenta, quibus succedit baptismus, & alia Sacramenta nouæ legis; tum etiam, quia per baptismum configuratur homo passioni, & resurrectioni Christi, inquantum moritur peccato, & incipit nouam iustitiæ vitam.* Item hanc nostram sententiam expressius, ac fusius defendit, ac comprobat *Vazquez super 3. par. S. Thom. q. 68. art. 3. disp. 149. ca. 3. num. 5. & 12. disp. 181. cap. 4. Bonacin. tom. 1. disp. 2. q. 2. prop. 2. nu. 11. & 12. Henriquez lib. 2. de Sacram. baptis. c. 2. §. 4. & alij, quos ipse met Henriquez eod. loc. citat.*

S. Thom.

Vazquez.
Bonacina.
Henriquez

E Ratio autem, quę hanc sententiam nobis tenendam suadet est; quia lex antiqua, statim post mortem Christi completam expirauit, eodemque tempore lex noua incępit, ita vt corruptio vnius esset generatio alterius, vnde ex eo tēpore lex noua omnes homines saltem scientes, quibus prędicatio Euangelij facta fuerat, obligare incœpit.

Quod autem nescientes ex eo tempore, non obligauerit, sed post diem Pentecostes, quando facta fuit solemnis Euangelij prędicatio, hoc profectò F fuit per accidens, ex eo enim, quod nescientes, ignorabant Euangelicam legem, nullo præcepto talis legis astringi poterant. Sed post solemnem Euangelij prædicationem, lex noua, & per consequens baptismus, omnes homines tam scientes, quam nescientes obligauit, quemadmodum omnes Doctores communiter edocent. Tota igitur ratio, cur nescientes, ante solemnem Euā G gelij promulgationem, baptismi Sacramentum sub præcepto peccati mortalis suscipere non tenebantur, est quia notitia legis nouæ, ac pręceptorum eius ad eos non dum peruenerat, nec sancti Euangelii ad eos facta fuerat prędicatio. Ergo illi, ad quos notitia nouæ legis, & pręceptorum eius iam peruenerat, sub pręcepto, baptismum suscipere tenebantur post mortem Christi cōpletam. Nec negari potest, ante Christi mortem completam nullum hominē H huiusmodi notitiam habuisse, nam contrarium ex multis locis Sacræ Scripturæ colligitur, Christus enim *Ioan. 3.* nouam legem Nicodemo prędicauit, ac pręceptum baptismi publicauit, quando dixit *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non poterit introire in Regnum Dei.* Hoc idem colligitur ex *Ioan. 4.* vbi expresse habetur, Christum ante mortem suam multos homines per Apostolos suos baptizasse, quod & nos *in c. lib. huius tom. cap. 3.* fusius probauimus. I Ex his ergo colligitur ante mortem Christi fuisse factam per Christum, & per Apostolos, aliquam prędicationem Euangelij, & baptismi saltem ad eos homines, qui in regionibus Iudeæ habitabant, aliter enim, quomodo baptismum Christi homines ministerio Apostolorum suscipere poterant, nisi prius de eodem baptismo, & de noua lege, præuia publica prædicatione, notitiam habuissent? K

Ioan. 3.

Ioann. 4.

Denique aliam rationem, in confirmationem nostræ sententię adducere possumus. Et est, nam si exemplum ex legibus humanis assumere volumus, profectò veritas nostrę sententię clarius innotescet. Quandocunque enim aliquis Princeps humanus in suo Regno aliquā legem condit, eamq; cunctis suis subditis publicandam pręcipit, tunc quidem talem legem obseruare prius tenentur illi qui in Ciuitatibus propinquioribus habitant, quam qui remotiora habent domicilia, nam ob propinquitatem loci prius venit ad eos condi-

tæ

A tæ legis cognitio, vnde ex illo die, quo lex in ciuitate, vbi Princeps habitat, promulgatur; omnes ciues illius Ciuitatis talem legem obſeruare tenentur; quamuis poſtmodum ſuccedat, vt cæteri ſubditi, in remotioribus ciuitatibus habitantes poſt aliquod temporis ſpatium, talem legem obſeruare teneantur. Nam hoc eſt per accidens, (ex eo enim, quod tardius ob diſtantiam loci, ad eos notitia legis peruenit; hinc ab obſer-
B uantia legis; inuincibilis ignorantia eos excuſat. Ità pariter dicendum eſſe in caſu noſtro arbitror; nam legem Euangelicam, & per conſequens præceptum baptiſmi prius obſeruare tenebantur illi qui in ciuitate Hyeroſolimitana habitabant, quam cæteri homines, remotiora domicilia habentes; quia prius ad illos, quam ad iſtos nouæ legis notitia, ob propinquitatem loci peruenit.

Sed nunc aliud dubium nobis reſol-
C uendum remanet, & eſt ex quo tempore neceſsitas vtendi baptiſmo, quoad paruulos ortum habuerit. Et ratio dubitandi eſt; nam quidquid vſq; adhuc dictum eſt; pro adultis eſt accipiendum; nam adultis tantum præceptum aliquod imponi poteſt; paruulis vero nequaquam, ob carentiam enim vſus rationis, nullius præcepti ligamine aſtringi poſſunt. Hinc baptiſmus neceſſarius eſt paruulis ad obtinendam æternam ſalutem, non quidem neceſsitate
D præcepti, ſed neceſſitate medij; ſen remedij; nam ſi baptiſmum minimè ſuſciperent, quamuis mortaliter non peccarent; tamen vitam æternam adipiſci nō poſſent; quia peccatum originale in eis adhuc viueret. Ad difficultatem itaque propoſitæ quæſtionis reſpondendum eſt neceſsitatem baptiſmi quoad paruulos ortum habuiſſe, ſtatim poſt mortem Chriſti completam, id eſt ex puncto extrinſeco reſurrectionis. Et ratio eſt, quia in morte Chriſti ceſſauerūt omnia
E legalia ſacramenta antiquæ legis (prout ſuperius probauimus) vnde ceſſante iam Circumciſione, quæ ad tollendum originale peccatum fuerat inſtituta, illico ſucceſsit baptiſmus. Vide de hoc *Vazquez ſup. 3. part. S. Thom. q. 68. art. 3. diſput. 149. cap. 3.* Quapropter homines omnes, ſiue Iudæi, ſiue gentiles hoc præceptum baptiſmi ſcientes ex illo tempore quod præfiximus, ſuos paruulos baptizare tenebantur; neſcientes vero ob ignorantiam talis præcepti, vſq; ad il-

Paruulis neceſſitas baptiſmi incepit poſt Chriſti mortem cōpletam.

Vazquez

lud tempus, quo facta eſt publica Euangelij prædicatio poterant ſuos infantes circumcidere, ſi eſſent Iudæi, gentiles vero remedio legis naturæ vti poterant.) Et hæc eſt communis Theologorum ſententia. F

CAPVT IV.

Vtrum ſine Baptiſmo aliquis poſſit ſalutem æternam conſequi G

IN præſenti cap. illa quæſtio propo-nitur diſſoluenda; an Baptiſmus non in rè, ſed tantum in voto ſuſceptus ſit ſufficiens, ad perducendum hominem, ad æternam ſalutem. Et videtur dicendum, quod Baptiſmus in voto ſuſceptus non ſit ſufficiens, quia H Ioan. 3. præcipitur, vt vnuſquiſque Baptiſmum in rè ſuſcipiat; *Niſi quis renatus fuerit (inquit Chriſtus) ex aqua, & Spiritu ſancto non poteſt introire in Regnum Dei.* Item Sacramentum baptiſmi eſt de neceſſitate ſalutis; ſed neceſſarium eſt illud, ſine quo non poteſt aliquid eſſe; prout docet *Ariſtotil.* 5. Methaph. Ergo &c.

Ioann. 3.

Ariſtotiles

Sed his non obſtantibus argumentis I dicendum eſt baptiſmum in voto ſuſceptum, quando in rè haberi non poteſt, eſſe ſufficientem, ad obtinendam ſempiternam ſalutem. Hæc eſt doctrina *D. Thom. in 3. par. q. 68. art. 2. quam ſequuntur omnes Thomiſtæ, Peſantius ibid. Suarez ibid. diſp. 23. ſect. 3. Vazquez ibid. diſp. 148. & alij.* Dicit igitur *D. Thomas* quod aliquando Sacramentum baptiſmi poteſt alicui deeſſe re, ſed non voto, ſicut cum aliquis baptizari deſiderat, ſed aliquo caſu præuenitur morte, antequam baptiſmum ſuſcipiat, & talis ſine baptiſmo actuali ſalutem conſequi K poteſt propter deſideriū baptiſmi, quod procedit ex fide per dilectionem operāte, per quam Deus interius hominem ſanctificat, cuius potentia viſibilibus ſacramentis non alligatur. Hæc *S. Thomas.*

Baptiſmus in votoquā do non poteſt haberi in re ſufficit ad ſalutem.

S. Thomas
Peſantius.
Suarez.
Vazquez

Fundatur autem hæc noſtra concluſio in illa præclara ſententia *D. Auguſtin. in li. q.* 1. *Leuit. q.* 84. *tom.* 4. vbi ait, *Inuiſibilem ſanctificationem quibuſdam adfuiſſe, & profuiſſe, ſine viſibilibus Sa-*

Probatur ſententia Auguſtini

A *cramentis; visibilem verò sanctificationem (quæ fit sacramento visibili) sine inuisibili posse adesse, sed non prodesse.* Quibus verbis profectò insinuat *D. Augustinus*, sine visibili Sacramento posse fieri inuisibilem sanctificationem in anima desiderante visibile sacramentum, Prodest autem suscipientibus baptismum in voto; hæc inuisibilis sanctificatio, quia, & si nullum characterem imprimit; tamen ipsum hominem à fæditate

B originalis culpæ emundat, infusione spiritalis gratiæ iustificat, ac cælestis Regni eum hæredem constituit. Fundatur preterea in illa eximia sententia, *D. Ambrosij in lib. de obit. Valentin. paulò ante med. & habetur in lib. 5. Epiphan. immediatè post Epist. 33. tom. 3.* vbi de Valentiniano alloquens, qui cathecumenus obierat sic ait; Quem regeneraturus eram amisi; veruntamen ille gratiam, quam poposcit, non amisit.

Ambrosius Epyphan.

C Denique & aliud remedium superest ad tollendam originalem culpam, & hoc est, martyrium; quapropter si quis ob aliquam legitimam causam, suscipere non possit baptismum, neque in re, neque in voto; si tamen martyriũ pro Christo suscipiat; proculdubio salutem æternam consequitur. Ità expressè docet *S. Thomas 3. par. q. 68. art. 2. in responsion. ad secund.* vbi dicit, quod in martyrio omnia Sacramenti baptismi complentur, scilicet quantum ad plenam liberationem à culpa, & pena.

Martyriũ tollit peccatum originale

D Hinc baptismus ab omnibus Theologis tripliciter distinguitur, idest in baptismum flaminis, in baptismum fluminis, & in baptismum sanguinis. Et de hoc vltimo baptismo in suo proprio loco fusius agemus.

Baptismus triplex

CAPVT V.

E *Quæritur quo tempore adulti Baptismum suscipere teneantur.*

MVltoties explicatum fuisse arbitror, quod Baptismi Sacramentum est necessarium adultis non solum necessitate medij, sed etiam necessitate præcepti; vnde conuenienter in hoc cap. quæritur de tempore; quo adultus sub præcepto peccati mortalis hoc Sacramentum suscipere teneatur. In qua quæstione hæc prima conclusio tamquam certa, & communiter ab omnibus recepta tenenda est; quod

F

quilibet adultus in articulo mortis constitutus, sub præcepto tenetur hoc Sacramentum suscipere; nisi prius, illud antea susceperit. Et ratio est; quia si hoc preceptum saltem in articulo mortis non obligaret, posset, vtique homo absque noui peccati commissione, illud prætermittere; prout accuratè, ac subtiliter aduertit *Vazquez sup. 3. part. S. Thom. q. 68. art. 3. disp. 169. cap. 4.* Adde quod post mortem, hoc præceptum adimpleri non potest; non enim datur tempus acquirendæ salutis æternæ, & delendæ culpæ originalis, nisi in hac vita; dum homo in mortali corpore viuit: vnde mortuus baptizari non potest eo quod capax baptismi non existat, prout docet *Reginald. lib. 27. num. 50. Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap. 21. Grassius 2. par. lib. 1. cap. 4. num. 25. Suarez, & alij, quos citat, & sequitur Bonacin. tom. 1. disp. 2. q. 2. pun. 6. prop. 1. num. 6.* Ergo dicendum est obligationem huius præcepti saltem vim habere in articulo mortis; quia tunc vitæ humanæ finis imponitur, & cum hoc Sacramentum sit necessarium ad obtinendam æternam salutem; saltem in hoc extremo vitæ puncto hoc remedium saluberrimum sub præcepto suscipere tenetur, sine quo saluus esse non posset.

Adultus in artic. mortis constitutus si nondum est baptizat.⁹ tenetur sub mortali arripere baptism.

Vazquez

G

Reginald. Henriquez *Grassius* *Suarez.* Bonacina.

H

Secunda conclusio pariter certa est; & ab omnibus Theologis communiter admissa; quod scilicet præceptum baptismi, etiam ante tempus extremi periculi obliget; alioquin absque causa à Sanctis Patribus reprehenderentur illi; qui baptismi susceptionem, vsque ad extremum vitæ punctum differre præsumunt. Vide *Basil. homil. 13. ex varijs, quæ est exhortatio ad Baptismum Chrysostom. homil. 1. in Act. Apostolor. colum. 11. & homil. 13. in Epistol. ad* Hebr. *in moral. exposition. parum à principio, & refertur can. Quando quis de consecration. dist. 4. Cyprian. lib. 3. Epist. 8. Clemen. Roman. lib. 6. Constitution. Apostolicar. cap. 13.* Gregor. *Nazianzen. Oration. in sanct.* Baptism. *quæ est 40. Augustin. 3. de pecc. mer. cap. 5. Nicet. in Scholijs ad ea verba* Baptizemur *hodie, & ad illa* Sere *enim ferendi tempus*; vbi docens baptismum, vsque ad extremum vitæ diem non esse differendum, sed omne tempus aptum esse ad huius sacramenti susceptionem, dicit; At verò

I

Adultus obligatur etiã ante tẽpus extremæ necessitatis

Basilius. Chrysost. Cyprianus Clem. Pap. Nazianz. Augustin. Nicetas.

k

rò

Palacius Sotus Sylueſter Vazquez Henriquez

A ro ſalutis tuæ negotium ſemper perage atqueſomne tempus ad baptiſmi ſuſceptionem ribi certum, & definitum eſſe existima. Vide pariter de hac re *Palac. in 4. diſtin. 5. Sot. diſt. 5. art. 3. Sylueſt. verb. baptiſm. 4. §. 5. Vazquez ſup. 3. par. S. Tho. q. 68. art. 3. diſp. 149. cap. 4. Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap. 4 §. 1. & Concil. Trident. ſeſſ. 7. can. 12.*

Quando incipit Adulto obligatio ſumendi baptiſmum.

Illud autem controuertitur inter Doctores, quando ſcilicet teneatur adultus ſecluſo extremo vitæ puncto, ſub præcepto, hoc Sacramentum ſuſcipere, ità vt illud tunç voluntariè prætermittens, B mortaliter peccet; nam de tempore hoc, variæ ſunt Doctorum opiniones.

Prima opinio non dari tempus determinatum. Ledeſma.

Ledeſma enim 1. par. 4. q. 9. art. 3. dub. 1. existimat, præceptum baptiſmi nullo certo tempore obligare; niſi illud ab *Ec*cleſia determinetur, nam cum *Ius* diuinum hoc tempus non determinauerit, nec *E*ccleſia illud nunc determinat; nullus homo ad illud obſeruandum tenetur. *H*oc autem præceptum non fuiſſe ab *E*ccleſia determinatum docet,

Henriquez

Henriquez *lib. 2. de Sacrament. cap. 4. §. 1.* C Deinde *Ledeſma* neſcio quam comparationem inter baptiſmum, & pęnitentiam, ad confirmandam ſuam ſententiam ponat. Hanc autem ſententiam nullum alium Doctorem fuiſſe ſequutũ, mihi compertum eſt.

Secunda opinio vera teneri quãprimum poteſt.

Probabilior autem, & communis opinio tenet omnes adultos infideles debere quamprimum poſſunt hoc Sacramentum ſuſcipere; niſi aliqua iuſta, & legitima cauſa hoc præceptum differri permittat. *Ita* docet *Sotus in 4. diſput.* D *5. q. vnic. art. 3. §. de adultis autem, Caietan. ſuper 3. par. S. Thom. q. 68. art. 3. Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap. 4. §. 2. lit. K. vbi citat. Sylueſt. verb. baptiſm. 4. §. 11. Hoc idem, ac ſubtilius probat Vazquez ſuper 3. par. S. Thom. q. 68. art. 3. diſput. 169 cap. 4. num. 39. Angles in florib. Theolog. tit. de recipientib. Baptiſm. q. 2. art. 3. concluſ. 2. & 6. D. Thomas 3. par. q. 68. art. 3.* E *in corpo. Richard. diſt. 6. q. 3. art. 4. Alexand. Alenſ. q. 19. memb. 5. Durand. diſt. 6. q. 1. Scotus diſt. 3. q. 3. ac pleriq; recentiores.*

Sotus Caietanus. Henriquez Sylueſter Vazquez Angles S. Thom. Richardus. Alexander Scotus.

Probatur concluſio.

In confirmationem prædictæ ſententiæ permultæ rationes adduci poſſunt, quarum Prima eſt, nam cum Chriſtus ſit omnium hominum Deus, & Creator

1. ratio.

eum omnes homines quam primum fieri poteſt, debent per fidem cognoſcere, & per bona opera fidei coniuncta colere; cum igitur vnuſquiſque homo F ex præcepto fidei teneatur myſteria fidei ſufficienter propoſita, quamprimũ credere, profectò eodem modo tenebitur quamprimum ad efficiendam per baptiſmum, eiuſdem fidei profeſſionẽ: vt capiti vniuerſalis *E*ccleſiæ poſſit cõiungi, & perinde particeps fieri cæterorum Sacramentorum, quę in ipſa miniſtrantur.

2. ratio

Secunda ratio eſt, nam quilibet cathecumenus, debitor eſt ſuſcipiendi baptiſmum; quemadmodum docet, ac probat *Angles d. art. 3. concluſ.* G *6.* & ex ſupradictis colligitur; ſed debitor, quando nullum tempus determinatum habet ad ſoluendum, tunc ſoluere tenetur, quando creditor debiti ſolutionem petit: vnde cathecumenus hoc ipſum quod nullam rationabilem cauſam habet differendi Baptiſmum, illum ſub præcepto quam primum ſuſcipere tenetur, nam Prælati Eccleſiæ nulla extante legitima cauſa quamprimum H Cathecumenum baptizari præcipiunt.

Cathecumenus qui differt ſuſcipere baptiſmum vltra tempus ab Eccleſia inſtitutum pecc. mor.

*H*inc *D. Thomas d. art. 3. & Angles d. concluſ. 6.* docent mortaliter peccare illum cathecumenum, qui vltra tempus ab *E*ccleſiæ inſtitutum, baptiſmum accipere differt; niſi ex cauſa neceſſaria, & licentia *P*rælatorum *E*ccleſiæ id faciat.

3. ratio

Tertia ratio eſt, baptiſmus enim, quodam medicamen ſpirituale eſt; nam ſicut humanis medicamentis corpus ab I infirmitatibus corporalibus curatur; ità & anima ab infirmitate culpæ originalis medicamine aquæ baptiſmalis curatur; Sed in infirmitate corporali nemo poteſt medelam differre vltra tempus, quod medicus præfinit; ergo nec differendus eſt baptiſmus vltra tempus, quod *E*ccleſiæ Prælati, & Doctores conſtituerunt. Hoc autem tempus præfixum eſt: vt videlicet quam primum poteſt. *S*acramentum baptiſmi ſuſcipiat, ergo, &c.

D. Thom. Angles

Ex quibus cauſis liceat differre baptiſmum

K His poſitis, quęritur, quænam ſit legitima, ac iuſta cauſa, ob quam adultus inculpabiliter baptiſmum differre poſſit. *In* hac quæſtione reſpondet, *Vazquez in comment. ſuper 3. p. S. Thom. q. 68. art. 3. diſp. 159. cap. vlt.* & dicit, nullam à Doctoribus cauſam aſſignari ob quam baptiſmus videatur differendus. Ipſe vero ſuam ſententiam proferens dicit hoc totum arbitrio boni viri eſſe relinquendum,

Vazquez.

At mihi manifeſtum eſt complures Doctores permultas cauſas aſſignaſſe, ob quas non ſolum licentia diffe-

A differendi cathecumeni datur, sed etiam necessitas quędam imponitur. Nam *D.Thomas in 3.p. quaest.67. artic.3.* tres causas assignat, ob quas vsque ad aliquod certum tempus, baptismi *Sa*cramentutum differri nonnunquam oportet. Quas nimirum, sequentibus verbis assignat. *Adultis* (inquit) *non statim eum conuertuntur, est Sacramentum baptismi conferendum, sed oportet differri vsq; ad aliquod certum tempus. Primo quidem propter cautelam Ecclesiae, nè de-*

i.Ioan.4.

B *cipiatur, Sacramentum fictè accedentibus conferens secundum illud 1.Ioan.4. Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint. Quae quidē probatio sumitur de accedentibus ad baptismum, quando per aliquod spatium eorum fides, & mores examinantur. Secundo hoc est necessariū ad vtilitatem eorum, qui baptizantur; quia aliquo temporis spatio indigent, ad hoc quod plenè instruantur de fide, & exerceitentur in his quae pertinent ad vitam Christianam. Tertio hoc est necessarium ad*

C *quandam reuerentiam Sacramenti, dum in solemnitatibus praecipuis scilicet Paschae & Pentecostes, homines ad baptismum admittuntur, & ita deuotius Sacramentum suscipiunt.*

Cathecumeni non statim baptizandi

Ex his, quae hactenus diximus, apertè colligitur adultos cathecumenos, non esse baptizandos, quam primum baptismum petunt, quemadmodum definitum est in *Concil. Bracharens. & refertur can. Ante viginti, & in Concil. Laodicens. can. Non liceat de consecration. dist.4.* vbi

Cōc. Brac. Concil. Laodicens.

D praecipitur, cathecumenos instruendos esse viginti dierum spatio; antequam baptismum suscipiant. Et in *can. Iudai ead. dist.* statuitur, vt Iudaei propter eorum frequentem perfidiam, per octo menses cathecumeni existant. Sed cathecumenis in articulo mortis constitutis, baptismus minimè est differendus, quia tunc maior instructio, vel plenior conuersio non expectatur.

Vazquez

Item duas alias causas assignat *Vazquez disput. 149. cap. vlt. vers. Caeterum*

E *quamuis*. Prima est si maioris momenti sit, aliquantulum differre baptismum, quam statim baptizari; puta si baptismus differatur, adhoc vt aliqua incommoda superentur, atque euitentur, propter quae de perseuerantia baptizati dubitari potest, & hoc verificari mihi videtur in conseruatione rerum temporalium; tunc enim si cathecumenus cognoscat sè propter celerem baptismi

F susceptionem, omnia bona temporalia, esse amissurum, inculpabiliter differre aliquantulum baptismum potest. Quod intelligendum est, nisi probabile periculum relinquendi illum immineat, nam tunc bona spiritualia, temporalibus diuitijs sunt anteponenda. Secūda est, quādo baptismus differtur ob maius bonū caeterorum fidelium, quemadmodum de B. Sebastiano legimus, qui ob bonum commune caeterorum fidelium, aliquāto tempore baptismum distulit.

G Quod si contingat, vt nulla extante causa ex his, quas iam assignauimus, baptismus, vltra debitum tempus protrahatur, tunc cathecumenus mortaliter peccat, sed tamen hoc peccatum deleri potest cum alijs per succedentem contritionem, quae baptismi vicem supplet, quemadmodum docet *D.Thom.3.part. q.68.art.3.in corpor.* Nec imitari nos debemus eos, qui per annum, baptismi receptionem distulerunt, prout de B. Martino refert *Henriquez lib. 2. de sacram. cap.4.§.4.* ait enim *B.* Martinum Episcopum Turonensem, per octo annos baptismum distulisse. Item, & *B.* Ambrosius baptismum recipere distulit, qui antequam esset baptizatus, electus est Episcopus, quemadmodum refert *Nicaph. 11.historiar.cap.32.& lib.12. cap.41. Couarruuias 4. variar.capit.16.num.5. & ex Paulin. Socrat. Theodoret. Sozom. & Tripart. probat Henriquez lib.2.cap.4.§.4. in comment. lit. R.* Praeterea, & de Cōstātino Magno apud complures Authores legimus, vsq; ad finem vitae baptismum distulisse. Ita refert *Euseb. Pamphyl. lib. 2. de vita Constant. Socrat. 1. hystor. cap.39. Cassiodor. et Aymon 9. tripart. c.7. Sozom. lib.1. capit.24. Ioann. Camerar. in catalog. Imperat. capit. 1. Pompon. Letus in Epist. Conciliab. Arimin. ad Constan. & in suis Chronic. anno 336. & alij*, quorū nōnulli referūt Cōstantinū baptismū vsq; ad finē vitae distulisse, eo quod in Iordane, vbi baptizatus est Christus, baptizari cōcupiebat; sed morte praeuētus

S. Thomas

H *Henriquez*

Nicephor. Couarruu. Paulinus Socrat Theodoret. Sozom: Tripartita Eusebius Cassiodor. Aymon Io. Camer. Pomponius Latus

I dum Nicomediae immoraretur, baptizatus est ab *Eusebio Arriano* Episcopo Nicomediae. Sed ego contrariae opinioni libentius acquiesco, eo quod verior, ac probabilior mihi videatur; quae tenet Constantinum magnum à *B.* Syluestro fuisse baptizatum Romae, multis annis antequam obiret. Ita testatur idē *Constantinus in sua confession. quae habetur tom.1. Concilior. Leo epist.6. ad* Nicolaum *Imperator.* Hieronymus *tom. 9. epistolar.*

Constantin. Magn. Leo Papa Hierony.

ad

A *ad Eustoch. de vincul. Petri Nicephor.7.*
Nicephor. *hystor.cap.35.lib.8.cap.54. Damas. in vi-*
Damasc. *ta Syluestr. Papa, Platin. in vita Marc. Sa*
Platina *bell. Concil. Roman. sub Syluestr. cap.1. Li-*
Sabellius *berius Papa in suis actis capit.1. & 46.*
Conc. Rom. *Adrian. Papa in epistol. qua in 7. Synod.*
Liberius *Act.2. approbata est, D. Thomas opusc.20.*
Adrianus *lib.3. de regimin. Princip. capit.16. & 17.*
Papa *Henriquez lib.2. de sacrament. cap.4.§.4.*
S. Thom. *in commentar. lit. R. & Canus lib.11. de lo-*
Henriquez *cis capit. 5. ad 14. & latius Baronius.*
Canus Sed quomodocunq; sit, eos imitari nos
B non debemus, nam si per longum tem-
Baronius pus baptismum distulerunt, hoc nimi-
rum ob reuerentiam sacramenti, vel ob aliud iustum impedimentũ nobis ignotum, factum est.

CAPVT VI.

C *Quæritur an Ecclesia tempus obligationis baptismi determinauerit; aut determinare potuerit:*

SVperest, vt illa difficilis quæstio hoc in loco dissoluatur, quæ Doctorum mentes exercere assolet, & quia duplicẽ difficultatem continet, scilicet an tempus obgligationis baptismi ab Ecclesia fuerit determinatum, & an Ecclesia hoc
D determinare potuerit, hinc presẽs quæstio bimembris efficitur, vt distinctẽ, vtraq; difficultas resoluatur. Primo
1 igitur quæritur, an Ecclesia tempus
Tempus est ab Ecclesia definitũ obligationis baptismi determinauerit. Ad quod respondens *Dominicus Sotus in 4. dist.5. q. vnic. art.3. §. Hactenus de iu-*
Sotus *re diuino, & sequentibus* dicit, tempus baptismi, rẽ ipsa adeò ab Ecclesia fuisse definitum, ac determinatum, vt vltra hoc tempus, baptismi sacramentum differre non liceat, quamuis ante illud vnusquisque licitẽ baptismum suscipere
E potuisset.

Hæc autem Soti sententia nullum aliud fundamentum habere potest, nisi
Fundamẽtum huius opinionis hoc, quod immediatẽ subinfertur. Præcepta namque diuina affirmatiua, quæ ex primaria Christi institutione determinatum tempus obligationis non habent, illud habere possunt; si Ecclesia prædictum tempus, in quo obligatio vigeat, determinauerit. Quam videlicet definitionem, seu determinationem F
per Ecclesiam fieri posse, omnes Scholastici Doctores cõmuniter docent, eamq; modificationem appellant. Exemplum afferunt de præcepto confessionis, & de præcepto Eucharistiæ, quæ quidem cum sint affirmatiua, & diuina, nullum determinatum tempus obligationis habent, vnde sancta ecclesia hoc tempus præfixit, atque determinauit. Itá igitur dicendum esse videtur de præcepto baptismi, cum non solum sit diuinum, sed etiam affirmatiuum. G

2 Sed in contrarium est communis Theologorum opinio, quam præcipue nonnulli recentiores tenent, atque defendunt, asserentes Ecclesiam catholicam nunquam hoc tempus obligationis determinasse. Itá *Vaz-*
Vazquez *quez super 3. par. S. Thom. quæst.68. art.3.*
Caietanus *disput.50. cap.2. Caietanus in commentar.*
Ledesma *super 3. part. D. Thom. q.68. art.3. dub.1.*
Syluester *Syluest. baptism.4. Henriquez lib.2. de sa-*
Henriquez *crament. cap.4. §.1. vbi citat D. Thom.3.*
Angles *part. q.68. art. 3.* Sed ego hoc in loco
H nihil de hac quæstione dixisse cognoui, quamuis ex eius doctrina ibi tradita deduci possit. Sed clarẽ hanc nostram sententiam tuetur *Angles in floribus Theolog. tit. de recipientib. baptism. q.1. art.4. conclus.4.* Nec obstat *Can. Secunda conclusionis, & Can. Duo tempora de consecration. dist.4.* nam ibi non Cathecumenis, sed dumtaxat Episcopis tempus præfigitur.

Adducunt autẽ plures rationes præcitati Doctores ad probandum, hanc I
determinationem nequaquam ab Ecclesia factam fuisse. Dicunt enim, si ostensum fuerit ecclesiam non potuisse definire, ac interpretari tempus huius præcepti in vniuersum, clarẽ constabit, nunquam illud definiuisse, aut interpretatam fuisse. Quod autem hanc potestatem non habuerit Ecclesia, ex infradicendis in sequenti quæsito apertẽ constabit, & sic secunda difficultas propositæ quæstionis præstante Domino resoluetur. K

Ecclesia an habeat potestatem definiendi tempus baptismi Quæritur igitur secundo, an Ecclesia potuerit præfatum tempus per modum determinationis definire. Ad quod respondens *Sotus in d. dist.5. q. vnic. art.3.* dicit, ac tenet Ecclesiã hãc potestatẽ habuisse. Hanc eandem sentẽtiam amplectitur *Ledesma 1. par.4. q.9. art.3. dub.1.*
1 *& Caietan. in commentar. super 1. part.*
Sotus *D. Thom. q.68. art.3.* Isti enim duo Do-
Ledesmã ctores existimant præceptum diuinum
Caietanus baptis.

A baptiſmi poſſe per Eccleſiam ad aliquod præfinitum tempus reuocari, & hoc (iuxta relationem *Vazquez diſp.* 150. *cap.* 1.) non ſolum intelligunt per modum declarationis, & interpretationis; qua facta vnumquemque hominem ità præcepto baptiſmi aſtringi, vt eius ſuſceptionem vltra determinatum tempus differre non poſſit.

2. opinio verior negans.

Sed oppoſita ſententia tanquam verior, ac probabilior, magis mihi placet, quam pleriq; recentiores tenent, atq; de- B fendunt, & præcipuè *Vazquez in comment. ſuper* 3. *par. S. Thom. quaſt.* 68. *art.* 3. *diſputat.* 150. *cap.* 1. & 2. Ad quam opinionem confirmandam plures adduci poſſunt rationes. Prima ratio eſt, nam ſi hoc tempus per Eccleſiam determinaretur, hoc profectò fieret propter infideles, & paganos, ac cathecumenos, quibus præceptum baptiſmi promulgatum eſt, nam propter fideles chriſtianos hæc determinatio fieri non debuit, quia vel ſunt adulti, & iam ab infantia, (vt mos C eſt) baptiſmum ſuſceperunt, vel ſunt paruuli, & hos nullum præceptum, nec diuinum, nec humanum ligare poteſt. Eccleſia autem quoad infideles, & paganos; nullum præceptum nullamque legem ferre poteſt, eo quod ipſi, nec ſubditi, neq; ſubiecti Eccleſiæ ſint, tam quoad vim directiuam, quam quoad vim coactiuam, vnde hoc ipſum quod Eccleſia, nec iuriſdictionem, nec poteſtatem habet quoad vim coactiuam ſuper infideles, proculdubio, non poteſt eis ali- D quod præceptum imponere, quod ſpectat ad vim directiuam. Fruſtra enim præceptum imponeret, ſi poteſtatem nõ haberet cogendi, & puniendi eos, qui tale præceptum obſeruare recuſant.

Vazquez

1. ratio

2. ratio

Secunda ratio eſt, Eccleſia enim in his quę ſunt iuris diuini nullam poteſtatem habet, vnde quotieſcunq; contingit aliquod pręceptum diuinum, tam clarũ, tamque determinatum eſſe, vt nulla declaratione, nullaq; determinatione indigeat, Eccleſia non poteſt illud inter- E pretari, aut tempus obligationis determinare. Quando autem omnino non conſtat, an in hoc, vel in illo tempore tale pręceptum obliget, quia res valde eſt dubia; poteſt Eccleſia per modum interpretationis, ſeu declarationis, tempus determinare, ac præfigere in quo tale præceptum diuinum obliget. Quæ videlicet determinatio per Eccleſiam facta, à Theologis modificatio appellari ſolet. Vnde præclarum exemplum habemus in *Concilio Tridentino ſeſſ.* 14. F *cap.* 5. *circa fin.* vbi præceptum diuinum de facienda confeſſione interpretans; eo quod dubiũ erat, quoad tẽpus obligationis; per modum declarationis, & modificationis præfatũ tempus determinat atq; præfigit. *Neq; enim* (inquit *Conc. Trident.*) *per Lateranẽſe Concil. Eccleſia ſtatuit, vt Chriſti fideles confiterentur, quod iure diuino neceſſarium, & inſtitutum eſſe intellexerat; ſed vt præceptum diuinum confeſſionis ſaltem ſemel in anno ab omnibus, & ſingulis cum ad annos diſcretionis* G *perueniſſent, impleretur.* Hæc ex *Concil. Tridentino.* Sed præceptum diuinum baptiſmi quodammodo tempus determinatum habet, in quo obliget, nam prout ex communi doctrina, & conſenſu Doctorum in *cap.* 5. *huius libri allata* probauimus, vnuſquiſq; fidelis ſub præcepto diuino baptiſmum ſuſcipere tenetur quam primum poteſt, niſi aliqua legitima cauſa impediatur. Ex quo apertè conſtat præceptum diuinum baptiſmi ex diuina voluntate, & inſtitutio- H ne quodammodo tempus determinatũ habere, in quo obliget. Non ſic autem dici poteſt de præcepto diuino confeſſionis, hoc enim ex diuina voluntate, & inſtitutione tempus determinatum nõ habet; nam quamuis cõtingat aliquem hominem mortaliter peccare, non tamen ex præcepto diuino tenetur ſtatim peccata ſua confiteri; quamuis commodè omni ſecluſo impedimento tunc fieri poſſet.

Conc. Trid.

Hec autem nouiſsima ratio, funda- I mentum Soti diſſoluit, ac deſtruit; non enim datur quædam paritas, ac adæquata conuenientia inter præceptum confeſsionis, vel euchariſtiæ, & inter præceptum baptiſmi. Differunt enim primo quia præceptum diuinum baptiſmi, quodammodo ex sè præfixum tempus habet, in quo obliget, quia vnuſquiſque infidelis (vt diximus) quam primum poteſt baptiſmum ſuſcipere tenetur; pęnitentiæ vero, & euchariſtiæ præceptum ex sè nullo modo tempus determinatũ k habet; ſed determinatur ab Eccleſia per quandam modificationem. Differunt ſecundo quia præceptum confeſsionis, nec non, & euchariſtiæ datum eſt tantũ fidelibus, qui ſunt omnino ſubditi, ac ſubiecti Eccleſiæ, præceptum vero baptiſmi datum eſt, non tantum fidelibus, ſed etiam infidelibus, iuxtà illud *Matth. vltim. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij,*

Argumentum primæ opinionis reſolutitur

Matth. vlt.

&

A *& Spiritus sancti*. Super infideles autem Ecclesia nullam habet iurisdictionē aut potestatem, neq; quoad vim coactiuam; prout omnes Doctores docent.

CAPVT VII

Ostenditur, tempus in quo suscipiendus est baptismus, esse determinatum, quoad parentes paruulorum fidelium, & quoad ministros Ecclesia.

B

IN presenti cap. duplex cōclusio promittitur probanda, quia vero vtraq; in se complures continet difficultates C ideirco præsens tractatio in plures, ac distinctas quæstiones diuidenda est. Primo igitur quæritur, an tempus, in quo baptismus paruulis fidelium est conferendus, sit determinatum, ac præfixum quoad eorum parentes. Ad quod negatiuè quis respondere posset, quia nonnulli Patres de tempore, in quo paruulis baptismus est conferendus, pertractantes diuersam, ac inconcordem opinionem tenent. *Tertullian. enim in lib. de baptism. cap.* 18. existimat infantes esse baptizandos ante vsum rationis, quando periculum mortis imminet; si verò hæc necessitas non vrgeat, conuenientius esse indicat, vt anni discretionis expectentur. *Et* de hoc quandam rationem mox adducit his verbis. *Nè sponsores* (inquit) *qui prò baptizato promittunt periculo sè exponant non implendi quod promittunt propter varias causas, qua in infantia occurrere possunt.* Item *Gregorius Nazianzen. orat. 40. de baptis.* opinatur, ac docet hos pueros ante vsū rationis esse baptizandos statim post eorum natiuitatem, si vrgens necessitas immineat. Sed extra tempus necessitatis, ait tertium annum esse expectandum. Præterea accedit *Ludouic. Vines annotation. in cap. 27. lib. 1. de ciuit. Dei*, vbi dicit olim neminem consueuisse baptizari nisi in adulta ætate, & qui per sè peteret baptismum, & intelligeret quid sit baptizari *Ita refert Bellarm. lib. 2. de sacram. baptis. c. 8. nec non, & Henriq. lib. 2. de sacrament. cap. 4. in comment. lit. M.* Similiter, & Anabaptistæ docuerunt, non licere baptismum tradere nisi adultis, qui baptismum per sè flagitant. Ità testatur *Caluin. in instruction. contra Anabaptistas, & in lib. 4. institut. cap. 16. §. 29.* refert Michaelem Seruetum, & alios Anabaptistarum magistros contendere, quod baptismus suscipi non debeat, nisi in illa perfecta ætate triginta annorum, in qua Christus Dominus noster baptismum suscepit. Si igitur præfati Authores varia tempora assignant, quoad collationem baptismi, indeterminatum esse tempus videtur, quo fideles suos infantes baptizare tenentur.

Tertullian. D Nazianz. E Bellarmin. Henriq. F Caluinus G

Sed opposita sententia verior, ac probabilior est, quam pleriq; recentiores communiter tenent, & præcipuè *Suarez in comment. super 3. par. S. Thom. q. 68. art. 10. disp. 25. sect. 2. Henriq. lib. 2. de sacramen. cap. 4. §. 3. in comment. lit. M. vbi citat Ledesm. & Sot. dist. 5. art. 3.* Hæc autem sententia probatur primo ex *Concil. Mileuitan. can. 2.* vbi anathematizantur illi, qui negant infantulos ex vtero materno recenter natos, esse baptizandos. *Placuit* (inquit) *vt quicunq; paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, anathema sit.* Vide de hoc *Bellarmin. lib. 2. de sacrament. cap. 8. vers. iam vero.* Probatur secundo ratione, nam si hoc tempus quoad parentes infantium fidelium non esset determinatum, vnusquisque pater familias posset filios suos post tertium, vel quintum annum ætatis eorum baptizare; quod quidem non solum inconueniens esset, sed & ipsius infantibus valde perniciosum, ac periculosum; tum quia subitaneæ mortis impetu repente inuasi, absq; baptismo decederent, & sic salui esse non possent, tum etiam, quia toto illo tempore, quod baptismi susceptionem præcederet sub potestate diaboli remanerent, ac filij iræ dicerentur. Hinc *D. Gregor. Nazianz. oration. 40. de baptis.* permultas, ac bonas rationes affert, ob quas expedit baptismum infanti, statim conferri contra demonis potentiam, nè arripiatur, aut nè præuentus repentino periculo obruatur. Probatur tertio, ex consuetudine, quam Ecclesia catholica semper tenuit, ac tenet; nam in octauo die postquam infans natus est, eum baptizare assolet.

Tempus quo paruuli sunt baptizandi est præfixū quoad parentes. H Suarez Henriq. Ledesm. Sotus Concil. Mileuit. Bellarm. I K Gregor. Nazianz.

Pp Secun-

A *Paruuli sub præcepto sunt baptizandi ante vsum rationis*

Secundo quæritur, an infantes ante vsum rationis sub præcepto sint baptizandi. Ad quod affirmatiuè respondeo cum *Suarez disp.25.sect.2.Sot. dist.3.art.10.Tablen.Baptism.5.§.12.Bellarmin.lib.1.de baptism.cap.8.& alij quos citat, & sequitur Henriquez lib.2.de Sacrament.cap.4.in comment.lic. N.* Hinc nonnulli ex præcitatis Doctoribus, & præcipuè *Henriquez* docent peccare mortaliter patremfamilias, qui absq; aliqua causa suis filijs, vel subditis vltra decimumquintum, vel vigesimum diem

Suarez. Sotus. Tabiena. Bellarmin. Henriq.

B baptismum dare differt. Si autem circiter duodecimum diem differat; non peccat mortaliter; quia est modica téporis quantitas. Hoc autem præceptũ præcipuè obligat parentes, quando infans in periculo mortis versatur, tunc enim sub peccati mortalis præcepto tenentur parentes eum statim baptizare; prout optimè docet *Suarez disp.25.sect. 2.& D.Thom.3.par.q.68.art.3.* Vnde & *S.Leo Papa in epist.4.ca.5.& habetur de Consecration.dist.4 cap.Si quis,* sic ait

Suarez. S.Thom. S. Leo.

C *si qui necessitate mortis ægritudinis, & naufragij vrgentur omni tempore debent baptizari.* Quod autem hoc tempore extremæ necessitatis, hoc præceptum obliget; permultis rationibus comprobatur. Primo ex generali lege charitatis, qua tenemur proximis indigentibus subuenire; & præcipuè quando in extrema necessitate constituti aliquo subsidio spirituali indigent. Secundo ex lege peccati, qua tenentur parentes filijs in extrema necessitate constitutis prouidere. Tertio ex lege iustitiæ

Probatur conclusio. Primo. Secundo. Tertio.

D respectu Pastorum Ecclesiæ; quia ex officio tenentur Sacraméta ministrare ijs, qui sub eorum spirituali potestate sunt subiecti, & præcipuè quando extremæ necessitatis periculum imminet.

Tertiò quæritur, en hoc præceptum sit diuinum, vel naturale, vel Ecclesiasticum. Ad quod breuiter respondeo cum Suarez disp.21.sect.2. extra casum extremæ necessitatis; hoc præceptum non esse diuinum, quia nulla scriptura,

E vel traditio aliqua præcipit, infantes filios Christianorum ante vsum rationis esse baptizandos. Neq; est præceptum naturale, quod ex principijs fidei necessariò sequatur.

Dicendum est igitur hoc præceptum esse Ecclesiasticum, non quod in aliquo iure canonico scriptum inueniatur (prout notat *Suarez loc.cit.Vers.Vltimo ergo* &c.) sed quia recepta consuetudo Ecclesiæ, quæ ad introducendum aliquod Ius est sufficiens, sic facere consueuit. F

Vnde huiusmodi præceptum Ecclesiasticum, ex recepta vniuersalis Ecclesiæ consuetudine exoritur. Hinc parentes debent hos infantes maturè ad suscipiendum baptismum offerre; prælati verò & Pastores Ecclesiæ debent eos statim baptizare. Quod si parentes multo tempore transacto hos infantes baptizare renuerint, Prælati, & Pastores Ecclesiæ poterunt præfatos parentes cogere G

ac compellere, imò si opus sit, ipsis inuitis, infantes baptizare; quia eorum consensus ad validitatem Sacramenti non est simpliciter necessarius. Et in hoc casu peccarent mortaliter parentes tum quia contra præceptum Ecclesiasticum agerent de quo supra mentionem fecimus, tum etiam quia baptismum suis filiis denegando, maximum scandalum in cordibus cæterorum fidelium generarent. H

Quartò quæritur, in quo tempore huiusmodi infantes debeant baptizari. Ad quod respondens dico primo non posse eos Baptismi Sacramentum recipere, dum in vteris maternis adhuc clausi remanent; tum quia aqua baptismali contingi non possunt, cum etiam quia nec per matres suas ablui possunt, cum & ipsæ distinctas animas habeant propriã, ac distincta peccati originalis fœditate contaminatas, prout optimè docet *Augustin. lib.6. contr. Iulian. cap.5.* *August.* Dico secundo, quod huiusmodi infantes non debent baptizari donec fuerint perfectè nati; vnde extra I periculũ extremæ necessitatis Baptismus non est conferendus iis, qui ex vtero materno egredi incipiunt, perfecta namq; natiuitas expectatur, ac desideratur; quia prout docet *Augustinus epist. 77.*& probat *Suarez disput.25.sect.2.* ordinariè quis non renascitur, nisi semel ac perfectè iam fuerit natus.

His positis superest nunc, vt argumentis, in oppositum adductis in exordio præsentis cap. respondeamus. Et K primo nihil obstat sententia Tertulliani, nam illo in loco errasse dicendum est (quemadmodum testatur *Suarez disp.25.sect.2.*) similiter enim in permultis alijs rebus dubijs eum pariter errasse, eius scripta fatentur, & omnes Theologi contestantur. Secundo non officit D.Gregorij Nazianzeni sententia, qua

A qua inſinuatur tertium ætatis annum
eſſe expectandum, ad hoc, vt infans re
center natus baptizetur, nam ſupponi-
mus id non eſſe, nec infanti vtile, aut
expediens, neque Sacramento conue-
niens, aut neceſſarium. Opinatur enim
Gregorius Nazianzenus, ideo hoc tem
pus tertij anni eſſe expectandum, adhoc
vt infans, vel verbis, vel nutibus reſpon
dere poſſet interrogationibus, quæ in
baptiſmo fieri aſſolent. Sed hoc (vt
B diximus) infanti nihil vtilitatis affert,
quia quid prodeſſe poteſt illi, vt verbis
reſpondeat, & tamen mente, ipſam re-
ſponſionem comprehendere non poſſit?
Neq; id eſt Sacramento neceſſariũ, quia
ad validitatem Sacramenti, infantis cõ-
ſenſus ſimpliciter non requiritur, ali-
ter enim illi infantes, qui in octauo
die natiuitatis ſuæ baptizantur, nec
ſuum aſſenſum in illa tenerrima æta-
te dare poſſunt: nec baptizati, nec
à peccato originali emundati dice-
C rentur.

Denique probandum nobis eſt, hoc
tempus in quo infantes fidelium Chri-
ſtianorum baptizari debent, olim quo
ad ipſos parentes fuiſſe ab *Ecclesia* de-
terminatum, *E*tenim tanquam res cer-
ta, ac veriſſima habenda eſt; quod olim
Ecclesia in antiquis canonibus adeo tẽ
pus huius adminiſtrationis, quo ad mini
ſtros eiuſdem *Ecclesiæ* determinauerit,
vt nullo modo eis liceret extra prædictũ
tempus Baptiſmum conferre, niſi in
D quibuſdam caſibus ibidẽ expreſſis. Hoc
autem tempus ab *Ecclesia* aſſignatum
fuit Sabbathum Sanctum, quod feſtum
Clem. Pap. Dominicæ reſurrectionis præcedit. De
hac præcipuam mentionem facit *Cle-
mens Romanus lib.5. constitut. Apoſtol. ca.
18. alias* 20. dum iubet, vt in illa die,
baptizatis iam cathecumenis, lecto Euã
gelio, & habito ſermone ad populum,
de his, quæ ad ſalutem pertinent, lu-
Conc. Alt. ctum deponant. Inſuper de hac re vide
Conc. Calc. *Concil. Altiſiodorenſ. can.* 18. *& Concil. Cal*
E *cedon. in action.* 10.

Poſtmodum vero fuit adiunctum *Sa-*
bathum, quod feſtum Pentecoſtes præ-
cedit, vt in eo huiuſmodi Sacramenti
S. Leo Pap. adminiſtratio fieret. *C*ur autem hæc di-
ſpoſitio facta fuerit, S. *Leo in Epiſt.* 4. c.
3. rationem reddit his verbis. *Additur
ſanè* (inquit) *huic obſeruantiæ etiam Pē-
tecoſtes ex aduentu Spiritus ſancti ſacra ſo
lennitas, quæ de Paſchalis feſti pendet ar-
ticulo, & cum ad alios dies alia feſta perti
neant, hęc ſemper ad eum diem, qui reſur* F
*rectione Domini eſt inſignis occurrit, por-
rigens quodammodo auxiliantis gratiæ
manum, vt ij, quos à die Paſchæ, aut
moleſtia infirmitatis, aut longinquitas iti-
neris, aut nauigationis difficultas inter-
cluſit inuitos, aut quibuslibet neceſſitati-
bus impeditos, deſiderij ſui effectum dono
Spiritus ſancti conſequantur*. Communi-
ter autem tam de Sabatho Reſurrectio-
nis Dominicæ; quam de Sabatho Pen-
tecoſtes permulti Pontifices *R*omani
mentionem faciunt, vt *Leo I. in Epiſtol.
4. ad Episcopos per Siciliam conſtitutos ca.* G
2. & ſequentib. & refertur can. Duo tem- *Sericius P.*
*pora, & can. Propriè de conſecration.
diſtin. 4. & in Epiſtol. 68. ad Episcop.* *Gelaſius P.*
*Campan. cap. 1. Sericius Papa in Epiſt. 1.
ad Himerium Tarraconenſ. cap. 2. &
refertur can. Non ratione de conſecration.
d. diſt. 4. Gelaſius Papa in epiſt. ad Episco-
pos per Lucaniam, quæ eſt in 2. tom. epiſto-* *Greg. 2. P.*
*lar. Pontific. 6. cap. 12. & in 2. tom. Conci-
liorum in ordine. I. Gregorios II. in epiſt.
ad vniuerſum clerum, & plebem Turingiæ
quæ eſt in 2. tom. Concilior. in ordine III.* H
& in 2. tom. Epiſtolarum Pontificum.
Præterea eadem mentio fit *in Concilio* *Conc. Par.*
Pariſienſ. ſub Ludouico, & Lothario Im- *Conc. Ger.*
perat. lib. 1. cap. 7. in Concil. *Gerundenſ. can.* *Con. Mog.*
4. *in* Concil. *Moguntian. ſub* Carolo *Con. Trib.*
Magno celebrato cap: 4. in Concil. *Tri-* *Conc. Vor.*
burienſ. cap. 12. & in Concil. *Vormatienſ.
cap. 1.*

Ecclesia igitur Catholica antiquis
temporibus infantes, & adultos bapti-
zare aſſolebat in his duobus diebus, in
cæteris verò anni diebus, nullo modo I
baptiſmum miniſtrari permittebat, At
hęc lex per vniuerſalem conſuetudinem
recepta vim non habebat, quando in-
fans, vel adultus periculo mortis
erat propinquus, tunc enim omni
tempore, omnique die baptiſmi
Sacramentum morienti miniſtrari po-
terat. Hinc *Gelaſius Papa in epiſt. ad* *Gelaſius P.*
*Episcopos per Lucaniam, quæ nunc habe-
tur in 1. tom. Epiſtolar. Pontific. in ordine
6. & in 2. tom.* Concilior. 3. *cap. 12.* hęc ſcri K
bit; *Baptizandi* (inquit) *ſibi quiſquam paſ
ſim quocunque tempore, nullam credat in* *Con. Maſ.*
*eſſe fiduciam, præter Paſchale feſtum, &
Pentecoſtes venerabile Sacramentum, ex-
cepto grauiſſimi duntaxat languoris in-
curſu; in quo verendum eſt, ne morbi cre
ſcente periculo, ſine remedio ſalutari for-
taſſis ægrotans exitio præuentus abſcedat*.
Item in Concilio *Maſtiſconenſi* cap. 3. ſimi

A le decretum habetur, sequentibus verbis exprrssum. *Idcirco (inquit) sensemus, vt ex hoc tempore nullus eorum permittatur talia perpetrare, prater illos quos infirmitas nimia, aut dies extremus compellit, filios suos baptismum percipere, ideoque prasentibus adnominationibus à suis erroribus, vel ignorantia reuocati omnes omnino à die quadragesima cum infantibus suis ad Ecclesiam obseruare pracipimus, vt impositionem manus certis diebus
B adepti, & sacri olei liquore perunsti legitimi diei (idest Paschatis) festiuitate fruantur, & sacro Baptismate regenerentur, quo possint, & honoribus sacerdotalibus fungi, &c.*

Veruntamen hoc Ius antiquum, quo præcipiebatur, vt in Sabbato Paschę, & in Sabbatho Pentecostes tantummodo, baptismus ministraretur, per contrariã Ecclesiæ consuetudinem fuisse abrogatum mihi compertum est, Periculosum enim erat populis, qui ad fidem Christi
C conuertebantur; vt hos dies expectantes, tam longo tempore baptismũ differrent, nam repentinæ mortis iaculo percussi absque baptismi Sacramento decedere facillimè poterant. Vnde crescente iam numero Christianorum, prędicta lex antiqua abrogata est; nam ferè totius Ecclesiæ consuetudo introduxit, vt tam paruulis, quam adultis non solum in Sabbathis Paschæ, & Pentecostes, sed in aliis anni diebus baptismus solemniter ministraretur. Hoc procul
D dubio aptis verbis testatur *Rupertus lib. 4. diuinor. officior. cap. 18. At postquam (inquit) Christianitas creuit, & sagena illa verbi Dei piscibus impleta est; quia periculosum erat tantam multitudinem differre propter occasiones mortis, qua in multitudine hominum multa sunt maximè propter turbam infantium ex Christianis parentibus succrescentium, quorum tenera vita persapè leui occasione succiditur, visum est sancta Ecclesia passim indulgentia baptizandi concessa, imo oblata, cuncta*
E *ante venire pericula, Baptismi tamen solemnitatem, vel in paucis cum Dominica resurrectione, cui similis est calebrare. Hęc Rupertus.*

Rupertus.

Refert tamen *Vazquez in commentar. sup. 3. par. S. Thom. q. 68. art. 3. disput. 150. cap. vlt.* illam consuetudinem antiquam Romæ vsque ad tempus, quo ipse viuebat perseuerasse; nam quotannis aliquis numerus adultorum in Sabatho sancto baptizabatur. An vero præter hunc diẽ ibi baptismus ministrari potuerit, se prorsus nescire testatur. Addit insuper in illo *vers. Fateor tamen*, quandam cõsuetudinem in Gallia fuisse, vt infantes extra tempus Paschatis, & Pentecostes nequaquam baptizarentur. F

Vazquez

CAPVT VIII

Baptismum esse necessarium paruulis ad obtinendam æternam salutem, contra hæreticorum doctrinam probatur. G

De baptismo paruulorum non pauci, nec leues fuerunt hæreticorum errores; nam nonnulli affirmabant paruulis non esse necessarium baptismum ad obtinendam æternam salutem, alij H vero dicebant paruulos in tenera, & immatura infantiæ ætate non posse esse capaces baptismi; plerique vero asserebant paruulos non posse ad Regnum cęlorũ pertingere, eo quod nulla merita habeant, quibus illud assequantur; permulti denique affirmabant non esse licitum, vt infantes baptizarentur, eo quod nullum assensum ad indicandã propriã voluntatem, dare, nec fidem Christianam ex ternis verbis profiteri possint. Necessarium est igitur primo loco hos errores, ac eorum Authores in præsenti cap. apponere, ac postmodum sufficientibus authoritatibus, probabilibusq; rationibus confutare. I

Hæreticorum errores.

Primus error fuit Pelagianorum, qui asserebant infantes non indigere baptismo, quo ad remissionem originalis peccati; sed tantum quò ad consequutionẽ Regni cęlestis, ità refert *D. Augustinus in lib. de haresib. cap. 69. & 88. Bellarmin. lib. 1. de Baptism. cap. 4. lit. D. & Vazquez super 3. par. S. Thom. q. 68. art. 3. disp. 149. cap. 1. & nos diximus in hoc lib. 3. cap. 2. num. 3.* Ratio autem cui isti hæretici K innitebantur; est quia credebant paruulos ex peccato primi nostri Parentis culpam originalem minimè contraxisse; sed Baptismus fuit à Domino institutus, ad tollendam originalem culpam; vnde videtur ipsis infantibus Baptismum non esse necessarium

Pelagiani. Augustin. Bellarmin. Vazquez

A sarium. Nec longe dissimilior fuit error quem tenuit *Vincentius Victor*, *qui teste August. in lib. de anima, & eius origin. & Vazquez disp. 149. cap. 1.* tenuit, ac docuit paruulos nasci in peccato originali, sed si contingat eos in prima ætate decedere, nequaquam indigere baptismo; nec ad remissionem culpæ, neq; ad consequutionem Regni cœlestis.

Secundus error ascribitur cuidam *Henrico* hæretico, qui cum esset Monachus habitum religionis dimictens, ad

B sæculum reuersus est, ibique multa mala fecit; & docuit, ac præcipuè paruulos etiam christianorum baptizandos non esse, eo quod huius sacramenti incapaces existant. Ità refert *S. Bernardus in Epist. 240. & serm. 66. in cantic. Bellarm. lib. 1. de sacrament. baptism. cap. 8. Suarez tom. 3. disput. 23. sect. 1. & Vazquez in commentar. super 3. part. S. Thom. q. 68. art. 9. disp. 154. cap. 1* Item hunc errorem ascribit dicto Henrico, *Petrus venerabilis*

S. Bernar.
Bellarm.
Suar.
Vazquez
Petr. Ven.

C *Cluniacens. in Epist. 1. longe à principio*, nec non, & *Petro de Bruis* ex quo Bruisani, eius sectatores appellati sunt; sicut, & sequaces Henrici, Henriciani dicti sunt quemadmodum testatur *Suarez d. disp. 25. sect. 1. & Vazquez disp. 154. cap. 1.* vbi refert Henricum fuisse Pseudo Apostolum Petri de Bruis, & quia eorũ prima propositio erat de infantium baptismo, iuxtà modum supra propositum; idcirco Henricus in quodam solemne Concilium fuit vocatus, quod ad damnandum eius errorem fuerat congre-

Petrus de Bruis hæreticus.

D gatum, in quo Episcopus Hostiẽsis præsedit. Fundamentum autem cui *Henricus* innitebatur, est illud *Marci vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, hic saluus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur*, sed infantes credere non possunt, ergo non sunt baptizandi, quia baptismus nullo modo eis prodesse posset ad salutem.

Marc. vlt.

Tertius error fuit *Erasmi* qui, *in præfatione Paraphrasis in Matthæum* docuit homines in infantiæ ætate baptizatos,

Erasmi error.

E cum ad adolescentiam peruenerint, interrogandos esse, an ratum habeant, id quod eorum nomine à patrinis in cathechismo baptismi fuit promissum, quod si hanc ratificationem efficere renuerint, eos à iurisditione Ecclesiæ liberos remanere voluit. Fundamentum autem cui hic hæreticus innixus est, hoc fortassis esse potuit, nemo enim ad adimplendum aliquid obligari potest; nisi per aliquem actum suæ propriæ vo-

F luntatis illud libere promictat, sed infantes cum vsum rationis adhuc non habeant, nec assensum, nec dissensum dare possunt, & tamen in adulta ætate tenentur ea adimplere, quæ à patrinis eorum nomine fuerunt promissa, ergo, &c. Deniq; non explicat *Erasmus*, an effectum baptismi huiusmodi infantes ante adultam ętatem receperint, prout notat *Vazquez disp. 145. cap. 1.*

Vazquez

Quartus error fuit *Hyerarchitarum* qui prout scribit *Augustinus lib. de hæresib. cap. 47. & Epyphan. aduers. hæreses hæres. 67 non long. à principio*, tenuerunt paruulos nullo modo ad regnum cælorum peruenire posse, eo quod nulla merita valeant habere. Sed baptismus suscipientibus dat meritum gratiæ ergo iuxta horum hæreticorum sententiam infantes sunt incapaces baptismi.

G

Hierarchitarum error.

Augustin.
Epyphan.

Quintus error *Anabaptistis* ascribitur, qui quamuis inter se in multis disconueniant; in hoc tamen vno communiter concordant, dicentes paruulos in ea ætate puerili non esse capaces baptismi; vnde eos iam baptizatos, in adulta ętate iubebant rebaptizari, & ideò *Anabaptistæ* communiter appellati sunt, ex repetitione enim baptismi, hoc nomen desumpsere. De hac hæresi mentionem facit *Prateol. lib. 1. Elench. num. 35. & lib. 14. num. 18. Caluin. in instruction. contra Anabaptistas Cochlæus in Actis Lutheri Castr. & Sander. quos citat, & sequitur Suarez disp. 25. sect. 1. Bellarmin. lib. 2. de sacrament. baptism. cap. 8. & Vazquez in commentar. sup. 3. par. S. Thom. q. 68. art. 9. disp. 154. cap. 5.* Huius autem hæresis primus Author, fuit quidam *Balthazar Pacimontanus*, qui anno Domini 1528. prædictam hæreticam doctrinam docuit; propter quam causam, Viennæ ignis flammis traditus, combustus, & mortuus remansit. Fundamentum autem cui hic hæreticus innitebatur est illud, quod dicitur *Matth. vlt. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, &c.* & illud *Marc. vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit.* Ex quibus locis colligi videtur, quod iuxtà Christi institutionem, illi tantum sint capaces baptismi, & salutis, qui sunt capaces fidei, ac doctrinæ, quia (prout præcipit Christus) ante baptismum præcedere debent doctrina, ac fidei; sed infantes non sunt capaces fides, ac doctrinæ, ergo nec baptismi.

Anabaptistarum error.

H

Caluinus
Coebeus
Prateolus
Castro
Sander.

I

Suarez
Bellarmin.
Vazquez
Balthasar. Pacimont.

Matth. vl.

K

Marc. vlt.

Sextus error tribuitur *Michaeli Serueto*,

A *Michaelis Serueti haeretici error.* neto, & quibusdam Anabaptistarum magistris, qui (proue cõtestantur *Caluinus lib 4. institution. cap. 16. §. 29. & Bellarm. lib 2. de Sacrament. baptism. cap. 8.*) contendebant baptismum non esse suscipiendum in infantia; sed in perfecta *Bellarm.* ętate triginta annorum; in qua Christus Dominus noster baptizatus est. Hæc autem hæresis exordium sumpsit ex *Balthasarro Pacimontano anno Domini M.D.XXVIII.* quemadmodum communiter referunt *Ioannes Cocblaus in* *Coclens* B *actis Lutheri, Bellar. dict. lib. 2. de baptis. c. 8 & Vazquez disp. 154. cap. 1.* *Bellarm. Vazquez* Addit pariter *Bellarmin. loc. cit.* Balthasarrum ex scriptis, & doctrina *Lutheri* hunc errorē desumpsisse.

Ludouici Viues error. Septimus error imputatur *Ludonico Viues c. 17. lib. 1. de ciuitat. Dei*, qui dicit, olim fuisse quaadam consuetudinem, vt homines in adulta ætate baptizarentur, in qua sponte, & ex sè ipsis baptismi sacramentum peterent, & petendo intelligerent quid sit baptizari. Ità refert C *Bellarm. lib. 2. de Sacramen. baptismi cap. 8. vers. præter hos hæreticos; nec non, & Vazquez in comment. super 3. part. S. Thom. q. 68. art 9. disp. 154. cap. 1* *Bellarm. Vazquez* qui verba huius Authoris discutiens, ac librans notat quod in his tacite reprehendere intendit morem Ecclesiæ Catholicæ; quæ infantes in prima ætate baptizare consuescit.

Octauus, ac vltimus error fuit cuiusdam Fidi qui contēdebat infantes christianorum, nec in secundo, nec in tertio *Fidi error damnatur.* D die post natiuitatem; posse baptizari etiam si aliqua iusta, ac necessaria causa id postularet. Dicebat enim quod sicut olim non licuit circumcidere pueros Hebræorum ante octauum diem; sic & nunc non licet baptizare infantes christianorum ante quartum diem. Sed hoc est falsum, atq; erroneum; nam (iuxtà omnium Theologorum sententiam) si periculum subitaneæ mortis immineat; quilibet infans etiam in ipso die natiuitatis baptizari potest. Idcirco contra hūc errorem Fidi scripsit *Cyprianus lib.* *Cyprianus* E *3. Epistol. Epist. 8.* quæ nunc in ordine est 59. ac postmodum in quodam Concilio consentientibus permultis alijs patribus eiusdem Concilij, eum publice damnauit, & expresso decreto declarauit, infantes christianorum quolibet die posse baptizari, si necessitas id postulauerit.

Veritas cōtra hæreticos probatur. His hæreticorum erroribus relatis superest, vt doctrinam, quam Ecclesia catholica tenet, proponamus, comprobemus, atq; sequamur. Catholica itaq; F sententia tenet, ac docet contra *Pelagianos*, infantes indigere baptismo quo ad remissionem originalis peccati; contra *Henricianos*, pueros esse capaces baptismi; cōtra *Erasmum*, non opus esse, vt homines in infantia iam baptizati, in adulta ætate interrogarentur, an ratum habeant, id quod eorum nomine à patrinis in catechismo fuit promissum; contra *Hyerarchitas*, posse infantes ad regnum cælorum peruenire, si in infantia baptizentur, ac deniq; contra *Anabaptistas*, G cęterosq; hæreticos simili errore infectos, non opus esse, vt adulta ætas expectetur, adhoc, vt baptismus ritè, ac validè conferatur; sed baptizandos esse infantes in prima ætate, imo in quouis die, si extremæ necessitatis periculum imminuerit. Hæc omnia verissima esse, ex infràdicendis satis, atq; apertè patebit.

Ad confirmandam prædictam catholicam veritatem primo loco adduci *1. probatur ex Concilijs* possunt omnia Concilia, quæ in fauorē H nostræ sententiæ loquuntur. *Concilium Tridentinum de baptism. sess. 7. can. 12.* *Conc. Trid.* morem Sanctæ Ecclesiæ in baptizandis infantibus, approbat, & heresim *Michaelis Serueti* damnat his verbis. *Si quis dixerit neminem esse baptizandum nisi ea ætate, qua Christus baptizatus est, vel in ipso mortis articulo, anathema sit.* Deinde *Sacrum Concilium in can. 14. ead. sess. 7.* hanc eandem catholicam veritatem confirmans, errorem *Erasmi*, his verbis confutat. *Si quis dixerit huiusmodi paruulos baptizatos cum adoleuerint* I *interrogandos esse, an ratum habere velint, quod Patrini eorum nomine, dum baptizentur polliciti sunt, & vbi sè nolle respōderint, suo esse arbitrio relinquendos, nec alia interim pœna ad christianam vitam cogendos, nisi vt ab Eucharistia, aliorumq; sacramentorum perceptione arceantur donec resipiscant, anathema sit.* Hanc eandem veritatem confirmat *sess 5. in decreto de peccat. original. cap. 4.* Item *Concilium Mileuitanum can. 2. & refertur cap. placuit de consecration. dist. 4.* *Concil. Mileuit.* K baptismum paruulorum approbat his verbis. *Placuit, vt quicunq. paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, &c. anathema sit.* Insuper in fauorem nostræ sententiæ loquitur, *Concilium Africanum can. 76.* *Concil. African.* quod tempore Bonifacij fuit celebratum, *Concilium Lateranens. sub Innocentio 3. in cap. Maiores de baptismo*, *Concil. Lateran.* *Concilium Bracharens. 2. can. 7.* *Concil. Bracharēs.* quod habetur.

A *betur in cap. Placuit 1. q. 1. Concilium Gerundens. can. 5. Concilium Meſticonens. 2. can. 3. Concilium Viennenſ. ſub Clement. V. in Clem. 1. §. Ad hoc baptiſma de Summa Trinitat. & fide Catholic. & Conciliũ Nicanum, quod habetur apud Gratianum in can. Eccleſijs diſput. 68.* & refertur in ſcriptis permultorum Doctorum, qui aduerſus prædictorum Hereticorum errores acerrimè decertant.

Conc. Ger. *Con. Mat.* *Conc. Vie.* *Conc. Nic.*

Secundo hæc veritas confirmari poB teſt permultorum Patrum ſẽtentia, qui non obſcurè baptiſmum paruulorum approbant. *Dionyſius Areopagita in lib. de Eccleſiaſtic. Hyerarch. cap. vlt.* dicit, fuiſſe traditionem Apoſtolorum, vt infantes in prima ætate baptizarentur. *Domini noſtri Duces* (inquit) *probauerunt infantes recipi ad Baptiſmum.* Hoc idem teſtatur *Auguſtin. lib. 4. de Baptiſm. contra Donatiſtas cap. 23. & 24. & lib. 10. de Geneſ. ad liter. cap. 23. Cyprianus lib. 3. epiſtolar. epiſt. 8. quæ nunc eſt in ordine 59 Origenes lib. 5. in epiſt. ad Roman. cap. 6.* C in illa verba Apoſtoli; *An ignoratis, quia quicunque baptizati ſumus.* Inſuper & *D. Thomas 3. par. q. 68. art. 9.* probat ſufficientibus rationibus, non ſolum eſſe neceſſarium, ſed etiam conueniens, vt paruuli in infantia baptizentur. Eius verba hæc ſunt. *Reſpondeo* (inquit) *dicendum, quod ſicut Apoſtolus ait Roman. 5. Si vnius delicto mors regnauit per vnũ ſcilicet per Adamũ, multo magis abundantiam gratia, & donationis, & Iuſtitia accipientes in vita regnabunt per vnum* D *Ieſum Chriſtum. Pueri autem ex peccato Adæ peccatum originale contrahunt; quod patet ex hoc quod ſunt mortalitati ſubiecti quæ per peccatum primi hominis in omnes pertranſijt, vt Apoſtolus ibidem dicit. Vnde multò magis pueri poſſunt per Chriſtũ gratiam accipere, vt regnent in vita æterna. Ipſe autem Dominus dicit Ioan. 3. Quod niſi quis renatus fuerit ex aqua, &* E *Spiritu ſancto, non poteſt introire in Regnum Dei. Vnde neceſſarium fuit pueros baptizari, vt ſicut per Adam damnationẽ incurrerunt naſcendo, ita per Chriſtum ſalutem conſequantur renaſcendo. Fuit etiam conueniens pueros baptizari, vt à pueritia nutriti in his, quæ ſunt Chriſtianæ vitæ firmius in ea perſeuerent ſecundum illud Prouerb. 22. Adoleſcens iuxta viam ſuam etiam cum ſenuerit non recedet ab ea.*

Probatur ſecundo ex Patribus. *Dionyſ.* *Auguſtin.* *Cyprian.* *Origen.* *D. Thomas* *Rom. 5.* *Ioan. 3.* *Prou. 22.*

Tertio adducere poſſumus Sacræ Scripturæ teſtimonia, quibus præfatæ ſententiæ veritas confirmatur. Primo af- F fertur illud quod habetur *Marc. 10. Matth. 19. & Luc. 18. Sinite* (inquit) *paruulos venire ad me, talium eſt enim Regnum cælorum.* Ex quibus verbis apertè colligitur infantes, ſeu paruulos eſſe capaces Baptiſmi, gratiæ, & ſalutis; aliter enim, Regni cæleſtis participes eſſe nõ poſſent, cum Chriſtus dicat *Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto non poteſt introire in Regnum Dei.* Itaque ex præcitato loco ſcripturæ deducitur, paruulos eſſe capaces baptiſ- G mi, quemadmodum hæc eadem verba intellexit *Clemens Romanus lib. 9. Apoſtolicar. conſtitution. cap. 15. & Bernardus epiſt. 140. longè à principio.* Secundo adducitur illud *Actor. 16.* vbi legimus fuiſſe baptizatum Lidiam, & domum eius, & 1. *ad Cor. 1.* vbi B. Paulus teſtatur ſe domum Stephanæ baptizaſſe; Sed nomine domus tota familia intelligitur, ſub qua etiam infantes comprehenduntur (prout optimè, ac ſubtiliter arguit *Suarez diſp. 25. ſect. 2.*) ergo ſi in primitiua Eccleſia licuit infantes baptizari, H tanto magis nunc licet, eo quod multiplicato iam numero Chriſtianorum, inter ipſos facilius pueri à primæua ætate in bonis diſciplinis educari poſſunt. Tertiò affertur illud *Coloſ. 2.* vbi Apoſtolus apertè dicit Circumciſionem fuiſſe figuram baptiſmi, ſed in Circumciſione, quæ fuit Sacramentum legis antiquæ Infantes poſt octauum diem à peccato originali emundabantur; nam ip- I ſis ad tollendam originalem culpam circumciſio applicabatur; vt habetur *Geneſ. 17.* Ergo ſi in veteri lege licitum fuit infantes circumcidi, nunc in noua lege licet eos badtizari; quia lex noua non ſolum benignior; ſed etiam efficacior eſt in his quæ ad ſalutem animarũ pertinent. Hoc ſiquidem argumento ad eandem veritatem probandam vſus eſt *Gregor. Nazianz. oration. 40. nec non & Innocentius 3. in Cap. Maiores de bap-* K *tiſmo, ac demum Suarez diſp. 25. ſect. 1. Bellarmin. lib. 2. de Sacrament. cap. 8.* ac plerique recentiores. Quarto, & vltimo adducitur illud *Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto non poterit &c.* Ex quibus verbis infertur omnes homines; tam paruulos, quam adultos eſſe capaces Baptiſmi; quia ſi intentio inſtitutoris diligenter, ac ſubtiliter conſideretur, ad habendam capacitatem Baptiſmi nihil aliud requiritur

Probatur tertio ex ſcripturis. *Marc. 10* *Matth. 19* *Luc. 18.* *Ioan.* *Clem. Pap.* *Bernard.* *Actor. 16* *1. Cor. 1* *Suarez* *Coloſ. 2.* *Gen. 17.* *Gre. Nazi.* *Innoc. 3.* *Suarez.* *Bellarmin.* *Ioan. 3.*

A ritur, quam corpus tangi, & ablui possit. Item notandum est cum *Suarez disp. 25. sect. 1. vers. Dico primo*, quod Christus non actiua, sed passiua loquutione vsus est; ad denotandum, quod in hac spirituali natiuitate, nulla humana actio est simpliciter necessaria, præcipuè in ijs, qui ob defectum ætatis sũt impotentes; sed sufficit actio, per quam corpus baptizandi infusione aquæ in verbo vitæ abluitur.

Suarez

B Quarto accedit definitio permultorum Pontificum, qui hanc veritatem contra hæreticorum perfidiam expressis decretis confirmauerũt. Ità *Innocentius 1. Epist. 26. ad Concil. Mileuitun. Siricius in Epist. 1. ad Himerium Tarraconens. cap. 2. Leo 1. in Epist. 84. alias 86. ad* Episcopum *Aquileiens. Gregorius 1. lib. 3. Epistolar. Epist. 9. ad Ioann. Caralitan. Innocentius 3. in Epist. ad* Episcop. *Arelatẽs. & refertur in cap. Maiores de* Baptism. Deniq. hanc eandem veritatem contra Pelagium defendunt *Chrysostomus homil. ad Neophytos, & Prosper. lib. 2. de* C *vocation. Gent. cap. 8. & D. Hieronymus in 3. dialog. contra Pelagian. sub fin. post num. 28. vbi citat Cyprianum in Epist. 8. & Augustin. in lib. de peccator. merit. & remission. ad Marcellin. Insuper fauet nobis Gregorius* Nazianzen. Oration. *in Sanct. Baptisma num. 40.* *§. sint ne sanè, nec non & Nicetus in illa verba; num quamuis Nazianzenus optauerit, vt paruulorum baptismus vsque ad tertium ætatis annum differretur; tamen ibidem concedit, ac admonet, vt in extrema necessitatis* D *periculo infantes in prima ætate baptizarentur.*

Probatur 4. ex Pontificum definitionibus.
Innocen. P.
Siricius P.
Leo 1. Pap.
Gregor. 1.
Innoc. 3.
Chrysost.
Prosper.
Hieronym.
Cyprian.
Augustin.
Nazianz.
Nicetas.

CAPVT IX.

An in Baptismo paruulorum necessario requiratur aliqua eorum intentio suscipiendi Sacramentum, vel sufficiat voluntas Christi.

E

PRæsens quæstio congruè proponitur disserenda ad refellendos nonnullorum hæreticorum errores, qui dixerunt, in baptismo paruulorum de necessitate sacramenti requiri, aliquam intentionem eorum suscipiendi baptismum necnon, & actum fidei, quo credere possint. Hic error quibusdam nostrorum temporum hæreticis tribuitur, prout testatur *Sotus 2. de natura, & gratia cap. 10. Richard. art. 1. contr. Vuicl. Vazquez super 3. par. S. Thom. q. 68. ar. 9. disp. 154. cap. 3. Bellarmin. lib. 2. de baptism. ca. 10. & Suarez disp. 25. sect. 1.* At quia rationi repugnat, vt infans actum fidei ante rationis vsum elicere possit; ideo præfati hæretici fingunt, eis diuinitus accelerari ante debitum tempus vsum rationis, quo credere possint, nec non, & intentionem habere suscipiendi Sacramentum. Hinc *Philippus Melancthon in locis cit. de baptism. paruulor. Illyricus, & Centuriatores centur. 2. ca. 4. & centur. 5. c. 4. Brentius in Apologia pro conuersione Vuitebergens. cap. de Baptism. Kemnitius in 2. part. Examin. Concil. Trident. ad can. 13. session. 7.* & alij hæretici reprehendunt *Iustinum, & Augustinum*, eo quod dixerint, infantes non credere propria fide, sed aliena.

F
Hæreticorum error
Sotus
Richard.
Vazquez
Bellarmin.
Suarez.
G
Phil. Mal.
Illyricus
Centuriat.
Brentius.
Kemnitius.

H Item *Lutherani* tenent, quod quando infantibus Sacramentum baptismi confertur, in eis fides gignitur, non virtute Sacramenti; sed virtute orationum *Ecclesiæ*. Hanc autem fidem, quæ infantibus communicatur, volunt esse actualem, non autem habitualem, sequentes in hoc doctrinam *Lutheri in lib. de captiuit. Babilonic. cap. de baptismo*, vbi expressè docuit, infantibus in baptismo fidem actualem, seu actum fidei I communicari. Hoc autem fateri coactus est *Lutherus*, ex eo quod ipse antea docuerit in Sacramentis nullum alium fructum adesse; quam vt fides per verbum concionatorium excitetur. At quia infantibus Baptismum dari, apud *Lutheranos* mos est, idcirco ne inaniter baptismus ipsis collatus videatur; opus fuit fateri, quod in paruulis actus fidei gignatur.

Lutheranorum error.
Lutherus.

K Sacramentarii verò, oppositam sententiam sequuti sunt, nam dixerunt paruulos in prima ætate esse baptizandos, sed in eis fidem nullo modo excitari. Ità refert *Vazquez super 3. par. S. Thom. q. 68 art. 9. disp. 154. cap. 3.* similis opinio tribuitur quibusdam aliis hereticis recentioribus, qui dicunt nihil interesse, si infantes credant; siue non credant, quia baptismi Sacramentum non habet fundamentum in fide dantis, vel recipientis, sed in institutione, & verbo Dei: Ità *Caluinus lib. 4. Institution. cap. 16. §. 18 & 21. Petrus Martyr. in cap. 7. & 1. ad*

Sacramẽtariorũ error

Co-

Catholica ſententia fundatur

A *Corint. & Theodor.* *Beza in confeſſione cap.4. art.* 48. quos poſtmodum non-
nulli alij hæretici ſequuti ſunt,& præci-
puè *Lutherus*, qui *in lib. contra Anabaptiſtas*, eorum hæreſim iam exortam
cernens, primam ſententiam mutauit,
& hanc ſecundam; primæ omnino op-
poſitam amplexus eſt.

Sed vera, ac catholica ſententia, ab
omnibus Theologis communiter rece-
pta tenet in baptiſmo paruulorum, nul-
lum actum fidei neceſſario requiri, qua-
B propter quamuis ipſi per ſè non credãt;
adhuc fructum ſacramenti percipiunt;
quia adhoc, vt iuſtificentur, & a peccato
originali emundentur ſufficit voluntas
Chriſti. Et ratio eſt quia adhoc, vt ſacra-
mentum, ſuum operetur effectum in ſu-
ſcipiente, nihil aliud attenditur, quam
voluntas, & intentio inſtitutoris; ſed
Chriſtus voluit, vt infantes in prima æta
te eſſent capaces baptiſmi (quem-
admodum in præcedenti cap. fusè pro-
bauimus) ergo voluit, vt eſſent pariter
C capaces illius fructus, qui per ſacramen-
tũ baptiſmi percipitur, aliter enim ſa-
cramentum inaniter ipſis conferretur.
Sed Chriſtus optimè ſciebat, quod infan-
tes in ſuſceptione baptiſmi, ex defectu
ætatis actum fidei habere non poſſunt,
ergo talis actus ad validitatem ſacra-
menti in ipſis neceſſario nõ requiritur.
Deinde paruuli hanc actualem fidem
nullatenus habere poſſunt, ſecluſa tamẽ
aliqua operatione diuina, quæ abſque
D miraculo fieri haud poteſt, nam fidei
actus ex cognitione, & libero arbitrio
procedit, infantes autem neq. cogno-
ſcunt ea quæ ipſis proponũtur credẽda,
neq. ſuum arbitrium dare poſſunt, ergo
nec credere.

Obiectio quam hæretici efficiunt.

Sed adhuc obijciunt hæretici; & di-
cunt, quod quamuis hoc fieri non poſ-
ſe, ſi ordinarius curſus naturæ attendi-
tur, attamen fit ex particulari, ac ſpecia-
li operatione diuina, quemadmodum
contigiſſe in perſona B. Ioannis Baptiſtę
E legitur, qui adhuc in vtero matris ſuæ
exiſtens, Spiritus ſancti gratia illuſtratus
veram fidem actualem habuit, ſuum re-
cognoſcens Conditorem Ieſum Chriſtũ
Dominum noſtrum. Si hoc igitur pri-
uilegium *B.* Ioanni Baptiſtæ diuinitus
conceſſum eſt, cur dicendum non eſt,
hoc ipſum omnibus infantibus com-
muniter concedi eo tempore quò bapti
zantur? Sed hoc argumentum faciliter

Diſſoluitur obiectio

diſſoluitur, nam non per hoc quod vni
tantum, hoc priuilegium peculiare con-
ceſſum eſt, ideõ aſſerere debemus omni- F
bus communiter, & indiſtinctè con-
cedi. Nam de lege ordinaria Deus
hoc concedere nõ conſueſcit (quemad-
modum optimè notat *Suarez diſput.*25. *Suarez*
ſect. 1.) aſſerere autem quod hoc fiat ex
particulari diſpenſatione, & operatione
diuina, eſt prorſus figmentum, quia
nulla habita de hac aſſertione proba-
bilitate, quodam miraculum aſſiduè ſa-
ctum fingeretur.

Inſuper hæc eadem veritas probatur *Probatur*
ex ſacra ſcriptura, nam *Deut.*10. *& Ioan.* *ex ſcripturis*
vlt. dicitur, infantes neſcire diſtantiam
boni, & mali, quia rè vera talis diſcre- G
tionis, minimè ſunt capaces. Ex quò *Deut.*10.
apertè colligitur infantes regulariter lo *Ioa. vlt.*
quendo, non poſſe credere, nam ſi actù
credere poſſent, vtiq; diſcretionem in-
ter bonum, & malum haberent. Item
Apoſtolus Paulus dicit; *Fides ex auditu,*
auditus autem per verbum. Ex quo infer-
tur neceſſario requiri aliquã intelligen-
tiã, & capacitatẽ circa ea quæ audiũtur,
ex parte credentis; paruuli autem dum H
cathechizantur verbis fidei, atque Chri-
ſtianæ doctrinæ, nec audiunt, nec intelli-
gunt, ea quæ in cathechiſmo dicuntur,
atq; credenda proponuntur. Hinc fit
vt ad interrogationes cathechizantis,
patrinus reſpondeat, ex parte infantis;
nam ſi infans audiret, & intelligeret ea,
quæ in cathechiſmo dicuntur, profectò
ex ſè reſponderet, prout in baptiſmo
adultorum fieri videmus.

Denique noſtræ ſententiæ veritas, te- *Probat.* 2.
ſtimonio *D. Auguſtini*, & aliorum patrũ *ex patribus*
confirmatur, *Auguſtinus* enim *in tract.* I
80. *in Ioann. hæc ſcribit. Verbum fidei* (in- *Auguſtin.*
quit) *tantum valere in Eccleſia Dei, vt*
mundet nondum valentem corde credere;
& ore confiteri? Inſuper idem *Auguſtin.*
in permultis alijs locis hunc errorem
Lutheranorum antequã exoriretur, da-
mnauit, ac confutauit, & precipuè in
Epiſt. 23. non longè ante finem, vbi pro-
bat infantes in baptiſmo credere, non
quia aliquem habeant fidei affectum, ſed
quia fidei ſacramentum recipiãt. *Hoc* K
idem probat, ac docet in *Epiſt.* 106. *& in*
lib. 21. *de ciuit. Dei cap.* 16. *& lib.* 22. *c.* 22.
& lib. 1. *de peccator. merit. c.* 25. *&* 33. *&*
in lib. 4. *de baptiſ. cap.* 24. vbi dicit ea ſolũ
ratione infantes credere, non quia cor-
de moueri poſsint ad credendum, ſed
quia per offerentes credere dicuntur;
ac denique in *Epiſt.* 57. *col.* 6. expreſsè
docet infantes baptizatos per iuſtifi-
cationem in baptiſmo, ad templum

A Dei pertinere,& in illis Deum habitare, etiam si ipsi non cognoscant Deum,nec per ætatem cognoscere possint. Item in fauorem nostræ sententiæ accedit *Gregorius Naziãz. in orat.in Sanct. baptis. num.40.5. sini sanè hac,quem sequitur Nicetas in eadem verba scribens.* *Gre.Naz. Nicetas*

CAPVT X.

B *An in baptismo paruulorum de necessitate sacramenti requiratur parentum voluntas.*

NOnnulli Theologi scholastici de baptismo paruulorum disputantes tenent non validè eos esse baptizatos,nisi parentes, vel quælibet aliæ personæ de ipsis curam habentes suum præ-C beant assensum; dicunt enim, ad validitatem, & essentiam sacramenti pertinere voluntatem parentum, quia quandiu infans propriam voluntatem minimè habet, qua baptismum suscipere intendat;tunc voluntas parentum, reputatur voluntas eius,ideoq; parentes quodammodo supplentes vicem eius propria voluntate exprimunt ipsius infantis voluntatem, & per consequens infans per eorum voluntatem intendit baptizari. Ità tenent *Paludanus in 4.sent.q.4.nu.33.* D *Durand.ead.dist.4.q.3.nu.13.& Catharinus in Opusc.de infantib.indecor.baptizan.* Hæc autem sententia fortassis fundatur in quibusdam verbis *D. Augustin. in lib.4.de baptism.cap.24.* vbi dicit ea solũ ratione paruulos credere,non quia corde moueri possunt ad credendum, sed quia per offerentes credere dicuntur. Et in *tract.80. in Ioan.*dicit quod infantes non possũt corde credere institiam, sed per fidem offerẽtium eos saluari.Ex quibus verbis quis inferre, ac deducere E posset,sine fide parentum infantes non posse baptizari,sed fides supponit in credente voluntatem, & intentionem, vel conferendi,vel suscipiendi sacramẽtum; ergo ad validitatem baptismi requiritur parentum voluntas.

1. opinio affirmans *Paludan. Durand. Catharin. Augustin.*

Sed in contrarium est cõmunior Theologorum opinio,quam præcipuè tenent, atq; defendunt *Vazquez in commentar. super 3.part.S.Thom.q.68.art.10.disp.156 cap. 3. Bellarminus lib. 1. de sacrament. baptism.c.11. D.Thom.Sotus, & alij, quos* F *citat,& sequitur Suar.disp.25.sect.1.* Hæc autem sententia probatur ex *D.August. in Epist.23.*vbi expressè docet,non esse necessarium,parentum cõsensum adhoc vt in infantibus peccatum Adæ per baptismum deleatur. *Illud autem*(inquit) *nolo te fallas, vt existimes reatus vinculũ ab Adam tractum aliter non posse disrumpi nisi paruuli ad recipiendam Christi gratiã, à parentibus offerantur.* Et superius ait; *non enim illi regenerantur,quia non ab eis hac intentione offeruntur, celebrãtur enim* G *per eos necessaria ministeria.* Et infrà subiungit dicens,*Offeruntur quippe paruuli ad recipiendam spiritualẽ gratiam non tam ab ipsis,quorum gestantur manibus,(quãuis & ab illis si fideles sint) quam ab vniuersitate sanctorum atq; fidelium.*

2. opinio communis, & vera negans. *S. Thomas Vazquez Bellarm. Sotus Suarez Augustin.*

Ratio autem qua prædicta sententia confirmari potest, efficacior, ac principalior est illa, quam adducit *Suarez loc. cit.*Sicut enim paruuli,absq;consensu,& voluntate parentum,culpam *Adæ* contraxerunt,sic ad eandem culpã delendã H per baptismum, non est necessaria eorũ voluntas,sed sufficit Christi voluntas, & medium per eundem Christũ institutũ; idest sacramentum baptismi. Item ex nulla scriptura, aut patrum traditione probari potest;hanc fuisse Christi intentionem,& volũtatem,vt videlicet in baptismo paruulorum,eorum parentum consensus,necessario concurreret. *Suarez*

Veruntamen, quamuis ad validitatem sacramenti fides parentum, necessario non requiratur,aut eorum volun- I tas;tamen multum ipsis infantibus prodest,vt in eorum baptismo,fides,& consensus parentum concurrãt, quemadmodum notauit Prosper. *in lib.de vocation. Gent. cap.8. & docet Vazquez super 3.par.S.Thom.q.68.art.10. disp.154.cap. vlt.*Tum quia parentes non consentiendo, suos filios ad suscipiendum baptismum non adducerent;Tum etiam,quia & si iam baptizati remanerent,tamen in his, quæ pertinent ad fidem minimè instruerentur. Parentum enim curæ in- K structio paruulorum relinquitur, quapropter si per ipsos non instruantur; parum prodest suscepisse baptismum; quia fides christiana, quæ in baptismi sacramento tenenda,atque defendenda suscipitur,absque vlla instructione,operibus comprobari non potest. *Prosper Vazquez*

C A-

A

CAPUT XI.

An infantibus in baptismo habitus fidei, spei, & charitatis infundantur.

B IN præsenti cap. quæritur, an infantes hoc ipsum quod baptizantur, habitus fidei, spei & charitatis recipiant. Et ratio dubitandi est, quia olim disputatũ fuisse mihi cõpertum est, an simul cum gratia iustificante habitus prædictarum virtutum Theologalium infundantur. Vnde *Martinus Kemnitius in 2. par. Examin. pag.* 261. mentitus est dicens, opinionem affirmatiuã, *Concilij Tridentini* fordnisse. Sed in hoc valde errat hic hæreticus, nam *Concilium Trident. sess.* 6. *cap.* 7. expresse definit in baptismo, hæc C tria dona nempè fidem, spem, & charitatem simul cum remissione peccatorũ infundi, eaq; menti baptizati inhærere. Infantes autem non possunt habere hæc dona in actu, quia videlicet, actu credere, vel sperare, vel amare non possunt; ergo habent ea in habitu, quemadmodum clarius in sequentibus patebit.

Kemnitius

Verior itaq; ac communior opinio tenet, infantibus in baptismo, habitus fidei, spei, & charitatis simul cum gratia iustificante infundi. Ità docet S. *Tho.* D 3. *p. q.* 69. *art.* 6. *Durandus, Scotus, Gabriel, & alij Theologi antiquiores in* 4. *dist.* 23. *Suar. to.* 3. *disp.* 25. *sect.* 2. *Bellarm. lib.* 1. *de sacramen. baptism. c.* 5. *& Vazquez super* 3. *par. S. Thom. q.* 68. *art.* 8. *disp.* 154. *cap. vlt.* vbi testatur hanc opinionem ab omnibus scholasticis Theologis fuisse communiter receptam. Quapropter *Concilium Viennens. generale, vt habetur in Clement.* 1. *de summa Trinit. & fid. cathol.* decernit prædictam opinionem, esse probabiliorem, ac magis con-E sentaneam, tam antiquorum, quam recentiorum Theologorum testimonijs.

Vera opinio affirmat.

S. Thomas Durandus Scotus Gabriel Suarez Bellarmin Vazquez Concil. Vienne

Ex his quæ diximus, infertur infantes baptizatos non actu credere, sed habitu, quæ fides baptismum non antecedit, sed per ipsum infunditur, prout definit *Innocen. III. in cap. Maiores extra de baptism.* Hinc *D. August. in lib.* 1. *de peccat. merit. cap.* 33. hos infantes baptizatos, inter fideles computat, quia credere dicuntur, & hæc fides eis infunditur per baptismum. *Inter fideles* (inquit) *computantur, & credere dicuntur quia hoc eis acquiritur per baptismi sacramentum.* Similia scribit in *Epist.* 23. Potest etiam hoc idem, quadam ratione confirmari; omnes enim, qui fideles sunt, appellantur fideles non ab actu, sed ab habitu, aliter enim, cum dormiunt, fideles esse desisterent, & hoc idem dicendum esset si vigilarent, & tamen actu non crederent, ea quæ in fide Christiana credẽda proponuntur. Vnde paruuli fideles appellantur, & credere dicuntur, G tum quia habitus fidei eis infunditur, tum etiam quia fide aliena actualiter credunt, quapropter *D. Augustin. in lib. de peccator. merit. cap.* 26. ait, de ipsis paruulis; *hoc enim eis acquiritur per virtutem sacramenti, & offerentium responsionem.*

Infantes non actu credunt, sed habitu

Innoc. 3. *August.*

F

Item adducitur alia ratio; omnia enim Sacramenta nouæ legis ex propria efficientia primam gratiam producunt, vel secundam, quemadmodum in 1. *tom. ex Concil. Trident. & ex communi sanctorum Patrum, & Theologorum sententia probauimus,* & hoc non solum intelligendum est quoad adultos, sed etiã quoad paruulos, quia *D. Augustin. in lib.* 1. *de peccator. merit. cap.* 27. docet, Deum infundere gratiam occultã paruulis suis dum baptizantur. Sed gratia iustificans, quæ cordibus humanis diuinitus infunditur, aut est ipsa charitas fidei, & spei coniuncta, aut quædam alia qualitas, quæ sine spe, & fide non datur prout ex cõmuni consensu omniũ Theologorum colligit *Bellarmin. lib.* 2. *de sacrament. baptism. cap.* 11. ergo infantibus in baptismo habitus fidei, spei, & charitatis infunduntur.

H *Augustin.*

I *Bellarm.*

Deniq; in confirmationem prædictæ sententiæ permulta loca sacræ scripturæ, adduci possunt; quibus satis indicatur fidem esse necessariam ad iustificationem, vt *Ioan.* 3. *Qui non credit iam iudicatus est, & ad hebr.* 11. *sine fide impossibile est placere Deo, & ad Roman.* 3. *Arbitramur hominem iustificari per fidem, & Marc. vltim. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, qui vero non crediderit condemnabitur.* Ex quibus sacræ scripturæ testimonijs infertur necessariam esse fidem, aut in actu, vel in habitu, adhoc vt iustificatio in corde credẽtis per baptismum efficiatur. Hinc nonnulli Theologi dicunt paruulos, actu credere partim re ipsa dum baptizantur partim aliena fide. Primam partem probant

Ioann. 3: *Hebr.* 11. *Roman.* 3. K *Matth. vlt.*

A *ex D. Augustino in lib. de peccator. merito & remission. cap. 27.* vbi ait, infantibus ipsum baptizari esse credere, quia nimirum ipsa actio, fidei professio est. Item ex illa oratione, quam in solemnitate Sanctorum Innocentium canit Ecclesia dicens, *Deus cuius hodierna die preconium innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt. Et* alibi, *Deus* (inquit) *qui licet sis magnus in magnis mirabilia tamen gloriosius operaris in minimis, da nobis quæsumus in eorum*
B *celebritate gaudere, qui Filio tuo Domino nostro testimonium præbuerunt etiam non loquentes.* Secundam partem prædictæ propositionis baptizari videlicet paruulos in fide Ecclesiæ contra *kemnitium*, & alios hæreticos probant ex permultorum Patrum sententia, vt ex *Dionys. in lib. de Ecclesiast. hyerarch. cap. vlt. Iustin. quæst. 56. Ambros. in cap. 11. ad Hebreos, Augustin. lib. 3. de liber. arbitr. cap. 23. & lib. 4. de baptism. cap. 24. & 25. & epist. 23. 57. & 105. & ser. 10. & 14. de verb. Apostol. Prosper. in lib. 2. de vocation.*
C *Gent. cap. 8. Bernard. ser. 96. in Cantic. & ex Concil. Trident. sess. 6. can. 13.*

Augusl. — *Dion. Are.* — *Iustinus* — *Ambrosius* — *August.* — *Prosper.* — *Bernard.* — *Con. Trid.*

Hoc autem indubitatum esse debet cunctis Theologis non ideo infundi habitum fidei infantibus in baptismo, quia hoc est medium necessarium ad salutem, sed quia initiantur ad fidem per habitum fidei; neque esse necessariam parentum fidem, vel eorum, qui ipsos
D paruulos afferunt baptizandos, nam apud infideles absque fide parentum in fide vniuersalis Ecclesiæ optimè baptizari possunt; quemadmodum optimè notat *Vazquez in commentar. sup. 3. par. S. Thom. quæst. 78. artic. 10. disp. 154. cap. vlt.* Vide de hoc *D. Augustin. in Epist. 23. & D. Thom. in 3. p. q. 78. art. 9. ad 2.* qui hanc veritatem hoc modo explicatam sequuntur.

Vazquez — *D. Thomas* — *Augustin.*

E

CAPVT XII

An sit conueniens infantes filios Christianorum ante rationis vsum baptizare.

IN superioribus satis probatum fuisse reminiscor, quod necessarium sit, infantes filios Christianorum, ante rationis vsum baptizare, sed quia quis rationabiliter interrogare posset, F an sit expediens, atque conueniens, vt hoc Sacramentum in infantia, & non in adulta ætate prædictis pueris conferatur; idcirco præsens quæstio proponitur differenda. Non enim eodem modo, hoc est sub eodem respectu vsurpari solet, id quod est conueniens, & id quod est necessarium; nam potest esse vt aliquid sit necessarium, & tamen non sit expediens. Hinc *D. Thom. 3. par. q. 68. art. 9.* de baptismo paruulorum pertractans duas efficit conclusiones. Prima est, Necesse fuit paruulos G ante vsum rationis baptizari. Conueniens quoque fuit huiusmodi paruulos ante rationis vsum baptizari. Si igitur nulla esset differentia inter conueniens, & necessarium, vtiq; non posuisset *D. Thomas* has duas conclusiones ad inuicem distinctas, nam superuacaneũ esset constituere secundam si in ea hoc idem contineretur, quod significatur in prima. H

His positis respondendum est ad propositam quæstionem, vtrum scilicet sit conueniens huiusmodi infantes baptizari. Ad quod respondens *Lutharus in lib. contra Coebleum anno XXIII.* dicit hoc non esse conueniens, ne illudatur Maiestatis Sacramentum, & verbum, ex eo, quòd paruuli per suos patrinos in cathæchismo credere promittunt, dicentes Credo, & tamen actu non credunt; vnde quodam mendacium dicere videntur, quo sacramentum irridetur. *Quia asserimus* (inquit Lutharus) *paruulos prorsus non esse baptizandos si verum est in baptismo non credere, ne illudatur* I *Maiestatis Sacramentum, & verbum.*

Hæreticorum error. — *Lutharus.*

Insuper idem error quibusdam aliis hæreticis ascribitur prout refert *Suarez disp. 25. sect. 2.* & præcipuè *Erasmo*, qui *præfation. in Matt.* dixit infantes Christianorum in infantia iam baptizatos, in adulta ætate esse interrogandos, an in religione, & fide Christiana perseuerare velint, idq; eorum arbitrio omnino esse relinquendum, ita ut si fidem, & legẽ Christianam prosequi renuerint, aliam fidem, aliamque legem liberè sibi eligere K possint. Fundamentum autem, quo hic hæreticus innitebatur est, quia fides est in libertate credentis. nemo enim credere potest nisi volens, non autem inuitus, aut coactus, vnde quicunque fidem Christianam in baptismo amplexatus est, interrogandus est; an eam sequi decreuerit; hinc est quod in cathechismo

Suarez — *Erasmus*

A mo nonnullę interrogationes circa ea, quæ credenda sunt, fieri solent. *At infantes in prima ætate ex defectu liberi arbitrii, quo carent nullum actum liberum, aut electiuum efficere possunt, ergo expectanda est adulta ætas, vt eorum fides sit libera; ergo non expedit, nec est conueniens filios Christianorum in infantia baptizari.* *Ludouicus.* Denique *Christiana veritas* hic error etiam tribuitur *Ludouico Vines in Scholijs ad Augustin. 1. de Ciuitat. Dei* B *cap.27.*

Sed his non obstantibus hæreticorũ erroribus, dicendum est, non solum esse necessarium, ac licitum, sed magis expediens, atque conueniens, vt infantes Christianorum in prima ætate baptizentur. Hæc conclusio est de fide, quam omnes Theologi communiter sequuntur, & præcipuè *S.Thomas.* *D.Thomas 3.p.q. 68.art.9.* *Suarez* *Vazquez ibid.Suar.disp.25.sect. 2.* *Vazquez* *Bellarmin.lib.2.de Sacrament. cap.8. & alij.* *Bellarmin.* Et definitum est hoc in *Concilio Tridentino sess.7.can.13 de Baptismo.* *Concil.Tr.*

C *Ratio* autem, cui veritas huius sententiæ innititur est, illa, quam adducit *Dionys.* *S.Thom.* *D.Dionysius Areopagita in lib.de Ecclesiastic. Hyerarch. cap.vlt.* eamq. sequitur *D.Thomas 3.p.q.68.art.9. Fuit etiam conueniens* (inquit *D.Thom.*) *pueros baptizari, vt à pueritia nutriti in his, quæ sunt Christianæ vitæ firmius in ea perseuerent secundum illud* *Prou.22.* *Prou. 22. Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea.* Item hæc eadem veritas fundamentum habet in consuetudine D Ecclesiæ, quæ est veritatis magistra; Spiritus sancti lumine illustrata, ac eius regimine gubernata; quapropter nunquam errare potest in his, quę ad salutem animarum pertinent. Si hoc igitur in *Ecclesia* seruatur, ac semper seruatũ est; non solum est licitum, sed etiam expediens atq; conueniens, quemadmodum optimè aduertit *Suarez disp.25.sect. 2.* Quod autem hæc consuetudo antiquitus fuerit in Ecclesia ex permultorũ E Patrum traditione apertè colligitur; & præcipuè ex *Clem.lib.6.const.cap.15. baptizate* (inquit) *paruulos vestros, & educate* *Clemens.* *eos in disciplina, & præceptis Dei.* Hoc *Dionysius.* idem deducitur ex verbis *D. Dionysij capit.7. de Ecclesiast. Hyerarch. alias 12. par.3. Hoc quoq;* (inquit) *de hoc rè dicimus, quod diuini nostri Pontifices à veteribus acceptum nobis tradiderunt. Aiunt enim, id quod etiam verum est, pueros si in sancto instituto, ac lege instituantur, ad sanctam animi constitutionem peruenturos esse ab omni errore solutos, ac liberos, & sine vllo vitæ impuræ periculo.* F Et superius Clarius id ostendit his verbis. *Pueros vero etiam, qui non dum diuina mysteria intelligere possunt diuini ortus participes fieri sanctissimorumq; diuinæ societatis signorum videtur quidem, vt ijs non sanatis hominibus, & à Religione nostra abhorrentibus merita risu dignissimum, si eos qui andire non possunt diuina Pontifices docent, & non intelligentibus frustra, ea quæ sancta tradita acceperunt tradunt.*

Pręterea hoc idem docuerunt permul G ti alij Patres, vt *Cyprianus Hieronymus, & Augustin.lib.3.contra Pelag.in vltimis* *Cyprian.* *verbis, Origenes lib.5.in Epist.ad Roman.* *Hieronym.* *cap.6. super illa verba, Qui mortuus est,* *Augustin.* *iustificatus est à peccato. Propter.2. de vo* *Origenes.* *cation.sent. cap.8. Gregor.lib.7.Reg.epist.* *Prosper.* *57. Bernard.sermon. 66. in Cant. & epist.* *Gregor.* *77. & 240. sed clarius loquitur Chrysost.* *Chrysost.* *tom.5.ad Neophyt.* vbi docet, non solum esse necessarium, sed etiam expediens, vt infantes in prima ætate baptizentur, adhoc vt ab originalis peccati fęditate emundentur, iustificentur membra Chri H sti fiant, & habitacula Spiritus sancti. *Hac de causa* (inquit) *etiam infantulos baptizamus, vt non sint coinquinati peccato, vt eis addatur sanctitas iustitia, adoptio, hæreditas, fraternitas Christi vt eius membra sint omnes, & Spiritus habitatio fiant.* Similia scribit *tom.3.* *Greg.Naz.* *homil. de Adam. Æua, Prædicat* (inquit) *Ecclesia catholica, vbique diffusa debere baptizari paruulos propter originale peccatum.* His tandem consonat *Gregorius* I *Nazianz.Orat.40.S.omnes ætatum gradus* vbi admonet infantes, in prima ætate debere per baptismum sanctificari, ac Spirituisancto consecrari, ne huius opportuni temporis occasione sublata, deinceps ipsi infantes propter superuenientia pericula, huiusmodi sacramento omnino careant. *Infans* (inquit) *tibi est ne occasionem improbitas arripiat ab infantia sanctificetur ab ipsis vnguiculis Spiritui consecretur.* K

Denique ad confirmandam nostram *Multis rationibus* conclusionem plures afferre possumus *probatur* causas, ob quas non solum est licitum, ac necessarium, sed etiã valde expediẽs atque conueniens, vt infantes Christianorum in prima ætate Baptismi Sacra- *Primo* mentum suscipiant. Primo vt effectũ baptismi idest gratiam consequantur, quemadmodum ferè omnes Patres superius citati animaduertunt, sed expressius *Iustin.q. 56.ad Cent. & Damascen.lib.* *Iustinus* *4.cap.10.* *Damascen.* Nam omnia Sacramenta nouæ legis infallibiliter suum perducunt effe-

ctum

A ctum, quando ex parte suscipientis non ponitur obex, infantes autem non possunt obicem ponere, quia non possunt actualiter peccare; ergo hoc ipsum, quod Sacramentum Baptismi teci piunt effectum sacramenti, idest gratiam consequuntur. Si igitur hæc vtilitas infanti baptizato ob susceptionem Sacramenti acquiritur; conueniens, atque expediens est, vt quamprimum suscipiatur.

Secundo Secundo, vt à peccati originalis fęditate emundentur, omnes enim infantes dum concipiuntur, culpam primi parentis contrahunt, iuxta illud *Psalmista psal. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea*; sed hæc originalis culpa omnino tollitur per Baptismum. *Psalm. 50.* B

Tertio Tertiò, vt à potestate diaboli liberentur, quandiu enim in eis culpa originalis perdurat filij iræ esse dicuntur, ac perinde sub potestate diaboli constituti.

Quarto. Quarto, vt hæredes Regni celestis, & cohæredes Christi efficiantur, nam hoc ipsum quod per baptismi lauacrum renascuntur, filij Dei efficiuntur, iuxta illud *Ioan. 5. Quot quot autem receperunt eũ dedit eis potestatẽ filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt*. Si autem filij, vtique & hæredes, hæredes quidem Dei cohæredes autem Christi. *Ioann. 5.* C

Quinto. Quinto vt superueniente repentinæ mortis periculo, baptizati decedant, & per hoc æternam consequantur salutem.

Sexto Sexto vt membra mistici corporis Christi efficiãtur, & inter fideles, & filios Sanctæ Matris Ecclesię connumerentur. D

Septimo. Septimo, vt per Baptismum aduersus diabolicas tentationes fortius armentur.

Octauo. Octauo, & vltimo, vt ab infantia in his quæ ad fidem Christianam pertinent educati atque nutriti; firmius in eis Religio christiana perseueret.

Hanc denique conuenientiam minimè tollit defectus ætatis, ex quo sequitur eos actu non posse credere, vel ad ea, quæ in catechismo proponuntur, respondere. Neque obstat, quod eorum parentes suum consensum præbere, renuant; hæc enim, & alia similia impedimenta substantiæ; & essentiæ sacramẽti minimè officiunt, prout optimè notat *Vazquez super 3. par. S. Thom. q. 68. art. 9.* E *Vazquez*

CAPVT XIII.

An liceat baptizare infantes filios infidelium, parentibus inuitis.

Nteaquam ad resolutionem propositæ, quæstionis deueniamus, nonnulla sunt præmittenda. Dum enim loquimur de Baptismo, qui filijs infidelium dari potest, eorum parentibus inuitis, distinguendum est prius, an ipsi filij sint adulti, vel infantes; Item an parentes sint subditi Principibus Christianis, vel Ecclesiæ, quò ad ius Ciuile; an non subditi. Præterea an sint subditi spirituali potestati Ecclesiæ, cuiusmodi sunt hæretici, vel non subditi. Insuper an sint filij cathecumenorum, qui ad suscipiendum baptismum proximè disponuntur, vel aliorum infidelium, qui omnino fidem Christianam, reijciunt, atque repellunt. Denuo an sint serui; vel liberi. Deniq; an ipsi infantes, vtrunq; parentem habeant infidelem; vel vnum tantum, qui baptismum eis conferri recusset; alter vero consensum præbeat. Hæc omnia non absq; distinctione sunt resoluenda. G H I

Dum igitur quæritur, an filii in adulta ætate, quando vsum rationis habẽt inuitis parentibus baptizari possint, affirmatiuè respondendum est, quia ità docent communiter omnes Doctores, & præcipuè *D. Thomas 3. par. q. 68. art. 4. Suarez disp. 5. sect. 3. Emanuel Sà verbi Baptismus, num. 55. Reginaldus lib. 27. num. 68. Vazquez super 3. par. S. Thom. quæst. 68. artic. 10. disp. 155. cap. 1. Toletus lib. 2. cap. 21. num. 2. Chamerota de baptism. cap. 6. dub. 3. Henriq. lib. 2. de baptism. cap. 25. §. 3. Bonacin. disp. 2. q. 2. punct. 6. prop. 1. & alij.* Ratio autem hæc, est, quia quilibet infidelis vsum rationis habens, est sui iuris in negotio iustificationis, & in his quæ ad salutem animæ suæ pertinent, quapropter in his quæ sibi, ac Deo contraria sunt, Patri suo obedire non tenetur; ac proinde verum statum salutis, & veram fidem sibi eligere potest. Itaq; huiusmodi infidelis licitè potest inuitis parentibus baptizari, imò & ab illis subtrahi, vt peruersionis periculum euitetur. *In adulta ætate possunt filij Infidelium baptizari inuitis parentibus. S. Thomas. Suarez Sà Reginaldus Vasquez K Toletus Chamerota Henriquez Bonacina.*

A Quæritur ſecundò, an licitè poſſit baptiſmus conſerri filio infidelium parentibus inuitis; quando dubitatur an ipſe filius ſit in adulta ætate vel non. Ad quod reſpondentes nonnulli Doctores dicunt huiuſmodi infidelem non eſſe baptizandum, quia res eſt in dubio, ac proinde melior eſt conditio parentum poſſidentium. Ità *Henriquez lib. 2. de baptiſm. cap. 25. num. 3. lit. P. Chamerot. loc. cit. Antonin. Naldus, & Fauen. apud* Bonacin. *de Sacramen. Baptiſm. diſp. 2. quæſt. 2. pun. 6. num. 39. Sed Sotus diſt.* B *39. art. 3. & diſt. 5. art. 15.* putat in hoc caſu conferendum eſſe baptiſmum, quia in dubio declinandum eſt in fauorem fidei. In qua Doctorum controuerſia tutius, ac melius eſt, vt cum quadam diſtinctione reſpondeamus. Baptizari vtique debet talis infidelis ſi iam ſeptennium compleuit, quia in hac ætate; nulla dubitatio eſt, quin vſum rationis habeat, & hæc eſt doctrina, quam ſequitur *Vazquez diſput. 155. cap. 3. nu. 36. Bartholomaus ab* Angelo *de baptiſm. §. 33* C *Emmanuel Sà Verb.* Baptiſm. *nu 11. Sanchez & alij quos citat, ſequitur* Bonacin. *diſp. 2. q. 2. pun. 6. prop. 1. num. 39. Si* verò ſeptennium non attigerit; tunc baptizandus non eſt, quia melior eſt conditio parentum poſſidentium.

Henriq.
Chamerota
Antoninus.
Naldus
Fauentinus
Sotus
Vazquez
Eman. Sà.
Ab Angel.
Bonacina.

Quæritur tertiò, an licitè baptizari poſſint infantes filij infidelium, qui nullo modo, nec ſpiritualiter, nec temporaliter *Eccleſiæ* ſubijciuntur. In qua quæſtione nonnulli Theologi tenent, D hoc infantes poſſe baptizari, abſque conſenſu parentum, imò & ipſis inuitis. Hæc opinio tribui ſolet *Scoto in 4. q. 4. diſt. 4. q. 9. nec non Durand. & Gabrieli.* Sed mendosè hoc de iſtis Theologis aſſeritur (prout notat *Suarez diſp. 25. ſect. 1.*) quia tantum loquuntur de filiis infidelium, qui temporaliter Principibus Chriſtianis ſunt ſubiecti; quæ videlicet quæſtio inferius reſoluetur. Vera igitur, ac communis ſententia, à qua fertur neminem diſcrepaſſe; docet E quod non ſit licitum huiuſmodi infantes inuitis parentibus baptizare, neque priuata, neque publica authoritate. Ità *D. Thomas 3. p. q. 68. art. 10. & 2. 2. art. 12. quem ſequuti ſunt omnes Thomiſtæ, vt Caietan. in commentar. ſuper 3. par. q. 68. art. 10. Vazquez ſuper 3. p. S. Thom. q. 68. art. 10. diſp. 155. cap. 1. & 2. Paludan. in 4 q. 4. diſt. 4. Capreol. ibid. Sotus. diſt. 5. art. 10. Ledeſm. q. 8. art. 10.* Bannes *2. 2. q. 10.* *Aſtenſ. lib. 4. tit. 6. art. 2. q. 3. D. Antonin. 3. p. tit. 14. cap. 21. Coninch. ſuper 3. par. D. Thom. q. 68. art. 10. dub. 1. vbi fatetur hanc opinionem eſſe communem. Item accedit Alexand. Alenſ. in 4. diſt. 4. q. 18. memb. 1. Bonauent. d. diſt. 4. art. 2. q. 1. Richard. diſt. 6. q. 3. art. 3. Scotus diſt. 4. q. 9. Marſil. in 4. q. 4. art. 4. Suarez diſp. 25. ſect. 1. vbi ait ab hac ſententia nullum Theologum diſcrepaſſe;* Henriquez *lib. 2. de* Sacrament. *cap. 25. num. 1.* Tabien. *baptiſm. 7. §. 10. Durand. q. 6. diſt. 4.* Angles *in floribus Theolog. tit. de recipientib.* Baptiſm. *q. 2. art. 2. Syluester Baptiſm. 4. §. 6.* Angel. *Baptiſ. 6. §. 11. Armill. §. 68. Piſanell. Panormit. & alij apud Henriq. d. cap. 25. in comment. lit. A. ac* Bonacin. *de Sacrament.* Baptiſ. *diſp. 2. q. 2. punct. 6. prop. 1. num. 39.*

Sotus
Durandus
Gabriel
Suarez
S. Thomas.
Caietanus
Vazquex
Paludanus
Capreolus
Sotus
Ledeſma

F
Bannes
Aſtenſis
D. Anton.
Coninch.
Alenſis.
Bonauent.
Richard.
Scotus
Marſilius.
Suarez
Henriquez
Tabiena
Durandus
G
Angles
Syluester
Angelus
Armilla
Piſanella
Roſella
Panormit.
Bonacina.

Ratio autem qua prædicta ſententia comprobari poteſt eſt, quia de iure naturæ pater habet ius in filium ſuum, vt eum in omnibus dirigat inſtruat, regat, atque gubernet, & præſertim in ea ætate, in qua ipſe filius vſum rationis non habet, nec propria voluntate regi poteſt. Cum igitur filius ex vi originis ſit aliquid patris, ac proinde ſub patria poteſtate maneat ſubiectus, baptizari non debet ipſo patre inuito; quia H tunc pater priuaretur illa poteſtate, quam habet filium ex Iure naturæ. Item ſi adhuc filius infidelium ipſis parentibus inuitis baptizaretur, vel ab eorum poteſtate, & gubernatione eriperetur; vel eorum curæ, & diſciplinæ relinqueretur. Sed non poteſt licitè ſubtrahi, quia parentes non debent priuari illa poteſtate quam de iure naturæ habent in filios. Nec debet infans baptizatus relinqui curæ, ac gubernationi parentum infidelium, quia nimirum eorum I ſuaſionibus fidem Chriſtianam contemneret, atque deſereret, & ad priſtinæ infidelitatis errorem reuerteretur. Ex quo ſuccederet, vt quod factum fuit ad ipſius infantem vtilitatem, in maius damnum verteretur, nec non maxima iniuria ſacramento fieret. Hinc in *Concil. Toletan. cap. 59.* dicitur, quod non poſſunt mortaliter loquando infantes baptizati educari ſub cura parentum K infidelium, quin eorum inuoluantur erroribus in quo ſit magna iniuria chriſtianæ religioni, nec non, & ſacramento baptiſmi. Nullo modo igitur licet eos baptizare.

Conc. Tol.

Quæritur quarto, an ſi huiuſmodi infantibus inuitis parentibus baptiſmus fuerit collatus, ſit validus. Ad quod reſpondentes nonnulli Theologi dicūt

baptiſ-

Durandus. Paludan. Catherin. Capreolus. Siluester. Marsilius.

A baptismum collatum paruulis, ipsorum parentibus inuitis, nullum esse. Ità *Durand. in 4 disp. 4. q. 6. nu. 9. & sequen-tib. Palud disp. 4. q. 4. Catherin. in opuscul. de pueris Iudeor. recipiend ad baptism §. concludendum est igitur Capreolus in 4. q. 1. disp. 5. art. 3. ad 3. Syluest. in summa verb. baptism. 4. quæst. 7. & Marsil. in 4. quæst. 4. artic. 4. dubit. 3.* Ratio autem qua hanc sententiam probare nituntur est, quia existimant ad sacramentum baptismi necessario requiri

B voluntatem, quam ipsi interpretatiuam appellant; non quidem ipsorum paruulorum, sed parentum quorum curæ, ac potestati sunt subiecti.

S. Thomas. Caietanus. Sotus. Coninch. Suarez. Vazquez. Antoninus. Sotus. Ledesma. Henriquez. Armill.

Sed verior, ac communior opinio tenet quod si de facto huiusmodi infantes baptizētur talis baptismus est efficax ratus, ac validus. Ità *S. Tho. 3. p. q. 68. ar. 10. Caietan. ibid. Scot. dist. 4. q. 9. Coninch. super 3. part. S. Thom. q. 68. art. 10. dub. 1. Suarez disp. 25. sect. 1. Vazquez super 3.*

C *par. S Thom. q. 68. art. 10. disp. 155. cap. 6. D. Antonin. 3. part. tit. 14. cap. 13. § 9. & 2. par. tit. 12. cap. 2. sub fin. Sotus, Ledesm. Bannes, & alij quos citat, & sequitur Henriquez lib. 2. de sacrament. cap. 25. num. 1. in comment. lit. B. Armill. verb. baptism. §. 58. et alij.* Ratio est quia in hoc casu omnia concurrunt, quæ ad validitatem sacramenti sunt necessaria. Consensus autem parentum in baptismo paruulorum non est de essentia sacramenti, prout in *cap. 10.* huius libri probauimus.

Chamerot. Bonacina.

D Peccat autem minister huiusmodi infantibus baptismum conferens, prout docet *Henriq. lib. 2. de sacram. c. 25. §. 1.* Et ratio est quia tunc fit iniuria christianæ religioni, & sacramento baptismi ob periculum peruersionis. Ità *Chamerot. de sacrament. baptism. dub. 3. cap. 5. Bonacin. tom. 1. disput. 2. q. 2. pun. 6. propos. 1. an. 1. & alij.*

S. Thomas. Caietanus. Nugnus. Valcatia. Vazquez. Pitigianus. Philiarcus. Sotus. Regiald. Coninch. Bonacina.

Quæritur quinto, an liceat baptizare filios infidelium baptizatorum, idest hæreticorum, scismathicorum, & apo-

E statorum qui à fide christiana recesserunt. *Respondeo* hos infantes absque consensu parentum, imò ipsis inuitis posse baptizari. *Ità* docet *S. Thom. 3. par. quæst. 68. art. 10. Caietan. ibid. Nugnus ibid. diff. 2. conclus. 2. Valcat. tom. 4 disp. 4. quæst. 3. pun. 3. Vazquez disput. 155. cap. 3. Pitigian. dist. 4. q. 9. art. 1. Phyliarch. 2 par. lib. 1. cap. 8. Sotus dist. 3. q. vnic. art. 7. Reginald. lib. 27. nu. 68. Coninch. super 3. par. S. Thom q. 68. art. 10. Suarez disp. 25. sect. 3. & 4. Bonacin. disp. 2. q. 2. pun. 6. prop. 2.*

Et ratio est, quia sicut *Ecclesia* licitè po- F
test pœnis, & censuris ipsos parentes compellere ad seruandā fidem christianam; quam semel adimplendam, obseruandamq; accepere, ità potest eorum filios à patria potestate subtrahere, & inuitis parentibus baptizare. *S*ed in hoc casu quædam cura adhibenda est, vt filij horum infidelium iam baptizari, apud catholicos viros nutriantur, & educentur, nè sub cura parentum manentes, eorum erroribus inuoluātur, ac per hoc magna iniuria sacramento baptismi ef- G
ficiatur.

Henriquez. Sotus. Scotus. Gabriel. Hyspalens.

Quæritur sextò, an liceat baptizare infantes filios quorumcunq; infidelium, quando ipsi infantes, in periculo extremæ necessitatis sunt constituti. Conclusio est affirmatiua, quam tenet, & sequitur *Henriquez lib. 2. de sacram. cap. 25 §. 2. lit. I. vbi citat Sot. art. 10. in fin. Scot. Gabriel* Hyspalen. *Astea. lib. 4. tit. 6. art. 2. q. 3. & Angel. baptis. 6. §. 11. Hoc idem doeet Vazquez disp. 155. & Suar. disp. 25.*

Astensis. Angelus. Vazquez.

H *Et* ratio est, quia in hoc casu lex charitatis permittit, vt infanti periclitanti quolibet modo succurratur, vt æternam salutem obtineat. Nec per hoc offenditur patria potestas, quia iam mortis periculo imminente, filius paulatim desinit esse sub potestate patris. Neq; imminet periculum subuersionis, quia hoc ipsum quod infans Christianæ fidei signaculo insignitus decedit, à vera parētum perpetuò se subtrahit; & eorum erroribus perinde inuolui non potest.

Catherin. Sotus. Caietanus. Paludanus. Sotus. Vazquez. Victoria. Durandus. Henriquez.

I Similiter potest licitè baptizari infās filius parentum infidelium ipsis inuitis, & contradicentibus; quando iure, vel facto ità à cura parentum extrahitur, vt nulla spes remaneat, quin eorum potestati, & gubernationi subijciatur. Ità docet *Catherinus in Opusc. de pueris Iudaeor. recipiendi ad baptism. §. Illud idem Sotus in 4. disput. 5 q. vnic. art. 10. §. contra hanc autem; Caietanus in 3. par. S. Thom. q. 68. artic. 10. Paludanus quem citat, Sotus loc. præallegato Vazquez super 3. par. S. Tho.*

K *q. 68. art. 10. disp 155. cap. 3. nu. 29. Victor. Mant. Durand. & alij, quos citat, & sequitur Henriquez lib. 2. de sacrament. cap. 25. §. 2. in comment. lit. M. Et* ratio est, quia in hoc casu cessat periculum, vt infans parentum suasionibus peruertatur, quia eorum curæ deinceps subiiciendus non est. Item nec aliqua iniuria patriæ potestati fit quia hoc ipsum quod infans ità substractus est, vt restitui non possit; nihil obest parentibus si baptizetur. Si-

A militer hæc eadem ſententia affirmatiua tenenda eſt; ſi infans longe à parentibus diſtet, ità vt non poſſint ei prouidere; quamuis iniuſto bello captus fuerit, aut per iniuriam à parente libero, vel ſeruo fuerit ſeparatus; uam eunc moraliter cenſetur eum non habere patrem; quapropter iam cellante periculo peruerſionis, miniſtri Eccleſiaſtici, ſunt tutores illius, & ſancta mater Eccleſia ſuccedit, vt baptizet, & inſtituat. Vide *Henriq.lib.2.de ſacram.cap.25.§.2.*

B Quæritur ſeptimo, an licitum ſit baptizare infantes filios infidelium; ſub cura tutorum conſtitutos, qui omnino baptiſmum conferri contradicunt, *Reſpondeo*, hoc non eſſe licitum, quia hoc ipſum quod infans vtroq; parente iam orbatus, ſub cura tutoris conſtituitur, idem eſt, ac ſi eſſet ſub cura, & poteſtate parentum. Hanc ſententiam tenẽt *Palud.q.4. nu.32. Sotus in 4.q.vnic.diſp. 5.art.10.§.addit ibidem Paludanus, Vazq. ſuper 3.par.S.Thom.q.68.art.10.diſp.155.* C *cap.2.verſ. Id autem, &* Henriquez *lib. 2.de ſacram.cap.25.nu.1.*

Paludanus, Sotus, Vazquez, Henriquez

C A P V T XIV.

An baptizare liceat infantes habentes matrem fidelem, & conſentientem, patrem verò infidelem, & contradicentem.

D

NOnnunquam contingere poteſt, vt quis baptizare velit aliquem infantem, cuius mater ſit fidelis, & conſentiens, pater vero infidelis, & contradicens, vnde quæritur, an licitè huiuſmodi infanti, ſacramentum baptiſmi conferri poſſit. Ad quod reſpondẽtes omnes Doctores circa controuerſiã E concedunt, in tali caſu poſſe licitè baptiſmum miniſtrari; quia prò fauore chriſtianæ religionis conſenſus ſolius matris fidelis, repugnantię patris infidelis præferri debet. *Ità Vazquez ſuper 3. par. S.Thom.q. 68. art.10. diſp.155.c.3. nu.33.verſ.tertio obſeruandum eſt; Valentia tom.4.q.3.verſ.quarto dico,* Barthol. *ab Angel.de baptiſm.§.30. Nugnus ſuper 3.par.S.Thom. q.68. art.10. diff.2. concluſ.1. Henriquez lib.2.de ſacram.cap.25. nu.4. Reginald. in prax. for. penitent. lib.* F *27.num. 68. Pitigian. diſt.4.q.9. artic.1. concluſ.4. Poſſeuin de baptiſm.cap.6.num. 14. Suarez diſp.25.ſect.3. &* Bonac. *de ſacramen.baptiſm.diſp.2.q.2.pun.6.prop.1.* Hoc autem probatur ex *Concil.Toletan. 4.cap. 62. & refertur can. Iudæi* 28. *q.1.* vbi præcipitur, vt vxore alicuius *Iudæi* ad fidem conuerſa moneatur maritus; vt ſi velit ad fidem etiam conuerti, & ſic cum vxore perſeuerare, ſin minus ſeparetur vxor illius ad euitãdum periculum infectionis, & ſubuerſionis. Poſtmodum G ſtatuit dictum Concilium, vt filij ex eorum matrimonio nati ſequantur matris conditionem, quemadmodum è contra filij nati ex patre fideli, & matre infideli conditionem patris ſequi debent, prout in ſequentibus clarius patebit.

Vazquez, Valentia, Ab Angelo, Nugnus, Henriquez, Reginald., Pitigianus, Poſſeuinus, Suarez, Bonacina, Conc. Tol.

Similiter baptizari licitè poteſt ille infans, qui ex matre fideli naſcitur, quãuis pater ſit infidelis, & cõtradicat, quia partus (vt docẽt *Doctores*) ſequitur vẽtrem, & hoc ipſum quod filius ex matre H chriſtiana, & fideli concipitur, *Eccleſia* acquirit ius ad baptizandum illum, quia iſte paruulus, ex vi originis, ſubditus *Eccleſię* naſcitur. Ità *Suarez diſp.25.ſect.3. verſ.duo ſuperſunt*. Imo adit *Vazquez diſput.155.cap.3.n.33.* & dicit quod non ſolum iſte infans baptizari poteſt inuito patre, ſed etiam ab eius cura, & gubernatione extrahi, ſi videlicet timeatur periculum peruerſionis. Et ratio eſt, quia quamuis ex iure Ciuili ad ſolum patrẽ ſpectet habere patriam poteſtatem in fi- I lium, quoad aliquos effectus in ipſo iure peculiares, attamen quoad conſortium, quod habere debet filius cũ patre, & matre, vt amborũ cura, & diligẽtia nutriatur, & inſtruatur, ius matris æquiualens eſſe videtur iuri patris. Quia ergo in hoc caſu probabiliter dubitatur, nè infans patris ſuaſionibus peruertatur, & fidem chriſtianam relinquat, ob bonum ſpirituale ipſius filij, permittitur, vt mater in poſſeſſione, & gubernatione filij, patri præferatur, ac perinde infans po- K terit licitè à cura patris extrahi, & matris gubernationi mancipari.

Suarez, Vazquez

Item quæritur, an licitè baptizari poſſit infans, cuius pater ſit fidelis, & conſentiens, mater vero infidelis, & contradicens. Concluſio eſt affirmatiua; quam Theologi communiter amplectuntur. *Suar.diſp.25.ſect.3. verſ.duo ſuperſunt dubia, Vazq.ſuper 3.p.S.Th.q.68.ar.10.diſp. 155.c.13.verſ.tertio obſeruandũ eſt, Valẽt.*

Suarez, Vazquez, Valentia

A *tom.4.disp.4.q.3.verf.quarto dico Bartho-*
Ab Angelo *lom.ab Angel. de baptism. §.30. Posseuin.*
Posseuinus *de baptism.c.6.nu.14.Nugn. super 3.part.*
Reginald. *S.Tho.q.68.ar.10.diff.2.concl.1.Reginald.*
Henriquez *in prax.fori pan. de baptism.lib.27.nu.68.*
Bonacina *verf.quarta propositio,Henriquez lib.2.de*
sacrament.cap.25.§.4.Bonacin.disp.2.q.2.
pun.6.prop.1. nu.12. vers. secundo bapti-
zandũ esse,& aly, Ratio autem est,quia
pater est caput, & habet præcipuum ius
in filium,quapropter magis ad eum, quã
ad matrem pertinet habere curam de fi-
B lio, & præcipuè in his quæ sunt necessa-
ria ad obtinendam æternam salutem.
*I*nsuper hæc nostra conclusio colligitur
ex *cap.2. extra de conuersion. infidel. vbi*
Gregor. 9. *Gregorius* 9.decernit, patre iam ad fidẽ
christianã conuerso ei filium quadrien-
nem esse assignandum,vt ab eo in fide
christiana educari, atq; institui possit.
Conc. Tol. Hoc idem desumitur ex *præcit.Conc.To-*
letan.IIII.c.62.& habetur in cap. Iudæo
q.28. vbi statuitur filios natos ex patre
fideli, & matre infideli,vel ex patre infi-
C deli,& matre fideli, in professione reli-
gionis, imitari debere parentem fide-
lem,ac perinde posse licitè baptizari.
Quæritur insuper, an licitè baptizari
possit infans ex vtroq; parente infideli
natus, si post natiuitatem vnus ex ipsis
conuersus est ad fidem. *A*d hoc affirma-
tiuè respondendum est cum omnibus
Doctoribus supra citat. & præcipuè Bo-
Bonacina *nac.tom.1.de sacram.bapt.disp.2.q.2. pun.*
6.prop.1. Et ratio est quia filius sequi de-
bet parentem innocentem, & iustum
D qui ad fidem christianam iam conuersus
est; vnde illud permittitur, quod verti-
tur in salutem infantis,& in ampliatio-
nem christianæ religionis; supposita illa
regula, quam supra tradidimus, quod
scilicet vni ex parentibus infideli,& cõ-
tradicenti semper præferendus est alter
fidelis,& consentiens.
*S*imiliter baptizari licitè potest ille
infans,qui ex vno saltẽ parente baptiza-
to natus est,quãuis vterq; contradicat.
E Ità *Sotus dist.5.ar.9.fin.ar.10. ad fin.Ga-*
Sotus *briel Hyspolens.& Scotus in 4.dist.4.q.9.*
Gabriel *Penna,& alij apud Henriq.lib.2.de sacra-*
Scotus *ment.c.25.§.4.in commen.lit.X.vbi refert*
Penna *hanc opinionem communem esse cunctis re-*
Henriquez *centioribus Theologis*. *E*t ratio est, quia
vel mater infantis ante ipsius natiuita-
tem erat christiana, & fidelis, & paulo
prius quam pareret,à fide christiana re
cessit, & tunc partus in fauorem suæ li-
bertatis, atq; salutis sequitur ventrem,
non in postrema conditione erroris, in
qua editus est;sed in pristina conditione F
veritatis; in qua generatus est. Vel ma-
ter post natiuitatem infantis fidem chri
stianam deseruit, & tunc pariter bapti-
zandus est infans; quia iam ex matre
christiana natus est; nec ipsius matris
succedens peruersitas,infanti iam nato
obesse debet quoad spiritualem sa-
lutem.
Postremum dubium, resoluendum
superest, & est an licitè baptizari possit
ille infans, qui baptismum recipere
contradicat, & de quo dubitatur, an G
vsum rationis habeat,pater autem fide-
lis eum baptizari expressè instet. Adhoc
negatiuè respondent nonnulli recen-
tiores, plures rationes ad id compro-
bandum adducentes. Primo quia in
dubio melior est conditio possidentis,
& in hoc casu puer magis possidet sei-
psum, quam pater. *S*ecundo quia mi-
nister se exponit periculo irritandi sa-
cramentum,eo quod in baptismo adul-
torum, ad validitatem sacramenti, ne-
cessario requiratur eorum consensus,& H
tamen hic dubitatur, an ille sit infans,
vel adultus. Tertio quia magna præ-
beretur occasio, vt puer in apostasiam
incidat, nam hoc ipsum, quod ad reli-
gionem christianam inuitus trahitur,
euidenti periculo exponitur, vt cum
opportuna occasio se obtulerit, illico
eam derelinquat. Sed propabilius, ac
tutius dicamus cum *Vazquez in com-* *Vazquez*
mentar. super 3.par.S. Thom.q.68.art.10.
disp.155. cap. 4. vers. quod si in prædicto
dubio, hunc puerum esse baptizandum, I
si euidens periculum mortis immineat,
& in hoc casu verificatur sententia iam
supra allata. *E*t ratio est, quia in du-
bio semper eligendum est,id quod salu-
ti animarum prodesse potest;nec in hoc
casu imminet periculum apostasiæ;quia
supponimus infantem post baptismi su-
sceptionem minimè superuinere. Si
vero periculum mortis non immineat;
tunc baptismus differri debet, vsq; ad
illud tempus,in quo certiores simus,in-
fantem habere plenum, ac perfectum K
vsum rationis.



C A-

A

CAPVT XV.

An Principes christiani poſſint licitè baptizare infantes infidelium, qui tantummodo iure ciuium ſibi ſubduntur, ipſis parentibus inuitis.

B

1. opinio quoad iudæos, affirmans. Svb nomine infidelium non ſolum pagani, ſed etiam Iudęi comprehendũtur, quemadmodũ ex ſcriptis omniũ Theologorũ videri poteſt. Vnde aduertendum eſt, vt quandocunq; de infidelibus loquimur diſtinguatur, an ipſi ſint pagani, vel Iudæi, quia diuerſam opinionem de iſtis, ac de illis Doctores aſ-
C ferunt. De filijs iudeorum, qui poteſtati ciuili Eccleſiæ, vel Principum chriſtianorum ſunt ſubiecti, dixerunt nonnulli Doctores antiqui, poſſe eos inniris parentibus baptizari, de mandato Principis, non autem alicuius priuatæ perſonę, adhibita tamen diligentia, vt ante collationem baptiſmi, ab ipſorum parentum poteſtate ſubtrahantur, ne in odium fidei noſtræ occidantur; nec non debet Princeps diligenter prouidere, vt in rebus fidei chriſtianæ ſufficienter in-
D ſtruantur. Quibus conditionibus adimpletis addunt præfati Doctores, Principem chriſtianum nõ ſolum poſſe huiuſmodi infantes licitè baptizare, ſed etiã eorum parentes cogere, vt filios ſuos baptiſmi ſacramento initiari permictãt. *Scotus Gabriel Richardus Angelus Syluestr.* Hæc opinio tribuitur *Scot. in 4. diſp. 4. q. 9. Gabr. ead. diſp. 4. q. 2. art. 3. dubit. 5. qui citat Richard. in 4 diſp. 6. art. 3. q. 3. ad 2.* Inſuper hanc eandem opinionem *Scoti* ſequuti ſunt *Angel. verb. baptiſm. 6. nu. 11. & alij, quos citat Syluester in ſum-*
E *ma verb. baptiſm. 4. q. 6.* porro *Ledeſma* ex parte conſentit, quia 1. *part. 4. q. 9. art. 10. §. ſecunda propoſitio*, docet baptizare infantes iudæorum, ipſis parentibus inuitis ex obiecto, malum non eſſe, ſed ſolum ratione ſcandali, quo ceſſante, id rectè fieri poſſe.

Fundamentum autem, cui nonnulli ex præfatis Doctoribus ſunt innixi eſt, quia quotieſcunque pater iudæus, vel paganus, filium ſuum occidere quęrit, vel in euidenti periculo mortis conſti- F tutum videns, eum eripere recuſat, tunc Princeps poteſt legitimè ei ſubuenire, imò ſi opus ſit, ipſum filium de poteſtate patris, eo inuito liberare; quia videlicet ad Principem pertinet, abuſus patriæ poteſtatis corrigere atq; emendare. Similiter ob eãdem cauſam, ſi Princeps cernat, filium peruerſis patris documẽtis, & eruditionibus infici, ac peſſimè educari, tunc poteſt etiam cum iniuria patriæ poteſtatis, huiuſmodi inconueniens corrigere, atq; emendare. Cum G igitur infantes iudæorum non ſolum in euidenti periculo mortis ſpiritualis perſiſtant, eo quod lætali macula originalis peccati ſint coinquinati; ſed etiam erroneis patrum ſuorum documentis, ac falſis dogmatibus inficiãtur, prauiſq; moribus educentur, hinc poteſt Princeps ipſis parentibus inuitis prædictos infantes baptizare, adhoc vt prauæ actiones patrum corrigantur, & immi nentibus periculis Infantium debito or dine prouideatur. Huiuſmodi fundamẽ- H to innixus eſt *Scot. loc. cit. nec non, & Gabriel d. diſp. 4.* Sed non ſic *Angelus, & Syluester*, nã iſti falsò opinati sũt, iudęos eſſe ſeruos Principum chriſtianorum in quorum regnis commorantur, quapropter cum licitum ſit Principi chriſtiano baptizare filios ſeruorum ſuorũ infidelium ipſis parentibus inuitis (quemadmodum inferius patebit) hinc præfati Doctores coacti ſunt dicere, quod ſit licitum Principibus chriſtianis infantes iudęorum ciuiliter ſibi ſubditorum, ipſis parentibus inuitis baptizare. *Scotus Gabriel Syluester Angelus* I

Sed verior, ac probabilior eſt contraria ſententia, tenens non eſſe licitum quibuſcunq; Principibus chriſtianis, infantes iudæorum baptizare, dum ipſi parentes contradicunt. *2. opinio verior, negans.* Ità *S. Thomas 3. par. q. 68. art. 10. & 2. 2. q. 10. artic. 12. Caietan. ibid. Marsil. in 4. quaſt. 4. artic. 4. dub. 2. Richard. in 4 diſp 6. art. 3. q. 3. Capreol. in 4 diſp. 5. quaſt. 1. art. 1. concluſ. 1. Sotus in 4: diſp. 5. quaſt. vnic. art. 10. §. ſecunda concluſio D. Antonin. 2. part. tit. 12. cap. 2. §. 4. & 3. part. tit. 14. cap. 13. §. 9. verſ. in tertio caſu Catherin. in Opuſcul. de puer. iudæor. recipiend. ad baptiſm. §. concludendum eſt igitur, Suarez diſp. 25. ſect. 4. Vazquez ſuper 3. part. S. Thom. quaſt. 68. art. 10. diſp. 155. cap. 2. verſ. Primam partem huius ſententiæ, Reginald. in prax. for. pænitential. de baptiſ. lib. 27. num. 68. Toletus lib. 2. cap. 21. num. 2. Henriquez* *S. Thomas Caietan. Richardus Marſil. Capreolus* K *Sotus Antonin. Catherin. Suarez Vazquez Reginald. Toletus Henriquez*

A *lib.2. de ſacrament.cap.25.§.4. Coninch. ſuper 3.par.S.Thom. q.86. Victor. de Sacrament.q.27. Fillinc.de Sacrament. baptiſm.tract.2.cap.6.q.8.num.142.& Bonacin.tom.1.de Sacramen.Baptiſm.diſp.2.q.2.punct.6. prop.1.num.12. Valent.tom.4. diſput.4.quæſt.3. Verſ. Quinto dico, Nugnus quæſt.60.art.10. difficul.2.concluſ.3.*

Coninch. Victor. Fillinc. Bonac. Valent. Nugnus

Ad hanc autem ſententiam confirmandam duplex ratio adducitur. Prima, eſt, quia infideles Iudæi, qui ſunt tributarij, & vaſſalli Principum Chriſtianorum, non amittunt patriam poteſtatem, **B** quam de Iure naturæ habent in filios, nec priuari poſſunt illo iure, & dominio; quod ſuper eoſdem filios habent, quemadmodum nec priuari poſſunt illo iure, & dominio, quod habent, ſuper alias res, & bona quæ poſſident.

Prima ratio.

Secunda ratio eſt, nam vel huiuſmodi infantes poſt baptiſmi ſuſceptionem, curæ, & gubernationi ſuorum parentum relinquuntur; vel ab eorum cura, & poteſtate ſubtrahantur. Sed neutro **C** modo fieri poteſt, quia ſi ſubtraherentur, fieret iniuria patriæ poteſtati, ad quam pertinet curam habere filiorum, atque nutrire, ac ſecum habere. Si verò curę parẽtum relinquerentur euidẽs ac probabile periculum immineret peruerſionis, ita vt adueniente diſcretionis, & vſus rationis tempore, ſuorum parentum ſuaſionibus peruerſi, Chriſtianam Religionem, & fidem derelinquant. Ergo nullo modo hoc licitè **D** fieri poteſt.

Secunda ratio.

Hęc poſtrema ratio probabilior, ac euidentior videtur *Vazquez in commentar. ſuper 3.par.S.Thom.q.68.art.1.diſp.155.cap.2.verſ.Cæterum ſi ex his duabus rationibus*. Vnde addit dicens quod, & quamuis Deus vtporè Author, & Dominus omnium potuiſſet, irà Sacramentum baptiſmi inſtituere, vt miniſtris omnimodam facultatem concede**E**ret, baptizandi, & extrahendi huiuſmodi infantes à cura, & poteſtate parentum; attamen, quia hanc facultatem conceſſam fuiſſe nullibi conſtat, idcirco id aſſerere non poſſumus. Quinimo dicere cogimur, Deum voluiſſe, vt ius naturale in omnibus gentibus exactè obſeruaretur, nec quidquam cõtra prædictum ius fieret; nè lex Euangelica hominibus infidelibus redderetur exoſa, atque oneroſa. Sed de iure naturæ eſt, vt parentes filios ſuos educant, & apud ſe retineant, ergo rationi conſentaneum eſt, noluiſſe Denm, vt **[F]** in ptopagatione Euangelii, & Sacramentorum vſu, hoc iuris naturalis præceptum violaretur.

Vazquez

Deniq; *D.Thom. 2.2.q.10.art.12.* præfatam ſententiam confirmare, ac comprobare nititur, antiqua Eccleſiæ conſuetudine, quæ nunquam conſueuit infantes filios infidelium, etiam Iudæorum, parentibus inuitis baptizare, quãuis non pauci Principes Chriſtiani præceſſerint, vt Conſtantinus Theodoſius, & alii, qui ſuaſionibus Syluestri Ambro**[G]**ſii, & aliorum Catholicorum amicorum impulſi poterant Iudæos ſibi ſubditos ad ſuſcipiendum baptiſmum compellere. Quapropter concludit dicens periculoſum eſſe, oppoſitam ſententiã in Eccleſiam introducere.

S.Thomas. Aliam rationem adducit.

Secunda quæſtio eſt, An liceat baptizare infantes filios paganorum, qui tãtummodo, iure Ciuium Principibus Chriſtianis ſunt ſubiecti. Ad quod affirmatiuè reſpondent *Scotus in 4. diſp.4. q.9.& Gabriel ead.diſp.q.2.art.3.dubit.5.* Dicentes huiuſmodi infantibus licitè poſſe baptiſmi Sacramentum conferri **[H]** etiam ſi eorum parentes contradicant. Et hoc idem aſſerunt de filiis Iudæorũ, qui ciuiliter principibus Chriſtianis sũt ſubiecti. *Sed Angel. verb. baptiſmus 6. num.11.& alij quos citat Sylueſter.in ſumma verb.baptiſm 4.q.6.* quamuis ſententiam affirmatiuam ſequantur, quoad filios Iudæorum; attamen, opinionem negatiuam, quoad filios cæterorum infidelium tenent. *Durandus autem in 4.* **[I]** *diſp.4.q.6.num.9.* cum quadam diſtinctione ſuam ſententiam producit dicẽs non poſſe Principea Chriſtianos licitè baptizare infantes infidelium, qui in alienis Regnis commorantur, ipſis parentibus inuitis, niſi eis permittatur iure belli poſſe prædictos parentes expugnare, quia tunc licet eorum filios à propria cura, & gubernatione ſubtrahere, & ipſis inuitis baptizare. Deinde de filiis infidelium, qui in proprio **[K]** Regno alicuius Principis Chriſtiani cõmorantur, quales putat eſſe Iudæos dicit poſſe Principem eorum filios à cura parentum abſtrahere, & vendere, & ſic abſtractos ipſis inuitis baptizare. Denique ſubiungit dicens nullum Principẽ Chriſtianum poſſe licitè baptizare infantes filios Mercatorum infidelium, qui in Regno prædicti Principis lucrandi, & negotiandi cauſa commorantur. Et de hoc rationem reddit dicens, quia

1.opinio affirmat circa paganos. Scotus Gabriel Sylueſter Angelus Durandus

ſicut

A ſicut non licet bona horum infidelium ſubripere, ita nec filios ab eorum poteſtate ſubtrahere, & quemadmodum nō poſſet Princeps eorum bona ſubripere, & in Sacrificium omnipotenti Deo offerre, quia eſſet ſacrificium, & oblatio de rapina; ità nec poſſet eorum filios abſtrahere, & per baptiſmum Deo offerre, quia eſſet iniuſta oblatio, & ſacrificium de rapina.

2. opinio verior negans.

Vera autem atque communis opinio edocet non poſſe Principes Chriſtianos baptizare infantes infidelium, iure ciuiū
B tantummodo ſibi ſubditorum, ipſis inuitis. Ità *D. Thomas 3. par. q. 68. art. 10. & 2. 2. q. 10. art. 12. Caietan. ibid. Marſil. in 4. q. 4. art. 4. dub. 2. Richard. in 4. diſp. 6. art. 3. q. 3. Capreol. in 4. diſp. 5. q. 1. art 1. conclu. 1. Catherinus in Opuſcul. de puer. Iudaor. recipiend. ad baptiſm. §. concludendum eſt igitur, Sotus in 4. diſput. 5. q. vnic. art. 10. §. ſecunda concluſio Syluester in ſumma verb. baptiſmus q. 6. Angel. verb. baptiſm. 6. num. 11. Suarez diſp. 25. ſect. 4. Victor. de ſacrament. q. 27. Coninch. ſuper 3. part. D. Thom. q. 86. Vazq. ſuper 3. part.*
C *D. Thom. q. 68. art. 10. diſp. 155. art. 2. Reginald. lib. 27. n. 68. verſ. tertia eſt, Toletus lib. 2. cap. 21. num. 2. Filliuc. tract. 2. cap. 6. q. 8. num. 142. Henriq. lib. 2. de ſacram. cap. 25. §. 4. Bonacin. de ſacrament. baptiſ. diſp. 2. q. 2. pun 6. prop. 1.*

S. Thomas, Caietanus, Marſilius, Richardus, Capreolus, Catherin., Sotus, Syluester, Angelus, Suarez, Victoria, Coninch., Vazquez, Reginald., Toletus, Filliucius, Henriquez, Bonacina

Ad confirmandam hanc ſententiam D. Thom. 3. par. q. 68 art. 10. dupplicem rationem adducit. Primo quia hoc ipſum quod præfati infantes nondum habent vſum liberi arbitrij, ſecundum ius naturale ſunt ſub cura parentum,
D quandiu ipſi ſibi prouidere nō poſſunt. Vnde etiam de pueris antiquorum dicitur, quod in fide parentum ſaluabātur. Et ideo contra iuſtitiam naturalem eſſet ſi tales pueri inuitis parentibus baptizarentur, ſicut etiam ſi aliquis vſum rationis habens baptizaretur inuitus. Hinc *Vazq. in commentar. ſuper dict. art. 10. diſp. 155. cap. 2.* prædictam rationem *D. Thomæ* extendit his verbis. *Altera autem ratio eſt* (inquit) *quia id videtur pugnare cum iuſtitia naturali, quam erga parentes horum filiorum ſeruare debemus eo*
E *quod filius ſuapte natura eſt aliquid patris. Et quidem quandiu in vtero matris eſt, ab ea non diſtinguitur ſecundum corpus; poſtea verò ante vſum rationis, ità eſt ſub cura parentum tanquam ſub ſpirituali quodam vtero, vt ſub illa ſit tanquam animal quodam brutum ſub Domino, ac proinde contra naturalem iuſtitiam*
F *parenti debitam ſit, ab eius cura paruulum filium extrahere, vel aliquid circa illum contra parentis voluntatem ſtatuere, vel facere, erit igitur contra naturalem iuſtitiam huiuſmodi paruulos inuitis parentibus baptizare.* Hæc *Vazquez.* Secundo quia valde periculoſum eſſet huiuſmodi infantes inuitis parentibus baptizare, quia hoc ipſum quod ſub cura parentum relinquuntur, profectò exponuntur euidenti periculo deſerendi fidem chriſtianam, quam inuiti profeſſi ſunt. Quod nimirum faciliter facere G
poſſunt propter naturalem affectum, quem ad parentes habent. Vide *D. Thom. 3. par. q. 68. art. 10.*

Ex his quæ hactenus diximus infertur primo, quod ſi aliquando contingat iure, vel facto, infantem etiam contra ius naturale edeò à cura parentum extrahi, vt de cætero nullo modo ſperari poſſit, eum ſuis parentibus eſſe reſtituendum, poſſe licitè baptizari, etiam ſi parentes ſciant, & contradicant. Ità docet *Caietanus in commen. ſuper 3. par. D. Tho.* H
q. 68. art. 10. ſub fin. Catherin. in opuſcul. de puer. iudaor. recipiend. ad baptiſm. §. illud idem, Sotus in 4. diſp. 5. q. vnic. art. 10. §. contra hanc autem, vbi citat Palud. & Vazquez ſuper 3. par. S. Tho. q. 68. art. 10. diſp. 155. c. 3. verſ. ſecundū quod ex dictis

Caietanus, Catherin., Sotus, Paludanus, Vazquez

Et ratio eſt, quia in hoc caſu infans recenter baptizatus periculo peruerſionis minimè exponitur; eo quod adeò a cura parentum extrahitur, & ſeparatur, vt nullo tempore eis ſit reſtituendus. Neque læditur patria poteſtas, quam de I
iure naturæ habet pater in filios, quia ſupponimus hunc infantem omnino à cura, & conſortio ſuorum parentum eſſe ſegregatum, & per conſequens ſub patria poteſtate non manere, eo tempore quo baptizatur.

Infertur ſecundo, poſſe licitè baptizari, tum ex iuſſu Principis, tum etiam per priuatam perſonam, infantem in articulo mortis conſtitutum quamuis eius parētes infideles Principibus Chriſtianis iure ciuium tantummodo ſubiecti expreſsè renuant, & contradicant. K
Hæc ſententia affirmatiua mihi verior, ac probabilior videtur, quam tenet nobiſcum *Sotus in 4. diſp. 5. q. vnic. art. 10. ſub finem in ſolutione ſeptimi argumenti.* Vbi ait non ſolum clam, ſed etiam ſcientibus parentibus huiuſmodi infantes baptizari poſſe, niſi aliquod ſcandalum probabiliter timeatur. Id autem probat, quia parentum in curia (inquit) ob

Sotus

quam

A quam ipsis inuitis paruuli non sunt baptizandi non debet tam superstitiosè, sed secundum prudentum iudicium intelligi. Hanc eandem opinionem libentius amplectitur, & fusius defendit *Vezquez in commentar. super 3.p. S.Tho. q.68.art.2,disput.155.c.3.* quamuis prospiciat nonnullos alios Scholasticos cōtrariam sententiam fuisse sequutos. Vnica autem ratio, qua hæc nostra opinio confirmari potest hæc est, Nam cum tota causa ob quam huiusmodi in-
B fantes parentibus inuitis baptizare non licet; sit, nè lædatur ius patriæ potestatis, quod Pater naturaliter habet in filios, & nè infans periculo peruersionis exponatur; hinc si probauerimus; in hoc casu nec lædi patriam potestatem, nec infantem periculo peruersionis exponi, profectò constabit hunc baptismum, non solum valide, sed etiam licitè posse administrari. Primo quidem nullum periculum peruersionis timetur, nam supponimus hunc infantem
C esse in articulo mortis constitutum, ac proinde nequaquam esse superuiisurum post baptismi susceptionem. Quapropter nullum tempus superest; in quo parentes falsis suasionibus infantem suis erroribus inuoluere possint, atq; ad detestendam fidem Christianam compellere, nam infans in illa tenerrima, & immatura ætate, iam vsu rationis prorsus carens, sicut non potest ex seipso nouam fidem, nouamq; legem sibi eligere; ita nec semel electam respuere Se-
D cundo non læditur patria potestas, quā de iure naturæ habet Pater in filios; quia supponimus hunc infantem mox de hac vita esse migraturū, & per consequens sub cura parentum, & sub patria potestate nequaquam esse mansurū Pater quippe de iure naturæ habet potestatem tenendi proprium filium apud seipsum, necnon eum educandi corri-
E gendi, atque instruendi de his quæ ad bene viuendum sunt necessaria; sed hæc omnia cessant, hoc ipsum quod infans morti est propinquus; vnde si eum quis baptizare vellet, licitè posset, quia nullam iniuriam parentibus efficeret, nā ius naturale nullo modo prohibet filijs infidelium Baptismum ministrari, neque ipsis parentibus concedit. vt infantibus in articulo mortis constitutis baptismum conferri prohibeant. Imò ipsi parentes de Iure diuino tenentur suos infantes morti propinquos pro-

prijs manibus baptizare; vel curare; vt F
per alium baptizentur, prout subtiliter animaduertit *Vazquez d.cap.3.num. 23.* quia de iure diuino tenetur pater habere curam de spirituali salute proprii filii,

Denique aduertendum est non posse viros catholicos, ipsos infideles minis, vel iniuriis, vel verberibus, aut quacunque contumelia compellere ad baptizādos filios suos; Quod nimirum non solū cuiuscunque personæ priuatæ, sed etiā quibuscunque principibus non permit- G
titur, nam hoc modo, & læditur patria potestas, qua tribuitur Patri; vt liberè de filiis suis disponere possit, necnon & ipsi infantes periculo peruersionis exponuntur, nam parentes semper retractare intendent, id quod coactè, & inuoluntarie actum est. Insuper id esset contra Christi voluntatem; nam quamuis ipse iusserit, ac permiserit, vt prædicatores, & ministri Ecclesiæ quoscunque infideles, ad fidem Christianam cōuertere, & baptizare possent, non tamen voluit, vt in susceptione baptismi H
aliquauis inferretur.

CAPVT XVI.

An Principes christiani licitè baptizare possint infantes seruorum suorum infidelium, contra eorum voluntatem, dummodo sub cura parentum eos non relinquant. I

Propositæ quæstionis difficultas, post præcedentes, est resoluenda, nam nonnulli Doctores negatiuam sententiam tenent asseuerantes nō posse Prin- K
cipes Christianos licitè baptizare infantes filios seruorum suorum infidelium contra eorum voluntatem; etiam si à cura, & potestate parentum eos abstrahentes, periculo peruersionis expositos non reliquerint. Nam *Marsilius in 4. q.41.ar.4.dub.2.& Caietan.in commentar. super 3.par.S.Thom.artic.10.5. Vbi scito* expresse loquentes de filiis seruorum dicunt posse eos licite separari à cura paren-

Prima opinio negans Marsilius Caietanus

A parentum, quod attinet ad domeſtica officia, & alia huiuſmodi, quæ ſunt Iuris Ciuilis; non tamen quod attinet ad ius diuinum, ad quod ſpectare exiſtimant, vt filii de conſenſu parentum baptizentur, & contra eorum voluntatem nulli alteri id conceſſum eſſe. Hanc eãdem ſententiam tenuetat idem *Caietan. 2.2.q.3 art. 12. §. Ad cuius pleniorem*, quamuis diuerſa ratione eam ibi confirmauerit. Docuit enim poſſe quidem filios ſeruorum infidelium, à cura, & B conſortio parentum ſegregari; attamen neque apud eos permanentes, neq; ab eis ſegregatos poſſe licitè baptizari cõtra ipſorum parentum voluntatem. Et in hoc ſenſu mentem D.Thom. in ſolution. ſecundi argumenti præcit. art. 12. interpretatur eademq. interpretatione ad ſuam ſententiam confirmandam vſi ſunt *Capreol. in 4. diſt. 3. q. 1. art. 3. & Marſil. in 4. q. 4. art. 4. dub. 2.*

C *Capreolus* *Sotus* *Item Capreolus* hanc eandem ſententiam amplexus eſt, quemadmodum referunt *Sotus in 4. diſt. 5. q. vnic. art. 10. §. contra hanc autem &c. & Vazquez ſuper 3. par. S. Thom. q. 68. art. 2. diſp. 155. cap. 4.* qui eius opinionẽ fuſius explicant, atq; interpretantur. Equidem *Capreol. in 4. d. 3. q. 1. art. 3. ad 1. Durand.* concedit *Durando*; vel cum eo ſaltem ſupponit Iudęos eſſe ſeruos Principum Chriſtianorum, in quorum Regnis commorantur idq; cum *Caietano*, *& Marſilio loc. cit.* D ex mente *D. Thom.* falſo deducit, *A*ditque Iudæorum filios (quos ipſe ſeruos exiſtimat) poſſe à cura, & poteſtate parentum ſeparari, quoad ea, quæ ſunt Iuris Ciuilis, ſed non quoad ea, quæ ad ius naturale, vel ius diuinum ſpectant. Vnde quia ad Ius diuinum ſpectare putat, nè filij ſeruorum infidelium contra iuſtitiã ab eorum poteſtate, & cura ſubtracti ipſis parentibus inuitis baptizentur, hinc concludit nulli eſſe licitum, baptizare huiuſmodi infantes contra parentum voluntatem. Hæc autem E ſententia negatiua, etiam quoad omnes ſeruos infideles extenditur (prout notat *Vazquez in commentar. ſuper 3. par. S. Thom. q. 68. art. 10. diſp. 155. cap. 4.*) quia exiſtimat *I*udæos eſſe ſeruos Principum Chriſtianorũ. Concedit tamẽ *Capreolus* poſſe licitè hos infantes ſeruorum infidelium baptizari, ſi contingat eos à cura parentum iuſte fuiſſe ſeparatos ante baptiſmum, dummodo tamen ille, qui curam de eis ad præſens habeat: ſuum prębeat aſſenſum.

Præterea *Catherinus in opuſcul. dè pueris Iudæorum recipiendis ad baptiſmum §. Illud item &c.* de pueris Iudæorum loquens præfaræ ſententiæ adhæret nam docet poſſe infantes *I*udæorum abſtrahi à cura, & poteſtate parentum; dum modo ipſi *I*udæi ſerui ſint. Non tamen contra eorum voluntatem baptizari, quia (inquit) alterius Iuris eſt, Baptiſmus, nempè diuini, alterius autem eſt dominorum poteſtas in corpus. quod non poteſt Ius naturale, aut ius diuinum tollere. Denique ex recentioribus hanc ſentẽtiam negatiuam quoad filios omnium ſeruorum infidelium amplexus eſt, *Barthol. ab Angel. de baptiſm. §. 28. & 29.* contra quem diſputat *Bonacin. tom. 1. de Sacrament. Baptiſm. diſp. 2. q. 2. pun. 6. prop. 1. num. 12.* F *Catherinus* G *Ab Angelo*

*S*ed his non obſtantibus Doctorum opinionibus dicendum eſt quoſcunque Chriſtianos licitè poſſe baptizare filios ſeruorum ſuorum infidelium contra eorum voluntatem, dummodo ab ipſorũ cura, & conſortio prius ſeparentur. Hæc eſt probabilior, ac communior ſententia, quam ferè omnes *R*ecentiores ſequuti ſunt, & præcipuè *Vazquez in commentar. ſuper. 3. par. S. Thom. q. 68. art. 10. diſput. 144. cap. 4. Suarez ſuper d. art. 10 diſp. 25. ſect. 3. Coninch. in commentar. ſuper eundem art. 10. dub. vnic. concluſ. 6. de Sacrament. Baptiſm. diſp. 2. q. 2. pun. 6. propoſit. 1. num. 12. Item accedit Durand. in 4. diſt. 4. q. 6. num. 11. & q. 7. num. 13. Sotus, & alij, quos citat, & ſequitur* Henriquez *in Summa de Sacrament. Baptiſm. cap. 25. §. 8. lit. S. Ac denique in fauorem huius ſententiæ citari ſolet D. Thomas*, quem volunt hoc non obſcurè indicaſſe, quod attinet ad filios ſeruorum infidelium. *2. opinio affirmans* *H* *Vazquez* *Suarez* Coninch Bonacina *Durandus.* *Sotus* Henriquez *S. Thomas* *I*

*A*d hanc autem ſententiam comprobandam complures rationes afferuntur. Prima eſt, nam tota ratio cur non poſſint filii infidelium parentibus inuitis baptizari, eſt, nè lędatur Ius patrię poteſtatis, quod de iure naturæ habet pater in filios, & nè periculo peruerſionis ipſi infantes exponantur, hoc ipſum quod ſub cura parentum relinquuntur, *S*ed in caſu noſtro neutrum ex his obſtat, ergo &c. Etenim non læditur patria poteſtas, quia hęc ſubordinatur dominio, & voluntati dominorum, hoc ipſum quod parentes ſub iugo ſeruitutis ceruicem ſubiectam retinent, vnde ſicut Dominis permittitur eorum filios ſeparare, & ad alias regiones tranſmittere, & aliis gentibus vendere, ſic & *3. ratio* K

ab

A

ab ipsorũ cura contra eorum voluntatẽ abstrahere adhoc,vt baptismũ suscipiãt. Neque tunc imminet periculum peruersionis, nam supponimus hos infantes, vel ante baptismum, vel mox post baptismum à cura, & consortio parentum esse separandos, quod faciliter fieri potest, si videlicet huiusmodi infantes de licentia dominorum, aliis christianis, vt mancipia vendantur.

2. ratio.

Secunda ratio est,nam quamuis infideles etiam vasalli,vel serui Principum Christianorum ex iure patriæ potestatis

B

facultatem habeant instruendi suos filios, tamen hæc facultas non est tam libera (prout probauimus in *præcedenti cap.* & fusius docet *Vazquez d.disp.35 cap.2.& 3.*)quin corrigi, & emendari possint eorum errores,hoc ipsum quod Principes Christiani cernunt eorum filios ab ipsis male educari, ac peruersè instrui. Nec ex iure naturæ,aut ex iure diuino aliquando eis concessum est, ne in praua educatione, & peruersa instructione filiorum à suis dominis

Vazquez

C

corrigantur, & emendentur; sed in casu nostro huiusmodi infantes prauam haberent educationem,peruersamq; instructionem, quia sub cura parentum persistentes,eorum erroribus, ac infidelitatis falsis dogmatibus inuoluerentur; Ergo licitè possunt Domini hunc errorem corrigere, & emendare, dum ipsos infantes à consortio parentum separant,& contra eorum voluntatem baptizant.

D

3. ratio.

Tertia ratio est, quia Dominus habet Dominium, & potestatem non solum in suos seruos, sed etiam in filios, qui ex ipsis nascuntur; vndè tam ipsos seruos, quam eorum filios iustè quolibet modo vendere, dare, transmittere, promittere,accommodare, vel quacũq; alienatione alienare potest; ergo multo magis potest eos ad inuicem segregare propter quemcunque finem non repugnantem legi honestatis, & iustitiæ. Vnde si ratione venditionis licitè possunt à cura, & consortio parentum segregari, multo magis ratione baptismi,

E

nam non est deterioris conditionis salus vnius animæ, quam prætium,quo venditur corpus. Si igitur iustè à consortio parentum fuerint separati, quænam ratio prohibet eos contra voluntatem parentum posse baptizari? Aduerte tamen quod nomine seruorum hic accipiuntur *Turcæ*, & Saraceni, qui nostræ fidei Christianæ omnino sunt contrarii, prout docet, *Suarez disp.25.sect.5.& Bonacin.tom.1.de Sacramen.baptism. disp.2.q.2.pun.9.prop.1.num.12.*

F

Suarez

Bonacina

Nec hoc loco, silentio premenda est opinio, *Vazquez in comment.super 3.par. S.Thom.q.68.art.10.disp.255.cap.4.vers. Ego tamẽ &c.*qui censet non tantũ filios infidelium seruorum vendi, & separari posse à parentibus, vt baptizentur, & ita separatos baptizari rectè posse,si aliqua diligentia adhibeatur nè falsis parentum suasionibus subuerti possint; verum etiam antequam separentur,& vẽdantur, sub gubernatione, & cura parentum adhuc existentes, absque læthali culpa posse baptizari, si res ipsa ex se consideretur. De qua sententia mox rationem adducit dicens.Si aliud (inquit) non obstaret, nisi ius paternæ potestatis absque iniuria parentum infidelium non seruorum possent filij eorum ipsis renuentibus baptizari, ità tamen vt à potestate eorum non abstraherentur. Quod si hoc non licet,alia ratio est,nempè propter periculum amittendi fidem semel in baptismo susceptam; si in potestate parentum infidelium paruuli permaneant; ergo eadem ratione absque iniuria parentum infidelium, qui serui sunt possunt filij eorum ipsis renuentibus baptizari. *Hæc Vazquez loc.cit.*

Vazquez

G

H

Denique adhoc,vt nostræ sententiæ doctrina,dilucidior clariorq. appareat, ac cunctis casibus accommodari possit; differendum est, an *Iudæi*, verè, ac realiter sint serui Principum Christianorũ, in quorũ Regnis,vel Prouinciis habitãt; Nam si hæc dubitatio fuerit resoluta, planè constabit ex dictis, an liceat ipsis Principibus filios Iudæorum contra voluntatem parentum baptizare. In hac quæstione nonnulli Doctores tenent *Iudæos* esse seruos Principum Christianorum,in quorum Regnis, vel Prouinciis habent sua domicilia;Ità opinantur *Capreolus in 4. dist.5.q.1.art.3.ad 1 Duran. in 4.dist.4.q.6.Marsilius in 4.q.4. artic.4. dub. 2. Angelus in Summa verb. baptismus 6.num.11. & Caietan. in comment. super 3.par.S.Thom q.68. art.10.§.In eodem aduerte*, vbi existimat, hanc eandẽ doctrinam ædidisse *D.Thomam in d.art. 10.in respons.ad 2.* Sed rè vera, hoc nec tacitè, nec expressè ibi docuit *D. Thomas*, imo oppositam sententiam eum fuisse sequutum, ex infra dicendis clare apparebit.

An Iudæi sint serui Principũ Christianorum.

I

Prima opinio affirmans

Capreolus

Durandus

Marsilius.

Angelus

Caietanus.

K

Ad huius opinionis confirmationem primo adducunt quædam verba *Innocen-*

Probatur

cen-

A *centij III.in cap.Et ſi Iudæos, extra de iu-*
*deis,& Saracen.*dicentis,iudęos propria
cųlpa perpetuæ ſeruituti ſubmiſit. Ad-
ducunt ſecundo quandam rationem,eu
ius principales Authores ſunt *Marſi-*
lius,& Angelus locis cit. aiunt enim iu-
dęos vere,ac realiter libertatem amiſiſ-
ſe, quando Hyeruſalem per Titum, &
Veſpaſianum violẽter ſuit capta; quam
videlicet libertatem amiℓtere promeri-
ti ſunt,quia Chriſto Domino mortem
ignominioſam iniuſtè intulerunt, eũq;
B eſſe verum Regem populi iudaici ex-
preſsè denegarunt. Vnde dicebant
clamantes, non habemus *Regem* niſi
Cæſarem.

2.opinio ve- Sed verior,ac probabilior mihi vide-
ra negans. tur oppoſita ſententia,quam non pauci
recentiores,atque antiqui tenent,atque
Richardus defendunt. Ex antiquis adducitur *Ri-*
chardus in 4. diſt.6. art.3. quæſt.3. nam
ibi expreſſe dicit filios iudæorum ideò
C non poſſe inuitis parentibus baptizari,
quia vel fieret iniuria fidei, ſi videlicet
ſub parentum cura relinquerentur, ob
periculum ſubuerſionis, vel fieret iniu-
ria patriæ poteſtati, ſi videlicet ab eorũ
cura abſtraherentur. Supponit igi-
tur eos non eſſe ſeruos, nam qui verè
ſerui ſunt in patria poteſtate per Domi-
nos ſuos lædi non poſſunt. Item acce-
dit *D. Thomas in 3. part. quæſt. 68.*
S. Thomas *art.10. ad 2.& 2.2. quæſt.10. art.12.ad 3.*
vtrobique enim docet iudæos non eſ-
D ſe ſeruos Principum chriſtanorum,vnde
propoſitis argumentis, quibus probari
videtur eos eſſe ſeruos,mox reſpondet.
Dicendum (inquit) *quod iudæi ſunt ſerui*
Principum ſeruitute ciuili, quæ non exclu-
dit ordinem iuris naturalis. Expreſſius
tamen hanc ſententiam,quam nos hic
probare intendimus amplexi ſunt So-
Sotus *tus in 4.diſt.5.q. vnic. art.10. §.ſecundum*
Suarez *argumentum,Suarez ſuper 3. par. S.Tho.*
Vazquez *q.68.art.10.diſp.25.ſect.5.verſ.Sed quæri*
Syluester *hoc loco poteſt,* Vazquez *in comment.ſuper*
E *dictum art.10.D.Thom.q.155. cap.5.Syl-*
Penna *ueſter.baptiſmus 4.§.6.Penna,& alij quos*
Henriquez *citat, & ſequitur* Henriquez *lib.2. de ſa-*
crament. cap.25. §.8. in comment. lit.Q.
vbi ait, quod *I*udæi cum ſint chriſtianæ
religionis hoſtes potuiſſent à principio
iure belli redigi in ſeruos, ſed quia de
facto propter honeſtas cauſas permi-
ℓtuntur liberè Romæ, & ſub ditione
quorundam chriſtianorum degere
ſunt inter tributarios ciues liberos
computandi. F

Ad cuius ſententię comprobationem *Probatur.*
adducitur illud *Innocentij III.in cap.Et*
ſi iudæos,de iudæis,& Saracenis, vbi ait, *Innocen-*
Et ſi iudæos quos propria culpa ſubmiſit *tius cõtra-*
perpetuæ ſeruituti, pietas chriſtiana rece- *rium do-*
ptet,& ſuſtineat cohabitationem eorũ,etc. *cuit.*
Quæ videlicet verba conſiderans,atque
diſcutiens,*Vazquez loc. cit.* ex eis colli-
git ſummum Pontificem non ſolum nõ
dixiſse iudæos eſſe ſeruos, ſed oppoſitũ
expreſsè docuiſſe,ideſt eos non eſſe ſer- G
uos,nam cum dicit, quos propria culpa
ſubmiſit perpetuæ ſeruituti, planè oſtẽ-
dit propter ſua ſcelera verè dignos fuiſ-
ſe, vt in perpetuum ſerui eſſent. Sed
dum ſubiungit dicens,pietas chriſtiana
receptet,& ſuſtineat cohabitationem,
eorum, profectò inſinuat eos non eſſe
quia nunquam permiℓtitur, ſeruos cum
Dominis ſuis cohabitare, ex eo quod
quædam coęqualitas inter cohabitan-
tes eſſe conijciatur.

Deinde afferri poteſt quædam ratio; *H*
quam profectò reperies apud,*Suarez in* *Suarez*
comment. ſuper 3.par. S.Thom. q.68 art.
10.diſp.25.ſect.5.verſ. Sed quæri hoc loco
poteſt, &c. Licet (inquit) iudæi ob cul-
pam ſuam digni ſunt ſeruitute quo ſen- *Iudæi non*
ſu videtur loquutus *I*nnocẽtius,& quã- *poſſunt vē-*
uis etiam in principio, quando per bel- *di, vt man-*
lum ſuperati ſunt;iuſtè potuerint in ca- *cipia.*
ptiuitatem, & ſeruitutem redigi, quod
etiam in prædicto textu inſinuatur, ta- *I*
men iam nunc de facto non ſunt hoc
modo ſerui effecti, vt ipſe vſus ſatis do-
cet,tractantur enim, vt Vaſſalli, & *T*ri-
butarij,nec vendi poſſunt, vt mancipia.
Deinde idem *Suarez* ait hanc opinio-
nem eſſe magis conſentaneam menti
D.*Thomę*, cuius doctrinam paulo ſupe-
rius retulimus.

Supereſt nunc,vt fundamenta,quibus *Reſponde-*
Authores oppoſitæ ſententiæ innixi *tur ratio-*
ſunt, euertamus. Primo non obſtant *nibus.*
illa verba *Innocentij III. in dict. cap. &*
ſi iudæos, nam ex illis potius colligi- *primę ſen-*
tur iudæos eſſe liberos ſaltem ea li- *tentiæ.*
bertate, quæ habetur de iure naturæ, K
inſinuat tamen eos propter proprias
culpas dignos eſſe, vt perpetuæ ſer-
uitutis iugo ſubmiℓterentur. Vel
verba, *Innocentij* alio modo ſunt in-
terpretanda, quatenus cum de per-
petua ſeruitute iudæorum loquitur, in-
telligatur de ſeruitute ciuili, prout
etiam docet *D.Thom. loc. citato*, & non

A alienatio fit, & dominium, nec non, & poſſeſſio transfertur, omnis obligatio ceſſat, ergo iure dominij nullo modo eos baptizare tenentur. *3. ratio.* Tertio ſubiungunt, & dicunt hanc obligationem non induci ratione charitatis, quam erga proximos noſtros ex præcepto exercere debemus; quia quamuis ex præcepto charitatis debeamus, ac teneamur proximis noſtris etiam cum aliquo incommodo ſubuenire, quando in aliqua ſpirituali neceſsitate ſunt cōſtituti, tamen B hæc ogligatio ex charitate, in caſu noſtro ceſſat, quia maiora incommoda ſequerentur. Primum incommodum (aiunt) eſſe, quia regulariter loquendo, infantes inuitis parentibus baptizati ad priſtinos errores falſis ſuaſionibus parētū inducti reuerti ſolent; ex quo nō leuis cōtēptus, nec modica iniuria fit religioni chriſtianæ. *Secundum* incommodum ſequeretur, ex hoc quod tolleretur redemptio ſeruorum captiuorum, quæ de iure gentium fuit introducta; C nam hoc ipſum quod filij infidelium baptizarentur iam baptizatos, parentes eorum redimere minime curarent; tum quia ipſi filij religionem chriſtianam quam aſſumpſerant, deſerere nollent, tum etiam, quia eorum parentes proſpicientes eos nouam religionem amplexos fuiſſe, ac priſtinam prorſus dereliquiſſe ingenti odio proſequerentur. *Tria incō-moda inde ſequerē-tur.* Tertium incommodum eſt, quia Turcæ, & alij Saraceni ex hac conſuetudine Chriſtianorum, exemplum ſumerent, vt D ſeruos Chriſtianos, & eorum filios apud ipſos permanentes, contra eorum voluntatem circumciderent, ex quo ſequeretur non modicum damnum populo chriſtiano, ac noſtræ religioni ingens contemptus.

3. opinio. Tertia denique opinio, quæ verior, ac probabilior mihi videtur, tenet Dominos per ſè loquendo teneri huiuſmodi ſua mancipia domi æ ſuæ ex parentibus ſeruis nata, vel iuſto bello capta baptizare, & in chriſtiana religine educare. E Ità communiter docent ferè omnes recentiores, & præcipuè *Coninchus in commentar. ſuper 3. part. S. Thom. quæſt. 68. art. 10. dubit. vnic. concluſ. 6. num. 87.* Henriquez *lib. 2. de ſacrament. cap. 25. §. 8. Suarez ſuper 3. part. S. Thom. q. 68. art. 10. diſput. 25. ſect. 6. Filliuc. tract. 2. cap. 6. q. 9.* Bonacin. *tom. 1. de ſacrament. baptiſm. diſput. 2. quæſt. 2. pun. 6. prop. 1. num. 13. Item accedunt Nauarr. cap. 14. num. 9. & 23. & cap. 24. num. 9. Syluest.* F *verb. Bellum 2. §. 4. Petr. Nauar. lib. 2. de reſtitut. cap. 4. num. 132. Cordub. lib. 1. qq. quæſt. 26. & alij.* *(Coninch. Henriq. Suarez Filliuc. Bonacin. Nauarrus Syluester Petr. Nau. Corduba)* Hoc autem compluribus rationibus probatur. *Probatur 1. ratio.* Primo quia huiuſmodi infantes tam iuſto bello capti, quam ex parentibus infidelibus, ſeruis domui nati, ſunt de familia eiuſdem Domini, vnde ipſe *Dominus* non ſolum quoad temporalia, ſed etiam quoad ſpiritualia de ipſis curam gerere debet, ergo curare tenetur, vt baptizentur, & in religione chriſtia- G na educentur, atq; inſtruantur; nam iuxta ſententiam *Apoſtoli* ad Timoth 13. Qui ſuorum, & minimè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior. *2. ratio* Secūdo, quia chriſtiani tenentur, ſuis prolibus prouidere, vt baptiſmi ſacramentum, conferatur; ergo eodem modo tenentur *Domini*, quoad filios ſeruorum ſuorum, quia ipſi in ius, & curam parentum ſuccedunt, quemadmodum optimè notāt *Coninch. d. dub. vnic. concluſ. 6. num. 87. &* H *Bonacin. d. diſp. 2. q. 2. pun. 6. prop. 5. nu. 13.* *(Coninch. Bonacin.)* Quod profecto indubitatum eſt, nam negari non poteſt, huiuſmodi infantes eſſe de familia Domini ſui. *3. ratio.* Tertio quia ex ordine charitatis tenetur *Dominus* prouidere, ac ſuccurrere iſtis pueris in extrema neceſsitate cōſtitutis, quotieſcunque id abſque notabili detrimento fieri poteſt. Hæc autem obligatio præcipuè oritur quando prædicti infantes periculo mortis ſunt propinqui, quo tempore tenetur Dominus ſub præcepto peccati mortalis curare, vt ba- I ptizentur, ne abſque baptiſmo decedentes; æternam ſalutem amittant. *Præcipuè tenetur Dominus in articulo mortis* Præcipuè autem hoc tempore tenetur paſtor hoc ſacramentum miniſtrare, quod intellige ſi ſimul ſit Paſtor, & Dominus, nam Paſtor debet animam ſuam ponere prò ouibus ſuis. Vide *Syluest. verb. Bellum 2. §. 4. Nauarr. cap. 14. num. 9. Cordub. lib. 1. qq. quæſt. 26 Petr. Nauarr. lib. 2. de reſtitution. cap. 4. num. 132. & alios apud* Henriquez *lib. 2. de ſacrament. capit. 25. §. 8. in comment.* *(Henriq.)* K

Datur caſus in quo Dominus non tenetur. Dixi (per sè loquendo) nam nonnunquam talis caſus accidere poteſt, in quo Dominus non tenetur. Per accidens enim fieri poteſt, vt ratione circumſtantiarum, vt magnæ difficultatis, & incommodi, excuſentur Domini ſi filios ſeruorum

 ba-

A suorum baprizari non curauerint. *Ità Conincb. d. dubit. vnic. concl.6.num. 87. Bonacin.d.disp. 2.q.2.pun.6.prop.1.num. 13. Adu·* insuper Suarez disp. 25. sect. 6. vers.vlt.*& dicit,quãdo quis habet apud se captiuum parentem simul cum paruo filio, non esse obligationem separandi vnum ab altero, adhoc, vt infans baptizetur, quia (inquit) opinio probabilis est, hoc non licere, multò ergo probabilius erit, hoc non esse necessarium Deinde subiungit dicens nullam ratio-
B nem posse adduci,qua contrarium probetur.

Coninch.
Bonacina.
Suarez.

Denique ex his, quæ dicta sunt, plerique Doctores inferunt, posse Dominos vendere seruos nõdum baptizatos, tam parentibus, quam aliis personis accepta pecunia, aut facta captiuorum Christianorum compensatione. Ità tenet *Henriquez lib.2.cap.25.num. 1. & 8. Suarez super 3.par.S.Thom.q.68.art.10. disp. 25.sect.6.in fin.Vazquez disp.155.ca.*
C *7.Coninch.super d.art.10.* D. *Thom. dub. vnic.num.88.Filliuccius tom.1.de Sacrament.baptism.tract.2.cap. 6.q.9. Bonacin. tom.1.de Sacrament.baptism.disput.2. q.2. pun.6.prop.1.num.14. Item accedit Penna Caietan.Victor.Sot.Palac.Durand.Catharen.D.Thomas 2.2.q.26.art.5.& q.33.art. 3.Scotus, Gabriel, & alij apud Henriq. d.cap.25.§.1.in comment.lit.*H. *In* cuius sententiæ comprobationem plures rationes afferuntur. Prima est, quia non tenetur Princeps Christianus tenere seruos in sua seruitute; ideoq; potest eos
D reddere parentibus, vt seruet Ius gentium. Secunda est, quia ordo charitatis, quo tenemur bonum spirituale, temporali preferre non obligat cum tanto onere, & incommodo extra extremam necessitatem. Hoc autem onus, & incommodum in hoc consisteret, si videlicet Dominus esset ægenus, & non haberet vnde seruos suos æducaret, & aleret, vel si in magna necessitate constitutus indigeret illo pretio, quo seruos suos vendere posset. *Nec* obstat se di-
E catur nos ex ordine charitatis teneri, succurrere proximis nostris in extrema necessitate constitutis, etiam cum dispendio propriæ vitæ, nam respondemus extra periculum extremæ necessitatis hanc obligationem cessare. Vnde dicit *Henriquez d.cap 25.lit.H.* quod licet hos infantes non baptizatos vendere, & relinquere prouidentiæ Dei.

Henriquez
Suarez
Vazquez
Coninch
Filliuccius
Bonacina
Penna.
Caietanus.
Victoria
Sotus
Palacius
Durandus.
Catherin.
D. Thom.
Scotus.
Gabriel.

Tertia est, quia si hoc licitum non esset nulla daretur spes redemptionis ex par- F
te parentum infidelium quapropter ipsi infideles ingenti odio seruos Christianos sæuirent; eosque in odium Religionis Christianæ, vel interficerent, vel ad denegandam fidem christianam compellerent. Quarta, & vltima est, quia tolleretur redemptio captiuorum, quæ est de iure gentium; nam hoc ipsum; quod parentes, filios suos fuisse baptizatos præcognouerint, tam ingens est odium, quo nostram Religionem Christianam prosequuntur, vt non solum G
eos redimere recusarent, sed etiam tanquam inimicos adeo haberent. Ex quo profecto sequeretur, vt & nos nullam prorsus spem haberemus redimendi captiuos christianos, qui apud ipsos infideles sunt, quia nec posset fieri captiuorũ compensatio; neq; si pretium offerretur ipsi infideles, in vindictam filiorum suorum captiuorum hoc beneficium redemptionis nostris christianis concederent.

CAPVT XVIII. H

An infantes in maternis vteris positi, sint baptizandi.

HAnc difficultatem sufficienter in cap.20.1.lib. fuisse enodatam liquido constat; sed quia ordinem, quem tenet *D.Thomas* in sua *Summa* Theologica, prosequimur, idcirro præsens questio post precedentes luculentius dis- I
serenda proponitur. Non tamen intendimus ea repetere, quæ ibi dicta sunt, sed tantum apponere, ea quæ ibi sub quadam breuitate fuerunt prætermissa. Conclusio igitur est negatiua, quam tenet *D. Thomas 3. par q.68.art.11. Suarez ibid.Vazquez ibid.disp. 155. Gabriel in 4. dist.4.q.1.Sotus in 4.dist.5.q.vnic. art.11. Phyliarch.de Sacramen.baptism.lib.1.c.10. 10. Henriquez lib.2.de Sacrament. cap. 7. in comment.lit. L. vbi refert hanc opinionem esse communem, Pesantius in D.Tho. 3.par.q.68.art.11.Coninchus ibid.num.89. Filliucc.de Sacrament.tract. 2.cap. 2.q. 5.* Bartholom.*ab Angel.de baptism.§.10. Reginald. Tolet.& alij, quos citat, & sequitur Bonacin.tom.1.de Sacrament.baptism. disp.2.q.2.punct.3.proposit.*

S. Thoma
Suarez
Vazquez
Gabriel.
Sotus
Phyliarcus
K
Henriquez
Pesantius
Coninch.
Filliuccius
Ab Angelo
Reginald.
Toletus
Bonacina

Ad cuius sententiæ comprobationẽ complures rationes adduci possunt. Pri-

ma

A ma eſt illa, quam affert *D.Thomas 3. p. q.68.art.11.baptiſmus (inquit) eſt quædam regeneratio ſpiritualis iuxta illud Ioann.3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto &c. ſed nemo renaſcitur, niſi primo naſcatur*, prout docet *D. Auguſtini in epiſt.57.ad Dardan.tom.2. ergo infantes in vteris maternis exiſtentes baptizandi nō ſunt antequam naſcantur, quia nullatenus Baptiſmus eis prodeſſe poſſet*. Ex quo refellitur illa opinio *Caietani*, qui ait ſufficere ad ſalutem, ſi prædicti infantes

Ioann.3
Auguſtin.

B ſigno crucis cum inuocatione Trinitatis muniantur, quod nimirum appellat Dei ſupplementum, vbi Sacramentum, vel aliquid eſſentiale eis deeſt, Verum tamen hanc opinionem *Caietani* eſſe erroneam, ex his, quæ in *cap.10. lib.1.* & in *hoc cap.28.* dicta ſunt, clarè conſtat.

Secunda ratio eſt, Quia ſi hoc nomen (*Baptiſmus*) diligenter conſideretur, ablutionem ſignificat, quemadmodum in *1. cap.lib.1.* ſufficienter probauimus; Ad hoc autem, vt vera ablutio

C realiter fiat, opus eſt, vt aqua verè, ac realiter corpus baptizandi tangat, qui videlicet contactus eſt de neceſſitate baptiſmi, prout docet *D.Thomas d. art.11. in corpore*, Sed infans in vtero materno exiſtens aqua tangi in ſeipſo non poteſt neq; per matrem, nam cum mater ſit perſona ab illo diſtincta, non poteſt ablutio filij reputari, prout docet *D. Auguſtin.lib.6.contr.Iulian.cap.8. non longè arte med.tom.7. Si ad matris corpus (in-*

Auguſtin.

D *quit) id quod in ea concipitur pertinet ita vt eius pars, imputetur, non baptizaretur infans cuius mater baptizata eſt aliquo mortis vrgente periculo, cum eum geſtaret in vtero*. Hoc idem habetur *in cap. Si quidquid de conſecration. diſt.4.* Quapropter *in Concilio Neocaſar.* dicitur, Baptiſmum mulieris prægnantis non communicari, nec prodeſſe filio in eius vtero exiſtenti. Opus eſt igitur, vt prius infans de vtero egrediatur adhoc; vt licitè ac validè baptizetur.

Conc.Neo-ceſarienſe

E Ex his infertur, neceſſario expectandum eſſe tempus in quo filius perfectè naſcatur; vndè tunc baptizandus eſt infans, neceſſitate cogente, quando integrè, atque omninò egreſſus eſt de vtero. Si autem egredi nequit, ità vt nulla ſpes ſit, quod integrè egrediatur, tunc baptizandus eſt in capite, ſed ſi caput non appareat baptizari poteſt in illa parte corporis, quæ tunc apparet. Qui videlicet baptiſmus repetendus eſt ſub conditione, ſi contingat eum perfectè

naſci, quia antea dubius erat. Hæc F eſt doctrina, quam communiter omnes Doctores tenent, & præcipuè *D. Thomas 3.p.q.68.art.11. Vazquez.ibid. diſp.155. Suarez ibid.diſp.25. Coninch.ſuper d.art.11.num.* 88. *Henriquez, & alij loc.cit.*

S.Thomas.
Vazquez
Suarez
Coninch.
Henriquez

Poſſet tamen infans in vtero matris exiſtens licitè, ac validè baptizari ſi tamen poſſet quouiſmodo à qua baptiſma ſi perfūdi, ità vt ablutus verè dicatur; Ità tenet *Coninc.ſuper.3.p.S.Tho.q.68.ar.11. Suarez ibid.concl.2. Valent.tom.4. diſp.4. q.5. de baptiſm.pun.2.verſ. Tertio ſequitur Bartholom.ab Angel.de baptiſm.§.10. Phylarch.2.par.lib.1.cap.8 Toletus lib.2 cap 18.nu.10. Vazquez ſuper 3. par. S.Thom. q.68.art.11. Peſantius ibid. Reginald. & alij, quos citat, & ſequitur Bonacin. tom. 1.de Sacrament. Baptiſm. diſp.2.q.2.pun. 3.num.25.* quamuis *Comitolus, & Fillinc.* contrariam ſententiam teneant. Et ratio eſt, quia hac infans verè, ac realiter, eſt ablutus phyſico, ac morali contactu aquæ, necnon ſupponimus H omnia fuiſſe adhibita, quæ ſunt neceſſaria ad eſſentiam, & validitatem Sacramenti; ergo dici poteſt verè baptizatus.

G
Coninch
Suarez
Valentia
Ab Angelo
Phylarcus
Toletus.
Vazquez
Peſantius
Reginald.
Bonacina
Comitolus.
Fillinc.

Obiicies ex *D. Thom.3.p.q.68.art.11.* vbi dicit baptiſmum eſſe quandam regenerationem ſpiritualem, ſed nemo poteſt renaſci ſpiritualiter, niſi prius carnaliter naſcatur; ergo hic infans non poteſt dici verè baptizatus, quia nondum carnaliter ſeruato ordine naturæ eſt natus. Reſpondeo adhoc, vt Sacramentum baptiſmi verè conferatur, neceſſario non requiri illam natiuitatem, I per qua m infans more naturæ ſeruato, de vtero viuus ac perfectè formatus egreditur, ſed ſufficere illam natiuitatem; per quam de non homine fit homo. *Ità Coninch.ſuper D.Thom.3.par.q.68.art.11 & Suarez ibidem verſ. Hic vero ſolum.*

S.Thomas.
Coninch.
Suarez.

Ex his, quæ hactenus diximus infertur, poſſe licitè aperire, vel ſecari matrem mortuam habentem infantem viuum in vtero, adhoc, vt ipſe infans baptizetur, & non pereat, & tunc validus K eſt baptiſmus etiam ſi ab vtero materno ſegregati non poſſit dummodo la uacro aquæ baptiſmalis tangatur. Ità *Suarez ſuper d.art.11.concl.2. Angles in florib. Theolog.q.2. de recipientib. Baptiſm.art.3.concl.3. Coninch.ſuper. D.Tho. 3.par.q.68.art.11.num.92.verſ.Nota tertio Bonacin.tom.1.de Sacrament. baptiſm. diſp.2.q.2.pun.6.prop.1. num 9. Vazquez in comment.ſuper 3.par.S.Thom.q.68.ar. 11:diſp;*

Suarez
Angles
Coninch
Bonacina
Vazquez
Linus.
Paulus de Cano

A *lib.2. de facrament.cap.25.§.4. Coninch. super 3.par.S.Thom. q.86. Victor. de Sacramento.q.27. Fillucc. de Sacrament. baptism. tract.2.cap.6.q 8.num.142.& Bonacin.tom.1.de Sacramen. Baptism.disp.2.q.2.punct.6. prop.1.num.12. Valent.tom. 4. disput. 4.quast. 3. Vers. Quanto dico, Nugnus quast.60.art.10. difficul.2.conclus.3.*

Coninch. Victor. Filliuc. Bonac. Valent. Nugnus

Ad hanc autem sententiam confirman-
dam duplex ratio adducitur. Prima
est, quia infideles Iudæi, qui sunt tri-
butarij, & vassalli Principum Christi-
anorum, non amittunt patriam pote-
B statem, quam de Iure naturæ habent in
filios, nec priuari possunt illo iure, &
dominio; quod super eosdem filios ha-
bent, quemadmodum nec priuari
possunt illo iure, & dominio, quod
habent, super alias res, & bona quæ
possident.

Prima ratio.

Secunda ratio est, nam vel huiusmo-
di infantes post baptismi susceptionem,
curæ, & gubernationi suorum paren-
tum relinquuntur; vel ab eorum cura,
& potestate subtrahantur. Sed neutro
C modo fieri potest, quia si subtraheren-
tur, fieret iniuria patriæ potestati, ad
quam pertinet curam habere filiorum,
atque nutrire, ac secum habere. Si ve-
rò curæ parentum relinquerentur eidẽs
ac probabile periculum immineret per-
uersionis, ita vt adueniente discretio-
nis, & vsus rationis tempore, suorum
parentum suasionibus peruersi, Chri-
stianam Religionem, & fidem derelin-
quant. Ergo nullo modo hoc licitè
D fieri potest.

Secunda ratio.

Hæc postrema ratio probabilior, ac
euidentior videtur *Vazquez in commentar. super 3.par.S.Thom.q.68.art.1.disp.155.cap.2.vers.Caterum si ex his duabus rationibus*. Vnde addit dicens quod,
& quamuis Deus vtpotè Author, &
Dominus omnium potuisset, ità Sacra-
mentum baptismi instituere, vt mini-
stris omnimodam facultatem concede-
E ret, baptizandi, & extrahendi huius-
modi infantes à cura, & potestate pa-
rentum; attamen, quia hanc faculta-
tem concessam fuisse nullibi constat,
idcirco id asserere non possumus. Qui-
nimo dicere cogimur, Deum voluisse,
vt ius naturale in omnibus gentibus
exactè obseruaretur, nec quidquam cõ-
tra prædictum ius fieret; nè lex Euan-
gelica hominibus infidelibus redderetur
exosa, atque onerosa. Sed de iure
naturæ est, vt parentes filios suos edu-
cent, & apud se retineant, ergo ratio-
ni consentaneum est, noluisse Deum, vt F
in propagatione Euangelii, & Sacra-
mentorum vsu, hoc iuris naturalis præ-
ceptum violaretur.

Vazquez

Deniq; *D.Thom. 2.2.q.10.art.12.* præ-
fatam sententiam confirmare, ac com-
probare nititur, antiqua Ecclesiæ con-
suetudine, quæ nunquam consueuit in-
fantes filios infidelium, etiam Iudæo-
rum, parentibus inuitis baptizare, quã-
uis non pauci Principes Christiani præ
cesserint, vt Constantinus Theodosius,
& alii, qui suasionibus Syluestri Ambro G
sii, & aliorum Catholicorum amico-
rum impulsi potrrant Iudæos sibi sub-
ditos ad suscipiendum baptismum com
pellere. Quapropter concludit dicens
periculosum esse, oppositam sententiã
in Ecclesiam introducere.

S.Thomas. Aliam rationem adducit.

Secunda quæstio est, *An liceat bapti-
zare infantes filios paganorum, qui tã
tummodo, iure Ciuium Principibus
Christianis sunt subiecti.* Ad quod af-
firmatiuè respondent *Scotus in 4. disp.4.
q.9.& Gabriel ead.disp.q.2.art.3.dubit.5.*
Dicentes huiusmodi infantibus licitè
posse baptismi Sacramentum conferri H
etiam si eorum parentes contradicant.
Et hoc idem asserunt de filiis Iudæorũ,
qui ciuiliter principibus Christianis sũt
subiecti. *Sed Angel. verb. baptismus 6.
num.11.& alij quos citat Syluester.in summa verb.baptism 4.q.6.* quamuis senten-
tiam affirmatiuam sequantur, quoad
filios Iudæorum; attamen, opinionem
negatiuam, quoad filios cæterorum in-
fidelium tenent. *Durandus autem in 4.* I
disp.4.q.6.num.9. cum quadam distin-
ctione suam sententiam producit dicẽs
non posse Principes Christianos licitè
baptizare infantes infidelium, qui in
alienis Regnis commorantur, ipsis pa-
rentibus inuitis, nisi eis permittatur iu-
re belli posse prædictos parentes expu-
gnare, quia tunc licet eorum filios à
propria cura, & gubernatione subtra-
here, & ipsis inuitis baptizare. Dein-
de de filiis infidelium, qui in proprio K
Regno alicuius Principis Christiani cõ-
morantur, quales putat esse Iudæos di-
cit posse Principem eorum filios à cura
parentum abstrahere, & vendere, & sic
abstractos ipsis inuitis baptizare. Deni-
que subiungit dicens nullum Principẽ
Christianum posse licitè baptizare in-
fantes filios Mercatorum infidelium,
qui in Regno prædicti Principis lucran
di, & negotiandi causa commorantur.
Et de hoc rationem reddit dicens, quia
sicut

1. opinio affirmat circa paganos. Scotus. Gabriel. Syluester. Angelus. Durandus

A ſicut non licet bona horum infidelium ſubripere, ita nec filios ab eorum poteſtate ſubtrahere, & quemadmodum nõ poſſet Princeps eorum bona ſubripere, & in Sacrificium omnipotenti Deo offerre, quia eſſet ſacrificium, & oblatio de rapina; ità nec poſſet eorum filios abſtrahere, & per baptiſmum Deo offerre, quia eſſet iniuſta oblatio, & ſacrificium de rapina.

2. opinio verior negans.

Vera autem atque communis opinio edocet non poſſe Principes Chriſtianos baptizare infantes infidelium, iure ciuiũ
B tantummodo ſibi ſubditorum, ipſis inuitis. Ità *D.Thomas 3.par. q.68.art.10. & 2.2.q.10.art.12. Caietan. ibid. Marſil. in 4.q.4.art.4.dub.2. Richard.in 4. diſp.6. art.3. q.3. Capreol.in 4.diſp.5.q.1. art.1. conclu.1. Catherinus in Opuſcul. de puer. Iudaor.recipiend.ad baptiſm.§.concludendum eſt igitur, Sotus in 4.diſput.5. q.vnic. art.10. §. ſecunda concluſio Syluester in ſumma verb. baptiſmus q.6. Angel.verb. baptiſm.6.num.11.Suarez diſp.25. ſect.4. Victor.de ſacrament.q.27. Coninch. ſuper 3.part.D.Thom.q.86.Vazq.ſuper 3. part.*
C *D.Thom.q.68.art.10.diſp.155.art.2. Reginald.lib.27.n.68.verſ.tertia eſt. Toletus lib.2.cap.21.num.1. Fillucc.tract.2. cap. 6.q.8.num.142. Henriq. lib.2. de ſacram. cap.25.§.4.Bonacin. de ſacrament. baptiſ. diſp.2.q.2.pun 6.prop.1.*

S. Thomas. Caietanus. Marſilius. Richardus. Capreolus. Catherin. Sotus. Syluester. Angelus. Suarez. Victoria. Coninch. Vazquez. Reginald. Toletus. Fillucccius. Henriquez. Bonacina.

Ad confirmandam hanc ſententiam *D.Thom.3.par.q.68 art.10.* dupplicem rationem adducit. Primo quia hoc ipſum quod præfati infantes nondum habeut vſum liberi arbitrij, ſecundum ius naturale ſunt ſub cura parentum,
D quandiu ipſi ſibi prouidere nõ poſſunt. Vnde etiam de pueris antiquorum dicitur, quod in fide parentum ſaluabãtur. Et ideo contra iuſtitiam naturalem eſſet ſi tales pueri inuitis parentibus baptizarentur, ſicut etiam ſi aliquis vſum rationis habens baptizaretur inuitus. Hinc *Vazq.in commentar. ſuper dict.art. 10.diſp.155. cap.2.* prædictam rationem *D.Thomæ* extendit his verbis. *Altera autem ratio eſt* (inquit) *quia id videtur pugnare cum iuſtitia naturali, quam erga pa-*
E *rentes horum filiorum ſeruare debemus eo quod filius ſuaptè natura eſt aliquid patris Et quidem quandiu in vtero matris eſt, ab ea non diſtinguitur ſecundum corpus; poſtea verò ante vſum rationis, ità eſt ſub cura parentum tanquam ſub ſpirituali quodam vtero, vt ſub illa ſit tanquam animal quodam brutum ſub Domino, ac proinde contra naturalem iuſtitiam*
F *parenti debitam ſit, ab eius cura paruulum filium extrahere, vel aliquid circa illum contra parentis voluntatem ſtatuere, vel facere, erit igitur contra naturalem iuſtitiam huiuſmodi paruulos inuitis parentibus baptizare.* Hæc *Vazquez.* Secundo quia valde periculoſum eſſet huiuſmodi infantes inuitis parentibus baptizare, quia hoc ipſum quod ſub cura parentum relinquuntur, profectò exponuntur euidenti periculo deſerendi fidem chriſtianam, quam inuiti profeſſi
G ſunt. Quod nimirum faciliter facere poſſunt propter naturalem affectum, quem ad parentes habent. Vide *D.Thom.3.par.q.68.art.10.*

Ex his quæ hactenus diximus infertur primo, quod ſi aliquando contingat iure, vel facto, infantem etiam contra ius naturale adeò à cura parentum extrahi, vt de cætero nullo modo ſperari poſsit, eum ſuis parentibus eſſe reſtituẽdum, poſſe licitè baptizari, etiam ſi parentes ſciant, & contradicant. Ità docet
H *Caietanus in commen.ſuper 3.par.D.Tho. q.68.art.10.ſub fin. Catherin. in opuſcul. de puer.iudæor. recipiend. ad baptiſm.§.illud idem, Sotus in 4.diſp.5.q.vnic.art. 10, §. contra hanc autem, vbi citat Palud. & Vazquez ſuper 3.par.S.Tho.q.68. art.10. diſp.155. c.3.verſ. ſecundũ quod ex dictis* Et ratio eſt, quia in hoc caſu infans recenter baptizatus periculo peruerſionis minimè exponitur; eo quod adeò a cura parentum extrahitur, & ſeparatur, vt nullo tempore eis ſit reſtituendus.

Caietanus. Catherin. Sotus. Paludanus. Vazquez.

I Neque læditur patria poteſtas, quam de iure naturæ habet pater in filios, quia ſupponimus hunc infantem omnino à cura, & conſortio ſuorum parentum eſſe ſegregatum, & per conſequens ſub patria poteſtate non manere, eo tempore quo baptizatur.

Infertur ſecundo, poſſe licitè baptizari, tum ex iuſſu Principis, tum etiam per priuatam perſonam, infantem in articulo mortis conſtitutum quamuis eius parẽtes infideles Principibus Chri-
K ſtianis iure ciuium tantummodo ſubiecti expreſsè renuant, & contradicant. Hæc ſententia affirmatiua mihi verior, ac probabilior videtur, quam tenet nobiſcum *Sotus in 4.diſp.5.q. vnic. art.10. ſub finem in ſolutione ſeptimi argumenti.* Vbi ait non ſolum clam, ſed etiam ſcientibus parentibus huiuſmodi infantes baptizari poſſe, niſi aliquod ſcandalum probabiliter timeatur. Id autem probat, quia parentum in curia (inquit) ob

Sotus

quam

A quam ipsis inuitis paruuli non sunt baptizandi non debet tam superstitiosè, sed secundum prudentum iudicium intelligi. Hanc eandem opinionem libentius amplectitur, & fusius defendit *Vazquez in commentar. super 3.p. S.Tho. q.68.art.1, disput.155.c.3.* quamuis prospiciat nonnullos alios Scholasticos cõtrariam sententiam fuisse sequutos. Vnica autem ratio, qua hæc nostra opinio confirmari potest hæc est, Nam cum tota causa ob quam huiusmodi in-
B fantes parentibus inuitis baptizare non licet; sit, nè lædatur ius patriæ potestatis, quod Pater naturaliter habet in filios, & nè infans periculo peruersionis exponatur; hinc si probauerimus; in hoc casu nec lædi patriam potestatem, nec infantem periculo peruersionis exponi, profectò constabit hunc baptismum, non solum validè, sed etiam licitè posse administrari. Primo quidem nullum periculum peruersionis timetur, nam supponimus hunc infantem
C esse in articulo mortis constitutum, ac proinde nequaquam esse superuicturum post baptismi susceptionem. Quapropter nullum tempus superest; in quo parentes falsis suasionibus infantem suis erroribus inuoluere possint, atq; ad deserendam fidem Christianam compellere, nam infans in illa tenerrima, & immatura ætate, iam vsu rationis prorsus carens, sicut non potest ex seipso nouam fidem, nouamq; legem sibi eligere; ita nec semel electam respuere Se-
D cundo non læditur patria potestas, quã de iure naturæ habet Pater in filios; quia supponimus hunc infantem mox de hac vita esse migraturũ, & per consequens sub cura parentum, & sub patria potestate nequaquam esse mansurũ Pater quippe de iure naturæ habet potestatem tenendi proprium filium apud seipsum, necnon eum educandi corri-
E gendi, atque instruendi de his quæ ad bene viuendum sunt necessaria; sed hæc omnia cessant, hic ipsum quod infans morti est propinquus; vnde si eum quis baptizare vellet, licitè posset, quia nullam iniuriam parentibus efficeret, nã ius naturale nullo modo prohibet filijs infidelium Baptismum ministrari, neque ipsis parentibus concedit, vt infantibus in articulo mortis constitutis baptismum conferri prohibeant. Imò ipsi parentes de Iure diuino tenentur suos infantes morti propinquos pro-

ptijs manibus baptizare; vel curare; vt F per alium baptizentur, prout subtiliter animaduertit *Vazquez d.cap.3.num.23.* quia de iure diuino tenetur pater habere curam de spirituali salute proprii filii,

Denique aduertendum est non posse viros catholicos, ipsos infideles minis, vel iniuriis, vel verberibus, aut qualicunque contumelia compellere ad baptizãdos filios suos; Quod nimirum non solũ cuiuscunque personæ priuatæ, sed etiã quibuscunque principibus non permit- G titur, nam hoc modo, & læditur patria potestas, qua tribuitur Patri; vt liberè de filiis suis disponere possit, necnon & ipsi infantes periculo peruersionis exponuntur, nam parentes semper retractare intendent, id quod coactè, & inuoluntarie actum est. Insuper id esset contra Christi voluntatem; nam quamuis ipse iusserit, ac permiserit, vt prædicatores, & ministri Ecclesiæ quoscunque infideles, ad fidem Christianam cõuertere, & baptizare possent, non ta- H men voluit, vt in susceptione baptismi aliquauis inferretur.

CAPVT XVI.

An Principes christiani licitè baptizare possint infantes seruorum suorum infidelium, contra eorum voluntatem, dummodo sub cura parentum eos non relinquant. I

Propositæ quæstionis difficultas, post præcedentes, est resoluenda, nam nonnulli Doctores negatiuam sententiam tenent asserentes nõ posse Prin- K cipes Christianos licitè baptizare infantes filios seruorum suorum infidelium contra eorum voluntatem; etiam si à cura, & potestate parentum eos abstrahentes, periculo peruersionis expositos non reliquerint. Nam *Marsilius in 4. q.41.ar.4.dub.2.& Caietan. in commentar. super 3.par. S.Thom. artic.10.5. Vbi stito* expresè loquentes de filiis seruorum dicunt posse eos licitè separari à cura paren-

Prima opinio negans Marsilius Caietanus

paten-

A parentum, quod attinet ad domeſtica officia, & alia huiuſmodi, quæ ſunt Iuris Ciuilis; non tamen quod attinet ad ius diuinum, ad quod ſpectare exiſtimant, vt filii de conſenſu parentum baptizentur, & contra eorum voluntatem nulli alteri id conceſſum eſſe. Hanc eãdem ſententiam tenuerat idem *Caietan. 2.2.q.3.art. 12. §. Ad cuius pleniorem*, quamuis diuerſa ratione eam ibi confirmauerit. Docuit enim poſſe quidem filios ſeruorum infidelium, à cura, &
B conſortio parentum ſegregari; attamen neque apud eos permanentes, neq; ab eis ſegregatos poſſe licitè baptizari cõtra ipſorum parentum voluntatem. Et in hoc ſenſu mentem D.Thom. in ſolution. ſecundi argumenti præcit.art. 12. interpretatur eademq. interpretatione ad ſuam ſententiam confirmandam vſi ſunt *Capreol.in 4.diſt. 3.q.1.art.3.& Marſil.in 4.q.4.art.4.dub.2.*

C *Capreolus Sotus* *Item Capicolus* hanc eandem ſententiam amplexus eſt, quemadmodum referunt *Sotus in 4.diſt.5.q.vnic.art.10. §. contra hanc autem &c. & Vazquez ſuper 3.par.S.Thom.q.68.art.2.diſp.155. cap.4.* qui eius opinionẽ fuſius explicant, atq; interpretantur. Equidem *Capreol. in 4. d.3.q.1.art.3.ad 1.Durand.* concedit Durando; vel cum eo ſaltem ſupponit Iudęos eſſe ſeruos Principum Chriſtianorum, in quorum Regnis commorantur idq; cum *Caietano*, & *Marſilio loc. cit.* D ex mente *D.Thom.* falſo deducit, *Ad*ditque Indæorum filios (quos ipſe ſeruos exiſtimat) poſſe à cura, & poteſtate parentum ſeparari, quoad ea, quæ ſunt Iuris Ciuilis, ſed non quoad ea, quæ ad ius naturale, vel ius diuinum ſpectant. Vnde quia ad Ius diuinum ſpectare putat, nè filij ſeruorum infidelium contra iuſtitiã ab eorum poteſtate, & cura ſubtracti ipſis parentibus inuitis baptizentur, hinc concludit nulli eſſe licitum, baptizare huiuſmodi infantes contra parentum voluntatem. Hæc autem
E ſententia negatiua, etiam quoad omnes ſeruos infideles extenditur (prout notat *Vazquez in commentar. ſuper 3.par.S. Thom.q.68.art.10.diſp.155.cap.4.*) quia exiſtimat *I*udæos eſſe ſeruos Principum Chriſtianorũ. Concedit tamẽ *Capreolus* poſſe licitè hos infantes ſeruorum infidelium baptizari, ſi contingat eos à cura parentum iuſte fuiſſe ſeparatos ante baptiſmum, dummodo tamen ille, qui curam de eis ad præſens habeat ſuum prębeat aſſenſum.

Præterea *Catherinus in opuſcul.dè pueris Iudæorum recipiendis ad baptiſmum §. Illud item &c.* de pueris Iudæorum loquens præfatæ ſententiæ adhæret nam docet poſſe infantes *I*ndæorum abſtrahi à cura, & poteſtate parentum; dum modo ipſi *I*udæi ſerui ſint. Non tamen contra eorum voluntatem baptizari, quia (inquit) alterius Iuris eſt, Baptiſmus, nempè diuini, alterius autem eſt dominorum poteſtas in corpus. quod non poteſt Ius naturale, aut ius diuinum tollere. Denique ex recentioribus hanc ſentẽtiam negatiuam quoad filios omnium ſeruorum infidelium amplexus eſt, *Barthol. ab Angel. de baptiſm.§.28.& 29.* contra quem diſputat *Bonacin.tom.1.de Sacrament.Baptiſm. diſp.2.q.2.pun.6.prop. 1.num.12.* F *Catherinus* G *Ab Angelo*

Sed his non obſtantibus Doctorum opinionibus dicendum eſt quoſcunque Chriſtianos licitè poſſe baptizare filios ſeruorum ſuorum infidelium contra eorum voluntatem, dummodo ab ipſorũ cura, & conſortio prius ſeparentur. Hæc eſt probabilior, ac communior ſententia, quam ferè omnes *Recentio*res ſequuti ſunt, & præcipuè *Vazquez in commentar.ſuper.3.par.S.Thom.q.68.art. 10.diſput.144.cap.4.Suarez ſuper d.art.10 diſp.25.ſect.3.Coninch.in commentar. ſuper eundem art.10.dub.vnic.concluſ.6.de Sacrament.Baptiſm.diſp.2.q.2.pun.6.propoſit.1.num.12.Item accedit Durand. in 4. diſt.4.q.6.num.11.& q.7.num.13.Sotus,& alij, quos citat, & ſequitur* Henriquez *in Summa de Sacrament.Baptiſm.cap.25.§. 8.lit.S.Ac denique in fauorem huius ſententiæ citari ſolet D.Thomas*, quem volunt hoc non obſcurè indicaſſe, quod attinet ad filios ſeruorum infidelium. *2.opinio affirmans* H *Vazquez Suarez Coninch Bonacina Durandus. Sotus Henriquez S.Thomas* I

*A*d hanc autem ſententiam comprobandam complures rationes afferuntur. Prima eſt, nam tota ratio cur non poſſint filii infidelium parentibus inuitis baptizari, eſt, nè lędatur Ius patrię poteſtatis, quod de iure naturæ habet pater in filios, & nè periculo peruerſionis ipſi infantes exponantur, hoc ipſum quod ſub cura parentum relinquuntur, *S*ed *i*n caſu noſtro neutrum ex his obſtat, ergo &c. Etenim non læditur patria poteſtas, quia hęc ſubordinatur dominio, & voluntati dominorum, hoc ipſum quod parentes ſub iugo ſeruitutis ceruicem ſubiectam retinent, vnde ſicut Dominis permittitur eorum filios ſeparare, & ad alias regiones tranſmittere, & aliis gentibus vendere, ſic & *3.ratio.* K

ab

A ab ipsorũ cura contra eorum voluntatẽ abstrahere adhoc, vt baptismũ suscipiãt. Neque tunc imminet periculum peruersionis, nam supponimus hos infantes, vel ante baptismum, vel mox post baptismum à cura, & consortio parentum esse separandos, quod faciliter fieri potest, si videlicet huiusmodi infantes de licentia dominorum, aliis christianis, vt mancipia vendantur.

2. ratio. Secunda ratio est, nam quamuis infideles etiam vasalli, vel serui Principum Christianorum ex iure patriæ potestatis B facultatem habeant instruendi suos filios, tamen hæc facultas non est tam libera (ptout probauimus in *præcedenti cap.* & fusius docet *Vazquez d. disp. 35* *Vazquez* *cap. 2. & 3.*) quin corrigi, & emendari possint eorum errores, hoc ipsum quod Principes Christiani cernunt eorum filios ab ipsis male educari, ac peruersè instrui. Nec ex iure naturæ, aut ex iure diuino aliquando eis concessum est, ne in praua educatione, & peruersa instructione filiorum à suis dominis C corrigantur, & emendentur; sed in casu nostro huiusmodi infantes prauam haberent educationem, peruersamq; instructionem, quia sub cura parentum persistentes, eorum erroribus, ac infidelitatis falsis dogmatibus inuoluerentur; Ergo licitè possunt Domini hunc errorem corrigere, & emendare, dum ipsos infantes à consortio parentum separant, & contra eorum voluntatem baptizant.

D Tertia ratio est, quia Dominus habet Dominium, & potestatem non solum *3. ratio.* in suos seruos, sed etiam in filios, qui ex ipsis nascuntur; vndè tam ipsos seruos, quam eorum filios iuste quolibet modo vendere, dare, transmittere, promittere, accommodare, vel quacũq; alienatione alienare potest; ergo multo magis potest eos ad inuicem segregare propter quemcunque finem non repugnantem legi honestatis, & iustitiæ. Vnde si ratione venditionis licitè pos- E sunt à cura, & consortio parentum segregari, multo magis ratione baptismi, nam non est deterioris conditionis salus vnius animæ, quam prætium, quo venditur corpus. Si igitur iustè à consortio parentum fuerint separati, quænam ratio prohibet eos contra voluntatem parentum posse baptizari? Aduerte tamen quod nomine seruorum hic accipiuntur *Turcæ*, & Saraceni, qui nostræ fidei Christianæ omnino sunt contrarii, prout docet, *Suarez disp. 25. sect.* F *5. & Bonacin. tom. 1. de Sacrament. baptism.* *Suarez* *disp. 2. q. 2. pun. 9. prop. 1. num. 12.* *Bonacina*

Nec hoc loco, silentio premenda est opinio, *Vazquez in comment. super 3. par.* *Vazquez* *S. Thom. q. 68. art. 10. disp. 255. cap. 4. vers. Ego tamẽ &c.* qui censet non tantũ filios infidelium seruorum vendi, & separari posse à parentibus, vt baptizentur, & ita separatos baptizari rectè posse, si aliqua diligentia adhibeatur nè falsis parentum suasionibus subuerti possint; verum etiam antequam separentur, & vẽ- G dantur, sub gubernatione, & cura parentum adhuc existentes, absque læthali culpa posse baptizari, si res ipsa ex se consideretur. De qua sententia mox rationem adducit dicens. Si aliud (inquit) non obstaret, nisi ius paternæ potestatis absque iniuria parentum infidelium non seruorum possent filij eorum ipsis renuentibus baptizari, ita tamen vt à potestate eorum non abstraherentur. Quod si hoc non licet, alia ratio est, nempè propter periculum amittendi fidem H semel in baptismo susceptam; si in potestate parentum infidelium paruuli permaneant; ergo eadem ratione absque iniuria parentum infidelium, qui serui sunt possunt filij eorum ipsis renuentibus baptizari. *Hæc Vazquez loc. cit.*

Denique adhoc, vt nostræ sententiæ doctrina, dilucidior clariorq. appareat, *An Iudæi* ac cunctis casibus accommodari possit; *sint serui* differendum est, an *Iudæi*, verè, ac rea- *Principũ* liter sint serui Principum Christianorũ, *Christia norum.* in quorũ Regnis, vel Prouinciis habitãt; Nam si hæc dubitatio fuerit resoluta, I planè constabit ex dictis, an liceat ipsis Principibus filios Iudæorum contra voluntatem parentum baptizare. In hac *Prima opi* quæstione nonnulli Doctores tenent *Iu- nio affir-* dæos esse seruos Principum Christiano- *mans* rum, in quorum Regnis, vel Prouinciis *Capreolus* habent sua domicilia; Ità opinantur *Ca- Durandus* *preolus in 4. dist. 5. q. 1. art. 3. ad 1 Duran. Marsilius.* *in 4. dist. 4. q. 6. Marsilius in 4. q. 4. artic. 4. Angelus* *dub. 2. Angelus in Summa verb. baptis- Caietanus.* *mus 6. num. 11. & Caietan. in comment.* K *super 3. par. S. Thom q. 68. art. 10. §. In eodem aduerte*, vbi existimat, hanc eandẽ doctrinam ædidisse *D. Thomam in d. art. 10. in respons. ad 2.* Sed rè vera, hoc nec tacitè, nec expressè ibi docuit *D. Thomas*, imo oppositam sententiam eum fuisse sequutum, ex infra dicendis clare apparebit.

Ad huius opinionis confirmationem *Probatur* ptimo adducunt quædam verba *Innocen-*

A *centij III. in cap. Et ſi Iudæos, extra de iudæis, & Saracen.* dicentis, iudęos propria culpa perpetuæ ſeruituti ſubmiſit. Adducunt ſecundo quandam rationem, cuius principales Authores ſunt *Marſilius, & Angelus locis cit.* aiunt enim iudęos vere, ac realiter libertatem amiſiſſe, quando Hyeruſalem per Titum, & Veſpaſianum violẽter fuit capta; quam videlicet libertatem amittere promeriti ſunt, quia Chriſto Domino mortem ignominioſam iniuſtè intulerunt, eũq; B eſſe verum Regem populi iudaici expreſsè denegarunt. Vnde dicebant clamantes, non habemus Regem niſi Cæſarem.

2. opinio vera negans. Sed verior, ac probabilior mihi videtur oppoſita ſententia, quam non pauci recentiores, atque antiqui tenent, atque defendunt. Ex antiquis adducitur *Richardus in 4. diſt. 6. art. 3. quæſt. 3.* nam ibi expreſſe dicit filios iudæorum ideò C non poſſe inuitis parentibus baptizari, quia vel fieret iniuria fidei, ſi videlicet ſub parentum cura relinquerentur, ob periculum ſubuerſionis, vel fieret iniuria patriæ poteſtati, ſi videlicet ab eorũ cura abſtraherentur. Supponit igitur eos non eſſe ſeruos, nam qui verè ſerui ſunt in patria poteſtate per Dominos ſuos lædi non poſſunt. Item accedit *D. Thomas in 3. part. quæſt. 68. art. 10. ad 2. & 2. 2. quæſt. 10. art. 12. ad 3.* vtrobique enim docet iudæos non eſ-D ſe ſeruos Principum chriſtianorum, vnde propoſitis argumentis, quibus probari videtur eos eſſe ſeruos, mox reſpondet. *Dicendum* (inquit) *quod iudæi ſunt ſerui Principum ſeruitute ciuili, qua non excludit ordinem iuris naturalis.* Expreſſius tamen hanc ſententiam, quam nos hic probare intendimus amplexi ſunt *Sotus in 4. diſt. 5. q. vnic. art. 10. §. ſecundum argumentum, Suarez ſuper 3. par. S. Tho. q. 68. art. 10. diſp. 25. ſect. 5. verſ. Sed quæri hoc loco poteſt,* E *Vazquez in comment. ſuper dictum art. 10. D. Thom. q. 155. cap. 5. Sylueſter. baptiſmus 4. §. 6. Penna, & alij quos citat, & ſequitur Henriquez lib. 2. de ſacrament. cap. 25. §. 8. in comment. lit. Q.* vbi ait, quod Iudæi cum ſint chriſtianæ religionis hoſtes potuiſſent à principio iure belli redigi in ſeruos, ſed quia de facto propter honeſtas cauſas permittuntur liberè Romæ, & ſub ditione quorundam chriſtianorum degere ſunt inter tributarios ciues liberos

Richardus

S. Thomas

Sotus
Suarez
Vazquez
Sylueſter
Penna
Henriquez

computandi. F

Probatur. Ad cuius ſententię comprobationem adducitur illud *Innocentij III. in cap. Et ſi iudæos, de iudæis, & Saracenis,* vbi ait, *Et ſi iudæos quos propria culpa ſubmiſit perpetuæ ſeruituti, pietas chriſtiana receptet, & ſuſtineat cohabitationem eorũ, etc.* Quæ videlicet verba conſiderans, atque diſcutiens, *Vazquez loc. cit.* ex eis colligit ſummum Pontificem non ſolum nõ dixiſſe iudæos eſſe ſeruos, ſed oppoſitũ expreſsè docuiſſe, id eſt eos non eſſe ſer- G uos, nam cum dicit, quos propria culpa ſubmiſit perpetuæ ſeruituti, planè oſtẽdit propter ſua ſcelera verè dignos fuiſſe, vt in perpetuum ſerui eſſent. Sed dum ſubiungit dicens, pietas chriſtiana receptet, & ſuſtineat cohabitationem, eorum, profectò inſinuat eos non eſſe quia nunquam permittuntur, ſeruos cum Dominis ſuis cohabitare, ex eo quod quædam coęqualitas inter cohabitantes eſſe conijciatur.

Innocentius cõtrarium docuit.

Deinde afferri poteſt quædam ratio; H quam profectò reperies apud, *Suarez in comment. ſuper 3. par. S. Thom. q. 68 art. 10. diſp. 25. ſect. 5. verſ. Sed quæri hoc loco poteſt, &c.* Licet (inquit) iudæi ob culpam ſuam digni ſunt ſeruitute quo ſenſu videtur loquutus Innocẽtius, & quãuis etiam in principio, quando per bellum ſuperati ſunt; iuſtè potuerint in captiuitatem, & ſeruitutem redigi, quod etiam in prædicto textu inſinuatur, tamen iam nunc de facto non ſunt hoc I modo ſerui effecti, vt ipſe vſus ſatis docet, tractantur enim, vt Vaſſalli, & Tributarij, nec vendi poſſunt, vt mancipia. Deinde idem *Suarez* ait hanc opinionem eſſe magis conſentaneam menti D. *Thomę*, cuius doctrinam paulo ſuperius retulimus.

Suarez

Iudæi non poſſunt vẽdi, vt mancipia.

Supereſt nunc, vt fundamenta, quibus Authores oppoſitæ ſententiæ innixi ſunt, euertamus. Primo non obſtant illa verba *Innocentij III. in dict. cap. & ſi iudæos*, nam ex illis potius colligitur iudæos eſſe liberos ſaltem ea libertate, quæ habetur de iure naturæ, K inſinuat tamen eos propter proprias culpas dignos eſſe, vt perpetuæ ſeruitutis iugo ſubmitterenrur. Vel verba, *Innocentij* alio modo ſunt interpretanda, quatenus cum de perpetua ſeruitute iudeorum loquitur, intelligatur de ſeruitute ciuili, prout etiam docet *D. Thom. loc. citato*, & nos

Reſpondetur rationibus.

primę ſententiæ.

Sſ pari-

A alienatio fit, & dominium, nec non, & poſſeſſio transfertur, omnis obligatio ceſſat, ergo iure dominij nullo modo eos baptizare tenentur. Tertio ſubiungunt, & dicunt hanc obligationem non induci ratione charitatis, quam erga proximos noſtros ex præcepto exercere debemus; quia quamuis ex præcepto charitatis debeamus, ac teneamur proximis noſtris etiam cum aliquo incommodo ſubuenire, quando in aliqua ſpirituali neceſsitate ſunt cōſtituti, tamen

3. ratio.

B hæc obligatio ex charitate, in caſu noſtro ceſſat, quia maiora incommoda ſequerentur. Primum incommodum (aiunt) eſſe, quia regulariter loquendo, infantes inuitis parentibus baptizati ad priſtinos errores falſis ſuaſionibus parētū inducti reuerti ſolent; ex quo nō leuis cōtēptus, nec modica iniuria fit religioni chriſtianæ. Secundum incommodum ſequeretur, ex hoc quod tolleretur redemptio ſeruorum captiuorum, quæ de iure gentium fuit introducta; C nam hoc ipſum quod filij infidelium baptizarentur iam baptizatos, parentes eorum redimere minime curarent; tum quia ipſi filij religionem chriſtianam quam aſſumpſerant, deſerere nollent, tum etiam, quia eorum parentes proſpicientes eos nouam religionem amplexos fuiſſe, ac priſtinam prorſus dereliquiſſe ingenti odio proſequerentur. Tertium incommodum eſt, quia Turcæ, & alij Saraceni ex hac conſuetudine Chriſtianorum, exemplum ſumerent, vt D ſeruos Chriſtianos, & eorum filios apud ipſos permanentes, contra eorum voluntatem circumciderent, ex quo ſequeretur non modicum damnum populo chriſtiano, ac noſtræ religioni ingens contemptus.

Tria incōmoda inde ſequerētur.

3. opinio. Tertia denique opinio, quæ verior, ac probabilior mihi videtur, tenet Dominos per ſè loquendo teneri huiuſmodi ſua mancipia domi ſuæ ex parentibus ſeruis nata, vel iuſto bello capta baptizare, & in chriſtiana religione educare, E Ità communiter docent ferè omnes recentiores, & præcipuè *Coninchus in commentar. ſuper 3. part. S. Thom. quaſt. 68. art. 10. dubit. vnic. concluſ. 6. num. 87. Henriquez lib. 2. de ſacrament. cap. 25. §. 8. Suarez ſuper 3. part. S. Thom. q. 68. art. 10. diſput. 25. ſect. 6. Filliuc. tract. 2. cap. 6. q. 9. Bonacin. tom. 1. de ſacrament. baptiſm. diſput. 2. quaſt. 2. pun. 6. prop. 1. num. 13. Item accedunt Nauarr. cap. 14. num. 9. & 23. & cap. 24. num. 9. Syluest. verb. Bellum 2. §. 4. Petr. Nauar. lib. 2. de reſtitut. cap. 4. num. 132. Cordub. lib. 1. qq. quaſt. 26. & alij.* F Hoc autem compluribus rationibus probatur. Primo quia huiuſmodi infantes tam iuſto bello capti, quam ex parentibus infidelibus, ſeruis domui nati, ſunt de familia eiuſdem Domini, vnde ipſe Dominus non ſolum quoad temporalia, ſed etiam quoad ſpiritualia de ipſis curam gerere debet, ergo curare tenetur, vt baptizentur, & in religione chriſtiana educentur, atq; inſtruantur; G nam iuxta ſententiam *Apoſtoli* ad Timoth 13. Qui ſuorum, & minimè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior. Secūdo, quia chriſtiani tenentur, ſuis prolibus prouidere, vt baptiſmi ſacramentum, conferatur; ergo eodem modo tenentur Domini, quoad filios ſeruorum ſuorum, quia ipſi in ius, & curam parentum ſuccedunt, quemadmodum optimè notāt *Coninch. d. dub. vnic. concluſ. 6. num. 87. & Bonacin. d. diſp. 2. q. 2. pun. 6. prop. 5. nu. 13.* H Quod profectò indubitatum eſt, nam negari non poteſt, huiuſmodi infantes eſſe de familia Domini ſui. Tertio quia ex ordine charitatis tenetur Dominus prouidere, ac ſuccurrere iſtis pueris in extrema neceſsitate cōſtitutis, quotieſcunque id abſque notabili detrimento fieri poteſt. Hæc autem obligatio præcipuè oritur quando prædicti infantes periculo mortis ſunt propinqui, quo tempore tenetur Dominus ſub præcepto peccati mortalis curare, vt baptizentur, I ne abſque baptiſmo decedentes; æternam ſalutem amittant. Præcipuè autem hoc tempore tenetur paſtor hoc ſacramentum miniſtrare, quod intellige ſi ſimul ſit Paſtor, & Dominus, nam Paſtor debet animam ſuam ponere prò ouibus ſuis. Vide *Syluest. verb. Bellum 2. §. 4. Nauarr. cap. 14. num. 9. Cordub. lib. 1. qq. quaſt. 26 Petr. Nauarr. lib. 2. de reſtitution. cap. 4. num. 132. & alios apud Henriquez lib. 2. de ſacrament. capit. 25. §. 8. in comment.* K

Probatur 1. ratio.

2. ratio

Coninch. Bonacin.

3. ratio.

Præcipuè tenetur Dominus in articulo mortis

Henriq.

Coninch. Henriq. Suarez Filliuc. Bonacin. Nauarrus Sylueſter Petr. Nau. Corduba

Dixi (per ſè loquendo) nam nonnunquam talis caſus accidere poteſt, in quo Dominus non tenetur. Per accidens enim fieri poteſt, vt ratione circumſtantiarum, vt magnæ difficultatis, & incommodi, excuſentur Domini ſi filios ſeruorum ba-

Datur caſus in quo minus non tenetur.

A ma eſt illa, quam affert *D.Thomas 3. p. q.68.art.11.baptiſmus* (inquit) *eſt qua-*
dam regeneratio ſpiritualis iuxta illud Io-
Ioann.3 *ann.3.Niſi quis renatus fuerit ex aqua, &*
Auguſtin. *Spiritu ſancto&c.ſed nemo renaſcitur,niſi*
primo naſcatur, prout docet D. Auguſtini
in epiſt.57.ad Dardan.tom.2.ergo infantes
in vteris maternis exiſtentes baptizandi nō
ſunt antequam naſcantur, quia nullatenus
Baptiſmus eis prodeſſe poſſet. Ex quo re-
fellitur illa opinio *Caietani*, qui ait ſuf-
ficere ad ſalutem, ſi prædicti infantes
B ſigno crucis cum innocatione Trinita-
tis muniantur, quod nimirum appellat
Dei ſupplementum, vbi Sacramentum,
vel aliquid eſſentiale eis deeſt, Verum
tamen hanc opinionem *Caietani* eſſe er-
roneam, ex his, quæ in *cap.10. lib.1.* &
in *hoc cap.28.* dicta ſunt, clarè conſtat.

*S*ecunda ratio eſt, Quia ſi hoc no-
men (*Baptiſmus*) diligenter conſidere-
tur, ablutionem ſignificat, quemadmo-
dum in *1. cap.lib.1.* ſufficienter probaui-
mus; *Ad* hoc autem, vt vera ablutio
C realiter fiat, opus *eſt*, vt aqua verè, ac
realiter corpus baptizandi tangat, qui
videlicet contactus eſt de neceſſitate ba
ptiſmi, prout docet *D.Thomas d. art.11.*
in corpore, Sed infans in vtero materno
exiſtens aqua tangi in ſeipſo non poteſt
neq; per matrem, nam cum mater ſit
perſona ab illo diſtincta, non poteſt ab-
Auguſtin. lutio filij reputari, prout docet *D. Au-*
guſtin.lib.6.contr.Iulian.cap.8. non longè
a fine med.tom.7.Si ad matris corpus (in-
D quit) *id quod in ea concipitur pertinet ita*
vt eius pars, imputetur, non baptizare-
tur infans cuius mater baptizata eſt aliquo
mortis vrgente periculo,cum eum geſtaret
in vtero. Hoc Idem habetur *in cap. Si*
Conc.Neo- *quidquid de conſecration.diſt.4.*Quaprop-
cæſarienſe ter *in Concilio Neocæſar.* dicitur, *Baptiſ*
mum mulieris prægnantis non commu-
nicari, nec prodeſſe filio in eius vtero
exiſtenti. Opus eſt igitur, vt prius in-
fans de vtero egrediatur adhoc; vt lici-
tè ac validè baptizetur.

E Ex his infertur, neceſſario expectan-
dum eſſe tempus in quo filius perfectè
naſcatur; vndè tunc baptizandus eſt
infans, neceſſitate cogente, quando in
tegrè, atque omninò egreſſus eſt de vte
ro. Si autem egredi nequit; itá vt nul-
la ſpes ſit, quod integrè egrediatur,
tunc baptizandus eſt in capite, ſed ſi ca
put non appareat baptizari poteſt in il-
la parte corporis, quæ tunc apparet. Qui
videlicet baptiſmus repetendus eſt ſub
conditione, ſi contingat eum perfectè

naſci, quia antea dubius erat. Hæc F
eſt doctrina, quam communiter om-
nes Doctores tenent, & præcipuè
D.Thomas 3.p.q.68.art.11.Vazquez.ibid. S.Thomas.
diſp.155.Suarez ibid.diſp.25.Conincb.ſu- Vazquez
per d.art.11.num.88.Henriquez, & alij Suarez
loc.cit. Conincb.

*P*oſſet tamen infans in vtero matris Henriquez
exiſtens licitè, ac validè baptizari ſi ta-
men poſſet quouismodo á qua baptiſma
li perfūdi, itá vt ablutus verè dicatur; Itá
tenet *Coninc.ſuper.3.p.S.Tho.q.68.ar.11.*
Suarez ibid.concl.2.Valent.tom.4. diſp.4. G
q.5.de baptiſm.pun.2.verſ.Tertio ſequitur Conincb
Bartholom.ab Angel.de baptiſm.§.10.Phy- Suarez
liarch.2.par.lib.1.cap.8 Toletus lib.2 cap Valentia
18.nu.10.Vazquez ſuper 3. par. S.Thom. Ab Angelo
q.68.art.11. Peſantius *ibid. Reginald. &* Phyliarcus
alij, quos citat, & ſequitur Bonacin. *tom.* Toletus.
1.de Sacrament. Baptiſm. diſp.2.q.2. pun. Vazquez
3.num.25. quamuis Comitolus, *& Fil-* Peſantius
liuc. contrariam ſententiam teneant. Reginald.
*E*t ratio eſt, quia hic infans verè, ac rea Bonacina
liter, eſt ablutus phyſico, ac morali
contactu aquæ, necnon ſupponimus H
omnia fuiſſe adhibita, quæ ſunt neceſ- Comitolus.
ſaria ad eſſentiam, & validitatem *Sacra* Filliuc.
menti; ergo dici poteſt verè baptizatus.

Obiicies ex *D.Thom.3.p.q.68.art.11.* S.Thomas.
vbi dicit baptiſmum eſſe quandam re-
generationem ſpiritualem, ſed nemo
poteſt renaſci ſpiritualiter, niſi prius car
naliter naſcatur; ergo hic infans non
poteſt dici verè baptizatus, quia non-
dum carnaliter ſeruato ordine naturæ
eſt natus. Reſpondeo adhoc, vt *Sacra-*
mentum baptiſmi verè conferatur, ne-
ceſſario non requiri illam natiuitatem I
per quam infans more naturæ ſeruato,
de vtero viuus ac perfectè formatus egre
ditur, ſed ſufficere illam natiuitatem; Conincb.
per quam de non homine fit homo. *Itá* Suarez,
Conincb.ſuper D.Thom.3.par.q.68.art.11
& Suarez ibidem verſ. Hic vero ſolum.

Ex his, quæ hactenus diximus infer-
tur, poſſe licitè aperire, vel ſecari ma-
trem mortuam habentem infantem vi-
uum in vtero, adhoc; vt ipſe infans ba K
ptizetur, & non pereat, & tunc validus
eſt baptiſmus etiam ſi ab vtero mater- Suarez
no ſegregari non poſſit dummodo la Angles
uacro aquæ baptiſmalis tangatur. Itá Conincb.
Suarez ſuper d.art.11.concl.2.Angles in Bonacina
florib. Theolog.q. 2. de recipientib. Bap- Vazquez
tiſm.art.3.concl.3.Conincb.ſuper. D.Tho. Liuus.
3.par.q.68.art.11.num.91.verſ.Nota ter- Paulus de
tio Bonacin.tom.1.de Sacrament. baptiſm. Cano
diſp.2.q.2.pun.6.prop.1. num 9. Vazquez
in comment.ſuper 3.par.S.Thom.q.68.ar.
11. diſp.

A tibus æquiparantur, sed dormientibus baptismus conferri non solet, nec debet prout in 1. tom. de Sacrament. in gener. contra Caietanum probauimus) ergo furiosi, & amentes nullo modo baptizari possunt.

Amentes posse baptizari probatur, qui sūt naturaliter amentes.

Sed his non obstantibus argumentis dicendum est, quod si amens, vel furiosus ab ipsa natiuitate in huiusmodi morbum inciderit, ac postmodum, nulla habens lucida interualla, semper in dementia perseuerauerit, ità vt nulla remaneat spes de eius sanitate, tunc li-
B citè baptizari potest. Ità docent communiter Doctores, & præcipuè *D. Thomas 3. p. q. 68. art. 12. Suarez ibidem disp. 25. Bellarmin. de baptism. ca. 9. Henriquez lib. 2. cap. 24. num. 4. Vazquez super 3. par. S. Thom. q. 68. art. 12. disp. 125. Pesant. ibid. Sotus in 4. dist. 3. art. 12. Ledesm. q. 8. artic. 11. Syluest. verb. Baptism. 4. §. 2. & 14. Victor. verb. baptismus §. 16. Coninch. super 3. par. S. Thom. q. 68. art. 12. vers. 1. Armil. verb. baptism. §. 69. Angel. verb. baptism. 6 §. 10. Bonacin. de sacrament. baptism. disp. 2. q. 2. pun. 6. prop. 2. num. 20. & alij.*

S. Thomas. Suarez. Bellarm. Hēriquez. Vazquez. Pesantius. Ledesma. Syluester. Victoria. Coninch. Armilla. Angelus. Bonacina.

Hæc autem sententia fundatur in illa sententia *D. Augustin. lib. 4. confession. ca.*
C *4. parum ante medium tom. 1.* vbi dicit de quodam amico suo, quod cum desperaretur, baptizatus est nesciens, & tamē baptismus in eo efficaciam habuit, quod pariter refert *D. Thomas d. art. 12.* Fundatur 2. *in Concil. Carthaginen. & in Concil. Arausican.* Tertia in quadam ratione quam adducunt omnes Doctores, quos supra citauimus, quia (inquiunt) amentes, & furiosi à natiuitate sua, tali mor-
D bo laborantes, infantibus æquiparantur, quia nullum vsum rationis habent; vnde de talibus quantum ad baptismi susceptionem, videtur esse idem iudicium, & de pueris, qui in fide Ecclesiæ baptizantur. Dum autem baptizantur, non opus est, vt aliquam habeant dispositionem, aut intentionem suscipiendi Sacramentum, quia hęc neque in infantibus exiguntur, prout optimè notat *Vazq. loc. cit.*

Augustin. Conc. Car. Conc. Ara.

E Si autem sint aliqui amentes, qui antequam in amētiam inciderent, vsi sunt ratione, & sanam mentem habuerunt, & de his siquidem iudicium ferre debemus secundum dispositionem, quam habuerant eo tempore quo sani erant; vnde si tunc voluntatem, seu intentionem habuerunt suscipiendi baptismum, vtique sunt baptizandi etiam in dementia, quamuis ipsi baptizari contra-dicant, at si nulla intentio suscipiendi F
baptismum in eis apparuit, eo tempore quo sanitatem mentis habebant, vtique non sunt baptizandi. Hoc totum docet *D. Thomas 3. par. q. 68. artic. 12. Vazquez ibid. disp. 155. num. 106. conclus. 2. Suarez in comment. super dictum art. 12. disp. Angles q. 2. art. 6. diff. 1. concl. 2. Chamerot. de baptism. cap. 5. dub. 10. Graff. 2. par. lib. 1. cap. 4. num. 45. Henriquez lib. 2. cap. 24. n. 3. Coninch. in commen. super 3. par. S. Tho. q. 68. art. 12. dub. vnic. num. 93. & Bonacin tom. 1. de Sacrament. Baptism. disp. 2. q. 2. pun. 6. prop. 2. num. 19.*

S. Thom. Vazquez. Suarez. Angles. Chamerot. Graffius. Henriquez. Coninch. Bonacina. Bellarmin.

Qui verò adeò sunt amentes, vt aliqua lucida interualla habeant, quibus G
durantibus baptismum expetunt, vtiq; sunt baptizandi etiam in amentia, quāuis ipsi contradicant: nam illa resistentia non repugnat intentioni antea elicitę, cum ipsa resistentia, quę tempore dementię contingit non sit actus humanus. Ità *S. Thomas 3. p. q. 68. art. 12. Coninch. ibid. num. 93. Vazq. sup. dictum. art. 12. conclus. 2. Graff. Henriquez, Chamerota, Bonacina. & alij, quos supra citauimus* H
Hoc autem intelligendum est à nulla spes, remaneat de ipsorum salute, nam si probabiliter speratur, quod aliquando perfectam mentis salutem, sint obtenturi; tunc enim esset expectandum donec iterum ratione vtentes, baptismum liberè susciperent, nam hoc baptismi dignitatem decet, vt liberè, & cū quadam pietate, ac animi dispositionem quoad eius fieri potest, ab his suscipiatur. Vide *D. Thom. d. art. 12. in corpore conclus. 3. Coninch. ibid. num. 93. Bellarm. de baptism. lib. 1. cap. 9. Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap. 24. num. 4. & Bonacin. tom. 1. disp. 2. q. 2. pun. 6. prop. 2. num. 20.* I

Sed si sint aliqui, qui omnino sanæ mentis non sint, sed tamen tantam facultatem habeant, vt possint, de salute animę suę cogitare, & virtutem Sacramenti intelligere; quemadmodum contingit ijs qui omnino sanæ mentis sunt, & isti si quidem baptizari possunt, & debēt quemadmodum docet *D. Tho.* K
d. art. 12. conclus. vlt. & Vazquez ibid. conclus. 3. num. 106. Si autem isti dementes in hac dispositione manentes baptizati renuant, vtique inuiti non sunt baptizandi, prout notandi *D. Thom. & Vazquez locis cit.*

S. Thomas. Vazquez.

Maior difficultas nobis superest resoluenda, & est, quando dubitatur, an amans antequam in amentiam incideret Baptismum, petierit, vel intentionem

A *lib.1.contr.duas Epiſtol.Pelag.cap.13.* vbi *Auguſtinus* minimè refert aliquem hæreticum hanc hæreſim tenuiſſe, ſed potius Pelagianos, ei hunc errorem falsò imputaſſe; de qua calumnia tam ibi, quam etiam *lib.3.cap.3.* ſe liberat.

Gaiani error.

Secundus error quibuſdam aliis hæreticis tribuitur, qui dixerunt baptiſmum eſſe inutilem, & nullius efficaciæ ad delenda peccata. Huius hæreſis præcipuum Authorem fuiſſe *Gaianum*, col- B ligit *Suarez diſp.26.ſect.1.* & *Tertullian. lib.de baptiſm.in princip.* Sed *Vazquez in comment.ſuper 3.par.S.Thom. q.69. art. 12.* probare nititur, huius erroris authorē, nō fuiſſe Gaianum. Quia (inquit) apud nullum probatum Scriptorem lego, qui diceret fuiſſe Gaianum, ſeu Caianum, Sed hoc parum, vel nihil refert, hoc tamen pro certo habendum eſt, de hac hæreſi Caiana, ſeu Caina complures Patres peculiarem efficere C mentionem. Nam *Tertullian. in lib. de baptiſm.cap.1.num.7.* ſic ait, *Atq; adeo nuper conuerſata eſt hic quædam de Caiana hæreſi vipera venenatiſſima, doctrina ſua pleroſq; rapuit, in primis baptiſmum deſtruens planè ſecundum naturam, nam ferè vipera, & aſpides ipſique reguli ſerpentes arida, & inaquoſa ſectantur.* Hanc autem viperam venenatiſſimam, fuiſſe Quintillam contra quam ſcripſit illum librum de baptiſmo, ex ſubſequētibus verbis clarè colligitur, nam poſt D præcitata verba protinus ſubiungit dicens. *Itā Quintilla monſtroſiſſima, cui nec integrè quidem docendum Ius erat, optimè norat piſciculos necare de aqua auferens.* Item de his hæreticis *Caianis*, qui *Cain*, & *Iudam* celebrant mentionem fecit *Auguſtin.lib.de hæreſib.cap.18* necnon & *Damaſcen.lib. de hæreſib.* qui hos Caianos cum *Cainis*, ſeu Cainęis confundere videtur, quos refert colere, ac venerari Cainum, eo quod credant eum maiori virtute fuiſſe præditum, E quam Abelem. Denique vide de hac hęreſi *Epiphan. aduerſus hæreſ.hæreſ. 38. Phylaſtr.lib. de hæreſib.cap. 2. Theodoret. lib.1.hæreticar.fabular.cap. de Cainis Pamellium in lib.Tertullian.de præſcriptionib. aduerſ.hæretic.ſchol.196.* & *ſchol.308* & *lib.de baptiſm.ſchol.7. Marian. Victor. in epiſt. Hieronym. 83. ad Ocean. ſchol. 4.* ac tandem *D.Hieronym.in d.epiſt.83.ad Ocean.num.3.* vbi ait, *Et conſurgit mihi Caiana hæreſis, atque olim emortua vipera, contritum caput leuat, quæ non ex parte, vt antea conſueuerat, ſed totum Chriſti* F *ſubruit Sacramentum, dicit enim eſſe aliqua peccata, quę non poſſit purgare Chriſtus ſanguine ſuo, & tam profundas ſcelerum priſtinorum inhærere corporibus, atque animis cicatrices, vt medicina illius attenuari non queant.*

Snarez
Tertull.
Vazquez
Tertull.
Hæreſis viperæ venenoſa comparatur.
Auguſtin.
Damaſc.
Epyphan.
Philaſtr.
Theodor.
Pamell.
Mari.Vict.
Hieronym.

Manichæorum error.

Denique hanc hæreſim Caianam ſequuti ſunt Manichei, quemadmodum patet ex *Auguſtin. hæreſ.46.* & referunt *Suarez diſp.26.ſect.1.* & *Vazq. diſp. 156. cap. 1.* Eiuſdem hæreſis ſectatores fuerunt *Arcontici*, prout refert *Epyphan. hæreſ. 40.* Hoc idem aſcribunt *Meſſalianis*, ſeu Maſſalianis *Damaſcen.lib.de hæreſib. Hyſtoria* Tripart.*lib.7.cap.21. Suarez, loc.cit.verſ.1.* & *Theodoret.lib.4.hæreticar.fabular.circa fin.* & *lib.4.hyſtor.c. 10.* vbi de Meſſalianis narrat eos dixiſſe baptiſmum inſtar nouaculæ auferre peccata, radicem verò peccati non extinguere. G

Auguſt.
Auguſtin.
Suarez
Epyphan.
Damaſcen
Hiſt.Trip.
Theodor.

Sed hanc eandem hæreſim fortius, ac validius hæretici noſtrorum temporum innouarunt, vt ſunt Lutherani, ac Caluiniſtę, qui aſſeuerare auſi ſunt baptiſmum non tollere originale peccatū, H ſed radere, aut tegere, aut facere, vt nō imputetur. Nam *Lutharus art.2.ex his, quæ Leo X. damnauit,* hæc ſcribit. *In puero poſt baptiſmum negare remanens eſſe peccatum, eſt Paulum, & Chriſtum ſimul conculcare.* At poſtmodum in aſſertione *eiuſdem artic.* ſubiungit dicens. *Aliud eſt omnia peccata remitti, aliud omnia tolli; baptiſmus omnia remittit, ſed nullum penitus tollit, ſed incipit tollere.* Hanc I eandem doctrinam ſequutus eſt *Caluinus lib.4.inſtitution.cap.15.§.10.* & *11.* & *Antidot.Concil.Trident.ſeſſ.5.* vbi refellit decretum Concilij Tridentini de peccato originali, *Manet* (inquit) *verè peccatum in nobis neq; per baptiſmum ſtatim vno die extinguitur, ſed quia deletur reatus, imputatione nullum eſt.* Hoc idem docere nititur *Philippus Malanchon in Apolog.2.ar.Confeſſion. Auguſtan.* vbi hunc errorem ſententia *D. Auguſtin.* K mendoſe, ac fallaciter ſuffulcire conatur, nam adhoc confirmandū his verbis vtitur. *Auguſtinus* ait, *Peccatum in baptiſmo remittitur, non vt non ſit, ſed vt non imputetur.* Sed hæc doctrina falſo *D. Auguſtino* imputatur prout teſtantur *Roffenſ.lib.contra Luther.art.2. Bellarmin.lib.2.de Sacramen.cap.13.verſ. 2. Suarez loc.cit. Vazquez diſput.159.cap. 2.num.27.in fin.* & *Coclaus in diſcuſſion. confeſſion. Auguſtan. art.2.* Vnde Ioannes *Roffenſ.loc.cit.* ipſum *Philippum* de men-

Lutheri error.
Caluin.
Malanct.
Roffenſ.
Bellarmin.
Suarez.
Vazquez
Coclæus

dacio expresse conuincit probans D. *Augustinum* nunquam hoc dixisse. *Et Bellarmin.& Cochleus locis cit.* referunt prædictum *Philippum ab EcKio* conuictum confessum fuisse locum *Augustini* male esse citatum, & tamen idem mendacium toties detectum,& reprobatum iterum in *lib. Concordiæ latino pag.79. edito anno* 1580. scripserunt; illudque semper repetunt, quoties illam Apologiam imprimunt. Denique hanc eandem hæresim amplexus est *Martinus Kemnitius in examin.5.session.Conc.Trident.pag.*470.vbi dicit peccatum in baptismo remitti non quia tollitur,sed quia non imputatur, nam supponit, atque expresse docet, condonari, quidem atque deleri omnia peccata in baptismo, sed reliquias quasdam peccati originalis remanere,quas appellat malum culpæ,ac secundum scripturas peccatum quod hominem damnare posset,si Deus ei imputare illud vellet.

B — *Kemnit.*

C Postremus error imputatur, *Luthero, Caluino, & Marthino Kemnitio*,teste *Bellarmin.lib.1.de* Baptism.*cap.18.& Suarez in commentar.super 3.par.S.Thom.q.69.art.4.disp.29.sect.1.vers.Tertius error* nam *Luthorus lib.de captiuit. Babylonic. cap.de baptismo Caluin.lib.4.institut. cap.15.§.3.& 4.& Kemnitius in Concil.Trident.in censura can.10.* docent sola memoria, & fide suscepti baptismi omnia peccata remitti, quæ post baptismum fiunt. Sed verè isti hæretici existimant hanc non esse veram remissionem, sed quandam non imputationem, quatenus per memoriam Baptismi disponatur homo, vt Deus ei non imputet peccata post baptismum commissa. Quia (inquiunt) peccata per solam fidem remittuntur,baptismus autem ad excitandam fidem deseruit; vnde peccata non minus remitti possunt per baptismi memoriam quam per ipsius susceptionem. Hoc est fundamentum cui hæc sententia innititur, ad cuius confirmationem plura loca Sacræ Scripturæ adducuntur, in quibus dicitur, nos lauari, & mundari, & saluari per baptismum. Ad *Tit.Saluos nos fecit per lauacrū regenerationis,ad Ephes.5. Mundās eam lauacro aquæ in verbo vitæ* & 1. *Petr.3. Saluos nos facit baptisma.* Plura de hoc leges apud *Bellarmin. & Suarez loc.cit.*

Bellarm. *Suarez* *Lutherus* *Caluin.* *Kemnit.* D E *Tit.3.* *Ephes.5* *1.Petr.3.*

Fundamentum autem eorum,qui dicebant, peccatum originale per baptismum omnino non tolli, sed tegi, vel radi, vel non imputari, fuit quia baptismus non tollit peccati concupiscentiam, quæ in sacris scripturis peccatum appellatur; ad *Roman.* 7. *Lex spiritualis est; ego autem carnalis sum, venundatus sum peccato.* Et infra. *Non enim quod volo bonum hoc ago; sed quod odi malum illud facio nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatū.* Et inferius. *Igitur ego ipse mente seruio legi Dei,carne autem legi peccati.* Fundatur secundo, hæc sententia in illo *Psal.31.vers.2.* vbi dicitur, *Beatus cuius tecta sūt peccata,& cui Dominus ea nō imputat.*

F *Rom.7.* *Psal.31.* G

Tandem omittimus errorem *Pelagij* qui asserebat baptismum non emundare paruulos ab originali peccato. *Sed* hoc affirmare audebat,quia existimabat,nullum peccatum originale in infantibus inueniri, alioquin confessus fuisset virtute in baptismi efficacem esse ad delendum quodcunque peccatum, nam credebat baptismum virtutem habere ad iustificandum, constituendumq; hominē filium Dei. Vide de hoc *Vazquez in comment.super 3.p. S.Thom.q.69.art.7.disp.169.cap 1.in fin.& disput.149.cap.2.* vbi plura de hac heresi refert.

Error Pelagij de pecca to originali *Vazquez* H

CAPVT XXI.

Virtute baptismi quamcunq; culpā tolli,ac omnino deleri, catholica fides tenet,ac docet.

HIs recensitis hęreticorū erroribus producendū est,id quod Ecclesia catholica tenet, vt omnis falsitas inimicorum, luce veritatis destruetur. Docet itaq,catholica fides virtute baptismi,omnia peccata tam actionis, quā originis, remitti,ac penitus deleri, itávt nullæ reliquiæ,pinde remaneāt,nec quoad remissionē culpę,neq;quoad remissionē pœnæ. Definitū est hoc *in Conc.Carthag.5.can.1* vbi inter alia dogmata fidei,quæ Episcopus cōfiteri debet,hoc est vnū, idest baptismum habere virtutē dimittendi omnia peccata. *Quarē dū* (inquit) *ab eo est,si in baptisma omnia peccata,idest tā illud originale cōtractū, quā ea,quæ voluntariè admissa sunt, dimittātur.* Hoc idē definitum fuit in *Conc. Constant.* priusq; expressū fuerat in *Cymbolo Nicæno* dum dicitur, *Confiteor vnū baptisma in remissionē peccatorū.* Quæ verba iuxta sensum nostrum exponunt cōmuniter Doctores.& præcipuè *Suarez disp.26.sect.1.Vazq.in cōment. sup.3.p.S.Thom.q.69.art.7.c.2.& Conin. in comment.sup.d.art.D.Thom.nu.3.*

I *Conc.Car.* *Conc.Cōst.* *Symb.Nic.* K *Suarez* *Vazquez* *Coninck.*

Ac-

A Accedit tandem *Concil. Trident. sess. 9. in Decret. de peccat. original. can. 5.* vbi hanc veritatem de fide esse tenendam decernit. *Si quis* (inquit) *per Domini nostri Iesu Christi gratiam, quæ in baptismo infertur, reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam asserit non tolli totum id, quod propriam, & veram peccati rationem habet; sed illud dicit tantum radi, aut non imputari, anathema sit.* Ex quibus verbis satis infertur per baptismũ non solum tolli peccatum originale, sed etiam omne peccatum actuale ante Baptismum commissum, nam sequitur; *In renatis enim* (inquit) *nihil odit Deus, quia nihil est damnationis iis, qui verè sepulti sunt, cum Christo per baptisma in mortem, non secundum carnem ambulant, sed veterem hominem exuentes, & nouum, qui secundum Deum creatus est induentes, innocentes, immaculati, puri innoxij, ac Deo dilecti effecti sunt.* Porrò idem *Concilium Trident. sess. 14. cap. 1. in princip.* vt ostendat, omnem culpam, tam actualem, quam originalem virtute baptismi penitus deleri, docet, quod si homines post baptismi susceptionem, adeò grati Deo essent, vt nullum peccatum perpetrarẽt, nullo alio sacramẽto proinde indigerẽt. *Si ea* (inquit) *in regeneratis omnibus gratitudo esset erga Deum, vt iustitiam in baptismo ipsius beneficio, & gratia susceptã, tuerentur, non fuisset opus aliud ab ipso baptismo Sacramentum ad remissionem peccatorum esse institutum.* Ex quibus verbis colligit *Vazquez disp. 159. cap. 2. num. 3* t *In* baptismo non solum omnem culpam mortalem, & originalem; sed etiam omnia peccata venialia dimitti, atq; deleri.

Conc. Tr.

Hæc veritas est de fide.

B

C

Omnis culpa actualis & virtualis per baptismum deletur.

D

Vazquez

Denique hæc eadem veritas fidei catholicæ; declarata, ac confirmata fuit *in Concil. Florent. sub Eugenio IIII. in Decreto fidei post vltimam sessionem 8. Primum omnium*, vbi decernitur, præcipuum effectum baptismi esse, vt non solũ omnem culpam actualem, & originalẽ, sed & omnem pœnam, quæ pro ipsis debetur dimittat. Loquens enim de Sacramento baptismi sic ait, *Huius Sacramenti* (inquit) *effectus est remissio omnis culpæ originalis, & actualis, omnis quoque pœnæ, quæ pro ipsa culpa debetur.*

Con. Flor.

E

Præterea ad confirmandam hanc catholicam veritatem, permulta, & quidem præclara loca Sacræ Scripturæ adduci possunt. *Psal. 50. Dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me.* Et infra, *Asperges me hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor.* Vbi notandum est, quod de aqua baptismali mentionem facit Propheta, cuius proprietas est lauare, & emundare sordes peccatorum, vt nulla macula proinde remaneat. Nam quomodo dici quis posset ablutus, & dealbatus, si aliquod residuum peccati in eo remaneret? *Item* accedit illud *Ioann. 13. Qui lotus est non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus.* Quem locum ponderans *D. Gregor. lib. 9. Epist. 39.* ait: *Non verè potest dici mundus totus, in quo aliquid relinquitur, quod maculæ rationem habeat.* *Ezech. 36. Effundam super vos aquam mũdam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Ad Roman. 6. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ità & nos in nouitate vitæ ambulemus. Ad Coloss. 2. In quo & circumcisi estis circumcisione non manufacta in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione Christi, consepulti estis per baptismum.* Ad *Tit. 3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis. Actor. 2. Pœnitemini, & baptizetur vnusquisque vestrum in remissionem peccatorum. Ad Roman. 5. Sicut per vnius inobedientiam peccatores cõstituti sunt multi; ità per vnius obedientiam iusti constituentur multi. 1. ad Corint. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ità, & in Christo omnes viuificabuntur.* Vnde *D. Augustin. in Enchirid. cap. 52.* ait, *Quemadmodum in Christo vera mors facta est, sic in nobis vera remissio peccatorum, & quemadmodum in illo vera resurrectio, ità & in nobis vera iustificatio.*

Psalm. 50.

F

Ioann. 3.

Gregor. P.

G

Ezech. 36.

Rom. 6.

Coloss. 2.

Tit. 3.

H

Actor. 2.

Rom. 5.

1. Cor. 15.

D. August.

I

Item ad hunc sensum reduci possunt alia Sacræ Scripturæ loca, vt *Mich. 7. Proijciam in profundum maris omnia peccata vestra.* Nam per mare rubrum baptismus noster designatur, quemadmodum iouuit *Apostolus Paulus 1. ad Corin. 10.* & fusius explicat *D. Augustinus concion. 1. in Psal. 113.* dicens, *Sicut Ægyptios in mari rubro, ità delicta nostra in baptismo esse demersa, & extincta. Et Gregorius lib. 9. Epist. 39. Qui* (inquit) *dicit peccata in baptismate funditus non dimitti, dicat in mari rubro Ægyptios non veraciter mortuos.* Hac eadem expositione vtuntur super *Michæam Theodoret. Rupert. & Basil. in Psalm. 28.* super illa verba *Dominus Diluuium inhabitare facit.* & *Hieronym. epist. 83. ad Ocean.*

Mich. 7.

1. Cor. 8

August.

Gregor.

k

Theodor.

Rupert.

Basilius

Hieron.

Ad eundem sensum pariter reducitur illud *Isa. 1. Si fuerint peccata vestra*

Isaias

Tt 2 vt

A *vt cacciuum, sicut nix dealbabuntur, & si fuerint rubra, vt vermiculus, sicut lana alba erunt.* & illud *Isa.44. Delens, vt nubes iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata.*
Isa.44. Ephes.1. Coloss.1. *Ad Ephes.1. Elegit nos, vt essemus sancti, & immaculati.* Ad *Colossens.1. Reconciliauit vos in corpore carnis eius per mortem exhibere vos sanctos, & immaculatos, & inreprehensibiles.* Sed quomodo quis dici posset sanctus immaculatus, & inreprehensibilis si in eo aliquod residuum culpæ remaneret? Vtiq; si hoc
B esset non posset dicere sponsus suæ spōsæ idest *Ecclesiæ*, vel cuicunque animæ sanctæ, *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Dicendum est igitur, quod baptismus omnis culpæ fœditatem lauat; ac delet; itá vt anima recenter baptizata, munda, & immaculata appellari possit. Sed quis eam à fœditate culparum emundat? Vtique
Ioan.1. ille Agnus de quo dixit Ioannes Bapti-
Augustin. sta *Ioann.1. Ecce Agnus Dei, ecce, qui*
C *tollit peccata mundi.* Vnde *D. Augustinus tom.9. tract.4. in Ioannem*, sic ait *Ergo ecce Agnus Dei non habet iste traductē de Adam. peccatum non assumpsit, qui non assumpsit de nostra massa peccatum ipse est qui tollit nostrum peccatum. Hęc ex Augustino.*

Insuper citari possunt omnia loca Sacrę Scripturę quibus ostenditur bap-
Ioan.3. Tit.3 Colos.2. 1.Petr.2. tismum esse quandam spiritualem hominis regenerationem. *Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, &c. Ad Tit. 3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis.*
D *1.Petr. Quasi modo geniti infantes lac concupiscite, & Coloss. Cum essemus mortui propter delicta, cō uiuificauit nos Christo.* At verè ista noua regeneratio, nouaq; vita, per quam morimur peccatis, & renascimur, ac viuimus Deo, necessario requirit omnimodam mortem peccatorum, & non so-
Bellarmin. lum ad imputationem prout accuratè notat *Bellarmin. lib.2. de Sacrament. cap. 23.* nam quomodo (inquit) sumus verè
E viuificati, & regeniti si adhuc mors in nobis manet?

Hæc autem veritas non solum sacrarum scripturarum testimonijs, sed etiam Sanctorum Patrum sententijs fuit ob-
Chrysost. firmata, quos hoc loco recensere, non alienum duxi. *Chrysostom. homil. ad baptizand. ante med. tom.5.* ait lauacro aquæ baptismalis, non corporis maculas, sed animæ sordes, idest omnia peccata lauari, ac deleri. *Diuina gratia* (inquit) *lauacrum non corporis maculas, sed ani-* F
ma sordes mundare consueuit, & si mollis & si fornicator, & si totius malitia nodis astrictus eum ad notoria venerit solis radijs mundior eleuatur. D. Hieronym. in *Psal 50.* super illa verba *Asperges me Do-* Hieronym.
mine &c. docet per baptismum, & pęnitentiam omnia peccata, quasi niuem dealbari. *Vt quia* (inquit) *peccata mea sunt Phœniceo similia, quasi nix dealbentur: Tu inquam Domine potens es peccatum piceum in lacteum candorem transferre, fuliginosumque hebenum in chrystalli cando-* G
rem conuertere. Lauabis me hoc est per pœnitentiam, & baptismum, & super niuem dealbabor, sicut dixit Isaias, Si fuerint peccata vestra, vt phœniceum, velut niuem dealbabor. Lactant. lib. 3. cap. 26. Lactant.
Vno (inquit) *lauacro, omnis malitia abo-* Prosper.
lebitur. Prosper lib.1. de vocation. gent. ca. Theodoret.
5. Euacuaretur fides (inquit) *qua credit per baptismum omnia peccata dimitti, si gratia non malis, & impijs, sed bonis, & rectis probaretur impendi.* Theodoret. *su-* Cyprianus
per Psal.50. exponens illa verba *Asperges me hyssopo, & mundabor; Sola* (in- H
quit) *aqua baptismi hanc potest facere purgationem delictorum. Cyprianus in sermon. de ablution. ped. long. à princip. Ec de addito* (inquit) *& secretissimo Spiritus sancti munere huius gratia liquor emanat, sic* Ambrosius
lauans quos parentalis labes infecerat, vt nec actualis, nec originalis macula aliqua sui post ablutionem illam vestigia derelinquat. Ambros. lib. 2. de Sacrament. cap. 4. vbi exponens illud *Exod.15.* vbi perhibetur aquas maris, ex sui natura salsas, I
dulces fuisse effectas, per quod, effectum baptismi quo ad remissionem peccatorum fuisse pręfiguratum exponit, dicēs *Nam merito aqua dulcis est, in qua culpa deuoratur.* Hoc idem significat *lib.4. in Lucam dum ait, Nemo ad certamen vir-* Augustin.
tutis admittitur, nisi prius ablutus ab om- Clem. Alc.
nibus maculis delictorum, gratia calestis Basilius
munere consecretur. Hanc eandem do- Athanas.
ctrinam reperies apud *August. in Enchi-* K
rid cap.94. & Oration. contra Iudaos Paganos, & Arrianos cap.19. & tract. 11. & sequentibus in Ioannem, Clemen. Alexan. lib.1. Pedagog. cap.6. Basil. homil. 13. qua est exhortatio ad Baptismum, & homil. in Psal.59. circa illa verba *Moab lebes spei mea, Athanas. epist. ad Serapion.*

Denique hæc nostra sententia contra Probatur rationibus
hęreticos compluribus rationibus con- 1. ratio.
firmari potest. Prima ratio est illa, quā S.Thomas
affert *D. Thomas 3. par. q.69. art.1.* qui alle-

A allegaua illud *Apoſtol. ad Roman.6.* *Quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus , Ità & vos exiſtimate mortuos quidem eſſe peccato, viuentes, autem Deo in Chriſto Ieſu Domino noſtro;* Ex quo (inquit *D. Thomas*) *patet quod per baptiſmum homo moritur vetuſtati peccati, & incipit viuere nouitati gratiæ. Omne autem peccatum ad priſtinam vetuſtatem pertinet ; vnde conſequens eſt, quod omne peccatum per baptiſmum tollatur.* Secunda ratio eſt, nam non poteſt

2.ratio. B eſſe, vt quis ſimul ſit in luce veritatis, & in tenebris peccatorum, in gratia, & inimicitia Dei, in iuſtitia, & in peccato,

1.Cor.10. iuxta illud 1. *Corint.* 10. *Non poteſtis* (in-

2.Corinth. quit) *menſæ Domini participes eſſe, & dæmoniorum, &* 2. *Corint.* 6. *Quæ ſocietas luci ad tenebras. Quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate, quæ conuentio Chriſti ad Belial? qui autem conſenſus templi Domini cum Idolo? Vos enim eſtis templum Dei viui.* Si ergo Chriſtianus per baptiſmum gratiam, & iuſtitiam conſequitur

C vtiq; plenariam omnium peccatorum remiſsionem obtinet, ità vt nullius pec-

3.ratio: cati re tui maneat obnoxius. Tertia ratio eſt, quia ex ſacris ſcripturis apertè conſtat Deum odio habere peccata, nec

Pſalm.5. non, & ipſos peccatores. *Pſalm.* 5. *Odiſti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mendacium, virum ſanguinum, & doloſum abbominabitur*

Sap.14. *Dominus. Sap.* 14. *Odio eſt Deo impius,*

Pſalm.14. *& impietas eius, & Pſal.* 44. *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem,* & alio loco

D ait ſcriptura. *Quoniã, et Altiſſimus odio habet peccatores, et miſertus eſt pænitẽtibus;* Si ergo in baptizatis aliqua culpa remaneret, vtique in eo adeſſet aliquid quod Deus odio haberet, ſi autem illud odio haberet, vellet punire, ſi vellet punire, vtiq; illud imputaret, quod nimirum eſt contra hæreticorum aſſertionẽ exiſtimantium Deum in baptiſmo non

Bellarm. imputare peccata. Vide *Bellarmin. de*

4.ratio. *ſacrament. libr.* 2. *capit.* 13. Quarta ratio eſt, nam vt fatentur etiam hæ-

E retici, certum eſt fideles poſt baptiſmi ſusceptionem eſſe iuſtos, ſanctos amicos Dei, & regno cæleſti dignos ſed ſi in eis poſt baptiſmum aliqua culpa remaneret, adhuc per remiſsionem nõ abluta; coinquinati, & immundi vtique dicerentur, vnde in Regnum cæleſte introire non poſſent, quia iuxta *Apoſtoli*

Apoc.vlt. vocem *Apoc. vlt. Nihil in eo coinquinatũ introibit.*

F

CAPVT XXII.

An virtute baptiſmi tota pœna peccatorum remittatur:

ANtequam ad deciſionem propoſitę quæſtionis deueniamus, quędam diſtinctio, quam Theologi communiter efficere ſolent, eſt præmittenda. Aliud eſt enim dicere, an baptiſmus omnem pænam peccatorum remittat, & aliud eſt, an remittat omnes pænalitates, quæ ex principijs naturæ oriuntur. Pænalitates namque diſtinguntur à pænis, quia ſunt illi defectus, qui in hominibus lapſis, ſecundũ sé ex principijs naturę exoriũtur, ipſoſque homines vſq; ad finem vitæ conſequũtur, & ſunt à Deo inflictę generi humano in pænam primi peccati, quod Adam perpetrauit. Huiuſmodi ſunt ægritudines, paſsibilitas corporis, dolor fomes carnalis, rebellio paſsionum, fames, ſitis, mors, inordinatio potentiarũ, & imbecillitas membrorum. Pænæ autẽ ſunt, ea quæ Deus prò ſatisfactione culparum infligere ſolet hominibus, & huiuſmodi ſunt pænæ inferni, tam ſenſus, quam damni, & pænæ purgatorij, ac ieiunia, diſciplinæ, abſtinentiæ, deprecationes, peregrinationes, & alia opera ſatisfactoria, quæ pænitentes in ſatisfactionem, & expiationem ſuorum peccaminum ſubſtinenda ſuſcipiunt.

G *Pænalitates diſtinguuntur à pænis.*

H

I

Hac præmiſſa explanatione dicendum eſt primo, virtute baptiſmi, pæna litates præſentis vitæ non dimitti, nec auferri. Ità docent communiter Theologi, & præcipuè *Suarez diſp.* 26. *ſect.* 1. *verſ. dico tertio, Vazquez diſp.* 156. *cap.* 3. *in princ. Coninch. ſuper* 3. *part. S. Thom. q.* 69. *art.* 3. *nec non, & cæteri diſcipuli, D. Thom. in comment. ſuper dict. art.* 3. Sed perfectius, ac dilucidius hanc ſententiã comprobat, atq; explicat ipſe *D. Th. d. q.* 69. *art.* 3. his verbis, *baptiſmus* (inquit) *habet virtutẽ auferẽdi pænalitates præſentis vitę nõ tamẽ eas aufert in preſẽti vita, ſed eius virtute auferentur à iuſtis in reſurrectione, quando mortale hoc induet immortalitatem, vt dicitur* 1. *Cor.* 15. *Et hoc rationabiliter, primo quidem quia per baptiſmum homo incorporatur Chriſto, & efficitur*

Pænalitates non remittuntur.

Suarez Henriquez Coninch. S. Thomas

K

1.Cor.15.

A *tur membrum eius, & ideò conueniens est, vt id agatur in membro incorporato, quod est actum in capite, Christus autem à principio suæ conceptionis fuit plenus gratia, & virtute, habuit tamen corpus passibile, quod post passionem, & mortem est ad vitam gloriosam resuscitatum. Vnde, & Christianus in Baptismo gratiam consequitur quantum ad animam, habet tamen corpus passibile in quo pro Christo possit pati, sed tamen resuscitabitur* B *ad impassibilem vitam.* Vnde *Apostolus dicit ad Roman.* 8. *Qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit, & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis. Et infrà eodem, Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, si tamen compatimur vt, & simul glorificemur. Secundò hoc est conueniens propter spirituale exercitium, vt videlicet contra concupiscentiam, & alias passibili*C*tates pugnans homo, coronam victoriæ acciperet. Vnde super illud Roman. 6. Vt destruatur corpus peccati dicit Glos. Si post baptismum vixerit homo in carne, habet concupiscentiam, cum qua pugnet, quamq; adiuuante Deo superet. In cuius figuram dicitur Iudic. 3. Hæ sunt gentes, quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelē, & postea discernent filij eorum pugnare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi. Tertio hoc fuit conueniens nè homines ad baptismum accederent propter impassibilitatem præsentis vitæ, & non* D *propter gloriam vitæ æternæ. Vnde, & Apostolus dicit* 1. *Corint.* 15. *Si in hac vita tantum sperantes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus.*

Rom. 8. — *Rom. & Glos.* — *Iudic. 3.* — *1. Cor. 15.*

Hæc nostra sententia confirmari potest sententia *D. Augustin. lib. 3. de peccat. merit. cap.* 13. vbi expressè docet remanere post baptismum fidelibus fomitem seu concupiscentiam carnalem (quæ nimirum est pænalitas huius vitæ, quia in pænam primi peccati nobis inflicta est) adhoc, vt ipsi fideles, rebellis carnis insultus, & certamina superantes, æternam retributionem, de tolerato labore in re- E gno cælesti consequantur. *Nouit ille medicus* (inquit) *qui non est opus sanis, sed ægrotantibus quemadmodum nos curando perficiat in æternam salutem, qui, & ipsam mortem, quamuis peccati merito inflicta sit, non aufert in hoc sæculo eis quibus peccata dimittit, vt eam cum eius timore superando, superando suscipiant prò fidei synceritate certamen.* Similia habentur *in lib. de peccat. merit. cap.* 31. vbi dicitur, quod si pænalitatem mortis homines non degustarent in hac vita, vtiq; ad F æternam vitam non festinarent, nam totam suam felicitatem in hoc ponerent, quod mori non possent. *Poterat etiam* (inquit) *hoc donare credentibus, vt neq; istius experirentur corporis mortem, sed si hoc fecisset, carni quædam felicitas adderetur, minueretur autem fidei meritum. Sic enim homines mortem istam timent, vt non ob aliud dicerent felices esse christianos, nisi quod mori omnino non possent. Ac per hoc nemo propter illam vitam, quæ post istam mortem beata futura est per virtutem etiā* G *contemnenda ipsius mortis ad Christi gratiam festinarent, sed propter remouendam ipsius mortis molestiam, vel delicatius crederetur in Christo.* Item *August. in lib.* 22. *de Ciuit. Dei cap.* 22. dicit has pænalitates nobis fuisse necessarias, ac cum rationabili causa fuisse inflictas; *vt hinc* (inquit) *appareat quid veluti pondere suo procliuis sit vitiosa natura, & quanta ope, vt hinc liberetur indigeat.* Hanc eandem doctrinam varijs rationibus comprobatam inuenies apud eundem *Augustin.* H *in lib. 13. de Trinit. cap. 4. in lib. 3. de peccat. merit. cap. vlt. & in lib. 1. confession. cap.* 1.

Augustin. — *Fomes carnis est in pænam primi peccati.*

Confirmatur secundo, *ex Conc.* Trid. *sess. 5. in decret. de peccat. original. can.* 5. vbi hæc habentur verba. *Manere autem in baptizatis concupiscentiam, vel fomitē hæc sancta Synodus fatetur, & sentit, quæ cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, sed viriliter per Iesu Christi gratiam repugnantibus, non valet, quinimò qui legitimè certauerit, coronabitur.* I *Ac* postmodum adiungit Concilium, & dicit, hanc concupiscentiam non esse, nec posse dici peccatum, quando nostræ voluntati non dominatur, ideòq; post baptismi susceptionem posse remanere, quamuis omnia peccata fuerint ablata. Quod si contingat nonnunquam hanc concupiscentiam appellari peccatum, profectò impropriè hoc dicitur (quemadmodum optimè notat *Suarez in comment. super 3. part. S. Thom. q. 69. art. 3.*) K vel quia ex peccato exoritur, vel quia ad peccatum inclinat; prout in varijs locis docet *August. lib. 6. contr. Iulian. cap. 5. & 6. Epist. 28. ad Hieronym. lib. 2. de peccat. merit. cap. 28. lib. 1. de Nup. & concupiscent. cap. 23. & seqq. & lib. 1. contr. duas Epist. Pelagij cap. 13. Vide de hoc Suarez loc. cit. vers. secunda ratio D. Thom. &c.* Deniq; hæc nostra sententia confirmari potest communi Theologorum consensu, qui vnanimiter docent, in præsenti

Conc. Trid. — *Concupiscentia carnalis remanet post baptismum.* — *Suarez* — *August.*

vita

A vita virtute baptismi has pænalitates nõ auferri. Ità *D. Thomas 3. part. q. 69. art. 3. Suarez ibid. disp. 26. Nugn. & Coninch. ibid. Phyliarc. 2. p. lib. 1. cap. 9. Reginald. in prax. for. pænitent. de baptism lib. 27. num. 63. Vazquez super 3. part. S. Thom. q. 60. art. 3. disp. 156. cap. 3. Henriquez lib. 2. de sacrament. cap. 16. num. 7. Fillsuec. tract. 2. cap. 5. q. 2. nu. 96. & Bonacin. tom. 1. de sacrament. baptism. disp. 2. q. 2. pun. 7. prop. 2.* qui adducunt permultas rationes, ob quas necessarium, atque expediens fuit

S. Thomas. Suarez. Nugnus. Phyliarcus. Reginald. Vazquez. Henriquez. Fillsuec. Bonacina.

B vt pænalitates presentis vitæ auferrentur. Primò, vt homines se exercerent ad luctam, & pugnam spiritualem cum merito fidei, vt deinde in regno cęlesti coronam incorruptibilis gloriæ obtinere possint. Secundo, vt quandam similitudinem haberent cum Christo, qui omnes calamitates, & pænalitates huius vitæ (præter carnis fomitem) sustinuit; vnde si Christus habuit corpus passibile, & mortale, decet nos esse passibiles, & mortales; nam non est conueniens

C sub capite spinoso, membra esse delicata: Tertio, vt homo secum ferat testimonium lapsus primi parentis, ac totius generis humani, ac per hoc discat quanta diligentia, quantaq; cura debeat obtęperare pręceptis Dei, qui ob vnius mandati transgressionem totum genus humanum tot, ac tantis pænalitatibus puniuit. Quarto, vt magnum fructum afferrent in patientia, nam quomodo homines se exercere possent in hac virtute, & ipsius actus operari, si calamita-

D tibus, & pænalitatibus huius ærumnosæ vitæ non affligerentur?

Pœna peccati per baptismum dimittitur.

Dicendum est secundo virtute baptismi omnem pænam peccatorum dimitti, ità vt si fidelis tunc decederet, nullum tormentum in purgatorio toleraret, sed omni sublato impedimento, ad regnum cæleste protinus euolaret. Definitum est hoc in *Concilio Florentino in decreto fidei post vltimam sessionem § primum omnium*, vbi de sacramento baptismi loquens sic ait, *Huius sacramenti effe-*

Conc. Flor.

E *ctus est remissio omnis culpæ originalis, & actualis, omnis quoq; pœnæ, quæ pro ipsa culpa debetur*. Hoc idem non obscurè colligitur ex *Concilio Tridentino in decreto de peccato originali sess. 5. can. 5.* vbi postquam damnauit asserentes per baptismum non remitti totum id, quod verè, & propriè peccatum est, & definiuit, nihil damnationis esse iis, qui verè consepulti sunt cum Christo addidit dicens, *Innocentes, immaculati*

Conc. Trid.

puri, innoxij, ac Deo dilecti effecti sũt, itàut nihil prorsus eos ab ingressu cęli remoretur. F Quibus verbis satis atque apertè indicat, recenter baptizatis omnem culpam, & pœnam temporalem fuisse remissam. Ob quam causam definitum fuit in *Cõcilio Flor.* baptizatis non esse imponenda opera satisfactoria pro peccatis ante baptismum commissis, prout aduertit, *Suarez super 3. part. S. Thom. q. 69. art. 3. disp. 26. sect. 1.* Item hæc eadem veritas clarius deducitur ex *eodem Concil. Trid. sess. 6. cap. 14.* vbi quodam discrimen ponens inter baptismum, & pœnitentiam, ex eo quod baptismus totam pœnam dimittit, pænitentia vero adeò iustificat lapsos post baptismum, vt aliqua satisfactio remaneat, non quidem prò pæna æterna, quæ simul cum culpa remittitur sed prò pæna temporali, de ipsa pænitentia loquens, hæc subiungit verba, *Quæ vt sacræ literæ docent non tota semper, vt in baptismo fit dimittitur illis qui gratiæ Dei, quam acceperunt ingrati Spiritum sanctum contristauerunt, & templum Dei, non sunt veriti violare*. Hoc idem supponit *sess. 14. cap. 8.* dum hoc modo loquitur, *Sanè, & diuinæ iustitiæ ratio exigere videtur, vt aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui antè baptismum per ignorãtiam deliquerunt, aliter verò, qui semel à peccatis, & demonis seruitute liberati, & accepto Spiritus sancti dono scientes templum Dei violare, & Spiritum sanctum contristare non formidarunt, & diuinam clementiam decet, nè ità nobis absq; vlla, vlla satisfactione peccata dimittantur*:

Suarez. *Conc. Trid.* G H

I Præterea ad confirmandam hanc veritatem adduci potest ille difficillimus locus *Pauli ad Hebr. 6. impossibile enim est, eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, & prolapsi sunt iterũ renouari ad pœnitentiam.* Quem videlicet locum, in hunc sensum explicant nonnulli Scholastici, & pręcipuè *Suarez d. disput. 26. sect. 1.* quamuis *Vazquez disput. 156. cap. 3.* contradicat, dicens hæc verba non esse ad rem, nam (inquit) non de baptismo, sed de pænitentiæ renouatione intelliguntur. Sed rè vera hoc loco Apostolum loqui de baptismo in pręcedenti *cap.* sufficienter probatum est. Nam in hoc sacramento homines illuminantur, vt ea, quæ ad fidem pertinent dilucidius agnoscant, & Spiritus sancti participes efficiuntur. Item adducitur illud ad *Hębr. cap. 10. Voluntariè peccantibus nobis post acceptam notitiam verita-*

Hębreos 6. *Suarez* *Vazquez* K *Hebr. 10.*

tis

A *tis iam non relinquitur prò peccatis hostia.* Quæ videlicet verba ad nostrum sensum trahit *Suarez d.disp.26.sect.1.*

Item accedunt non pauca testimonia Sanctorum Patrum, quibus solidius nostræ sententiæ veritas confirmatur.

Clemens Alex.

Clemens Alexandriu.lib.1.Pedagog.cap.6. vbi de sacramento baptismi loquens plures eius effectus enumerat dicens; *Multis modis vocatur hoc opus, lauacrum, quo peccata abstergimus, gratia, qua remittuntur pœna, quæ peccatis debentur.*

Cyprianus

Cyprian. lib. B *3.ad Quirin.cap.65. & serm. de ablution. pedum, vbi de baptismo,* ait *Sic lauans quos parentalis labes infecerat, vt neq; actualis, neq; originalis culpa vestigia relinquat.*

Greg.Pap.

Gregor. Papa lib. 9. cap. 39. vbi ait, *Animam in baptismo cœlestem munditiam consequi, radicitus à peccatis absolui, peccata in baptismo funditus dimitti.* Ad quorum verborum confirmationem affert illud

Ioann. 13.

Ioan. 13. *Qui lotus est non indige nisi, vt pedes lauet, sed est mundus totus.* Quæ planè verba Christi de sacra- C mento baptismi esse intelligenda ipsemet *Gregorius* existimat, quia ad hoc sacramentum præcipue, ac singulariter pertinet, animam fidelem ab omni reatu culpæ, & pœnæ nulla adhibita satisfactione absoluere, atq; ab omni fœditate spiritali per peccatum contracta abluere, atq; emundare. Vnde idem *Gregor.* de hoc sacramento loquens, protinus subiungit dicens. *Totus mundus dici non potest, cui de peccato aliquid remansit, sed nemo resistit voci veritatis, quæ ait, Qui* D *lotus est, mundus est totus, Nihil ergo ei de peccati sui contagione remanet, quem totũ fatetur mundum ipse, qui redemit.*

Proprium baptismi munus est, animam plene emũdare.

Deniq; adduci possunt complures rationes, quibus satis probatur post susceptionem baptismi, hominem remanere ab omnium culparum fœditate emundatum. Prima est, quia baptismus dicitur quædam regeneratio spiritalis,

Ioan.3. Tit.3.

Ioan.3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, &c. & ad *Tit.3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & re-* E *nouationis;* regeneratio autem supponit, omnimodam mortem peccatorum, & nouitatem spiritalis, & mundissimæ vitæ ità ut nihil de vetustate peccati remaneat, vnde

Roman. 6.

Apostolus ad Roman.6. ait. *Hoc scientes quod vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati,* vnde

Ambros.

Ambrosius in lib.4. de sacrament. cap. 2. ait, ad animam fidelem, quæ per baptismum de morte peccati ad vitam gratiæ resurrexit, *Dicet* (inquit) *anima tua Introibo ad altare Dei mei ad Deum* F *qui lætificat meam iuuentutem. Deposuisti peccatorum senectutem, sumpsisti gratiæ iuuentutem, Hoc præstiterunt sacramenta cœlestia. Ergo* dum homo in sacramento baptismi renascitur nulla debet ei, nec culpa, nec pœna imputari. *S*ecunda ratio est, quia dicit *Ambrosius in lib.1. de sacrament.* in baptismate omnem iustitiam nobis conferri. Nam *cap.4.* loquens de aqua baptismali, quæ per aquam Iordanis fuit præfigurata, sic ait. *Vidisti* (inquit) *aquam, sed non aqua omnis sanat,* G *sed aqua sanat, quæ habet gratiam Christi aliud est elementum, aliud est consecratio, aliud opus, aliud operatio. Non sanat aqua nisi Spiritus sanctus descenderit, & aquam illam consecrauerit, sicut legisti, quod cum Dominus noster Iesus Christus formam baptismatis daret, venit ad Ioannem, & ait illi Ioannes: Ego à tè debeo baptizari, & tù venis ad mè? Respondit illi Christus: Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Vide quia omnis iustitia in baptismate constituta est.* Hæc *Ambrosius.* H

Ambros.

Si igitur omnis iustitia in baptismo nobis confertur omnis sanctitas, omnisq; cordis munditia, ac perinde post huius sacramenti susceptionem, ab omni culpa, & pœna remanemus absoluti, quia nimirum, iustior, ac sanctior appellari potest ille, qui culpis, & pœnis satisfecit; quam qui solummodo satisfecit culpis, pœnarum autem obligationibus adhuc remenet alligatus. *Ego, &c.*

Gregor: Nazianz.

Tertia ratio est, nã *Greg. Nazian. Oration.50. quæ est de baptis.* inter alia encomia, quę huic sacramẽto tribuit, vocat illud; Præclarissimum, ac præstantissimũ beneficiorum Dei, sed hæc altissima præstantia in eo adesse optimè verificatur, si dicamus habere virtutem remittendi culpas, & pœnas, nam si solummodo culpas remitteret, quoad effectum nulla esset maior prestãtia in baptismo, quam in pœnitentia, quia sacramentum pœnitentiæ omnes culpas post baptismum perpetratas dimittit; ergo illa verba *D. Gregorij Nazianzeni* optimè exponuntur, si fateamur per baptismum di- K mitti omnes culpas, & pœnas. Et ità nobiscum sentit *Suarez disput.26. sect.1. vers. Taudem Ecclesiastica traditio, &c.* vbi prædicta verba exponens, ad nostrũ sensum trahit. Quarta ratio habet fundamentum in voluntate ipsius Christi institutoris, et *Auctoris* omnium *Sacramentorum*, qui voluit *Ecclesiam* suam esse putam sanctam, iustam, & immaculatam.

Baptismus remittit culpas, & pœnas:

Suarez

A latam, vt eam in ſponſam ſuam aſſumens, iurè dicere poſſet, *Tota pulchra, es amica mea, & macula non eſt in te.* etenim tota pulchra dici non poſſet, ſi poſt baptiſmum, peccatorum rubigo, quæ per ſatisfactionem, aut relaxationem non fuerit expiata remaneret. Hinc eſt quod animæ hanc rubiginem habentes iam vinculo carnis abſolutæ, in Regnum cæleſte protinus ingredi nequeunt; quia nimirum totalem, ac perfectiſſimam pulcritudinem non habent, qua fruitio-

Anima inquinata impeditur ab ingreſſu cæli.

B nis ſponſi cæleſtis participes fieri promereãtur. Quapropter omnipotẽs Deus eas igne purgatorij cruciat, ac concremat, vt omnium peccatorum rubigine ſublata puræ, & immaculatæ ad cæleſtem beatitudinem peruenire queant. Hinc *Bernardus tom. 1. in ſerm. de S. Nicolao* ſic ait, *Relitto mundo, & modo viuendi ſuſcepto tranſi ad tertiam, quæ eſt regio expiationis. In hac benignus pater examinat filios rubiginoſos ſicut examinatur argentũ, ducit per ignem, & aquam, vt aducat in*

Bernardus

C *refrigerium*. Quinta ratio eſt, nam conueniens eſt, vt pleniorem, & vberiorem miſericordiam conſequãtur illi qui peccauerũt ante baptiſmum, quam qui peccauerunt, poſt baptiſmum, tum propter ignorantiam legis Euangelicæ, tum propter carentiam gratiæ diuinæ quam ante baptiſmũ, non habebant; tum etiam propter abſentiam à lumine fidei Chriſtianæ; ſed lapſis poſt baptiſmum, pænitentia tribuit omnium peccatorum remiſſionem; ergo baptiſmus ſemel nau-

D fragantibus, & ad portum ſalutis redeuntibus largiri debet omnium culparũ, & pænarum remiſſionem. Deniq; hæc doctrina, quam vſq; adhuc docuimus, communis eſt apud omnes doctores, & præcipuè *D. Thom. 3. part. q. 69. art. 2. Peſant. ibidem Vazquez diſp. 156. cap. 3. Coninch. ſup. 3. par. S. Tho. ar. 3. Nugn. ibid. Bartholom. ab Ang. de baptiſ. §. 153. Suar. diſp. 26. ſect. 1. Petr. Ledeſm. de ſacram. baptiſm. c. 9. verſ. Tercera Concluſion. Phyliarch. 2. par. lib. 1. cap. 9. Tolet. lib. 2. cap. 22. Victor.*

S. Thomas. Peſant. Vazquez Coninch. Nugnus Barth. ab Ang. Suarez

E *de ſacrament. q. 20. Filliuc. tract. 2. cap. 5. q. 1. & Bonac. diſp. 2. 2. p. 7.* & alios. *Ex* his quæ hactenus diximus infertur, quod ſi homo poſt baptiſmi ſuſceptionem ſtatim moriatur, abſq; vllo impedimento in cælum euolat, & cæleſtis beatitudinis poſſeſſor efficitur. Ità *S. Thom. 3. p. q. 69. art. 7. Suar. diſp. 26. ſect. 1. Barthol. ab Ang. de baptiſm. §. 159. Tabien. verb. baptiſmus §. nu. 6. Silueſt. verb. Baptiſm. 6. nu. 1. Sot. in 4. diſt. 6. q. 1. ar. 5. Bonac. to. 1. de ſacram.*

Petr. Led. Phyliarch. Toletus Victor. Filliuc. Bonacin. S. Thomas Suarez Barth. ab Ang.

F *baptiſm. q. 2. diſp. 2. pun. 7. prop. 2. & alij, quos paulo ſuperius citauimus.* Et ratio eſt, quia per Chriſti paſſionem, & mortem aperta eſt ianua regni cæleſtis; vnde nullum aliud impedimentum obeſſe poteſt, niſi culpa originalis, vel actualis, vel pæna quæ pro ipſis culpis debetur; baptiſmus hæc omnia penitus aufert, prout ex ſupradictis apertè conſtat; ergo ſi baptizatus poſt baptiſmi ſuſceptionẽ, nulla commiſſa culpa deceſſerit, protinus in Regnum cæleſte euolat.

Tabien. Syluestr. Sotus Bonacin.

G

CAPVT XXIII.

An virtute baptiſmi remittantur peccata, quæ poſt ipſum perpetrantur.

PRæſens quæſtio poſt præcedentes diſſerenda proponitur adhoc, vt quorundam hæreticorum error cõfutetur, qui aſſerere auſi ſunt, quod homines ſola memoria baptiſmi poſſunt à peccatis poſt ipſum baptiſmũ cõmiſſis iuſtificari; itaut non ſit neceſſarium, aliud ſuſcipere ſacramentum. Ità docuit *Lutherus in lib. de captiui. Babilonic. cap. de baptiſ. Caluin. lib. 4. inſtitut. c. 15. §. 3. & Antidot. Concil. Trid. in can. 10. ſeſſ. 7. & Martin. Kemnitius in examin. ſeu cenſura eiuſdem can. 10.* Hoc autem aſſerere, non inane putauerunt, ex eo quod tenent ſacramenta non alio modo iuſtificationem operari, quam excitando fidem ex diuina promiſſione, at quia per ſolam memoriam baptiſmi fides excitatur, quemadmodum ſi quis ſemel aſpexerit crucifixum, in quem credit; toties actum fidei elicit, quoties talem crucifixum in memoriam reducit; hinc inferunt, & concludunt quod ſi homines memoriã baptiſmi habeant, eius effectum protinus per hanc ſolam memoriam conſequuntur, & per conſequens ab omnibus peccatis poſt baptiſmum commiſſis iuſtificantur. K

Hæreticorum error. H

Lutherus Caluinus Kemnit. Quid hæretici aſſerãt de operatione Sacramentorum. I

Hæc autem ſententia hæreticorum adeò eſt mollis, & delicata, vt merito dicere poſſimus cum *Bellarmin. lib. 2. de ſacrament. capit. 18.* quod neq; Epicuro diſplicere poſſet. Sed ſi eorum intentionem ſubtiliter indagare voluerimus, non ob aliam cauſam hanc ſententiam amplexi ſunt, quam vt ſa-

Bellarmi.

A cramentum Pœnitentię reijcerent, & tanquam inutile, & infructuosum repellerent. Vnde dixerunt Pænitentiæ Sacramentum nihil aliud esse, quam ipsum baptismum, memoria, & fide repetitum. Quapropter quandam æqualitatem effectus, inter baptismum, & pænitentiam ponunt, quia sicut post baptismum non est necessarium, vt homo ad obtinendam veniam, & remissionem pęnarum temporalium, indulgentijs,
B vel alijs operibus satisfactorijs vtatur, nec pęnas Purgatorij, post hanc vitam sustineat; ita post pęnitentiam, idest post habitam memoriam baptismi non est necessaria aliqua satisfactio pro peccatis. Hinc vt ostenderent hanc solam memoriam baptismi sufficere ad delenda peccata, quæ post baptismum perpetrantur, & nullo modo esse necessarium Sacramentum Pęnitentiæ, de manifesto errore corrigunt, atque repre-
C hendunt *Hieronymum in cap. 3. Isa. & in epistol. ad Demetriad.* & ante ipsum longè antiquiorem *Tertullianum in lib. de Pænitentia*, qui dixerunt baptismum esse secundam tabulam post naufragiū. Quam videlicet reprehensionem sub colore cuiusdam rationis contegunt, quia (inquiunt) Nauis baptismi nunquam frangitur, sed semper incolumis, & inconcussa permanet. Vnde si quis lapsus fuerit in profundum peccatorum, ad ipsam securus ire debet; idest per ip-
D sius memoriam, quia eum expectat, vt amissam salutem ei restituat; vnde non opus est, vt ad aliam tabulam, idest ad Pænitentiam causa acquirendę salutis confugiat.

Hieron. Tertull.

Baptismus solum peccata præterita remitti. Sed hæc sententia omnino aduersatur fidei catholicæ, quæ tenet virtute baptismi, solum peccata præterita remitti, non autem futura, quæ post ipsum baptismum perpetrantur. Hoc expresse definitum est in *Concilio Trid. sess. 7. can. 10.* vbi prædictorum hæretico-
E rum error damnatur his verbis. *Si quis dixerit peccata omnia, quæ post baptismū fiunt sola recordatione, & fide suscepti baptismi, vel dimitti, vel venialia fieri, anathema sit.* Quam videlicet catholicam doctrinam fusius comprobāt, atq; confirmant nonnulli Scholastici recentiores, & præcipuè *Bellarmin. lib. 2. de Sacrament. cap. 18. Suarez disput. 26. sect. 1. vers. Dico quarto, & Vazquez super 3. par. S. Thom. q. 69. art. 7. disp. 156. cap. vlt. num. 74.* Item accedit sententia *D. Hieronymi, & Tertulliani loc. cit.* qui dicunt Pęnitentiam esse secundam tabulam post naufragium, quod etiam colligitur ex *Concilio Tridentino sess. 6. can. 14.* Vnde ad hoc institutum est Sacramētum Pęnitentiæ, vt post baptismum naufragantibus salus, & gratia, atq; iustificatio darētur virtute Pęnitentiæ, ex eo quod iterum virtute baptismi conferri non possint. F

Conc. Tr.

Bellarm. Suarez Vazquez

Deniq. ad confirmandam hanc veritatem adduci possunt complures rationes. Prima est, quia si sola memoria Baptismi sufficeret ad delenda peccata post ipsum baptismum commissa, non esset necessarium Sacramenti Pænitentiæ, ac proinde frustratoria, & inutilis redderetur huius Sacramentum institutio. G Constat autem tum ex sacris scripturis, tum etiam ex sanctis Patribus, Pænitentiam esse necessariam hominibus lapsis post baptismum, itā vt si hoc Sacramentum contemnatur, & abijciatur; salus æterna acquiri nequaquam possit; ergo &c. Secunda est, nam *Apostolus Paulus ad Hebr. 6.* ait, *Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiā donum caleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, & prolapsi sunt, iterum renouari ad pænitentiam.* H Ex quibus verbis apertè constat non posse homines lapsos post baptismum virtute huius Sacramenti, remissionem obtinere de illis peccatis, quæ post baptismum sunt cōmissa. Et in hoc sensu prædicta verba *Apostoli* interpretātur *D. Chrysostom. in comment. super epistol. ad hebr. cap. 6. ibi. Theophylact. Theodoret. & Hieronym. Ambros. lib. de pænitent. cap. 2. Augustin. lib. 1. de vera, & falsa pænitent. cap. 3. Epyph. lib. de hæresib. hæres. 59. non long. à princ. Pamell. in lib. Tertull. de Pudicitia schol. 178. Phylastr. lib. de hæresib. hæres. 89.* I Tertia ratio est, quia si verum esset id quod hæretica perfidia asseuerat, vtique facilius esset inuenire remissionem peccatorum in memoria baptismi; quam in ipsius vera susceptione. Sed expresse repugnat præcitatis verbis *Apostoli ad Hebr. 6.* ergo &c. Quarta, & vltima ratio est, quia si vera esset hęreticorum sententia, proculdubio sequeretur, vt baptismus esset reiterabilis; K Ex hoc enim quod homines per solam memoriā susce pti Baptismi à peccatis post baptismum commissis iustificarentur, vtiq. per hanc nouā susceptionē nouū effectū huius sacramenti consequerentur, & per consequens hoc Sacramētū reiterabile redderetur. Cōstat aūt baptismū esse inreiterabilē. prout in hoc *tom. 2. lib. 2. 1. c. 15. ex scripturis, & SS. PP.* sētētiis probauimus ergo

Confirmatur hæc veritas rationibus

Hebr. 6.

Chrysost. Theophil. Theodor. Hieronym. Ambros. Augustin. Epiphan. Pamellius. Phylastr.

A ergo dicendum est, virtute baptismi non posse dimitti peccata, quæ post ipsum perpetrantur; sed necessariam esse pænitentiam, quæ est secunda tabula post naufragium. Sed hoc vlterius, ac fusius probabitur atq; explicabitur in tom. de pænitentia, prout in suo proportionato loco.

Solum hic breuiter aduotare possumus, hanc doctrinam, quam vsq; adhuc
B probare, atq; explicare conati sumus adeò certam, ac veram esse, vt conclusio ex ea illata, sit de fide, quemadmodum optimè animaduertit *Suarez disput. 26. sect. 1. vers. Dico quarto*. Nam expressè definitum est hoc in *Concilio Trident. sum sess. 7. can. 10. tum etiam sess. 6. cap. 14. & sess. 14. cap. 1. & 2.* vbi expressè habetur, voluntariè peccantibus post baptismum necessarium esse pænitentiæ sacramentum, per quod beneficium mortis
C Christi ipsis applicetur. Hinc *Bellarm. lib. 2. de Sacrament. cap. 18.* contra hæreticorum insidias acerrime decertans probat amissam gratiam baptismi, non posse recuperari per baptismum, sed querendum esse aliunde remedium magis arduum, & difficile, idest sacramen-
D tum pænitentiæ post quod remanet luēda temporalis pæna prò satisfattione, & inde consequitur vtilitas indulgētiarū, Purgatorij, & bonorum operum, quæ in pænitentiam, & remissionem peccatorum fieri solent.

Suarez

Con. Trid.

Bellarmin.

E

CAPVT XXIV.

An baptismus faciat homines impeccabiles.

HÆretica peruersitas, vt luxuriæ carnali laxaret habenas non solum plures effectus baptismi veros denegauit, sed etiam permultos mendaciter ei adscripsit nullo modo conuenientes. Inter quos iste est præcipuus, ac principalis, nempè virtute baptismi reddi homines impeccabiles, ità vt nullo modo peccare possint, vel si peccarent nullo modo posse damnari dūmodo è fide Christiana, & Ecclesia catholica non discesserint. Primam partem huius sæntentiæ quoad impeccabilitatem, quę emanat ex virtute baptismi, tenuit quidam hæreticus antiquior, no-

Hæreticorum error.

Iouinianus hæreticus.

mine *Iouinianus*, qui docuit, post baptismi susceptionem, quandam impeccabilitatem succedere, ità vt homo si deinceps peccaret ostenderet se non fuisse baptizatum, sed tantum aquæ elemento tinctum. Ità refert *Hieronym. lib. 2. cont. Iouinian. Augustin. lib. de hæresib. cap. 82. Bellarm. lib. 2. de Sacramen. cap. 14. & Vazquez disp. 156. cap. 6.* F

Hieronym.
Augustin.
Bellarmin.
Vazquez

Hic autem error fundamentum habebat in illo *Ioann. 3. Omnis* (inquit) *qui natus est ex Deo peccatum non facit, quia semen ipsius in eo manet, & non potest peccare quoniam ex Deo natus est*. Et 1. *Ioan. 5. Qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei conseruat eum*. Sed hic error faciliter refellitur si adducantur nō nulla præcipua loca Sacræ Scripturæ, quibus ostenditur post baptismum posse homines peccare, & illam gratiam quā in Baptismate habuerunt, amittere. Ad *Hæbr. 6. Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati gustauerunt etiam donum cęleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, & prolapsi sunt* &c. Vbi Apostolus apertè loquitur de fidelibus baptizatis, qui post adeptam gratiam cęlestem, & illuminationem fidei, in noua peccata prolapsi sunt. Item adducitur illud *Roman. 11. Tu fide stas, noli altum sapere, sed time* & illud *2. Petr. 2. Melius erat eis non cognoscere viam iustitiæ &c.* Nec obstat, quod *Ioannes loc. citat.* ait, nam illa verba iuxta communem expositionem. ità sunt intelligenda. Quandiù scilicet homo manet in gratia & ex illa operatur; ità vt otiosam eam in seipso stare nunquam permittat, & tunc non potest peccare, non autem ex illis verbis infertur, quod non possit peccando prædictam gratiam amittere. Et hæc est expositio; quam ex communi sententia Theologorū colligit *Vazquez disp. 156. cap. 6.* Vel dicamus cum *Bellarmin. lib. 2. de Sacrament. cap. 14.* Quod testimonia ex epistola Ioannis accipienda sunt in sensu composito, quemadmodum & illud *Matth. 7. Non potest arbor bona malos fructus facere*, nimirum dum permanserit arbor bona. Vnde significare solummodo voluit *Ioannes*, quod non potest homo iustus, & sanctus, mala opera, idest peccata committere, dum in statu iustitiæ, & sanctitatis perseuerat, nec potest iustitia, & charitas simul eum peccato in vno eodemq; homine stare. Hanc expositionem tradit *D. Augustinus tract. 5. in d. epistol. Ioann. & D. Hieronym. lib. 2. contr. Iouinian.* vbi aduer-

Ioan. 3.
G *Ioan. 5.*
Hebr. 6.
H
Roman. 11.
2. Petr. 2.
I
Vazquez
Bellarmin.
Matt. 7.
K
Augustin.
Hieron.

A aduersus hunc errorem fusè, atq; acer-
rimè decertat.

Alii vero hæretici, vt remissius vi-
uerent, & nulla legis Euangelicæ auste
ritate astringerentur, dixerunt homines
baptizatos nullo modo posse æterna dā-
natione puniri, etiam si sceleratissimè,
& iniquissimè viuerent; dummodo ta-
men ab Ecclesia Catholica non discesse-
rint. Contra quem errorem *D. August.*
peculiarem librum, qui inscribitur. De
B *fide, & operibus*, edidit. Eundemq; er-
rorem confutat idem *Augustinus in lib.*
Augustin. 21.*de Ciuitat. Dei cap.* 25. his verbis. *Sed*
iam respondeamus etiam illis, qui non solū
diabolo, & Angelis eius, sicut nec isti, sed ne
ipsis quidem omnibus hominibus liberatio-
nem ab æterno igne promittunt; Verum
eis tantum, qui Christi Baptismate ab-
luti, & corporis eius, & sanguinis par-
ticipes facti sunt, quomodolibet vixe-
rint, in quacunque hæresi, vel impietate
C *fuerint. Sed contradicit eis Apostolus di-*
cens Manifesta autem sunt opera carnis,
quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria,
idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ
contentiones emulationes, animositates, dis-
sensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, com
messationes, & his similia, quæ prædico vo-
bis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt,
Regnum Dei non possidebunt. Hæc pro-
fectò Apostolica falsa est sententia, si tales
post quantalibet tempora liberati Regnum
possidebunt. Sed quoniam falsa non est,
D *profectò Regnum Dei non possidebunt. Et*
si Regni Dei possessione non erunt, æterno
supplicio tenebuntur, quoniam non est lo-
cus medius, vbi non sit in supplicio, qui
illo non fuerit constitutus in Regno. Hæc
Rom. 8. *D. Augustinus*. In cuius sententiæ con-
Ephes. 5. firmationem plura alia loca Sacræ Scri-
Galat. 5. pturę adduci possunt, quibus apertè
1.*Cor.* 6. ostenditur, homines baptizatos æternę
1.*Thessal.* 4 mortis damnationem esse puniendos, si
1.*Timot.* 6. impiè, peruersè, & sceleratè vixerint.
Roman. 8. *Si secundum carnem vixeritis*
E *moriemini*, Similia habentur *Ephes.* 5.
Galat. 5. 1. *Corinth.* 6. 1. *Thessal.* 4. 1. *Ti-*
moth. 6.

Sed hunc antiquum errorem, hęreti-
ci nostrorū temporū renouarunt, atque
instaurarunt; ità vt veram similitudinem
gerat cuiusdam malę arboris, antiqui-
tus pręcisæ, de cuius radice, noua ger-
Lutheri error mina pullulant prauos fructus producē-
tia. Nam *Lutherus in lib. de captiuit. Ba-*
bilonic. cap. de bptismo, docet hominem
baptizatum non posse damnari, nisi no-
lit credere. Ibique affert illa verba, quæ
Concilium Trident. sess. 7. *can.* 6. damna- F
uit. Cuius sententiam, omnes eius di- *Conc. Trid.*
scipulos fuisse sequutos, refert Bellarmin. *Bellarm.*
lib. 2. *de Sacrament. cap.* 4. *At Martinus* *Martin.*
Kemnit. in examine d. can. 6. *Concil. Trid.* *Kemnit.*
Lutherum ab hoc pessimo errore, qui ei
imputari solet, liberare conatur. *Refe-*
runt enim eum docuisse, quod si homo
nullatenus à fide Christiana descendens
quoduis aliud peccatum, vel quæcunq;
alia peccata perpetrauerit, dummodo
credat ea sibi non imputari, proinde
idem est, ac si nunquam talia peccata G
perpetrasset, quia ea rè vera ipsi non
imputantur. Nescio tamen cui funda-
mento innixus *Lutherus*, hanc pessimā
peruersamq; doctrinam, ediderit, quæ
nimirum si subtiliter discutiatur, nullo
modo est Christiana; sed omnino Epicu
rea. Ob quam causam (vt diximus) *Mar-*
tinus Kemnitius ab hoc errore eum li-
berare nititur. Sed si eius scripta perle-
gantur, omnis excusatio inualida, atq;
infructuosa apparebit. Nam in *lib. de*
captiuitat. babylon. cap. de baptismo, loquēs H
de homine baptizato sic inquit. *Nulla*
peccata eum possunt damnare, nisi sola in-
credulitas, Cætera omnia si redeat, vel stet *Opinio Lu-*
fides in promissionem diuinam baptizatis *theri est E-*
factam, in momento absorbentur per ean- *picurea.*
dem fidem. Et in *serm.* 1. *de Euangelio fe-*
ria secunda Pentecostes in illud, sic Deus
dilexit mundum &c. ait, *Vbi fides est, ibi*
nullum nocet peccatum. Hoc idem repe-
tit *in lib. de votis monastic.* vbi ait, *creden-*
tes in Christum, nulla sunt tam mala ope-
ra, quæ possint ipsum accusare, & damna- I
re.

*E*x quibus verbis apertè constat, atq;
colligitur, ei verè, ac rationabiliter
fuisse imputatam illam secundam pro-
positionem, erroris fœditate aspersam,
qua dicebat, Omnia peccata esse anne-
xa, atq; coniuncta infidelitati, sed hæc *Confuta-*
omnia per solam fidem posse dimitti, *tur error*
atque deleri, vnde vult nullum peccatū *Lutheri*
posse stare cum fide, quemadmodum
Catholici nostri fatentur de charitate,
cui nullum pecatum mortale posse esse K
admixtum, aut coniunctum edocent.

Sed omnes isti errores damnati sunt,
ac confutati in *Concilio Trid. loc. cit.* &
meritò, nam omnino, ac manifestè diui-
nis scripturis repugnant; quę docent nō
posse homines per solam fidem iustifi-
cari, si non bona, sed praua opera 1.*Cor.* 13.
egerint. *Ità* habetur 1. *ad Corinth.* 13.
Si habuero omnem fidem, ità ut montes 1.*Timot.* 1.
transferam, charitatem autem non habue-

A *ro, nihil mihi prodeſt.1.ad Timoth.1.Quidam circa fidem naufragauerunt. Et Iacob. Fides ſine operibus mortua eſt.*

Caluini error

Denique *Ioannes Caluinus in Antidoto Concil.Trid.ſeſſ.7.can.7.de Baptiſmo*, dicit, quod per baptiſmum tanquam per Dei Chyrographum certiores redimur de perpetua adoptionis gratia. Vnde concludit hominem ſemel habita vera iuſtificatione, non poſſe gratiam, & ſalutem amittere. Deinde *lib.3.inſtitut.cap.2.§.11.& 12.* dicit veram fidem ſemel habitã perdi nõ poſse, eãq; eſse proprium donum electorum. Sed hic hæreticus à veritate catholica longè diſtãs. apertè ſacris ſcripturis aduerſatur. Nam legimus permultos fideles poſt acceptum donum fidei, quia in charitate, & gratia non permanſerunt, propter mala opera ſubſequentia periiſse. Sic legimus in *Act.Apoſtol.cap.8.* Simonem Magum credidiſse in Chriſtum, ac Baptiſmi Sacramentum ſuſcepiſſe, ſed poſtmodum à fide, & charitate excidit, ideoque æterna damnatione fuit punitus. Nihil ergo ei profuit ſemel accepiſſe fidem, nihil ei profuit ſemel in baptiſmo obtinuiſſe gratiam, & ſalutem, cum poſtmodum per ſubſequens peccatum, non ſolum fidem, ſed etiam gratiam, & ſalutem amiſerit. Hæc eadem doctrina contra *Caluinum* deſumitur ex illo 1.*ad Tim.4. In nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, & cap.6. Radix omnium malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes, errauerunt à fide, & 1. Timot.1. Quidam circa fidem naufragauerunt, & Act.20. Ex vobis ipſis exurgent viri loquentes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe.* Ex his igitur liquido conſtat poſſe fidem amitti, ex quo nimirum procedit peccatũ infidelitatis. Hinc legimus, Iulianum Apoſtatam antequam ad faſtigium dignitatis Imperialis aſcẽderet, fuiſſe fidelem Chriſtianum, baptiſmo Chriſti obſignatum; ſed ſuſcepta Imperij poſſeſſione, ac dominatione, illico fidem Chriſtianam deſeruit, ac infidelitatis, & gentilitatis erroribus ſe totum tradidit; vnde merito Apoſtata appellatus eſt.

B *Confutatur* · *Act.8.* · C · *1.Timot.1.* · *1.Timot.4. & 6.* · *Act.20.* · D · *Poſt baptiſmum poteſt fides amitti.* · E



CAPVT XXV.

Per baptiſmum non liberari homines ab obligatione legis Dei, catholica fides, contra hæreticorum doctrinã docet, ac tenet.

F · G

NOnnulli hæretici recentiores, legis diuinæ leue iugum ægrè portantes, illud proijcere conati ſunt, ad hoc, vt voluptatibus carnis, & delitijs huius ſæculi expeditius poſſent vacare. Vnde nonnulla loca Sacræ Scripturæ malè interpretantes, & ad ſenſum ſuę corruptæ voluntatis trahentes, ex ipſis probare conati ſunt, homines per baptiſmum liberari ab obligatione legis diuinæ. Ità docet *Lutherus in lib.de votis monaſtic.* vbi tenet poſt baptiſmi ſuſceptionem ſuccedere quandam ſolutionem cuiuſcunque obligationis in adimplenda lege Dei: & hanc ipſe appellat libertatem Euangelicam. Hoc idem docet in argument. *Epiſt.ad Galat. Summa* (inquit) *an et ſapientia Chriſtiana eſt neſcire legem, ignorare opera, & totam iuſtitiam actiuam.* Et paulo inferius hoc idem repetit, dum ſubiungit dicẽs. *Ad nouum hominem nihil pertinet lex.* Similia ſcribit *in commentar.cap.2.eiuſdem epiſtol.ad Galat.* vbi hoc ponit Dialogum *Si conſcientia dictat, peccaſti, reſponde peccaui. Ergo Deus puniet, & damnabit. Non. At lex Dei hoc dicit, ſed nihil mihi cum lege. Quare? quia habeo libertatem* Et tandem *in lib.de libertat. Chriſtian.* eundem errorem ſequens dicit, *Nullo opere nulla lege Chriſtiana homini opus eſt, cum per fidem liber ſit ab omni lege.* Hanc eandem hæreſim apertè ſequutus eſt *Ioannes Caluin.lib.3.Inſtit.cap.19.§.2.4.& 7.*

Hæreticorum Error · H · *Lutherus* · I · *Caluinus.* · K

Sed antequam hanc hæreſim refellamus. Aduertendum eſt hic cum B[e]l*larmin.lib.1.de Sacram.baptiſ.c.15.& 16 & cum Vazquez diſp. 156. cap.6.* quod prædicti hæretici ſuam ſententiam hoc modo explicant. Volunt enim poſt ſuſceptionem baptiſmi homines ab obligatione legis diuinæ remanere ſolutos, non quod nullum peccatũ perpetrent, ſi aliquod mandatum diuinum fuerint tran-

Bellarmin. · *Vazquez*

A transgressi; sed confitentur per hanc transgressionem homines verè peccare, at hoc peccatum illis non imputari, ita vt per ipsum damnari possint; quia (vt diximus) existimant homines virtute baptismi effici liberos ab obligatione legis Dei. Deinde, vt hanc falsissimam sententiam ab argumentis, quæ in contrarium adduci possunt, defenderent, in alium errorem prolapsi sunt, dicentes, Omnia opera iustorum esse peccata;

Execrabilis hæreticorum opinio,

B vnde quamuis ipsi vniuersam iustitiam adimpleant, tamen per hæc bona opera, nec legi Dei, nec legi Ecclesiasticæ adhuc satisfaciunt.

Cōfutatur hæreticorū error, & stabilitur assertio de fide

Sed fides catholica tenet, ac docet homines per baptismum non liberari ab obligatione legis diuinæ, sed teneri omnia præcepta diuina, atque Ecclesiastica obseruare, adhoc vt salutem, & vitam consequantur æternam. Hæc veritas declarata fuit in *Conc. Trident. sess. 7. can. 7. de baptism.* vbi prædictus error

C *Lutheri, & Caluini* apertè damnatur his verbis. *Si quis dixerit Baptizatus per baptismum ipsum solius tantum fidei fieri, non autem vniuersæ legis Christi seruandæ; anathema sit.* Ex quibus verbis infertur, ex baptismo oriri obligationem seruandæ Christi legis.

Conc. Trid.

In cuius veritatis confirmationem adduci possunt non pauca loca Sacræ Scripturæ, ex quibus aperte constat, baptizatos de necessitate salutis teneri ad

D seruandam vniuersam Christi legem. *Matth. 19. Si vis* (inquit) *ad vitam ingredi, serua mandata. Roman. 8. Debitores sumus non carni, vt secundum carnem vixeritis moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Matth. vlt.* Docete *omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis.* Vnde, & *Paulus Apostolus* confitetur se esse sub lege Christi,

Matth. 19.
Rom. 8.
Matth. vlt.
1. Cor. 9.

E & ei mente seruire. 1. Cor. 9. *Cum ego* (inquit) *sine lege non essem, sed in lege essem Christi, & Roma. 7. Mente seruio legi Dei.* Deinde idem Apostolus pluribus in locis passim nos docet, homines in futuro sæculo esse iudicandos secundū opera sua siue mala, siue bona, quę in hac vita egerunt. Ita 2. *Corin. 5. Omnes nos* (inquit) *manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis, sicut gesserit, siue bonum, siue malum, Galat. 6. Nolite errare Deus non irridetur, quæ seminauerit homo, hæc & metet, Col. 3. Qui iniuriam facit, recipiet id quod iniquè gessit. Psal. 27. Tu reddes vnicuique iuxta opera sua, Apoc. ca. 13. Opera enim illorum sequuntur illos, & Apoc. 20. Iudicati sunt mortui ex his, quę scripta erant in libris. Luc. 16. Redde rationem villicationis tuæ. Et* Matth. 12. *Ex verbis tuis iustificaberis.* Vnde, & *Glosa super epist. 2. ad Corint. 5.* ait, *Nullus meretur nisi dum in corpore est. Hic omne meritum comparatur, quo possit quispiam post hanc vitam releuari, vel grauari. Frustra Ergo homo sibi post hoc corpus promittit, quod in hoc corpore compare neglexit.*

Rom. 7.
2. Cor. 5.
Colos. 3.
Psalm. 27.
Apoc. 13.
F
Apoc. 20.
Luc. 16.
Matth. 12
Glosa
G

Responsio Luthers

Sed Lutherus hæc testimonia scripturarum sibi contraria præcognoscens, talem responsionem *in commentar. super dictam Epist. ad Galat. cap. 3.* profert. *Cū illaqueant* (inquit) *te argumentis ex scripturis prò defensione bonorum operum desumptis, sic tripliciter respondendum est.* Hic *mecum est Christus, illic nobiscum scripturæ testimonia pro operibus, Christus*

H *autem Dominus est scripturæ, & bonorum operum. Item responde simpliciter. Tu vrges seruum idest scripturam, quam relinquo tibi, ego vrgeo* Dominum, *qui rex est scripturæ.* Sed hæc responsio prorsus insipiens, ac inanis est, nam supponit aliud docere scripturam, & aliud docere Christum, quasi si Christus, non sit idem qui per scripturas loquitur. *N*unquid igitur mētitur scriptura, & veritatē dicit *Lutherus*? Cur scripturæ testimo-

Refellitur

I nia reijcit, cum & ipsam alio loco allegauerit, ad reijciendas permultorum *S*anctorum *P*atrum authoritates? Proculdubio illud assequi conatus est; vt ipse solus maiorem haberet authoritatē in *E*cclesia; quam omnes Patres, omniaque scripturæ testimonia, & Conciliorum decreta.

Probatur assertio rationibus.

Denique afferre possumus rationes, quibus hanc hæreticorum sententiam falsissimam esse ostenditur. Prima est, quia si homines non tenerentur sub iugo legis Dominicę humera inclinare, proculdubio vnicuique liceret, facere id quod vult, ex quo profectò magna scandala, & damna prouenirent; quia natura humana potius ad malum, quam ad bonum procliuis, ad assiduā operationem magnorum malorum irreparabiliter prolaberetur; & quasi superbus æquus, absque vllo fræno, ad præcipitium, & vltimum interitum velociter curreret. Timor enim Domini, & eius mandata, concupiscentiæ carnalis indomitos, & rebelles insultus validè coercent, quod si hæc tollantur,

Prima ratio.
K

vtique

A vtiqne cato pugnans aduerſus ſpiritum vincet, & prædominabitur, ſed qui ſecundum carnem vixerint) iuxta *Apoſtoli* voce) morientur. *S*ecunda ratio eſt, nam iuſticia diuina exigit,vt quemadmodū bona opera præmientur, ita & mala opera puniatur:vnde frequēter dici ſolet.Nullum malū impunitum,& nullum bonum innumuratum: ergo hoc ipſum, quod homo etiam baptizatus peccat, de rigore iuſtitiæ, condignam

2.ratio.

B pœnam, pro ſatisfactione offenſæ Dei, & imputationem talis delicti, habere debet; ergo non eſt vera illa propoſitio hæreticorum, qua dicunt peccata hominibus baptizatis non imputari; Tertia ratio eſt, quia non benè conueniunt, nec conſonant iſtæ duę propoſitiones, quas hæretici ſtatuunt, ſcilicet Homines baptizati non tenentur obſeruare legem Dei, quia virtute *B*aptiſmi à tali vinculo ſunt ſoluti,& homines quandocunque pręcepta legis Dei tranſgrediū-

C tur, peccant quidem, ſed virtute baptiſmi talia peccata eis non imputantur. Si enim conceditur eos peccare, quandocunqne legis diuinæ præcepta tranſgrediuntur, vtique concedendum eſt pariter eos manere ſub lege,& ad eius obſeruantiam teneri, nam peccatum perpetratur per tranſgreſſionem legis, & nemo poteſt peccare, niſi qui manens ſub lege, eam tenetur obſeruare; ſed tamen eam non obſeruat, Vnde *Apoſto-*

Ille peccat, qui manet ſub lege

D *lus Paulus ad Roman.7.* ait; *Sed peccatum non cognoui niſi per legem, nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, Non concupiſces.*

Rom.7.

Inſuper hæretici, vt maiorem libertatem in operibus ſuis prauis haberent; dixerunt homines virtute Baptiſmi non ſolum liberari ab obligatione legis diuinæ, ſed etiam ab obligatione legis Eccleſiaſticæ, Ità docuit *Lutherus in lib.de captiuitat.Babylonic.cap. de baptiſmo*, &

Alter hæreticorū error

E alibi, vbi dixit, non poſſe Summum Pontificem, aut vllum hominum, nec

F vllam ſyllabam ſtatuere, qua obligentur conſcientię baptizatorum. Hoc autem dicere auſus eſt, quia exiſtimabat tantam eſſe libertatem hominis baptizati, vt nullus homo etiam Papa, vinculo alicuius legis Eccleſiaſticæ eum poſſit conſtringere. Vel hoc dixit(iuxta opinionem *Vazquez diſp.156.cap.6.*) quia vllo modo concedere volebat *S*ūmum Pontificem, & alios Eccleſiæ Prælatos habere facultatem imponendi aliquam legem, vel aliquod præceptum, præter ea, quæ,in lege nuturali, & in

Lutherus

Vazquez

G lege diuina impoſita ſunt; nam ſi concediſſet Prælatos*E*ccleſiæ, & *S*ummum Pontificem hanc habere authoritatem, vtique illa tragiſuerſatione vſus fuiſſet, quam adinuenit,vt homines baptizatos ab obligatione legis diuinæ alienos efficeret.

*S*ed hic error tanquam hæreticus, & fidei catholicæ repugnans meritò damnatus eſt *in Concilio Tridentino de Baptiſmo ſeſſ. 7.can.7.* vbi hæc habentur verba *Si quis dixerit baptizatos liberos eſſe ab*

Refellitur.

Con.Trid.

H *omnibus Sanctę Eccleſiæ præceptis, quæ vel ſcripta, vel tradita ſunt, ità vt ea obſeruare non teneantur, niſi ſè ſua ſponte illis ſubmittere voluerint, anathema ſit.* Deniqne in confutatione huius erroris, in ampliorem ſermonem mè extendere nòlo, quia neceſſarium eſſet probare, quomodo *S*ummus Pontifex authoritatem, ac poteſtatem habeat, imponen-

Summus Pontifex poteſt impo nere præcepta.

I di aliqua præcepta, ſicut de facto videmus ea fuiſſe impoſita, vnde hac ſuppoſita veritate neceſſario concedendum eſſet, homines baptizatos, eorum obligatione aſtringi, atque alligari. *A*t quia huiuſmodi eractatio extra propoſitum noſtrum eſſet,idcirco eam omittimus,intetea vide de hoc *Bellarmin. lib. de Summo Pontifice, & lib. 2. de Sacram. in gener.cap.31.& Vazquez.c.2.diſp.152.*

Bellarmin.
Vazquez

DE

A B



DE SACRAMENTIS TOMVS SECVNDVS
LIBER QVARTVS
CAPVT PRIMVM

C *An baptismi Sacramentum conferat suscipientibus gratiam, & dona super naturalia, quæ ipsam gratiam consequuntur.*



D OLim fuisse dubitatum, & in controuersia positū certum est, an virtute Baptismi paruulis baptizatis gratia, & virtutes simul infunderentur, an verò remissio peccati originalis tantum, absque infusione gratiæ, & virtutum. Hanc quæstionem in scholis fuisse diu discussam, tempore *Innocentij III. & Clementis V.* constat, tum ex verbis ipsius *Innocentij in cap. Maiores* §. 1. *sub finem de Baptism. & eius effectu, & ex Clementin. vnica* §. *Ad hoc baptisma de Summa Trinit. & fide Catholic.* Vnde *Innocentius III.* hanc controuersiam cernens, nihil tanquam certum, & indubitatum definire, ac decernere ausus est. *At Clemens V.* cum consensu Concilij Viennensis defi niuit, in baptismo, non solum paruulis, sed etiam adultis, gratiam habitualem, & virtutes, quæ ipsam gratiam consequuntur infundi. Hanc autem sententiam idem *Clemens* declarauit, non esse tenendam tanquam fidei dogma, sed tanquam probabiliorem, ac Sanctorum Patrum testimonijs, & Scholasticorum doctrinis magis consentaneam.

Innocen. 3. *Clem.* u. 5

E

Con. Vien.

F Insuper ijsdem temporibus in scholis fuit disputatum, an gratia, & virtutes, quæ per Baptismum infunduntur, sint qualitates, & habitus inhærentes nobis, sed ab *Innocentio III. in d. cap. Maiores, de baptismo, & à Clemente V. in Concilio Viennensi, & refertur in clement. 1. de Summa Trinit. & fide Catholic.* fuit decisum partem affirmantem esse veriorem, ac probabiliorem, non tamen de fide esse tenendam, quem admodum testatur *Suarez disput. 26. sect. 2.* I

Sed nunc de fide tenendum est, baptismum suscipientibus conferre gratiam & dona supernaturalia, seu virtutes infusas, quæ ipsam gratiam consequuntur. Dummodo nullus obex ex parte suscipientis ponatur. Ità docent communiter Doctores, & præcipuè *D. Thomas 3. p. q. 69. art. 4. Pesant. ibidem, Coniuch. in comment. super dictum art. 4. Suarez disp. 26. sect. 2. Vazquez. disp. 126. cap. 5. Ledesma de Sacrament. Baptism. cap. 3. conclus. 3. Tolet. lib. 2. cap. 22. num. 1. Chamerot. de Baptism. cap. 6. dub. 2. & 3. Filliucc. de Sacrament. tract. 2. cap. 5. q. 3. num. 98. Bonacin. tom. 1. de Sacrament. baptism. disp. 2. q. 2. pun. 7. propos. 1.*

Pars affirmatiua de fide

S. Thomas Pesantius Coniuch. Suarez Vazquez Ledesma Toletus Chamerot. Filliucc. Bonacin.

Hoc autem probatur primo authoritate Sacræ Scripturæ ad Tit. 3. vbi ait Apostolus, *Saluos Nos fecit per lauacrum regenerationis Spiritus sancti, quem effudit*

Probatur Tit. 3. Ephes. 5.

A *dit in nos abunde*, idest ad remissionem peccatorum, & copiam virtutum, prout *Glos. interlinearis, ibid. & S. Tho. d. art. 4.* exponit. Item ad *Ephes. 5.* dicitur *Christus dilexit Ecclesiã, & seipsum tradidit prò ea, vt illam sanctificaret mundans eam lauacro aqua in verbo vitæ, vt sit, sancta, & immaculata*. Ex quibus verbis apertè colligitur, atq; infertur, virtute baptismi in nobis non solum omnem culpam actualem, & originalem auferri, ac penitus deleri, sed etiam gratiam, & dona

Glos.
S. Thom.

B supernaturalia infundi, quibus sancti, & immaculati efficimur. Similis inductio fit ex illo ad *Roman. 6. per baptismum* (inquit) *ità nos mori peccato, vt viuamus Deo; & complantatos Christo, non solum fieri similes morti eius, sed etiam resurrectioni*. Cum enim dicitur nos per baptismum fieri similes morti Christi, vtique designatur nos mori peccato, quia illud penitus deletur, & cum dicitur nos fieri similes resurrectioni, planè ostenditur nos viuere iustitiæ, quia gratia, & virtutes per baptismum nobis infunduntur.

Rom. 6.

Per baptismum mori mur peccato, & viuimus iustitiæ.

C Similiter adduci potest illud *Ioan. 3. Quod natum est* (inquit) *ex carne, caro est, & quod, natum est ex Spiritu, spiritus est*. Ac si aperte diceret nos habere vitam carnalem per generationem carnis, & habere vitam spiritualem, per regenerationem spiritus, quæ vita ex internis, & spiritualibus donis procedit, quæ Spiritus sanctus per baptismum suis fidelibus largitur. Vnde *D. Basilius in homil. de baptismo* sic ait, *Quemadmo-*

Ioann. 3.

Basilius

D *dum quod secundum carnem natum est ex aliquo, tale est, quale id, ex quo natum est, ità & nos ex spiritu natos, Spiritum fieri, spiritum dico, non secundum immensam illam, & humano sensu incomprehensibilem Spiritus sancti gloriam, sed secundum eam qua in diuisione charismatum Dei conspicitur*. Nec aliena sunt à nostro proposito illa verba, quæ scribit Cyrill. *lib. 2. in Ioan. cap. 43. super illa verba, Quod natũ est ex carne, etc. Natum* (inquit) *ex spiritu spiritum hominis dicimus, quoniam per ip-*

Cyrillus

E *sum ad Deum reformati, ac proprio eius charactere insigniti ad suam, (vt ità dicã) qualitatem animi transformamur*. Atque *hoc pacto illud Pauli intelligi potest, Filioli quos iterum parturio, donec reformetur Christus in vobis*. Vsque adhuc *Cyrillus*.

Probatur secundo, eadem veritas authoritate sanctorum Patrum, qui vnanimiter edocent, per baptismum, nobis gratiam Spiritus sancti, & eius dona supernaturalia, siue virtutes infusas cõferri. Ità *Ambrosius lib. 3. de sacrament. cap. 2. in princ.* vbi loquens de baptismo hæc scribit. *Sequitur* (inquit) *spiritale signaculum quod audistis hodie legi, quia post fontem superest, vt perfectio fiat quando ad inuocationem sacerdotis Spiritus sanctus infunditur, spiritus sapientia, & intellectus, spiritus consily, atq; virtutis, spiritus cognitionis, atque pietatis, Spiritu sancti timoris. Septem quasi virtutes Spiritus. Et omnes quidem virtutes ad spi-*

Hac veritas probatur ex Patribus

F

Ambros.

G *ritum pertinent, sed istæ quasi Cardinales sunt, quasi principales. Quid enim tam principale, quam pietas? Quid, tam principale, quam cognitio Dei? Quid, tam principale, quam virtus? Quid, tam principale quam consilium Dei? Quid, tam principale, quam timor Dei? Sicut timor saculi infirmitas, ità timor Dei magna est fortitudo. Ista sunt septem virtutes quando consignaris*. In eandem sententiam conueniunt *Cypriani Epist. 63. & epist. 69. Basilius lib. de Spiritu sanct. c. 14. & 15. Damascen. lib. 4 de fide orthodox. cap. 10. Chrysostom. homil. 24. in Ioann. & homil. ad Neophyt. Dionys. de Ecclesiastic. Hierarch. cap. 2. Tertullian. lib. de Baptism. Augustin. lib. contra Iulian. ante med. & lib. 1. de Nupt. cap. 12. & lib. 2. de peccat merit. cap. 9. & 27. & epist. 27. q. 2. & Prosper. lib. de vocation. gent. lib. 1. cap. 5.*

Cyprian.
H
Basilius
Damasc.
Chrysost.
Dionys.
Tertullia.
Augustin.
Prosper

Probatur tertio, decretis Conciliorũ, nam expresse *Conc. Trident. sess. 7. can. 6. de sacrament. in genere* hanc veritatem I definit de fide esse tenendam. *Si quis dixerit* (inquit) *Sacramenta nouæ legis nõ continere gratiam, quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus obicem non cõferre quasi signa tantum externa sint acceptæ per fidem gratię, vel iustitiæ, & notæ quædam Christianæ professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus anathema sit. Et can. 9.* ait, *Si quis dixerit non dari gratiam per huiusmodi sacramenta semper, & omnibus quantum est ex parte Dei, etiam si ritè ea suscipiant, se aliquando, & aliquibus anathema sit*. Hoc idem repetit *can. 8.* vbi hęc habentur verba. *Si quis dixerit per ipsa noua legis sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, sed solam fidem diuinæ promissionis ad gratiam consequendam sufficere, anathema sit.* Hoc idem multo prius fuerat definitum in *Conc. Flor. §. Quinto Ecclesiasticorum, &c.*

Conc. Tri.

K

A *&c. quod fuit sub Eugenio IV. celebratum.*

Probatur rationibus Denique confirmari potest rationibus, quarum Prima est, quia baptismi Sacramentum adhoc fuit principaliter *1. ratio.* institutum, vt videlicet culpam deleret originalem, quam ex carnali conceptione homines omnes contrahunt, prout ait *Psalmista Psal.50. Ecce enim in ini* *Psalm.50.* *quitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea*; Sed culpa originalis, & mortalis non remittitur sine B infusione gratiæ, & iustitiæ inhærentis homini; quemadmodum omnes Theologi communiter docent, & præcipuè *Suarez* *Suarez disp.26.sect.2.& Fillincc. de Sa-* *Fillincc.* *crament.tract.3.cap.5.q.3.* ergo dicendũ est virtute baptismi conferri hominibus gratiam iustificantem. Ex quo infallibiliter sequitur infundi pariter dona supernaturalia, quia hæc inseparabiliter ipsam gratiam consequuntur.

2. ratio Secunda ratio est. Sacramenta nouæ legis sunt præstantiora, vtiliora, ac C perfectiora Sacramentis antiquæ legis, prout *in primo tom.de Sacrament. in genere ex Augustin.& ex Concil.Tridentin.* fusè probauimus; sed hæc melior præstantia, vtilitas, atque perfectio, in Sacramentis nouæ legis esse non potest, nisi dicamus ea conferre suscipientibus gratiam ex opere operato, & virtutes infusas; ergo baptismus. qui est primũ sacramentum legis Euangelicæ hæc omnia dignè suscipientibus confert.

3. ratio. Tertia ratio est, quia nemo introire D potest in Regnum cælorum, nisi habuerit charitatem, iuxta illud *Matth. Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?* Quam videlicet vestem nuptialem esse charitatem, omnes Patres exponunt, sed charitas non infunditur absque gratia, ergo si baptismus efficit homines dignos vita æterna, vtrique gratiam, & dona supernaturalia, siue virtutes eis infundit.

Sed hoc loco quis dubitare posset an E hæc gratia, & dona infusa conferantur tam adultis, quam paruulis baptizatis. Et ratio dubitandi est, quo ad infantes, quia earum actus exercere non possunt; tum etiam quia earum infusioni consentire nequeunt. Propterea olim fuit quidam error, quo nonnulli hæretici asserebant, infantibus baptizatis hæc dona supernaturalia virtute baptismi non infundi. Quem videlicet errorem confutat *D.Thomas 3.par.q.69. ar.* *6. & latius Suarez disp.26.sect.2.versic.* F *Sed quares, & Vazquez disp. 126.cap.5.* *S. Thomas.* *Bellarmin.lib.2.de Sacram.baptism.c.11.* *Suarez* *Durand.Scotus, Gabriel, & alij Theolo-* *Vazquez.* *gi antiquiores in 4.d.23.* *Bellarm.*

Dicendum est igitur tam adultis, quã *Durand.* infantibus in baptismo tam gratiã, quã *Scotus.* habitus harum virtutum, idest fidei, *Gabriel* spei, & charitatis infundi. Hoc siquidem apertis verbis docuit *Cyprian. ep. 59. Vna est (inquit) diuini muneris aqua litas apud omnes, siue infantes, siue ma-* *Cyprianus* *iores natu, nam gratia, qua baptizatis da-* G *tur, non prò ætate accipientium maior, vel minor tribuitur, sed de pietate, atque indulgentia paterna, æqualis omnibus præbetur, nam Deus, vt personam non accipit, sic nec ætatem, cum se omnibus ad cælestis gratiæ consequutionem æqualitate librata præbeat patrem.* Hoc idem tanquam verius; ac probabilius fuit definitum in Concilio Viennensi, quemadmodum patet ex *Clement 1.de Summa* H *Trinit. & fide catholic.* ac denique in *Con-* *Con.Vien.* *cilio Trident.sess 5.cap.5.* vbi decernitur per baptismum generaliter omnibus ba- *Con.Trid.* ptizatis dari gratiam per quam veterẽ hominem exuunt, & nouum induunt. *& sess.7.can.13.de Baptismo*, docet infantes baptizatos inter fideles esse connumerandos, quia iam habent habitũ *Augustin.* fidei per baptismum, quod etiam antea docuerat *August.lib.1.de pecc.mer.c.33.*

CAPVT II. I

An Baptismus suscipientibus æqualem gratiam conferat.

IN præcedenti cap. sufficienter probauimus, per baptismum conferri K suscipientibus gratiam habitualem *Infantibus* per quam homo efficitur dignus vitæ *datur æqua-* æterna. Nunc autem superest hoc dubiũ *lis gratia* resoluendum, An scilicet omnibus su- *adultis au-* scipientibus indifferenter, æqualis men- *tem secun-* sura gratiæ conferatur. Ad quod om- *dum dispo-* ni secluso argumento breuiter respon- *sitionem.* demus, omnibus infantibus dari æqualẽ mensuram gratiæ; adultis verò inæqualẽ idest maiorem, vel minorem secundum maiorem, vel minorem dispositionem,

quam

A quam habent in ſuſceptione Baptiſmi. Ità S.Thomas 3.par.q.69.art.8. Coninch. ibid.Nugnus ibidem concluſ. 1. Vinaldus de Sacrament. baptiſm. cap.5.num.7. Valent.tom.4.diſp.4.q.4.pun.1.Victor.de Sacrament.q.2.Chamerot.de baptiſm.cap.6 dub.2.Suarez diſp.27.ſect.3. Reginald. in prax.for.pœnitent.de baptiſm.lib.27.num.60. S.Antonin.3.par. tit.14.cap.13.Sotus in 4.ſent.diſt.6.q.1.art.6.Filliucc. tract.2.c.5.& c.8 num.109.Bonacin.tom.1.de Sacrament.baptiſm.diſp.2.q.2.pun.7.prop.1.
B Item citari poteſt Alexand.Alenſ. 4. par. q.21.memb 3.Richardus diſt.4. art.3.q.3. Maior q.3.Graffius 2.par.lib.2.cap.4. nu.13.Ledeſm.1.par.4.q.22.art.4.Franciſ.Pitigian.diſt.4 q.7.art.2.

S.Thomas. Coninch. Vinaldus Valentia Victoria Chamerot. Suarez. Reginald. Antoninus Sotus Filliuccius Bonacina Alexander Richardus Maior Graffius Ledeſma Pitigianus Damaſc.

Hæc autem ſententia quoad adultos probatur authoritate *Damaſcen. qui in lib.4.cap.20. ait, Quamuis peccatorum remiſſio, æquè omnibus per baptiſmum detur; Spiritus ſancti tamen gratia pro fidei, ac præcedentis purgationis modulo, ac ratione comparatur.* Item probatur quodam decreto Concilii Trident.ſeſſ.6.cap.
C 7. vbi dicit, *Nos iuſtificari, iuſtitiam in nobis recipientes vnuſquiſq; ſuam ſecundum menſuram, quam Spiritus ſanctus partitur ſingulis prout vult, & ſecundum propriam vniuſcuiuſque diſpoſitionem, & cooperationem.* Cætera vero, quæ in comprobationem vtriuſque partis prælatæ ſententiæ adduci poſſunt, vide in tract. de Sacrament. in gener.tom.1. lib. 2 cap.10.11.& 13. vbi fuſius de hac materia egimus.

Conc.Trid.

D Sed quæres, quem effectum pariat hæc gratia in anima ſuſcipientis hoc Sacramentum. Reſpondeo, primo, ac principaliter remittere peccatum originale, iuxta illud *ad Tit.3.Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & ad Roman. 6. Conſepulti ſumus Christo per baptiſma.* Vide de hoc Bellarmin.lib. 1. de baptiſm.cap.13.& ſeqq. Bartholom. ab Angel.de baptiſm.§.156.Suarez.de Sacrament.diſput.26.ſect.1.Filliucc.tract.2.cap.
E 5.q.1.num.94. & Bonacin.tom.1.diſp 2.q.2.pun.7.propoſit.1. Et ratio eſt, quia homo per gratiam efficitur, Dei amicus, qui prius propter peccatum erat eius inimicus, vnde hoc ipſum, quod gratia iuſtificans animæ infunditur debet ab ea repellere totum id quod amicitiæ Dei repugnat. Sed peccatum originale repugnat amicitiæ Dei, ergo gratia, quæ virtute baptiſmi confertur originale peccatum delet.

Effectus gratiæ remittit peccatum originale Tit.3. Rom.6. Bellarm. Suarez Filliucc. Bonacina

Remittit mortalia ante baptiſmum commiſſa

Secundus effectus, quem parit gratia baptiſmalis eſt remiſſio cuiuſcunq; pec- F
cati mortalis, quod ante baptiſmum fuerat commiſſum. *Ità S. Thomas 3.p. q.99.art.1.Reginald.lib.27. num.61, Suarez tom.1.de Sacrament.diſp.26.ſect.1.& 2.Vazquez diſp.136.cap.1. & 2. Coninch. ſuper 3.par.S.Thom.q.69.artic.1. Nugn. ibid.Angles de baptiſm.q.2.art 9.difficul. 2.concluſ.1.Henriquez.lib.2.de Sacramen. cap.16.num.2 Bartholom.ab Angel.de Sacramen.baptiſm dialog.2.§.1.56. Filliucc. tract.2.cap.5.q.1.Bonacin.tom.1.diſput.2. q.2.pun.7. prop.1. num.4.* Et ratio eſt, quia omne peccatum actuale ante bap- G
tiſmum commiſſum repugnat amicitiæ Dei, vnde auferri debet per superuenientem gratiam baptiſmi, nam in eodem ſubiecto non poſſunt ſimul ſtare peccatum mortale, & gratia. Item per baptiſmum efficitur iuſtus ille, qui prius erat iniuſtus, & redditur immaculatus, qui fuerat maculatus iuxta illud *Apoſtoli, Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ.* Sed hoc fieri non poteſt, niſi prius tollatur quæcunque culpa. Ergo &c.

S.Thomas Reginald. Suarez Vazquez Coninch. Nugnus Angles Henriq. Filliucc. Bonacina

Plura dici atque adduci in confirmatio- H
nem prædictæ veritatis poſſent, quæ legenda ſunt *in 3.lib.tom.1.cap.21.*

Tertius effectus baptiſmi eſt apertio Regni cæleſtis, itàut ſi Chriſtianus recenter baptizatus, ſtatim poſt baptiſmi ſuſceptionem deceſſerit, omni ſublato impedimento ad cęlum euolat. *Ità S. Thomas 3.par.q.69.art.7.Suarez ibid. diſput.29.Coninch.& Peſant.ibid.Vazquez Bonacin. Henriq. & Filliucc. loc.cit.* Et probatur *ex Gloſ.Bed. tom. 2 ſuper illud Luc.3.Apertum eſt cælum.* Vbi ait *Virtus hic baptiſmatis oſtenditur, de quo quiſque* I
cum egreditur, Regni cæleſtis ei ianua aperitur. Item probatur quadam ratione, quam affert *D.Thomas loc cit. Aperire ianuam (inquit) Regni cæleſtis eſt amouere impedimentum, quo quis impeditur Regnum cæleſte introire. Hoc autem impedimentum eſt culpa, & reatus pænæ. Oſtenſum eſt autem q.69. art.1.& 2. quod per baptiſmum omnis culpa, & omnis reatus pænæ tollitur; Vnde conſequens eſt, quod* K
effectus baptiſmi ſit apertio ianuæ Regni cæleſtis.

S.Thomas Suarez Coninch. Peſantins. Vazquez Bonacina Henriq. Filliuc. Beda

Quartus effectus baptiſmi, eſt collatio gratiæ ſacramentalis, prout docet *Suarez diſp.26.ſect.2.verſ.Sed quæret vlterius aliquis, Filliuc.tract.2.de ſacramen. baptiſm. capit.5. q.4 & alij communiter.* Certum eſt autem hanc gratiam non eſſe aliquem habitum de nouo infuſum; nam nullus habitus in baptiſmo infun-

Baptiſmus gratiam ſacramentalem cōfert Filliuc.

A ditur, præter eos, qui ipsam gratiam habitualem necessario, & inseparabiliter consequuntur, & huiusmodi sunt habitus fidei, spei, & charitatis, prout in hoc lib. 4. cap. 1. fusius probauimus. Hæc itaq; gratia sacramentalis, est quodam auxilium speciale, quod homini baptizato diuinitus confertur, adhoc, vt viriliter, & alacriter possit exercere illa munera, ad quæ baptismus obligat, & superare carnales concupiscentias, quæ ex fomite carnis exoriuntur. Et ratio ea

Gratia sacramentalis non est nouus habitus.

B est; quia per baptismum homo incorporatur Christo, qui est caput Ecclesiæ, & eius membrum efficitur, vnde disponitur ad recipienda cætera sacramenta: ergo debet in baptismo quodam speciale auxilium obtinere, quo adiutus ac confortatus facilius, ac validius concupiscentia carnales, & diabolica tentamina superare possit; nam si hæc non superaret, sed il lato certamine protinus

C succumberet; proculdubio non esset dispositus ad suscipienda cætera sacramenta. Item si per baptismum homo efficitur membrum Christi, vtiq; ex ipso capite, virtute baptismi habere debet aliquod speciale auxilium, adhoc, vt faciliter, & alacriter ferre valeat onera legis Christi, cuius iugum suaue est, & onus leue.

Suarez Filliuc.

Deinde addunt *Suarez d. disput. 26. sect. 2 & Filliuc. tract. 2. cap 5. q 4. nu. 99.* & dicunt quod hæc gratia sacramentalis, est ipsamet iustitia baptismalis quatenus est regeneratiua, & secũ affert remissionem omnis culpæ, & pænæ, quia sub illo respectu, & ratione est illius propria:

Per baptismum coniungitur homo cum Christo.

D Deniq; nonnulli alij effectus tribul possunt baptismo, quos nimirum, effectus secundarios Theologi appellare solent. Primus est, coniunctio hominis cum Christo. Secundus est, quod per baptismum homo subiicitur iurisditioni Ecclesiæ, quia iam membrum eius factum est; quemadmodum patet ex illo ad *Corinth. 5. quid enim mihi de his, quæ foris sunt iudicare?* Tertius est, quod

Corinth. 1.

E per baptismum homo disponitur, vt particeps fiat cæterorum sacramentorum, vnde, & baptismus, ianua sacramentorũ appellari solet. Nonnulli adducunt quartum effectum, idest per baptismum nonnunquam liberari hominem à corporali infirmitate, quemadmodum legimus de Constantino Imperatore, qui virtute baptismi, à morbo lepræ curatus

Sanatus corporalis est ex particulari beneficio.

F est; Sed hoc contingit fieri, non ex certa lege, & promissione, neq; ex directa institutione sacramenti, sed ex speciali beneficio, & extraordinaria prouidentia Dei; vnde meritò effectus prodigiosus, & miraculosus appellari potest; prout docet, *Suarez d. disput. 26. sect. 2. vers. penult. nec non, & Filliuc. tract. 2. de sacrament. baptism. cap. 5. q. 6. nu. 101.*

Suarez Filliuc.

CAPVT III.

G

An ad validitatem baptismi, in adultis requiratur intentio suscipiendi sacramentum.

Angelus non est subiectum capax baptismi.

ANtequam ad decisionem propositæ quæstionis deueniamus, prius præmittendum est, subiectum baptismi non posse esse

H Angelum, siue bonum, siue malum, quia hoc sacramentum principaliter fuit institutum ad tollendam maculam originalem, quam omnes homines ex linea Adæ descendentes, in ipsa conceptione carnali contrahunt, Angelus autem huic culpæ originali non potest esse obnoxius, quia ex linea Adæ non descendit, ergo Angelus non est subiectum capax baptismi. Sed infantes quamuis vsum rationis non habeant, tamen in

I infantia sunt capaces baptismi, vnde eo tempore non solum possunt, sed etiam debent baptizari. Et in his de necessitate sacramenti non requiri aliquam eorum intentionem suscipiendi sacramentum in hoc tom. 2. lib. 3. cap. 9. & 10. sufficienter probauimus. Tota igitur difficultas, quæ superest nobis dissoluenda est, quoad adultos, quia capaces sunt baptismi, & baptizari possunt quolibet tẽpore, quo infidelitatis errores deserentes ad fidem Christianam conuertuntur Quæritur itaq; an in adultis de necessi-

1. opinio. Glossa

K tate Sacramenti requiratur aliqua intẽtio suscipiendi Sacramentum.

In hac quæstione permultas reperio opiniones omnino inter se discordantes. Prima est illa, quam tenet *Glos. in c. Maiores, de bapt. & eius effect.* vbi dicit ad validitatẽ baptismi sufficere, vt quis ore tantum dicat se habere voluntatem susci-

A suscipiendi Sacramentum, quamuis corde dissentiat. *Alia Glos. in can. soles de conseerat. dist. 4.* ait adhoc vt character baptismi verè imprimatur, & verum Sacramētum conficiatur quamcunque voluntatem; & intentionem sufficere ex parte suscipientis dummodo ille, qui baptismum ministrat, voluntatem, & intentionem habear conferendi Sacramentum, & faciendi, quod facit *Ecclesia* Catholica.

B *2. opinio. Ledesma* Accedit secunda opinio; quam tenet *Ledesm. in 4. p. q. 9. art. 7.* vbi hanc difficultatem proponens, si quis ad baptismi susceptionem perductus, interius non repugnaret, nec consentiret suscipere sacramentum, baptizatus remaneret, quod intelligendum est, quando exterius baptizari permittit. Hoc autem postmodum fatetur non posse contingere, quia esse impossibile existimat. Hanc opinionem ei tribuit *Vazquez* *Vazquez* *disp. 157. cap. 1.*

C *3. opinio. Caietanus* Postrema opinio ea est, quam amplexus est *Caietan. in comment. super 3. par. S. Thom. q. 69. art. 7.* vbi ait, quod si contingat, vt quis nec repugnans, nec consentiens in susceptione baptismi esset verum susciperet *Sacramentū*; quia (inquit) Tota efficacia Sacramenti baptismi est ex parte ipsius sacramenti, nec requirit ex parte patientis, nisi captiuitatem, absque contrarietate. Probaturq; ex eo, quod de facto videmus paruulum omnem baptizatum nō esse rebaptizandum. Deinde quandam

D rationem adducit subiungens. Quidquid (inquit) non est de necessitate sacramenti in vno, non est de necessitate sacramenti in reliquis, sed consensus non est de necessitate sacramenti in paruulis, ergo nec in adultis. Quibus verbis quandam comparationem ponit inter paruulos, & adultos, quò ad intentionem suscipiendi Sacramentum. Sed hoc falsum est, quemadmodum patebit ex infra dicendis, nec non

E ex his. quæ diximus in hoc *tom. 2. lib. 3. cap. 9. & 10.*

4. opinio. vera. *His* non obstantibus opinionibus dicendum est, in adultis de necessitate Sacramenti requiri intentionem, seu voluntatem suscipiendi baptismum. Est communis opinio *Doctorum*, quam sequitur *S. Thomas 3. par. q. 68. art. 7.* vbi ad validitatem sacramenti, positiuum voluntatis consensum ex parte suscipientis requirit. *Item accedit Alexand.* *Alens. 4. par. q. 8. memb. 7. art. 2. §. 1. in solution. 2:* vbi docet necessarium esse consensum, quo voluntas baptizati annuat, vt verum Sacramentum suscipiat. Præterea hanc sententiam amplectūtur, atque defendunt *Richard. in 4. dist. 6. art. 1. q. 2. Paludan. ead. dist. 6. q. 2. art. 1. num. 4. & art. 2. q. 2. in corpore, & expressius q. 3. Bonauentur in 4. dist. 4. art. 2. q. 1. Scotus ead. dist. 4. q. 4. §. Hic distinguo Duran. ead. dist. 4. q. 7. num. 9. Gabriel ibid. q. 2. ar. 2. conclus. 1. 2. & 3. Sotus in 4. dist. 5. q. 1. art. 7. Marsilius in 4. dist. 4. q. 4. art. 4. dub. 3. Syluest. in summa verb. baptismus 4. q. 14. Adrian. in 4. q. 1. de baptism. art. 3. §. sed de adultis, Vazquez in comment. super 3. par. S. Thomæ q. 69. art. 10. disput. 157. c. 1. num. 6. & Bonacin. tom. 1. de Sacramen. Baptism. disp. 1. q. 2. pun. 6. proposit. 2. nu. 15. & alij.*

S. Thomas. Alexander. Richardus. Paludanus. F *Bonauent. Scotus. Durandus. Gabriel. Sotus. Marsilius. Syluester. Adrianus. Vazquez. Bonacina.* G

Probatur primo Augustin. Hæc autem opinio probatur ex illis verbis *D. August.* *Qui fecit te (inquit) sine te, non saluabit te sine te.* Hoc est per Sacramentorum virtutem non te saluabit, nisi tu hanc salutarem medelam suscipere intendas, & consentias.

Secundo H Probatur secundo ratione, Nam cum hoc Sacramentum diuinitus fuerit institutum non solum pro paruulis, vt culpæ originalis macula auferretur, sed etiam pro adultis, vt culpa actualis, quam ex propria voluntate contraxerunt, simul cum originali deleretur. Hinc ipsa ratio postulat, vt hæc remissio non absque consensu, & voluntate pænitentis fiat supposita dispositione, quam ad id efficiendum habet ipse adultus. Vnde *D. Augustin. lib. 4. de baptism. cap. 24.* ait. *Ex qua regula illud in* I *Euangelio dictum est, quod omnes cum legitur, naturaliter monet; ætatem habet ipse pro se respondeat.*

Tertio *Per baptismum homo fit subditus Ecclesiæ.* Item adduci potest, & alia ratio; Per baptismum enim adultus efficitur subditus Ecclesiæ, & cunctis obligationibus *Ecclesiasticis*, se submittit, itàvt ad eas adimplendas post baptismi susceptionem, quacunq; pęna astringi possit; ergo adhoc, vt

K hic cōtractus obligationis iuridicè fiat prius interuenire debet ex parte adulti contrahentis consensus, vel voluntas. *Præterea* per baptismum homo efficitur Christianus, & fidelis infidelitatis errorem deserens, & fidei Christianæ veritatem amplectens, sed hæc mutatio fieri non potest absque ipsius hominis consēnsu; ergo &c.

Augustin. Hęc eadem sententia confirmari potest authoritate *D. Augustin. d. lib. 4. de baptism.*

A *tism. cap.* 24. vbi cum dixisset esse validum Sacramentum in paruulis, si pro ipsis aliquis sponsor respondeat, & quod ipsi responsum dare nequeant, subiungit dicens; *At si pro eo, qui respondere potest alius respondeat, non itidem valet*. Quibus verbis *Augustinus* in adultis non solum exigit ad validitatem sacramenti, oris locutionem; sed etiam cordis consensum, quemadmodum optimè animaduertunt *Vazquez disput.* 157. *cap.* 1. & *Richard. in* 4. *dist.* 6. *art.* 2. *q.* 3. Item in confirmationem no-
B stræ sententiæ adduci solet authoritas *Innocentii III. in cap. maiores de baptis. & eius eff. &.*

Vazquez
Richardus
Innocent.

Notandum est autem hoc in loco, quod ad validitatem Sacramenti non requiritur, vt hic consensus, vel intentio, siue voluntas actu sit in adulto eo tempore, quo baptizatur, sed sufficit si præcesserit, nec postmodum per contrarium actum fuerit permutata prædi-
C cta intentio, quæ virtualis appellatur, Hoc definitum est *in Concil. Arausican.* 1. *can.* 12. vbi hæc habentur verba. *Subitò obmutescens prout statutum est baptizari, aut pœnitentiam accipere potest si voluntatis preteritæ testimonium aliorum verbis habet, aut præsentis in suo nutu*. Hoc idem prius fuerat definitum *in Concil. Carthaginens.* 3. *can.* 34. sequentibus verbis *Vt ægrotantes si pro se respondere non possunt, cum voluntatis eorum testimonium ij, qui sui sunt periculo proprio*
D *dixerint, baptizentur*. Item accedunt plerique Scholastici, qui vnanimiter docent, de necessitate Sacramenti, non requiri in adulto eam intentionem actualem, quæ actu existit in confectione baptismi, sed sufficere illam virtualem, quæ baptismi susceptionem quouis tempore præcessit, & virtute semper durat. Ità S. *Thom.* 3. *par. q.* 69. *art.* 12. *Scotus in* 4 *dist.* 4. *q.* 4. *Gabriel ead. dist.* 4. *q* 2. *art.* 2. *conclus.* 2. *Alexand. Alens.* 4. *p. q.* 8. *memb.* 7. *art.* 2. §. *vlt. Bonauentur. in* 4.
E *dist.* 4. *art.* 2. *q.* 1. *Richard. in* 4. *dist* 6. *art.* 2. *q.* 2. *Syluest. in Summa verb. baptismus* 4. *q.* 1. 4. *Vazquez disp.* 157. *cap.* 2. *Bonacin. in summa tom.* 1. *de sacram. baptism. disp.* 2. *q.* 2. *pun.* 6. *prop.* 2. & *alij communiter*. Vnde quiescere debent scrupulosi, qui in susceptione Sacramenti, actualem illam intentionem habere, non sine magno labore conantur. Hæc enim non est necessaria,

Conc. Ara.
Con. Cart.
S. Thomas
Scotus
Gabriel
Alexander
Bonauent.
Richard.
Syluester
Vazquez
Bonacina

Ex his quæ hactenus diximus, infertur primo posse licitè baptizari, eum F qui in amentiam incidit, sed antequā vsum rationis amitteret, baptismi sacramentum postulauit. Ità *S. Thom.* 3. *p. q.* 68. *art.* 12. *Vazquez ibid. disput.* 156. *c.* 2. *Suarez in commentar. super* 3. *par. S. Thom. q.* 68. *art.* 12. *disp.* 25. *Grassius* 2. *p. lib* 1. *cap.* 4 *num.* 45. *Chamerot. de baptism. dub.* 5. *cap* 10. *Angles; Henriquez, Bonac. & alij, quos retuli in hoc tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 19. Et hoc colligitur ex *D. Augustin.* 4. *confess. cap.* 4. vbi refert quendam suū G amicum saluum factū fuisse per baptismū, quē in phræne si susceperat. Et ratio est, quia illa dispositio, illaque voluntas suscipiendi baptismum, quam ante dementiam habuerat, censetur in eo perdurare etiam in ipsa amentia, quia contrarium actum factum fuisse, nobis non est notum.

S. Thomas
Vazquez
Suarez
Grassius
Chamerot.
Angles
Henriquez
Bonacina.
Augustin.

Infertur secundo esse validè baptizatum, qui baptismum expetit, & postmodum dormiens baptizatur. Est communis sententia Doctorum eamque præ- H cipuè tenet *Filliuc. tom.* 1. *de Sacramen. baptism. tract.* 2. *cap.* 6. *q.* 6. Et ratio est; quia ad validitatem Sacramenti, non requiritur, vt intentio suscipiendi Sacramentum sit actualis positiua; sed sufficit, vt sit virtualis negatiua, & hęc moraliter loquendo perdurat in homine etiam eo tempore, quo dormit, vel ad talem actionem actualiter non attendit. Hinc etiam sequitur illa inductio, non esse ad validitatem Sacramenti necessarium, vt quis actu attendat eo tempore, quo baptizatur, vnde I quæuis distractio essentialiter non officit.

Filliuc.

Intētio virtualis sufficit ad validitatem baptismi.

Duo adhuc dubia supersunt enodanda, quæ ad necessariam dispositionem ex parte suscipientis pertinent, quorum primum est; An sit validum Baptisma, quando quis, metu tormentorum, vel minarum permotus, baptismalis aquæ lauacro ablui permittit. Ad quod respondeo, hanc voluntatem metu cuiuscunque pœnæ, etiam mortis coactam sufficere ad validitatem baptismi, vnde K tali dispositione baptizatus, characterē sacramentalem verè suscipit, & ad seruandam fidem cogi potest. Hæc opinio est communis apud omnes Theologos, eamque præcipuè tenent *Richard. in* 4. *d.* 6. *art.* 3, *q.* 2. *Adrian. in* 4. *q.* 1. *de baptism. art.* 3. §. *Contra istud, Scotus in* 4. *dist.* 4. *q.* 4. *Gabriel ead. dist.* 4. *q.* 2. *art.* 2, *Paludan. ead. d.* 4. *q.* 2. *art.* 1. *Sotus in* 4. *d.* 5. *q.* 1. *art.* 7.

Richardus
Adrianus.
Scotus
Gabr

Syl-

Paludan. Sotus, Syluester Vazquez Fillincc. Conc. Tol. Innocent.

A *Syluest. in summis verb. baptiſm. 4. q.14. Vazquez ſuper 3.par.S. Tho.q.69. art.10. diſput.157. cap.2. & Fillincc. tom.1. de ſacrament.baptiſm.tract.2.cap.6.q.6.verſ. dico ſecundo.* Hoc autem probatur primo ex *Concilio Toletan.* 4. *cap.* 56. Hoc idem definiuit poſtmodum *Innocentius* 3.*in cap.Maiores de baptiſm.et eius eff.ct. §.vlt.*vbi etiam decretum *Concilij Toletani*, tempore *Si ſebuti Regis Hyſpaniæ* factum; commemorat. Probatur ſecundo ratione, nam ſupponimus talem ho-
B minem verè habere voluntatem, non ſolum externè exercendi illam exteriorem actionem, ſed etiam ſuſcipiendi verum ſacramentum, & eius effectum. Quapropter quamuis hic conſenſus ſecundum quid ſit inuoluntarius; tamen ſimpliciter dici poteſt voluntarius, ergo ad validitatem ſacramenti ſufficit.

Secundum dubium eſt, an ad validitatem ſacramenti ſit neceſſaria fides in eo qui baptiſmũ eſt ſuſcepturus. Adhoc
C breuiter reſpondeo nõ eſſe neceſſariam fidem, adhoc vt ſacramentum conficiatur, & character baptiſmalis verè imprimatur. Itá tenẽt *Vazquez d.diſp.*157.*c.*2. *in fin.& Fillincc.de ſacram.baptiſm.tract.* 2.*c.*6.*q.*6. *verſ.dico tertio*. Et ratio eſt, quia hęretici fidem catholicam minimè habent, & tamen dum baptizantur intendentes verum ſuſcipere ſacramentũ, & facere quod facit Eccleſia, validè baptizantur, & charactere baptiſmali conſignantur. Hoc patet ex permultis con-
D cilijs, quæ *Fillincc.loc.cit.* recenſet, vnde eſt indubitatum apud omnes Theologos, quemadmodum teſtatur *Vazquez d.cap.*2.*verſ.vlt.* Item infantes nullum actum fidei ob defectum ætatis elicere poſſunt, & tamen in prima ætate baptizari poſſunt, quemadmodum ſuperius probauimus; ergo fides ad validitatem baptiſmi non eſt neceſſaria. Eſt autem neceſſaria ad dignam, & fructuoſam ſuſceptionem ſacramẽti, quatenus homo per fidem, & contritionem optime di-
E ſpoſitus, gratiam, & virtutes habituales conſequi poſſit. Et in hoc ſenſu intelligenda eſt opinio *Henriquez lib.*2. *de ſacrament.baptiſm.cap.*26.§.1. vbi ait fidem eſſe de neceſsitate ſacramenti. Vel dicẽdum eſt quod ibi Henriquez accipit fidem prò intentione quemadmodum nonnunquam deſumit *D. Auguſtin.* teſte *Sebaſtian.q.*68.*art.*7.& 8.

Vazquez Fillincc.

fides eſt neceſſaria, ad dignam ſuſceptionem ſacramẽti.

August. Sebast.

F

CAPVT IV.

An in adultis ſit neceſſaria aliqua diſpoſitio ad recipiendum effectum baptiſmi.

G
IN adultis nonnunquam contingere ſolet, vt ſit peccatum originale, coniunctum actuali, vnde non modica controuerſia eſt inter Doctores an ad tollẽdam veramq; culpam, & ad recipiendum effectum ſacramenti ſit neceſſaria aliqua diſplicentia, ſeu contritio ex parte ſuſcipientis. De paruulis autem, nec non de illis amentibus, qui nunquam vſum rationis habuerunt, citra controuerſiam eſt non requiri hanc diſpoſitionem ex parte voluntatis, ex hoc enim, quod in H
his tantum peccatum originis inuenitur, ad ſuſcipiendũ effectum ſacramenti, nulla diſpoſitio ex parte voluntatis requiritur. Quapropter dum iſti nullum dolorem de peccato originali habent; adhuc verum ſacramentum ſuſcipiunt, & eius effectus plene conſequuntur.

In paruulis, & amẽtibus nulla diſpoſitio requiritur.

In adultis verò, qui nullum peccatum actuale perpetrarunt, ſed ſolum peccatum originis habent, ad recipiendum effectum ſacramenti, hoc eſt iuſtificationem, & gratiam, non ſufficit illa diſpoſitio quæ eſt neceſſaria ad veritatem ſa- I
cramenti, hoc eſt voluntas ſuſcipiendi baptiſmum, & faciendi quod facit Eccleſia, ſed requiritur fides, nec non, & ſpes itá vt, ſi cum infidelitate, vel deſperatione ad hoc ſacramẽtum acceſſerint, eius effectum minimè recipiunt. Hæc opinio eſt communis apud Theologos, eamq; latius probant, atq; tuentur *Suarez diſp.*28.*ſect.*1.& *Vazquez ſup.*3. *par. S.Thom.q.*96.*art.*10.*diſp.*158.*cap.*1. Hoc autem probatur primo ex illo *Marci vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit,* K
ſaluus erit. Quo in loco Chriſtus Dominus noſter, nobis inſinuat, ad acquirendam æternam ſalutem, eſſe neceſſariam fidem baptiſmo coniunctam. Probatur ſecundo, ex illo ad *Hæbr.*11. *Sine fide* (inquit *Apoſtolus*) *impoſſibile eſt placere Deo.* Et meritò nam fides eſt totius iuſtitiæ fundamentum, quemadmodum notat *Suarez d.diſp.*28.*ſect.*1. *verſ. Addo pretea-*

In adultis requiritur, vt habeant fidem, & ſpem.

Suarez Vazquez Marc.vlt.

*Hæbr.*11.

rea.

A *vea*. Deniq;adhoc,vt veritas nostrę sententiæ dilucidius appareat, notandum est, quod non est impossibile, vt homo in adulta ætate constitutus, peccatum originis tantum habeat;nam non est necessarium. vt hac adulta ætate adneniente, homo, vel iustificationem accipiat, vel in peccatum actuale mortiferum prolabatur, prout probat *Vazquez disp.* 158.*cap.*1.*num.*2.*& fusius* 1. 2. *disp.* B 149.*cap.*2.

In quo cōsistat difficultas quæstionis.

Tota igitur difficultas in hoc consistit,quando scilicet in adulto adest peccatum originale, peccato actuali coniunctum. In qua videlicet dubitatione magna controuersia est inter Theologos scholasticos, nam alij dicunt non esse necessarium aliquem dolorem, seu displicentiam peccati ex parte voluntatis adhoc,vt non solum character,sed etiam effectus sacramenti,idest iustificatio obtineatur. *Alij* vero asserunt,hanc dispositionem ex parte voluntatis ne- C cessario requiri ad consequendam iustificationem,& gratiam sacramenti,ità vt sine dolore seu displicentia peccati, nec remissio culpæ; nec infusio gratiæ fiat.

1. opinio. *Scotus.*

Prima opinio principal er tribuitur *Scoto in* 4.*dist.*14.*q.*4.*art.* 3.§.*quantum ad tertium*; vbi docet nihil aliud necessatio,requiri,adhoc,vt adultus à peccato actionis iustifieetur nisi, vt habeat voluntatem suscipiendi verum Ecclesiæ sacramentum,nec non,vt habeat fidem, & spem,& ab omni praua voluntate,seù D intentione peccandi sit alienus. Et quamuis inferius videatur exigere aliquem motum volnntatis in displicentiam peccatorum,tamen ibi loquitur de sacramento pænitentiæ,(quemadmodū accuratè animaduertit *Suarez disp.* 28. *sect.*1.) in qno aliquid maius requirit. *Sed Vazquez disp.* 158. *cap.*1.*nu.*6. mentem Scoti aliter interpretatur. *Ait* enim Scotum nunqnam dixisse, posse fieri iustificationem peccatotum in baptismo absq;vllo dolore.*Sed* posse fieri absq;do- E lore propter Deū,idest absq;cōtritione, supposita tamē attritione,quæ sicut sufficit ad validitatem pænitentiæ, ità sufficere potest ad validitatem baptismi.

Suarez *Vazquez*

2. opin. *Gabriel*

Secunda sententia, quæ ad hanc materiam spectat, est *Gabriel. in* 2. *dist.*32. *q.* 1. vbi quandam distinctionem ponit inter effectum, quem operatur baptismus quoad remissionem peccati originalis,& inter effectum quoad remissionem peccatorum actualium, & infusionem gratiæ. Nam docet ad consequen- F dum primum effectum sufficere voluntatem suscipiendi sacramentum,nec necessario requiri aliquem dolorem de peccato originali. A consequendum verò secundum effectum (ait) maierem dispositionem requiri,nam necessarium est, vt homo de peccatis actualibus displicentiam,seu dolorem habeat. Vnde protinus concludit,& dicit, quod si cōtingeret,vt quis cum sola intentione suscipiendi sacramentum ad baptismum accedat, nullam habens de peccatis G actualibus displicentiam,vtiq;non consequitur remissionē peccatorū actualiū nec infusionē gratiæ,sed tantū remissionem peccati originalis. Sed hæc opinio, quam tenet *Gabriel*, est valde absurda, quia supponit posse fieri remissionem peccati originalis absq; gratiæ infusione. Hoc enim non solum communi Doctorum Scholasticorum opinioni repugnat, sed etiam doctrinę *Concily Tridentini sess.*5. *can.* 2. *capit.*5. H vbi docet, per Iesu Christi Domini nostri gratiam, quæ in baptismate confertur reatum originalis peccati remitti,ac tolli totū id, quod veram, ac propriam rationem peccati habet.

Examinatur hæc secunda opinio.

Refellitur.

Conc.Trid.

3. opinio *Caietan.*

Tertia opinio est illa,quam tenet *Caietan. in comment. super* 3.*part. S.Thom. q.*86.*art.* 2. vbi docet,voluntatem suscipiendi baptismum,in adulto multa crimina habente esse virtualem pænitentiam, & hanc esse sufficientem dispositionem, ad consequendam iustificatio- I nem, & remissionem peccatorum per baptismum,dummodo intendat hoc suscipere sacramentum in remissionem suorum peccatorum. Ità mentem *Caietani* interpretatur *Suarez disput.* 28. *sect.* 2. *lit. D. Vazquez autem disput.* 158. *cap.*1.refert opinionem *Caietani*,esse similem sententiæ *Scoti*, qnam supra citauimus,& rè vera, si vtraq; opinio subtiliter consideretur parum,vel nihil,vna ab altera differt. *Fundamentum* autem cui innixus est *Caietanus*,est illnd,quod ait *D. Ambros.super ad Roman.*11.*Gratia* K *Dei* (inquit) *in baptismo omnia condonat nullumq; luctum requirit.* Et expressius hoc idem significare videtur *lib.*3.*de sacrament. cap. vlt.* vbi sic ait. *Qui venit ad baptismum,etiam,si non confiteatur peccatum, in hoc ipso implet confessionem omnium peccatorum, quod baptizari petit, vt iustificetur.* Porrò hanc sententiam *Caietani*,probabilem esse existimat *Ledesm.*

Suarez *Vazquez*

Ambros. *Roman.* 11.

Ledesma.

1.p.q.

A 1.p.4.q.10.art.9.dub.1. *Sed Rosell. verb. confessio* 1. §. 4. *& Angel. eod. tit. nu.* 25. eandem opinionem tribuunt *D. Thom. Quodlib.* 4.q.10. Seu hoc an sit verum, interius patebit.

Rosell. *Angelus*

His præmissis Doctorum opinionibus, conclusio statuitur. Si adultus plura peccata actualia habeat, originali peccato coniuncta, adhoc, vt remissionem peccatorum, & gratiam, atque plenam iustificationem consequatur, debet ad Sacramentum baptismi accedere, non solum dispositionem habens in intellectu, idest fidem, & intentionem suscipiendi Sacramentum, sed etiã dispositionem habens in voluntate, idest detestationem prioris vitæ, & displicentiam peccatorum, & conuersionem ad Deum, cum proposito non amplius peccandi. Ità docent communiter Doctores in 4. *dist.* 4. *&* 5. *& præcipuè, Cordub. lib* 1. *Theologic. quæstion. quæst.* 2. *& expressius in* 4. *dist.* 4. *q.* 5. *Vega lib.* 9. *in Concil. Trident. cap.* 15. *& lib.* 13 *cap.* 33. *&* 34. *Gabriel in* 4. *dist.* 4. *q.* 2. *art.* 2. *post* 4. *conclusionem Alexand. Alens. in* 4. *par. q.* 18. *art.* 1. *nempè in antiqua editione, sed in recentiori, q.* 8. *art.* 2. §. 1. *Petr. Sot. lib. de institution. Sacerdot. lection.* 4. *de Baptism.* § *vltimo tandem, Nauarr. in Summa cap.* 1. *num.* 33. vbi acriter reprehendit eos, qui Iudos baptizare nõ dubitant, antequam credant eos pœnitere anteactæ vitæ propter Deum; *Sotus lib* 2. *de natur. & gratia cap.* 15. *& in* 4 *disp.* 6. *q.* 1. *art.* 7. §. *At reuera, Canus in relectiõ de Pænit. nt.* §. *Altera quoque attritio est, Suarez disput.* 28. *sect.* 1. *vers. vnde dico primo, Vasquez disput.* 158. *c.* 2. 3. *&* 4. *Bonacin. tom.* 1. *de Sacrament. baptism. disp.* 2. *q.* 2. *pun* 7. *propos.* 3. *Fillicc. de Sacrament. baptism. tract.* 2. *q.* 7. *num.* 103. *&* 104. *vbi citat. Palud. in* 4. *dist.* 4. *q* 1. *art.* 5. *Durand. ead. dist.* 4. *q.* 2. *ad secundum, & Turrecrem. cap. si quotiescunq; de consecration. dist.* 2. *num.* 3. *ad* 3. *& Laurent. Suarez in Epytbom. de baptism. quoad dispositions.* §. 8. *num.* 7. *&* 8.

Opinio Authoris, quæ probabilior est. B C D

Corduba. *Vega.* *Gabriel.* *Alexand.* *Petr. Sot.* *Nauarr.* *Sotus* *Canus* *Suarez* *Vazquez.* *Bonacina.* *Fillicc.* *Paludan.* *Durand.* *Turrecr.* *Lau. Sua.*

E Probatur autem nostra conclusio primo ex Sacra Scriptura *Luc.* 13. *Nisi pænitentiam egeritis, omnes simul peribitis.* Quibus verbis Dominus noster Iesus Christus post perpetrata delicta, plenã, & perfectam pœnitentiam, ab omnibus peccatoribus exigit, adhoc, vt remissionem peccatorum, & iustificationem iustè eis tribuere possit. Alioquin æternam perditionem eis superuenturã esse minatur. Hinc *D. Petrus Apostolus Act.* 2. suadebat, vt homines peccatores, pœnitentiã ante baptismum præmitterent. *Pænitemini* (inquit) *& baptizetur vnusquisq; vestrum.* Ante baptismum, itaque pœnitentiam agere debet peccator adultus de peccatis suis, hoc est vitam præteritam per cordis cõtritionem detestari, ac abhorrere, ad hoc vt effectum baptismi, consequi valeat.

Opinio Authoris probatur ex scripturis Luc. 3. F *Act.* 2. *Ante baptismum pænitentia peccatorũ idest contritio est præmittẽda.*

G Probatur secundo nostra conclusio ex communi traditione Sanctorum Patrum, qui docent, ad obtinendam iustificationem, & gratiam necessarium esse, vt ante baptismum præcedat pœnitentia, idest displicentia omnium peccatorum. Primo loco occurrit *Basilius*, qui fere *toto lib. de Baptism.* cum exhortatus fuisset baptizandos, vt crucem Christi, & iugum Domini alacri animo ferrent, & præterita peccata per dolorem contritionis, & renouationẽ vitæ in seipsis crucifigerent, his verbis suam exhortationem concludit. Tum scilicet promerebitur quis, vt baptizetur in nomine Spiritus sancti, & regeneratus mutet locum. Similiter *D. Augustin. lib. de Pænitent. medicin. cap.* 2. hoc idem apertis verbis nobis commendat. *Omnis* (inquit) *qui voluntatis suæ factus est arbitrer, cum accedit ad Sacramenta fidelium, nisi eum veteris vitæ pæniteat, nouam inchoare non potest.* Et inferius. *Ab hac* (inquit) *pænitentia soli, qui baptizantur pueri, immunes sunt.* Similia scribit *in lib. de vera, & falsa pænitent. cap.* 18. *Baptismus* (inquit) *sine pænitentia nunquam profuit ei, qui peccauit spontanee.* *Et sermon.* 11. *ad fratr. in herem.* *O compunctio sancta, sine qua adultis non prodest baptismus, sine qua infructuosa est omnis confessio.* Eandem denique doctrinam reperies apud *Augnst. lib. de fide, & operibus cap.* 6. *& sequentib. & lib. quinquagint. homiliar. homil.* 27. *&* 50. *& epist.* 48. *&* 118. Denique accedit *D. Fulgent. lib. de fide ad Petrum cap.* 30. *Firmissimè tene* (inquit) *& nullatenus dubites exceptis illis, qui pro nomine Christi suo sanguine baptizantur, nullum hominem accepturum vitam æternam, qui non hic à malis suis fuerit per pænitentiã fidemque conuersus, et per Sacramentum fidei, et pænitentiæ, idest per baptismum liberatus. Et maioribus quidem necessarium esse, et pænitentiam de malis suis agere, et fidem catholicam secundum regulam*

Probatur etiam autoritate Patrum. *Basilius* H *Augustin.* I *Fulgent.* K

 veri-

A rea. Deniq; adhoc, vt veritas nostræ sententiæ dilucidius appareat, notandum est, quod non est impossibile, vt homo in adulta ætate constitutus, peccatum originis tantum habeat; nam non est necessarium, vt hac adulta ætate adueniente, homo, vel iustificationem accipiat, vel in peccatum actuale mortiferum prolabatur, prout probat *Vazquez disp.* 158. *cap.* 1. *num.* 2. *& fusius* 1. 2. *disp.* B 149. *cap.* 2.

In quo cōsistat difficultas quæstionis.

Tota igitur difficultas in hoc consistit, quando scilicet in adulto adest peccatum originale, peccato actuali coniunctum. In qua videlicet dubietatione magna controuersia est inter Theologos scholasticos, nam alij dicunt non esse necessarium aliquem dolorem, seu displicentiam peccati ex parte voluntatis adhoc, vt non solum character, sed etiam effectus sacramenti, idest iustificatio obtineatur. *Alij* vero asserunt, hanc dispositionem ex parte voluntatis ne- C cessario requiri ad consequendam iustificationem, & gratiam sacramenti, ità vt sine dolore seu displicentia peccati, nec remissio culpæ; nec infusio gratiæ fiat. Prima opinio principaliter tribuitur *Scoto in* 4. *dist.* 14. *q.* 4. *art.* 3. *§. quantum ad tertium*; vbi docet nihil aliud necessario requiri, adhoc, vt adultus à peccato actionis iustificetur nisi, vt habeat voluntatem suscipiendi verum Ecclesiæ sacramentum, nec non, vt habeat fidem, & spem, & ab omni praua voluntate, seu D intentione peccandi sit alienus. Et quamuis inferius videatur exigere aliquem motum voluntatis in displicentiam peccatorum, tamen ibi loquitur de sacramento pænitentiæ, (quemadmodū accuratè animaduertit *Suarez disp.* 28. *sect.* 1.) in quo aliquid maius requirit. Sed *Vazquez disp.* 158. *cap.* 1. *nu.* 6. mentem Scoti aliter interpretatur. *Ait* enim Scotum nunquam dixisse, posse fieri iustificationem peccatorum in baptismo absq; vllo dolore. *Sed* posse fieri absq; do- E lore propter Deū, idest absq; cōtritione, supposita tamē attritione, quæ sicut sufficit ad validitatem pænitentiæ, ità sufficere potest ad validitatem baptismi.

1. opinio. *Scotus.* *Suarez* *Vazquez*

Secunda sententia, quæ ad hanc materiam spectat, est *Gabriel. in* 2. *dist.* 32. *q.* 1. vbi quandam distinctionem ponit inter effectum, quem operatur baptismus quoad remissionem peccati originalis, & inter effectum quoad remissionem peccatorum actualium, & infusionem gratiæ. Nam docet ad consequen- F dum primum effectum sufficere voluntatem suscipiendi sacramentum, nec necessario requiri aliquem dolorem de peccato originali. A consequendum verò secundum effectum (ait) maiorem dispositionem requiri, nam necessarium est, vt homo de peccatis actualibus displicentiam, seu dolorem habeat. Vnde protinus concludit, & dicit, quod si cōtingeret, vt quis cum sola intentione suscipiendi sacramentum ad baptismum accedat, nullam habens de peccatis G actualibus displicentiam, vtiq; non consequitur remissionē peccatorū actualiū nec infusionē gratiæ, sed tantū remissionem peccati originalis. Sed hæc opinio, quam tenet *Gabriel*, est valde absurda, quia supponit posse fieri remissionem peccati originalis absq; gratiæ infusione. Hoc enim non solum communi Doctorum Scholasticorum opinioni repugnat, sed etiam doctrinæ H *Concilij Tridentini sess.* 5. *can.* 2. *capit.* 5. vbi docet, per Iesu Christi Domini nostri gratiam, quæ in baptismate confertur reatum originalis peccati remitti, ac tolli totū id, quod veram, ac propriam rationem peccati habet.

2. opin. *Gabriel* *Examinatur hac secunda opinio.* *Refellitur.* *Conc. Trid.*

Tertia opinio est illa, quam tenet *Caietan. in comment. super* 3. *part. S. Thom. q.* 86. *art.* 2. vbi docet, voluntatem suscipiendi baptismum, in adulto multa crimina habente esse virtualem pænitentiam, & hanc esse sufficientem dispositionem, ad consequendam iustificationem, & remissionem peccatorum per I baptismum, dummodo intendat hoc suscipere sacramentum in remissionem suorum peccatorum. Ità mentem *Caietani* interpretatur *Suarez disput.* 28. *sect.* 2. *lit. D. Vazquez autem disput.* 158. *cap.* 1. refert opinionem *Caietani*, esse similem sententiæ *Scoti*, quam supra citauimus, & rè vera, si vtraq; opinio subtiliter consideretur parum, vel nihil, vna ab altera differt. *Fundamentum* autem cui innixus est *Caietanus*, est illud, quod ait *D. Ambros. super ad Roman.* 11. *Gratia* K *Dei* (inquit) *in baptismo omnia condonat nullumq; luctum requirit.* Et expressius hoc idem significare videtur *lib.* 3. *de sacrament. cap. vlt.* vbi sic ait. *Qui venit ad baptismum, etiam, si non confiteatur peccatum, in hoc ipso implet confessionem omnium peccatorum, quod baptizari petit, vt iustificetur.* Porrò hanc sententiam *Caietani*, probabilem esse existimat *Ledesm.* 1. *p. q.*

3. opinio *Caietan.* *Suarez* *Vazquez* *Ambros.* *Roman.* 11.

Ledesma

A 1. p. 4. q. 10. art. 9. dub. 1. *Sed Roſell. verb. confeſſio* 1. §. 4. *& Angel. eod. tit. nu.* 25. eandem opinionem tribuunt *D. Thom. Quodlib.* 4. q. 10. Seu hoc an ſit verum, inferius patebit.

Roſell. *Angelus*

Opinio Authoris, quę probabilior eſt.

His præmiſſis Doctorum opinionibus, concluſio ſtatuitur. Si adultus plura peccata actualia habeat, originali peccato coniuncta, adhoc, vt remiſſionem peccatorum, & gratiam, atque plenam iuſtificationem conſequatur, debet ad Sacramentum baptiſmi accedere, non ſolum diſpoſitionem habẽs
B in intellectu, ideſt fidem, & intentionem ſuſcipiendi Sacramentum, ſed etiã diſpoſitionem habens in voluntate, ideſt deteſtationem prioris vitæ, diſplicentiam peccatorum, & conuerſionem ad Deum, cum propoſito non amplius peccandi. Itá docent communiter Doctores in 4. *diſt.* 4. *&* 5. *& præcipuè, Cordub. lib.* 1. *Theologic. quæſtion. quæſt.* 2. *& expreſſius in* 4. *diſt.* 4. *q.* 5. *Vega lib.* 9. *in Concil. Trident. cap.* 15. *& lib.* 13 *cap.* 33. *&* 34. *Gabriel in* 4. *diſt.* 4. *q.* 2. *art.*
C 2. *poſt* 4. *concluſionem Alexand. Alenſ. in* 4. *par. q.* 18. *art.* 1. *nempè in antiqua editione, ſed in recentiori, q.* 8. *art.* 2. §. 1. *Petr. Sot. lib. de inſtitution. Sacerdot. lection.* 4. *de Baptiſm.* §. *vltimo tandem, Nauarr. in Summa cap.* 1. *num.* 33. vbi acriter reprehendit eos, qui Indos baptizare nõ dubitant, antequam credant eos pœnitere anteacta vitæ propter Deum; *Sotus lib.* 2. *de natur. & gratia cap.* 15. *& in* 4 *diſp.* 6. *q.* 1. *art.* 7. §. *At verò, Canus in relectiõ de Pænit. nt.* §. *Altera quoque*
D *attritio eſt, Suarez diſput.* 28. *ſect.* 1. *verſ. vnde dico primo, Vazquez diſput.* 158. *c.* 2. 3. *&* 4. *Bonaciu. tom.* 1. *de Sacrament. baptiſm. diſp.* 2. *q.* 2. *pun* 7. *propoſ.* 3. *Fillincc. de Sacrament. baptiſm. tract.* 2. *q.* 7. *num.* 103. *&* 104. *vbi citat. Palud. in* 4. *diſt.* 4. *q* 1. *art.* 5. *Durand. ead. diſt.* 4. *q.* 2. *ad ſecundum, & Turrecrem. cap. ſi quotieſcunq; de conſecration. diſt.* 2. *num.* 3. *ad* 3. *& Laurent. Suarez in Epytbom. de baptiſm. quoad diſpoſition.* §. 8. *num.* 7. *&* 8.

Corduba. Vega. Gabriel. Alexand. Petr. Sot. Nauarr. Sotus Canus Suarez Vazquez. Bonacina. Fillincc. Paludan. Durand. Turrecr. Lau. Sua.

E Probatur autem noſtra concluſio primo ex Sacra Scriptura *Luc.* 13. *Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis.* Quibus verbis Dominus noſter Ieſus Chriſtus poſt perpetrata delicta, plenã, & perfectam pœnitentiam, ab omnibus peccatoribus exigit, adhoc, vt remiſſionem peccatorum, & iuſtificationem inſtè eis tribuere poſſit. Alioquin æternam perditionem eis ſuperuenturã

Opinio Authoris probatur ex ſcripturis Luc. 3.

eſſe minatur. Hinc *D. Petrus Apoſtolus* F
Act. 2. ſuadebat, vt homines peccatores, pœnitentiã ante baptiſmum præmitterent. *Pænitemini* (inquit) *& baptizetur vnuſquiſq; veſtrum.* Ante baptiſmum, itaque pœnitentiam agere debet peccator adultus de peccatis ſuis, hoc eſt vitam præteritam per cordis cõtritionem deteſtari, ac abhorrere, ad hoc vt effectum baptiſmi conſequi valeat.

Act. 2. *Ante baptiſmum pænitentia peccatorũ ideſt contritio eſt præmittẽda.*

Probatur ſecundo noſtra concluſio ex communi traditione Sanctorum Patrum, qui docent, ad obtinendam iu- G
ſtificationem, & gratiam neceſſarium eſſe, vt ante baptiſmum præcedat pœnitentia, ideſt diſplicentia omnium peccatorum. Primo loco occurrit *Baſilius*, qui fere *toto lib. de Baptiſm.* cum exhortatus fuiſſet baptizandos, vt crucem Chriſti, & iugum Domini alacri animo ferrent, & præterita peccata per dolorem contritionis, & renouationẽ vitæ in ſeipſis crucifigerent, his verbis ſuam exhortationem concludit. Tum ſcilicet promerebitur quis, vt baptizetur in nomine Spiritus ſancti, & regenerátus mutet locum. Similiter *D. Augu* H
ſtin. lib. de Pænitent. medicin. cap. 2. hoc idem apertis verbis nobis commendat. *Omnis* (inquit) *qui voluntatis ſuæ factus eſt arbiter, cum accedit ad Sacramenta fidelium, niſi eum veteris vitæ pæniteat, nouam inchoare non poteſt.* Et inferius. *Ab hac* (inquit) *pænitentia ſoli, qui baptizantur pueri, immunes ſunt.* Similia ſcribit in *lib. de vera, & falſa pænitent. cap.* 18. *Baptiſmus* (inquit) *ſine pænitentia nunquam profuit ei, qui peccauit ſpontanee.* Et *ſermon.* 11. *ad fratr. in herem. O compunctio ſancta, ſine qua adultis non prodeſt baptiſmus, ſine qua infructuoſa eſt omnis confeſſio.* Eandem denique doctrinam reperies apud *Auguſt. lib. de fide, & operibus cap.* 6. *& ſequentib. & lib. quinquagint. homiliar. homil.* 27. *&* 50. *& epiſt.* 48. *&* 118. Denique accedit *D. Fulgent. lib. de fide ad Petrum cap.* 30. *Firmiſſimè tene* (inquit) *& nullatenus dubites exceptis illis, qui pro nomine Chriſti ſuo ſanguine baptizantur, nullum hominem accepturum vitam æternam, qui non hic à malis ſuis fuerit per pænitentiã fidemque conuerſus, et per Sacramentum fidei, et pænitentiæ, ideſt per baptiſmum liberatus. Et maioribus quidem neceſſarium eſſe, et pænitentiam de malis ſuis agere, et fidem catholicam ſecundum regulam*

Probatur etiam autoritate Patrum. *Baſilius* *Auguſtin* I K *Fulgent.*

Yy veri-

A *rea*. Deniq; adhoc, vt veritas nostræ sententiæ dilucidius appareat, notandum est, quod non est impossibile, vt homo in adulta ætate constitutus, peccatum originis tantum habeat; nam non est necessarium, vt hac adulta ætate adueniente, homo, vel iustificationem accipiat, vel in peccatum actuale mortiferum prolabatur, prout probat *Vazquez disp.* 158.*cap.*1.*num.*2.*& fusius* 1. 2. *disp.*
B 149.*cap.*2.

In quo cõsistat difficultas quæstionis. Tota igitur difficultas in hoc consistit, quando scilicet in adulto adest peccatum originale, peccato actuali coniunctum. In qua videlicet dubitatione magna controuersia est inter Theologos scholasticos, nam alij dicunt non esse necessarium aliquem dolorem, seu displicentiam peccati ex parte voluntatis adhoc, vt non solum character, sed etiam effectus sacramenti, idest iustificatio obtineatur. *Alij* vero asserunt, hanc dispositionem ex parte voluntatis ne-
C cessario requiri ad consequendam iustificationem, & gratiam sacramenti, ità vt sine dolore seu displicentia peccati, nec remissio culpæ; nec infusio gratiæ fiat. Prima opinio principal er tribuitur *Scoto in* 4.*dist.*14.*q.*4.*art.*3.§.*quantum ad tertium*; vbi docet nihil aliud necessario, requiri, adhoc, vt adultus à peccato actionis iustificetur nisi, vt habeat voluntatem suscipiendi verum Ecclesiæ sacramentum, nec non, vt habeat fidem, & spem, & ab omni praua voluntate, seu intentione peccandi sit alienus. Et
D quamuis inferius videatur exigere aliquem motum voluntatis in displicentiam peccatorum, tamen ibi loquitur de sacramento pænitentiæ, (quemadmodũ accuratè animaduertit *Suarez disp.* 28. *sect.*1.) in quo aliquid maius requirit. Sed *Vazquez disp.* 158. *cap.*1.*nu.*6. mentem Scoti aliter interpretatur. *Ait* enim Scotum nunquam dixisse, posse fieri iustificationem peccatorum in baptismo absq; vllo dolore. *Sed* posse fieri absq; do-
E lore propter Deũ, idest absq; cõtritione, supposita tamẽ attritione, quæ sicut sufficit ad validitatem pænitentiæ, ità sufficere potest ad validitatem baptismi.

1. opinio.

Scotus.

Suarez
Vazquez

Secunda sententia, quæ ad hanc materiam spectat, est *Gabriel. in* 2. *dist.*32. *q.* 1. vbi quandam distinctionem ponit inter effectum, quem operatur baptismus quoad remissionem peccati originalis, & inter effectum quoad remissionem peccatorum actualium, & infusionem gratiæ. Nam docet ad consequendum primum effectum sufficere voluntatem suscipiendi sacramentum, nec necessario requiri aliquem dolorem de peccato originali. A consequendum verò secundum effectum (ait) maiorem dispositionem requiri, nam necessarium est, vt homo de peccatis actualibus displicentiam, seu dolorem habeat. Vnde protinus concludit, & dicit, quod si cõtingeret, vt quis cum sola intentione suscipiendi sacramentum ad baptismum accedat, nullam habens de peccatis actualibus displicentiam, vtiq; non consequitur remissionẽ peccatorũ actualiũ nec infusionẽ gratiæ, sed tantũ remissionem peccati originalis. Sed hæc opinio, quam tenet *Gabriel*, est valde absurda, quia supponit posse fieri remissionem peccati originalis absq; gratiæ infusione. Hoc enim non solum communi Doctorum Scholasticorum opinioni repugnat, sed etiam doctrinæ *Concilij Tridentini sess.*5.*can.*2. *capit.*5. vbi docet, per Iesu Christi Domini nostri gratiam, quæ in baptismate confertur reatum originalis peccati remitti, ac tolli totũ id, quod veram, ac propriam rationem peccati habet.

2. opin.

Gabriel

F *Examinatur hac secunda opinio.*

G

Refellitur.

H *Conc.Trid.*

Tertia opinio est illa, quam tenet *Caietan. in comment. super* 3.*part. S.Thom. q.*86.*art.* 2. vbi docet, voluntatem suscipiendi baptismum, in adulto multa crimina habente esse virtualem pænitentiam, & hanc esse sufficientem dispositionem, ad consequendam iustificationem, & remissionem peccatorum per baptismum, dummodo intendat hoc suscipere sacramentum in remissionem suorum peccatorum. Ità mentem *Caietani* interpretatur *Suarez disput.* 28. *sect.* 2. *lit. D. Vazquez autem disput.* 158. *cap.*1. refert opinionem *Caietani*, esse similem sententiæ *Scoti*, quam supra citauimus, & rè vera, si vtraq; opinio subtiliter consideretur parum, vel nihil, vna ab altera differt. *Fundamentum* autem cui innixus est *Caietanus*, est illud, quod ait *D. Ambros. super ad Roman.* 11. *Gratia Dei* (inquit) *in baptismo omnia condonat nullum q; luctum requirit.* Et expressius hoc idem significare videtur *lib.*3.*de sacrament. cap. vlt.* vbi sic ait. *Qui venit ad baptismum, etiam, si non confiteatur peccatum, in hoc ipso implet confessionem omnium peccatorum, quod baptizari petit, vt iustificetur.* Porrò hanc sententiam *Caietani*, probabilem esse existimat *Ledesm.* 1.*p.q.*

3. opinio
Caietan.

I

Suarez
Vazquez

K
Ambros.
Roman. 11.

Ledesma

A 1.p.4.q.10.art.9.dub.1.*Sed Roſell.verb. confeſſio* 1.§.4. & *Angel.eod.tit.nu.* 25. eandem opinionem tribuunt *D. Thom. Quodlib.*4.q.10. Sed hoc an ſit verum inferius patebit.

Roſell. Angelus

His præmiſſis Doctorum opinionibus, concluſio ſtatuitur. Si adultus plura peccata actualia habeat, originali peccato coniuncta, adhoc, vt remiſſionem peccatorum, & gratiam, atque plenam iuſtificationem conſequatur, debet ad Sacramentum baptiſmi accedere, non ſolum diſpoſitionem habēs in intellectu, ideſt fidem, & B intentionem ſuſcipiendi Sacramentum, ſed etiā diſpoſitionem habens in voluntate, ideſt deteſtationem prioris vitæ, & diſplicentiam peccatorum, & conuerſionem ad Deum, cum propoſito non amplius peccandi. Itā docent communiter Doctores in 4.*diſt*.4. & 5. & *præcipuè, Cordub.lib* 1. *Theologic. quæſtion. quæſt.*1.&*expreſſius in* 4.*diſt.*4.q.5.*Vega lib.*9.*in Concil.Trident.cap.*15.& *lib.*13 C *cap.*33.& 34. *Gabriel in* 4.*diſt.*4.q.2.*art.* 2.*poſt* 4.*concluſionem Alexand. Aleuſ. in* 4.*par.q.*18.*art.*1.*nempè in antiqua editione, ſed in recentiori,q.*8 *art.*2.§.1.*Petr. Sot.lib.de inſtitution.Sacerdot.lection.* 4. *de Baptiſm.*§.*vltimo tandem, Nauarr.in Summa cap.* 1. *num.* 33. vbi acriter reprehendit eos, qui Indos baptizare nō dubitant, antequam credant eos pœnitere anteactæ vitæ propter Deum; *Sotus lib* 2.*de natur.& gratia cap.*15.& *in* 4 *diſp.*6.*q.*1.*art.*7.§.*At reuera, Canus in relection de Pænit nt.* §. *Altera quoque* D *attritio eſt, Suarez diſput.*28.*ſect.*1.*verſ. vnde dico primo, Vazquez diſput.* 158. *c.* 2.3.& 4.*Bonacin.tom.* 1. *de Sacrament. baptiſm.diſp.*2.*q.*2.*pun* 7.*propoſ.* 3. *Filliucc.de Sacrament.baptiſm.tract.*2. *q.*7. *num.*103. & 104.*vbi citat. Palud. in* 4. *diſt.*4.*q* 1.*art.*5.*Durand.ead.diſt.* 4. *q.* 2. *ad ſecundum, & Turrecrem. cap. ſi quotieſcunq; de conſecration.diſt.*2.*num.*3. *ad* 3.& *Laurent. Suarez in Epytbom. de baptiſm.quoad diſpoſition.*§.8.*num.* 7. & 8.

Opinio Authoris,quę probabilior eſt.

Corduba. Vega. Gabriel. Alexand. Petr. Sot. Nauarr. Sotus Canus Suarez Vazquez. Bonacina. Fillincc. Paludan. Durand. Turrecr. Lau.Sua.

E Probatur autem noſtra concluſio primo ex Sacra Scriptura *Luc.*13. *Niſi pænitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis.* Quibus verbis Dominus noſter Ieſus Chriſtus poſt perpetrata delicta, plenā, & perfectam pœnitentiam, ab omnibus peccatoribus exigit, adhoc, vt remiſſionem peccatorum, & iuſtificationem iuſtè eis tribuere poſſit. Alioquin æternam perditionem eis ſuperuenturā eſſe minatur. Hinc *D.Petrus Apoſtolus* F *Act.*2. ſuadebat, vt homines peccatores, pœnitentiā ante baptiſmum præmitterent. *Pænitemini (inquit) & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum.* Ante baptiſmum, itaque pœnitentiam agere debet peccator adultus de peccatis ſuis, hoc eſt vitam præteritam per cordis cōtritionem deteſtari, ac abhorrere, ad hoc vt effectum baptiſmi conſequi valeat.

*Opinio Authoris probatur ex ſcripturis Luc.*3.

*Act.*2.

Ante baptiſmum pænitentia peccatorū ideſt contritio eſt præmittēda.

Probatur ſecundo noſtra concluſio ex communi traditione Sanctorum Patrum, qui docent, ad obtinendam iu- G ſtificationem, & gratiam neceſſarium eſſe, vt ante baptiſmum præcedat pœnitentia, ideſt diſplicentia omnium peccatorum. Primo loco occurit *Baſilius*, qui fere *toto lib.de Baptiſm.* cum exhortatus fuiſſet baptizandos, vt crucem Chriſti, & iugum Domini alacri animo ferrent, & preterita peccata per dolorem contritionis, & renouationē vitæ in ſeipſis crucifigerent, his verbis ſuam exhortationem concludit. Tum ſcilicet promerebitur quis, vt baptize- H tur in nomine Spiritus ſancti, & regenerātus mutet locum. Similiter *D. Auguſtin. lib.de Pænitent.mediciu.cap.* 2. hoc idem apertis verbis nobis commendat. *Omnis (inquit) qui voluntatis ſuæ factus eſt arbiter, cum accedit ad Sacramenta fidelium, niſi eum veteris vitæ peniteat, nouam inchoare non poteſt.* Et inferius. *Ab hac (inquit) pænitentia ſoli, qui baptizantur pueri, immunes ſunt.* Similiter ſcribit *in lib.de vera, & falſa pænitent. cap.* 18. *Baptiſmus (inquit) ſine pæniten-* I *tia nunquam profuit ei, qui peccauit ſpontanee. Et ſermon.*11.*ad fratr. in herem. O compunctio ſancta, ſine qua adultis non prodeſt baptiſmus, ſine qua infructuoſa eſt omnis confeſſio.* Eandem denique doctrinam reperies apud *Auguſt.lib.de fide, & operibus cap.* 6. & *ſequentib.* & *lib. quinquagint.homiliar.homil.*27.& 50.& *epiſt.*48.& 118. Denique accedit *D.Fulgent. lib.de fide ad Petrum cap.* 30. *Firmiſſimè tene (inquit) & nullatenus du-* K *bites exceptis illis, qui pro nomine Chriſti ſuo ſanguine baptizantur, nullum hominem accepturum vitam æternam, qui non hic à malis ſuis fuerit per pænitentiā fidemque conuerſus, et per Sacramentum fidei, et pænitentiæ, ideſt per baptiſmum liberatus. Et maioribus quidem neceſſarium eſſe, et pænitentiam de malis ſuis agere, et fidem catholicam ſecundum regulam veri-*

Probatur etiam autoritate Patrum.

Baſilius

Auguſtin

Fulgent.

A *rea*. Deniq;adhoc,vt veritas nostrę sententiæ dilucidius appareat, notandum est, quod non est impossibile, vt homo in adulta ætate constitutus, peccatum originis tantum habeat;nam non est necessarium, vt hac adulta ætate adueniente, homo, vel iustificationem accipiat, vel in peccatum actuale mortiferum prolabatur, prout probat *Vazquez disp.*158.*cap.*1.*num.*2.*& fusius* 1. 2. *disp.*
B 149.*cap.*2.

In quo cōsistat difficultas quæstionis. Tota igitur difficultas in hoc consistit,quando scilicet in adulto adest peccatum originale, peccato actuali coniunctum. In qua videlicet dubitatióne magna controuersia est inter Theologos scholasticos, nam alij dicunt non esse necessarium aliquem dolorem, seu displicentiam peccati ex parte voluntatis adhoc,vt non solum character,sed etiam effectus sacramenti,idest iustificatio obtineatur. *Alij* vero asserunt,hanc dispositionem ex parte voluntatis ne-
C cessario requiri ad consequendam iustificationem,& gratiam sacramenti,ità vt sine dolore seu displicentia peccati,
1. opinio. nec remissio culpæ; nec infusio gratiæ fiat. Prima opinio principal er tribuitur *Scoto in* 4.*dist*.14.*q*.4.*art*.3.§.*quantum*
Scotus. *ad tertium*; vbi docet nihil aliud necessario,requiri,adhoc,vt adultus à peccato actionis iustificetur nisi, vt habeat voluntatem suscipiendi verum Ecclesiæ sacramentum,nec non,vt habeat fidem, & spem,& ab omni praua voluntate,seu
D intentione peccandi sit alienus. Et quamuis inferius videatur exigere aliquem motum voluntatis in displicentiam peccatorum,tamen ibi loquitur de sacramento pænitentiæ, (quemadmodū
Suarez accuratè animaduertit *Suarez disp.* 28.
Vazquez *sect.*1.) in quo aliquid maius requirit. Sed *Vazquez disp.* 158. *cap.*1.*nu.*6. mentem Scoti aliter interpretatur. *Ait* enim Scotum nunquam dixisse, posse fieri iustificationem peccatorum in baptismo absq;vllo dolore.*Sed* posse fieri absq;do-
E lore propter Deū,idest absq;cōtritione, supposita tamē attritione,quæ sicut sufficit ad validitatem pænitentiæ, ità sufficere potest ad validitatem baptismi.

2. opin. Secunda sententia, quæ ad hanc materiam spectat, est *Gabriel. in* 2. *dist.*32.
Gabriel *q.* 1. vbi quandam distinctionem ponit inter effectum, quem operatur baptismus quoad remissionem peccati originalis,& inter effectum quoad remissionem peccatorum actualium, & infusionem gratiæ. Nam docet ad consequendum primum effectum sufficere voluntatem suscipiendi sacramentum,nec necessario requiri aliquem dolorem de peccato originali. A consequendum vero secundum effectum (ait) maiorem dispositionem requiri,nam necessarium est, vt homo de peccatis actualibus displicentiam,seu dolorem habeat. Vnde protinus concludit,& dicit, quod si cōtingeret,vt quis cum sola intentione suscipiendi sacramentum ad baptismum accedat, nullam habens de peccatis actualibus displicentiam,vtiq;non consequitur remissionē peccatorū actualiū nec infusionē gratiæ,sed tantū remissionem peccati originalis. Sed hæc opinio,quam tenet *Gabriel*, est valde absurda, quia supponit posse fieri remissionem peccati originalis absq; gratiæ infusione. Hoc enim non solum communi Doctorum Scholasticorum opinioni repugnat, sed etiam doctrinę *Concilij Tridentini sess.*5.*can.*2. *capit.*5. vbi docet, per Iesu Christi Domini nostri gratiam, quæ in baptismate confertur reatum originalis peccati remitti,ac tolli totū id, quod veram, ac propriam rationem peccati habet. *F* *Examinatur hac secunda opinio.* *G* *Refellitur.* *H* *Conc Trid.*

Tertia opinio est illa,quam tenet *Caietan. in comment. super* 3.*part. S.Thom. q.*86.*art.*2. vbi docet,voluntatem suscipiendi baptismum,in adulto multa crimina habente esse virtualem pænitentiam, & hanc esse sufficientem dispositionem, ad consequendam iustificationem, & remissionem peccatorum per baptismum,dummodo intendat hoc suscipere sacramentum in remissionem suorum peccatorum. Ità mentem *Caietani* interpretatur *Suarez disput.* 28. *sect.*2. *lit. D. Vazquez autem disput.* 158. *cap.* 1.refert opinionem *Caietani*,esse similem sententiæ *Scoti*, quam supra citauimus,& rè vera, si vtraq; opinio subtiliter consideretur parum,vel nihil,vna ab altera differt. *Fundamentum* autem cui innixus est *Caietanus*, est illud,quod ait *D. Ambros.super ad Roman.*11.*Gratia Dei* (inquit) *in baptismo omnia condonat nullum q; luctum requirit.* Et expressius hoc idem significare videtur *lib.*3.*de sacrament. cap. vlt.* vbi sic ait. *Qui venit ad baptismum,etiam,si non confiteatur peccatum,in hoc ipso implet confessionem omnium peccatorum,quod baptizari petit, vt iustificetur*. Porrò hanc sententiam *Caietani*,probabilem esse existimat *Ledesm.* *3. opinio* *Caietan.* *I* *Suarez* *Vazquez.* *K* *Ambros.* *Roman.11.*

1.*p.q.* *Ledesma*

A *1.p.4.q.10.art.9.dub.1.Sed Roſell.verb. confeſſio 1.§.4. & Angel.eod.tit.nu. 25.* eandem opinionem tribuunt *D. Thom. Quodlib.4.q.10.* Seu hoc an ſit verum, inferius patebit.

Roſell. Angelus

Opinio Authoris, quę probabilior eſt.

His præmiſſis Doctorum opinionibus, concluſio ſtatuitur. Si adultus plura peccata actualia habeat, originali peccato coniuncta, adhoc, vt remiſſionem peccatorum, & gratiam, atque plenam iuſtificationem conſequatur, debet ad Sacramentum baptiſmi accedere, non ſolum diſpoſitionem habēs B in intellectu, ideſt fidem, & intentionem ſuſcipiendi Sacramentum, ſed etiā diſpoſitionem habens in voluntate, ideſt deteſtationem prioris vitæ, & diſplicentiam peccatorum, & conuerſionem ad Deum, cum propoſito non amplius peccandi. Itā docent communiter Doctores *in 4.diſt.4. & 5. & præcipuè, Cordub.lib 1. Theologic. quæſtion. quæſt.2. & expreſſius in 4.diſt.4.q.5. Vega lib.9.in Concil.Trident.cap.15. & lib.13 cap.33. & 34. Gabriel in 4.diſt.4.q.2.art.* C *2.poſt 4.concluſionem Alexand. Alenſ. in 4.par.q.18.art.1.nempè in antiqua editione, ſed in recentiori, q.8.art.2.§.1. Petr. Sot.lib.de inſtitution.Sacerdot.lection. 4. de Baptiſm.§.vltimo tandem, Nauarr.in Summa cap. 1. num. 33.* vbi acriter reprehendit eos, qui Indos baptizare nō dubitant, antequam credant eos pœnitere anteactę vitæ propter Deum; *Sotus lib 2.de natur. & gratia cap.15. & in 4 diſp.6.q.1.art.7.§. At reuera, Canus in relection de Pænit ut. §. Altera quoque* D *attritio eſt, Suarez diſput.28.ſect.1.verſ. vnde dico primo, Vazquez diſput. 158. c. 2.3. & 4. Bonacin. tom. 1. de Sacrament. baptiſm.diſp.2.q.2.pun 7.propoſ. 3. Fillucc.de Sacrament. baptiſm.tract.2. q.7. num.103. & 104. vbi citat. Palud. in 4. diſt.4.q 1.art.5. Durand. ead.diſt. 4. q. 2. ad ſecundum, & Turrecrem. cap. ſi quotieſcunq; de conſecration.diſt.2.num.3. ad 3. & Laurent. Suarez in Epythom. de baptiſm.quoad diſpoſition.§.8.num. 7. & 8.*

Corduba. Vega. Gabriel. Alexand. Petr. Sot. Nauarr. Sotus Canus Suarez Vazquez, Bonacina. Fillincc. Paludan. Durand. Turrecr. Lau. Sua.

E

Opinio Authoris probatur ex ſcripturis Luc.3.

Probatur autem noſtra concluſio primo ex Sacra Scriptura *Luc.13. Niſi pænitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis.* Quibus verbis Dominus noſter Ieſus Chriſtus poſt perpetrata delicta, plenā, & perfectam pœnitentiam, ab omnibus peccatoribus exigit, adhoc, vt remiſſionem peccatorum, & iuſtificationem iuſtè eis tribuere poſſit. Alioquin æternam perditionem eis ſuperuenturā eſſe minatur. Hinc *D. Petrus Apoſtolus* F *Act.2.* ſuadebat, vt homines peccatores, pœnitentiā ante baptiſmum præmitterent. *Pænitemini* (inquit) *& baptizetur vnuſquiſq; veſtrum.* Ante baptiſmum, itaque pœnitentiam agere debet peccator adultus de peccatis ſuis, hoc eſt vitam præteritam per cordis cōtritionem deteſtari, ac abhorrere, adhoc vt effectum baptiſmi conſequi valeat.

Act. 2.

Ante baptiſmum pœnitentia peccatorū ideſt contritio eſt præmittēda.

Probatur ſecundo noſtra concluſio ex communi traditione Sanctorum Pa- G trum, qui docent, ad obtinendam iuſtificationem, & gratiam neceſſarium eſſe, vt ante baptiſmum præcedat pœnitentia, ideſt diſplicentia omnium peccatorum. Primo loco occurrit *Baſilius*, qui fere *toto lib. de Baptiſm.* cum exhortatus fuiſſet baptizandos, vt crucem Chriſti, & iugum Domini alacri animo ferrent, & pręterita peccata per dolorem contritionis, & renouationē vitæ in ſeipſis crucifigerent, his verbis ſuam exhortationem concludit. Tum ſcilicet promerebitur quis, vt baptize- H tur in nomine Spiritus ſancti, & regeneratus mutet locum. Similiter *D. Auguſtin. lib.de Pænitent.medicin.cap.2.* hoc idem apertis verbis nobis commendat. *Omnis* (inquit) *qui voluntatis ſuæ factus eſt arbiter, cum accedit ad Sacramenta fidelium, niſi eum veteris vitæ pæniteat, nouam inchoare non poteſt.* Et inferius. *Ab hac* (inquit) *pænitentia ſoli, qui baptizantur pueri, immunes ſunt.* Similiter ſcribit *in lib.de vera, & falſa pænitent. cap. 18. Baptiſmus* (inquit) *ſine pæniten-* I *tia nunquam profuit ei, qui peccauit ſpontanee. Et ſermon.11.ad fratr. in herem. O compunctio ſancta, ſine qua adultis non prodeſt baptiſmus, ſine qua infructuoſa eſt omnis confeſſio.* Eandem denique doctrinam reperies apud *Auguſt. lib.de fide, & operibus cap. 6. & ſequentib. & lib. quinquagint.homiliar.homil.27. & 50. & epiſt.48. & 118.* Denique accedit *D.Fulgent. lib.de fide ad Petrum cap. 30. Firmiſſimè tene* (inquit) *& nullatenus du-* K *bites exceptis illis, qui pro nomine Chriſti ſuo ſanguine baptizantur, nullum hominem accepturum vitam æternam, qui non hic à malis ſuis fuerit per pænitentiā fidemque conuerſus, et per Sacramentum fidei, et pænitentiæ, ideſt per baptiſmum liberatus. Et maioribus quidem neceſſarium eſſe, et pænitentiam de malis ſuis agere, et fidem catholicam ſecundum regulam*

Baſilius

Auguſtin

Fulgent.

A *tism. cap.* 24. vbi cum dixisset esse validum Sacramentum in paruulis, si pro ipsis aliquis sponsor respôdeat, & quod ipsi responsum dare nequeant, subiungit dicens; *At si pro eo, qui respondere potest alius respondeat, non itidem valet.* Quibus verbis *Augustinus* in adultis non solum exigit ad validitatem sacramenti, oris locutionem; sed etiam cordis consensum, quemadmodum optimè animaduertunt *Vazquez disput.* 157. *cap.* 1. *& Richard. in* 4. *dist.* 6. *art.* 2. *q.* 3. *Item* in confirmationem nostræ sententiæ adduci solet authoritas *Innocentii III. in cap. maioris de baptis. & eius eff.ct.*

Vazquez
Richardus
Innocent.
B

Notandum est autem hoc in loco, quod ad validitatem Sacramenti non requiritur, vt hic consensus, vel intentio, siue voluntas actu sit in adulto eo tempore, quo baptizatur, sed sufficit si præcesserit, nec postmodum per contrarium actum fuerit permutata prædicta intentio, quæ virtualis appellatur, Hoc definitum est *in Concil. Arausican.* 1. *can.* 12. vbi hæc habentur verba. *Subitò obmutescens prout statutum est baptizari, aut pænitentiam accipere potest si voluntatis præteritæ testimonium aliorum verbis habet, aut præsentis in suo nutu.* Hoc idem prius fuerat definitum *in Cōcil. Carthaginens.* 3. *can.* 34. sequentibus verbis *Vt ægrotantes si pro se respondere non possunt, cum voluntatis eorum testimonium ij, qui sui sunt periculo proprio dixerint, baptizentur.* Item accedunt plerique Scholastici, qui vnanimiter docent, de necessitate Sacramenti, non requiri in adulto eam intentionem actualem, quæ actu existit in confectione baptismi, sed sufficere illam virtualem, quæ baptismi susceptionem quouis tempore præcessit, & virtute semper durat. Ità *S. Thom.* 3. *par q.* 69. *art.* 12. *Scotus in* 4 *dist.* 4. *q.* 4. *Gabriel ead. dist.* 4. *q* 2. *art.* 2. *conclus.* 2. *Alexand. Alens.* 4. *p. q.* 8. *memb.* 7. *art.* 2. *§. vlt. Bonauentur. in* 4. *dist.* 4. *art.* 2. *q.* 1. *Richard. in* 4 *dist* 6. *art.* 2. *q.* 2. *Syluest. in Summa verb. baptismus* 4. *q.* 1. 4. *Vazquez disp.* 157. *cap.* 2. *Bonacin. in summa tom.* 1. *de sacram. baptism. disp.* 2. *q.* 2. *pun.* 6. *prop.* 2. *& alij communiter.* Vnde quiescere debent scrupulosi, qui in susceptione Sacramenti, actualem illam intentionem habere, non sine magno labore conantur. Hæc enim non est necessaria,

C
Conc. Ara.
Con. Cart.
D
S. Thomas
Scotus
Gabriel
E
Alexander
Bonauent.
Richard.
Syluester
Vazquez
Bonacina

Ex his quæ hactenus diximus, infertur primo posse licitè baptizari, eum qui in amentiam incidit, sed antequā vsum rationis amitteret, baptismi sacramentum postulauit. Ità *S. Thom.* 3. *p. q.* 68. *art.* 12. *Vazquez ibid. disput.* 156. *c.* 2. *Suarez in commentar. super* 3. *par. S. Thom. q.* 68. *art.* 12. *disp.* 25. *Grassius* 2. *p. lib* 1. *cap.* 4 *num.* 45. *Chamerot. de baptism. dub.* 5. *cap* 10. *Angles; Henriquez, Bonac. & alij, quos retuli in hoc tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 19. *Et* hoc colligitur ex *D. Augustin.* 4. *confess. cap.* 4. vbi refert quendam suū amicum saluum factū fuisse per baptismū, quē in phrænesi susceperat. *Et* ratio est, quia illa dispositio, illaque voluntas suscipiendi baptismum, quam ante dementiam habuerat, censetur in eo perdurare etiam in ipsa amentia, quia contrarium actum factum fuisse, nobis non est notum.

F
S. Thomas
Vazquez
Suarez
Grassius
Chamerot.
Angles
Henriquez
Bonacina.
Augustin.
G

Infertur secundo esse validè baptizatum, qui baptismum expetit, & postmodum dormiens baptizatur. Est communis sententia Doctorum eamque; præcipuè tenet *Filliuc. tom.* 1. *de Sacramen. baptism. tract.* 2. *cap.* 6. *q.* 6. Et ratio est; quia ad validitatem *Sacramenti*, non requiritur, vt intentio suscipiendi Sacramentum sit actualis positiua; sed sufficit, vt sit virtualis negatiua, & hæc moraliter loquendo perdurat in homine etiam eo tempore, quo dormit, vel ad talem actionem actualiter non attendit. Hinc etiam sequitur illa inductio, non esse ad validitatem Sacramenti necessarium, vt quis actu attendat eo tempore, quo baptizatur, vnde quæuis distractio essentialiter non officit.

H
Filliuc.
Intentio virtualis sufficit ad validitatem baptismi.
I

Duo adhuc dubia supersunt enodanda, quæ ad necessariam dispositionem ex parte suscipientis pertinent, quorum primum est; *An* sit validum Baptisma, quando quis, metu tormentorum, vel minarum permotus, baptismalis aquæ lauacro ablui permittit. *Ad* quod respondeo, hanc voluntatem metu cuiuscunque pænæ, etiam mortis coactam sufficere ad validitatem baptismi, vnde tali dispositione baptizatus, characterē sacramentalem verè suscipit, & ad seruandam fidem cogi potest. Hæc opinio est communis apud omnes Theologos, eamque præcipuè tenent *Richard. in* 4. *d.* 6. *art.* 3. *q.* 2. *Adrian. in* 4. *q.* 1. *de baptism. art.* 3. *§. Contra istud, Scotus in* 4. *dist.* 4. *q.* 4. *Gabriel ead. dist.* 4. *q.* 2. *art.* 2. *Paludan. ead. d.* 4. *q.* 2. *art.* 1. *Sotus in* 4. *d.* 5. *q.* 1. *art.* 7. *Syl-*

K
Richardus
Adrianus.
Scotus
Gabr

Paludan. Sotus, Syluester Vazquez Filliucc. Conc. Tol. Innocent.

A *Syluest. in summa verb. baptiſm. 4. q.14. Vazquez ſuper 3.par.S.Tho.q.69.art.10. diſput.157. cap.2. & Filliucc. tom.1. de ſacrament.baptiſm.tract.2.cap.6.q.6.verſ. dico ſecundo.* Hoc autem probatur primo ex Concilio *Toletan. 4. cap. 56.* Hoc idem definiuit poſtmodum *Innocentius 3.in cap.Maiores de baptiſm.et eius effect. §.vlt.*vbi etiam decretum *Concilij Toletani*, tempore *Siſebuti Regis Hyſpaniæ* factum; commemorat. Probatur ſecundo ratione, nam ſupponimus talem hominem

B verè habere voluntatem, non ſolum externè exercendi illam exteriorem actionem, ſed etiam ſuſcipiendi verum ſacramentum, & eius effectum. Quapropter quamuis hic conſenſus ſecundum quid ſit inuoluntarius, tamen ſimpliciter dici poteſt voluntarius, ergo ad validitatem ſacramenti ſufficit.

Secundum dubium eſt, an ad validitatem ſacramenti ſit neceſſaria fides in eo qui baptiſmũ eſt ſuſcepturus. Adhoc breuiter reſpondeo nõ eſſe neceſſariam

C fidem, adhoc vt ſacramentum conficiatur, & character baptiſmalis verè imprimatur. Ità tenet *Vazquez d.diſp.157.c.2. in fin.& Filliucc.de ſacram.baptiſm.tract. 2.c.6.q.6. verſ.dico tertio.* Et ratio eſt, quia hęretici fidem catholicam minimè habent, & tamen dum baptizantur intendentes verum ſuſcipere ſacramentũ, & facere quod facit Eccleſia, validè baptizantur, & charactere baptiſmali conſignantur. Hoc patet ex permultis con-

Vazquez Filliucc.

D cilijs, quæ *Filliucc.loc.cit.* recenſet, vnde eſt indubitatum apud omnes Theologos, quemadmodum teſtatur *Vazquez d.cap.2.verſ.vlt.* Item infantes nullum actum fidei ob defectum ætatis elicere poſſunt, & tamen in prima ætate baptizari poſſunt, quemadmodum ſuperius probauimus; ergo fides ad validitatem baptiſmi non eſt neceſſaria. Eſt autem neceſſaria ad dignam, & fructuoſam ſuſceptionem ſacramẽti, quatenus homo per fidem, & contritionem optime diſpoſitus, gratiam, & virtutes habituales

fides eſt neceſſaria, ad dignam ſuſceptionem ſacramẽti.

E conſequi poſſit. Et in hoc ſenſu intelligenda eſt opinio *Henriquez lib.2. de ſacrament.baptiſm.cap.26.§.1.* vbi ait fidem eſſe de neceſsitate ſacramenti. Vel dicẽdum eſt quod ibi Henriquez accipit fidem prò intentione quemadmodum nonnunquam deſumit *D.Auguſtin.* teſte *Sebaſtian.q.68.art.7.& 8.*

August. Sebast.

F

CAPVT IV.

An in adultis ſit neceſſaria aliqua diſpoſitio ad recipiendum effectum baptiſmi.

G *In paruulis, & amentibus nulla diſpoſitio requiritur.*

IN adultis nonnunquam contingere ſolet, vt ſit peccatum originale coniunctum àctuali, vnde non modica controuerſia eſt inter Doctores an ad tollẽdam vtramq; culpam, & ad recipiendum effectum ſacramenti ſit neceſſaria aliqua diſplicentia, ſeu contritio ex parte ſuſcipientis. De paruulis autem, nec non de illis amentibus, qui nunquam vſum rationis habuerunt, citra controuerſiam eſt non requiri hanc diſpoſitionem ex parte voluntatis, ex hoc enim, quod in

H his tantum peccatum originis inuenitur, ad ſuſcipiendũ effectum ſacramenti, nulla diſpoſitio ex parte voluntatis requiritur. Quapropter dum iſti nullum dolorem de peccato originali habent; adhuc verum ſacramentum ſuſcipiunt, & eius effectus plene conſequuntur.

In adultis requiritur, vt habeant fidem, & ſpem.

In adultis verò, qui nullum peccatum actuale perpetrarunt, ſed ſolum peccatum originis habent, ad recipiendum effectum ſacramenti, hoc eſt iuſtificationem, & gratiam, non ſufficit illa diſpoſitio quæ eſt neceſſaria ad veritatem ſa-

I cramenti, hoc eſt voluntas ſuſcipiendi baptiſmum, & faciendi quod facit Eccleſia, ſed requiritur fides, nec non, & ſpes ità vt, ſi cum infidelitate, vel deſperatione ad hoc ſacramẽtum acceſſerint, eius effectum minimè recipiunt. Hæc opinio eſt communis apud Theologos, eamq; latius probant, atq; tuentur *Suarez diſp.28.ſect.1.& Vazquez ſup.3. par. S.Thom.q.96.art.10.diſp.158.cap.1.* Hoc autem probatur primo ex illo *Marci vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit.* Quo in loco Chriſtus Domi-

Suarez Vazquez Marc.vlt.

K nus noſter, nobis inſinuat, ad acquirendam æternam ſalutem, eſſe neceſſariam fidem baptiſmo coniunctam. Probatur ſecundo, ex illo ad *Hebr.11.Sine fide* (inquit *Apoſtolus*) *impoſſibile eſt placere Deo.* Et meritò nam fides eſt totius iuſtitiæ fundamentum, quemadmodum notat *Suarez d.diſp.28.ſect.1. verſ. Addo prete-*

Hebr.11.

reá.

Roſell. *Angelus*

A *1.p.4.q.10.art.9.dub.1.Sed Roſell.verb. confeſſio 1. §.4. & Angel.eod.tit.nu. 25.* eandem opinionem tribuunt *D. Thom. Quodlib.4.q.10.* Sed hoc an ſit verum, inferius patebit.

Opinio Authoris, quæ probabilior eſt.

His præmiſſis Doctorum opinionibus, concluſio ſtatuitur. Si adultus plura peccata actualia habeat, originali peccato coniuncta, adhoc, vt remiſſionem peccatorum, & gratiam, atque plenam iuſtificationem conſequatur, debet ad Sacramentum baptiſmi accedere, non ſolum diſpoſitionem habēs
B in intellectu, ideſt fidem, & intentionem ſuſcipiendi Sacramentum, ſed etiã diſpoſitionem habens in voluntate, ideſt deteſtationem prioris vitæ, & diſplicentiam peccatorum, & conuerſionem ad Deum, cum propoſito non amplius peccandi. Itá docent communiter Doctores *in 4.diſt.4. & 5. & præcipuè, Cordub.lib 1. Theologic. quæſtion. quæſt.2.& expreſſius in 4.diſt.4.q.5.Vega lib.9.in Concil.Trident.cap.15.& lib.13 cap.33.& 34. Gabriel in 4.diſt.4.q.2.art.*
C *2.poſt 4.concluſionem Alexand. Alenſ. in 4.par.q.18.art.1.nempè in antiqua editione, ſed in recenſiori,q.8.art.2.§.1.Petr. Sot.lib.de inſtitution.Sacerdos.lection. 4. de Baptiſm.§.vltimo tandem, Nauarr.in Summa cap.1.num.* 33. vbi acriter reprehendit eos, qui Indos baptizare nõ dubitant, antequam credant eos pœnitere anteactę vitæ propter Deum; *Sotus lib 2.de natur.& gratia cap.15.& in 4 diſp.6.q.1.art.7.§. At vero, Canus in relection de Pænit. nt. §. Altera quoque attritio eſt, Suarez diſput.28.ſect.1.verſ.*
D *vnde dico primo, Vazquez diſput.* 158. *c. 2.3.& 4.Bonacin.tom. 1. de Sacrament. baptiſm.diſp.2.q.2.pun 7.propoſ. 3. Fillucc.de Sacrament. baptiſm.tract.2. q.7. num.103. & 104. vbi citat. Palud. in 4. diſt.4.q 1.art.5.Durand.ead.diſt. 4. q. 2. ad ſecundum, & Turrecrem. cap. ſi quotieſcunq; de conſecration.diſt. 2.num.3. ad 3.& Laurent.Suarez in Epythom. de baptiſm.quoad diſpoſition.§.8.num. 7. & 8.*

Cordnba. Vega. Gabriel. Alexand. Petr. Sot. Nauarr. Sotus Canus Suarez Vazquez, Bonacina. Fillucc. Paludan. Durand. Turrecr. Lau.Sua.

Opinio Authoris probatur ex ſcripturis Luc.3.

E Probatur autem noſtra concluſio primo ex Sacra Scriptura *Luc.13. Niſi pænitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis.* Quibus verbis Dominus noſter Ieſus Chriſtus poſt perpetrata delicta, plenã, & perfectam pœnitentiam, ab omnibus peccatoribus exigit, adhoc, vt remiſſionem peccatorum, & iuſtificationem iuſtè eis tribuere poſſit. Alioquin æternam perditionem eis ſuperuenturã
F eſſe minatur. Hinc *D.Petrus Apoſtolus Act.2.* ſuadebat, vt homines peccatores, pœnitentiã ante baptiſmum præmitterent. *Pænitemini* (inquit) *& baptizetur vnuſquiſq; veſtrum.* Ante baptiſmum, itaque pœnitentiam agere debet peccator adultus de peccatis ſuis, hoc eſt vitam præteritam per cordis cõtritionem deteſtari, ac abhorrere, ad hoc vt effectum baptiſmi conſequi valeat.

Act.2.

Ante baptiſmum pænitentia peccatorũ ideſt contritio eſt præmittēda.

Probatur ſecundo noſtra concluſio ex communi traditione Sanctorum Pa-
G trum, qui docent, ad obtinendam iuſtificationem, & gratiam neceſſarium eſſe, vt ante baptiſmum præcedat pœnitentia, ideſt diſplicentia omnium peccatorum. Primo loco occurrit *Baſilius*, qui fere *toto lib.de Baptiſm.* cum exhortatus fuiſſet baptizandos, vt crucem Chriſti, & iugum Domini alacri animo ferrent, & prệterita peccata per dolorem contritionis, & renouationẽ vitæ in ſeipſis crucifigerent, his verbis ſuam exhortationem concludit. Tum
H ſcilicet promerebitur quis, vt baptizetur in nomine Spiritus ſancti, & regeneratus mutet locum. Similiter *D. Auguſtin. lib.de Pænitent.medicin.cap.2.* hoc idem apertis verbis nobis commendat. *Omnis* (inquit) *qui voluntatis ſuæ factus eſt arbiter, cum accedit ad Sacramenta fidelium, niſi eum veteris vitæ pæniteat, nouam inchoare non poteſt.* Et inferius. *Ab hac* (inquit) *pænitentia ſoli, qui baptizantur pueri, immunes ſunt.* Similia ſcribit in *lib.de vera, & falſa pænitent.*
I *cap.18. Baptiſmus* (inquit) *ſine pænitentia nunquam profuit ei, qui peccauit ſpontanee. Et ſermon.11.ad fratr. in hærem. O compunctio ſancta, ſine qua adultis non prodeſt baptiſmus, ſine qua infructuoſa eſt omnis confeſſio.* Eandem denique doctrinam reperies apud *Auguſt.lib.de fide, & operibus cap.6. & ſequentib. & lib. quinquagint.homiliar.homil.27.& 50.& epiſt.48.& 118.* Denique accedit *D.Fulgent. lib.de fide ad Petrum cap.30. Fir-*
K *miſſimè tene* (inquit) *& nullatenus dubites exceptis illis, qui pro nomine Chriſti ſuo ſanguine baptizantur, nullum hominem accepturum vitam æternam, qui non hic à malis ſuis fuerit per pænitentiã fidemque conuerſus, et per Sacramentum fidei, et pænitentiæ, ideſt per baptiſmum liberatus. Et maioribus quidem neceſſarium eſſe, et pænitentiam de malis ſuis agere, et fidem catholicam ſecundum regulam*

Probatur etiam authoritate Patrum.

Baſilius

Auguſtin

Fulgent.

A *veritatis tenere, etc. Sacramentum baptismatis accipere. Paruulis verò, qui nec propria voluntate credere, nec pœnitentiā pro peccato, quod originaliter trahunt, agere possunt, Sacramentum fidei, quod est sanctum baptisma, quandiu rationis atas eorum capax esse non potest sufficere ad salutem.*

Conc. Tr. Probatur tertio, ex *Concil. Tridentin. sess. 6. cap. 6. & 7.* vbi recensens iustificationem, quæ efficitur in homine adulto, B virtute baptismi, vel in re, vel in voto suscepti; concludit, & dicit esse necessariam in tali homine aliquam detestationem peccatorum, & conuersionem ad Deum, ad hoc, vt effectus baptismi accipi possit.

Ante baptismi susceptionē præcedere debent detestatio peccatorum, & conuersio ad Deū

CAPVT V.

C *An ad consequendos effectus baptismi, in adultis sit necessaria contritio, vel sufficiat attritio.*

Antequam ad propositæ difficultatis solutionem deueniamus præmittenda est diffinitio contritionis, nec non & diffinitio attritionis, ad hoc vt dilucidius pateat D an ad validitatem sacramenti baptismi, & ad consequutionem effectuum eius, sufficiat attritio, vel necessario requiratur contritio. Et quamuis de hac materia fusius, tanquam in suo proprio loco per tractaturi simus, in tractatu de pænitentia; tamen ad enodandam præfatam difficultatem, hæc breuis præmissio hoc in loco est necessaria. Contritio itaque est dolor perfectus de peccatis propter Deum summè dilectum cum proposito non amplius peccandi. E Attritio verò quæ nonnunquam, imperfecta contritio appellari solet, est quidam dolor de peccatis, qui vel ex timore inferni, vel amittendæ gloriæ, vel ex consideratione turpitudinis peccatorum exoritur. Hæc autem attritio sufficit ad iustificationem peccatoris, si Sacramento Pœnitentiæ coniungatur, quia nimirum peccator ad Sacramentum Pœnitentiæ attritus accedens, & absolutus, ex illa attritione, & Sacramento se habet hac si esset contritus.

Assignatur diffinitio contritionis.

Quid sit attritio.

His præmissis quæritur an ad consequendos omnes effectus baptismi necessario requiratur in adulto vera contritio, F vel sufficiat attritio. Ad hoc respondent nonnulli Doctores, & dicunt non sufficere attritionem, sed necessariam esse contritionem veram. Ita existimat *Gabriel in 4. dist. 4. q. 2. & dist. 14 quæst. 2. Marsil. in 4. q. 2. in princip. quos sequutus est Petr. à Sot. lect. 4. de baptism. & lect 7. de Pænitent.* Insuper in fauorem huius sententiæ citari solet *D. Thom. 3. par. q. 69. art. 1. arg. 2. & q. 68. art. 6. ad 3.* Sed *D. Thomæ* sententiam in partem con- G trariam (quam probabiliorem existimo) trahemus, quemadmodum inferius patebit. Aduertendum est autem, quod quandocunque præfati Doctores asserunt, ad consequendam iustificationem in baptismo necessariam esse contritionem peccatorum, proculdubio loquuntur de contritione vera, quę & in mente, & in actione pænitentis consistit; quapropter non admittunt, sed omnino excludunt con- H tritionem existimatam, & inuincibilem ac si esset omnino insufficiens. Ratio autem quæ hanc sententiam esse veram & infallibilem eis persuadet est, quia quandocunq; homo mortaliter peccat, recedit à Deo conditore suo, & ab eius amore, & amicitia se segregat; & ad creaturam conuertitur, quapropter ad hoc vt ad veram amicitiam, & gratiam reuertatur necessarium est, vt à creatura per detestationem recedat, & ad creatorem per actum amoris conuertatur; I sed hoc fieri non potest, nisi per actum verę contritionis; ergo ad obtinendam iustificationem in baptismo necessaria est vera cordis contritio. Deinde in fauorē dictę sententię adducunt authoritatem *Concil. Tridentin. sess. 6. c. 6. & 7.* vbi ponens omnes actus, quos efficere debet adultus adhoc, vt perfectè disponatur ad recipiendam primam iustificationem per baptismum; inter alios præcipuè ponit amorem Dei, & detestationem peccati. K Sed hæc duo, veram contritionem perficiunt, atque constituunt; ergo adhoc, vt adultus veram iustificationem in hoc Sacramento obtineat, necessario per actum veræ contritionis, se debet disponere.

1. opinio *Gabriel. Marsilius Petr. Sot.*

Ratio cui præfati doctores innituntur.

Con. Trid.

Secunda sententia tribuitur *Cano, in relectione. de Pænitent. par. 3.* vbi dicit ad obtinendam iustificationem per baptismum sufficere attritionem quamcunque etiam naturalem, dummodo

2. opinio Canus.

A modo credat adultus hanc realiter se habere attritionem, & esse sufficientem dispositionem ad obtinendos effectus baptismi. Imo adiungit, & dicit, quod si hæc existimatio adulti sit falsa, hoc est adultus credens, se illam habere, cum tamen verè, ac realiter eam non habeat; dummodo hic error procedat ex ignorantia inuincibili, & excusabili; putat hanc attritionem non veram, sed tantum existimatam, sufficere ad iustificationem. Ratio autem cui hęc sententia

Ratio cui prædicta sententia innititur.

B innititur est, quia Sacramenta nouæ legis semper, & infallibiliter suum producunt effectum, quando ipsi suscipientes nullum obicem ponunt (quemadmodum ex *Concilio Tridentino* sæpè probauimus *in 1. tom de Sacramen. in gener.* Sed in hoc casu suscipiens baptismum videtur, quod ex parte sua nullum obicem ponat, quia nimirum accedit ad hoc Sacramentum cum bona fide, credens se esse dispositum, præparatum,

C ac dignum, vt ei effectus huius Sacramenti infundantur. Ergo &c. Confirmari insuper hoc potest ex similitudine Sacramentorum Eucharistiæ, & Pænitentiæ, nam si quis hæc duo Sacramenta debito ordine suscipiat, credens se habuisse veram contritionem, cum tamen eam re uera nō habuerit, sed tantum attritionem, adhuc fructus, & effectus horum Sacramentorum consequi-

D tur (prout omnes Doctores communiter concedunt.) Ergo similiter dicendum videtur si quis ad Sacramentum baptismi accedat credens se habere veram attritionem; cum tamen illam re vera non habeat.

3. opinio.

Tertia sententia asserit ad consequendos effectus baptismi sufficere contritionem, atque hanc esse necessariam, attamen ex accidenti cōtingere potest, vt quis eosdem consequatur effectus, si credat se habere veram contritionem, quę ex amissione glorię cęlestis, vel ex

E timore pœnarum infernalium, vel ex consideratione turpitudinis peccatorū concipitur. Ità opinatur *Nauarr. in Summa cap. 1. num. 39. quem sequutus est Cordub. lib. 1. quæstion. Theologicar. quæst. 2. ad tertium.* Ratio autem quæ ad cōprobationem huius opinionis adduci potest est, quia hic homo cum hac bona fide ad Sacramentum baptismi accedens quantum ex parte sua est nullum obicem ponit, quo effectus Sacramenti impediatur; Sacramenta nouę legis non ponentibus obicem

Nauarr. Corduo.

Assignatur ratio.

F infallibiliter suos operantur effectus, propter quos instituta sunt, Ergo &c. Maior probatur, quia non ponere obicem, nihil aliud est, quam vt homo per debitam, & necessariam dispositionem se præpararet ad dignam susceptionem Sacramenti, cum detestatione præteritæ vitę, & cum proposito non amplius peccandi. sed in hoc casu adultus hæc omnia habens, inuincibiliter, & inculpabiliter credit se esse sufficienter dispositum; ergo cunctos baptismi consequetur effectus. Tandem hæc eadem sen-

Item confirmatur alia ratione.

G tentia confirmari potest ex eo quod si hoc negaretur, vtique necessario sequeretur, vt hoc Sacramentum ex se nunquam primam gratiam posset producere, ac ipsis suscipiētibus conferre, quod nimirum esset maximum absurdum; tum contra doctrinam Concilij Tridentini, tum etiam contra omnium Theologorum sententiam.

Probatur consequens, Nam si non

H sufficeret huiusmodi dispositio, esset necessaria solum contritio vera, & tunc conferretur prima gratia, non ex virtute Sacramenti, sed ex virtute contritionis; hoc ipsum enim quod quis actum veræ contritionis elicit, Dei amicus efficitur, & de statu peccati ad statum gratię, & amicitiæ Dei protinus transit.

5. opinio.

Quinta opinio tenet sufficere quamcunquè displicentiam peccati ex quo-

I cunque motiuo conceptam. Vnde admittit etiam illam attritionem, quæ ex proprijs uiribus naturalibus potest haberi, veluti si quis propter timorem mortis corporalis, vel propter aliquam infamiam, vel alium metum humanum displicentiam habeat de peccatis suis. Hanc esse sufficientem dispositionem ad consequendos effectus baptismi, præfata opinio edocet. Hæc quinta opinio tribuitur *Soto in lib. 2. de natur. & gratia cap. 15. & in 4. dist. 4.* Ratio autem eadē

Sotus

K esse potest, quam Authores cęterarum opinionum attulerunt.

6. opinio quam sequitur Author.

Sexta atque postrema sententia, quā tanquam veriorem, ac probabiliorem amplector, asserit, ad consequendam primam gratiam, nec non & cęteros effectus Baptismi necessario non requiri veram contritionem; sed sufficere verā attritionem, quæ vel ex consideratione turpitudinis peccatorum, vel ex metu gehennæ, vel ex amissione gloriæ cælestis exoritur. Ità *S. Thomas in 4 dist. 6. q. 1. art. 3. & quæst. 79. art. 3. ad secundum*

S. Thom.

A vbi hæc ſcribit. *Baptiſmus eſt generatio ſpiritualis, quæ eſt mutatio de non eſſe ſpirituali ad eſſe ſpirituale, & datur per modum ablutionis, & ideò quantum ad verũque non inconuenienter accedit ad baptiſmum, qui habet conſcientiam peccati mortalis.* Quę videlicet verba (prout optimè, atque accuratè aduertit *Suarez disp. 28. sect. 2. verſ. dico ſecundo*) intelligenda ſunt de attritione. Ex eo enim quod attritio per ſe, peccatum mortale de corde hominis auferre non valet, nec

Suarez.

B primam gratiam, qua remittuntur peccata conferre; hinc conſcientiam peccati mortalis habere dicitur, qui ad baptiſmum accedens, ſolam attritionem habet. Nec quidem intelligenda ſunt de contritione, quia hæc nimirum omnia peccata mortalia dimittit, & primam gratiam confert, vnde non poteſt dici eum habere conſcientiam peccati mortalis, qui cum verá cõtritione ad baptiſmi Sacramentum accedit. Manifeſtum eſt igitur, *D. Thomam loc. cit.* de attri-

C tione loqui. Denique hanc noſtram ſententiam ſequuntur *Durand. in 4. q. 2. ad 2. Scotus ead diſt. 5. q 5. & diſt. 14. q. 4 art. 3. Paludan. in 4 diſt. 4. q. 1. num. 5. Sotus diſt. 6. q. 1. art. 7. Can. in relection. de pænit. nt. par. 5. Suarez diſp. 28. ſect. 2. verſ Dico ſecundo*, vbi citat *Cordub. lib. 1. quæſtion. Theologicar. quæſt. 7. & Turrecrem. in Cap. Si quotieſcunque de conſecration. d. 2.* Item accedit *Vazquez ſuper 3. par. S. Thom. q. 69 art. 10. diſp. 158. cap. 4. & 5. Filliucc. de Sacrament. Bap-*

Durand. Scotus. Paludan. Sotus Can. Suarez Cordub. Turrecr. Vazquez, Fillincc. Valent.

D *tiſm. tract. 2. cap. 5. q. 7. num. 104. Valent. tom 4 diſp. 4. quæſt. 3 pun. 3. Tolet lib. 2. cap. 21. num. 5. Reginald. lib. 27. de Sacramenti Baptiſm: num. 93. Angles in florib. Theolog. quæſt 2 art. 5. difficul. 3. Chamerot. de Baptiſm. dub. 8 cap. 1. Coninch. & Nugn. quos citat, & ſequitur Bonac. tom. 1. diſput. 1. de baptiſm. q. 2. pun. 6. propoſ. 2. num 24.*

Tolet. Reginal. Angles Chamer. Coninch. Nugn. Bonac.

Hæc noſtra ſententia probatur ratio-

E ne: Sacramentum enim Baptiſmi principaliter fuit à Chriſto inſtitutum ad tollendum originale peccatum, iuxta illud *ad Ephes. 5 Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ*; necnon ad regenerandum hominem de vita carnali in vitam ſpiritualem, iuxtà illud *Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto &c.* Ergo non ſupponit peccatũ iam dimiſſum, atque ablatum (quod vtique ſucced eret, ſi eſſet neceſſaria contritio.) Sed illud ex ſua virtute, ac

Probatur ratione

F vi efficaciter aufert eodem tempore, quo confertur. Alioquin haberet quandam efficaciam dependentem ex alio, ac perinde ex ſe non poſſet delere peccatum. Quod nimirum eſt falſum, quia vt ſæpius in præcedentibus diximus, Sacramentum baptiſmi ex ſe, & ex ſui inſtitutione habet facultatem dimittendi & delendi peccatum originale, necnon & actualia ei coniuncta. Inſuper ſi neceſſario deberet præcedere contritio; iam ſupponeretur peccatum fuiſſe di-

Baptiſm. ex propria efficiẽtia peccatum originale dimittit.

G miſſum, & gratiam primam fuiſſe collatam, & per conſequens fuiſſe hominem in ſpirituali vita regeneratum, quæ propter effectus regenerationis, non baptiſmo, ſed contritioni, tribueretur.

His poſitis, primo notandum eſt, hãc attritionem neceſſario debere eſſe ſupernaturalem, abſolutum, & efficacem actum voluntatis, includentem perfectam deteſtationem peccatorum, & propoſitum de cætero non peccandi. Vn-

Attritiò debet eſſe ſupernaturalis

H de dicimus non eſſe perfectam, ac ſufficientem attritionem, quando ex aliquo motiuo humano procedit, ſed neceſſario procedere debet ex fine ſupernaturali. Ità *Suarez ſuper 3. par. S. Thom. q. 69, art. 10. diſp. 28. sect. 2.* Et ratio eſt, quia homo ex ſolis viribus naturæ non poteſt ſe præparare, ac diſponere ad conſequendam gratiam diuinam, & ad obtinendam ſuorum peccatorum remiſſionem. Et hæc eſt communis ſententia Sanctorum Patrum, atque Conciliorũ, quam hoc in loco, abſq; cauſa limitare

Nõ poteſt homo ex proprijs viribus ſe diſponere ad gratiam

I non licet. Præterea hoc idem apertè colligitur ex *Concilio Triden. ſeſſ. 6. à c. 3. vſque ad 6.* vbi de iuſtificatione, quæ per baptiſmum in re, vel voto ſuſceptũ fit, alloquens, neceſſariò requirit aliquam diſpoſitionem ſupernaturalem. Et apertius hoc idem oſtendit *ſeſſ. 14. c. 4.* vbi docens contritionem imperfectam, ſeu attritionem ſufficere ad validitatem Sacramenti Pænitentiæ, nullũ alium finem ex quo oriatur aſſignat, niſi æternum; *quando* (inquit) *procedit ex conſid:ratione pænarum infernalium, vel turpitudinis peccatorum.* Denique

Conc. Tri

Attritiò diſponit ad obtinẽdam gratiam

K attritio eſt quodam opus bonum, quia diſponit hominem ad obtinendam gratiam diuinam, per quam ipſemet homo iuſtificatur; ac tandem, ad cæleſtis Patriæ gloriam pertingit; Omne autem opus bonum eſt donum gratiæ Dei per Chriſtum, iuxta illud *Iacob. 5. Omne*

datum

A *datum optimum. & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum.* Et ipsa veritas ait, *Sine me nihil potestis facere.* Ad hoc autem, vt sit donum gratiæ Dei per Christum, necessario procedere debet, ex motiuo honesto; quapropter ille dolor, qui exoritur ex aliquo fine humano, vel incommodo temporali, vel ex metu infamiæ, cum non procedat ex motiuo honesto, non est donum Dei, & per consequens, non est vera; atque perfecta attritio, ad B validitatem Sacramenti sufficiens. De his quæ hactenus diximus, vide *Magistri in 4. dist. 4. Henriquez lib. 2. de Sacramen. cap. 26. num. 3. Medin 1. 3. quæst. 109. art. 6. ad finem, Valent. tom. 4. disput 4. q. 3. pun. 3. vers. Primum illud, & vers. Sed quæstio, Suarez disp. 28. sect. 2. Vazquez disput. 158. cap. 4. & Bonacin. tom. 1. de Sacrament. baptismi. disput. 2. q. 2. punct. 6. prop. 2. num. 24.*

Mag. sent. Henriq. Medin. Valent. Suarez. Vazquez

Attritio debet esse vera, & existens.

Notandum est secundo, hanc attritionem, quę ad validitatem Sacramenti est necessaria debere esse veram, ac realiter existentem; Quapropter suffi- C cientem, ac necessariam dispositionem minimè habet, qui cum putata; seu existimata attritione ad baptismi Sacramentum accedit. Ità *Suarez d. disp. 28. sect. 2. vers. Dico quarto, Vazquez. & alij.* Et ratio est; quia hæc attritio est necessaria ad validitatem baptismi tanquam medium, quemadmodum absolutio sacramentalis est necessaria ad validitatē Sacramenti Pœnitentiæ; vnde sicut nō D remanet absolutus, qui existimat se obtinuisse plenam, ac veram absolutionem à Sacerdote, cum tamen re vera eam non obtinuerit; sic eodem modo effectum baptismi minimè consequitur, qui existimat se habere veram, ac realē attritionem, cum re vera illam non habeat.

Non est necessaria attritio in eo qui habet tantum originale.

Denique quodam dubium superest dissoluendum, & est an necessario, habere debeat attritionem ille adultus, qui habet originale peccatum, nullum tamen actuale. Ad hoc respondent nonnulli Doctores dicentes hunc casum da- E ri non posse. Sed tamen communiorem opinionem sequens dico, in huiusmodi adulto attritionem non esse necessariā, si hic casus contingat. At debet habere propositum seruandi legem Dei, & obedire eius voluntati; cui proposito debet esse adiuncta fides, necnon & intentio suscipiendi Sacramentum. Ità *S. Thomas in additionib. q. 2. artic. 2. Nugnus de Sacrament. in gener. quæst. 62. ar.* F *1. difficult. 3. conclus. 3. ad fin. pagin. 39. Henriquez lib. 2. de Sacram. cap. 24. num. 3. & cap. 26 num. 1. Suarez disp. 28. sect. 1. Bonacin. tom. 1. de Sacrament. baptism. disp. 1. q. 2. pun. 6. prop. 2. num. 26.*

S. Thomas. Nugnus. Henriq. Suarez. Bonac.

CAPVT VI.

Resoluuntur alia dubia, quæ in necessaria dispositione suscipientis contingere possunt.

G

Ante baptismum nō est necessarium, vt præcedat confessio.

EX his, quæ hactenus diximus, non pauca, nec leuia dubia exoriri possunt, quæ siquidem inresoluta non relinquere congruum duximus. Primum dubium est, an sit necessarium, vt quis suscepturus baptismum, prius confessionem Sacramentalem de omnibus pec- H catis suis efficiat. Respondeo non teneri hominem ad sacramentalem confessionem, antequam baptismum suscipiat Ita *S. Thomas 3. par. q. 68. art. 6. Coninch. ibidem, Sotus in 4. dist. 39 art. 2 & dist. 5. art. 6. & dist. 11. q. 1. 3. ad 2. Ledesm. q. 9. Canisius lib. 1. de corruptel. pro baptism. Bonacin. tom. 1. de Sacrament. Baptism. disput. 2. q 2. pun. 6. proposit. 2. num. 25. & Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap. 26. §. 1. lit. G. vbi citat Ambros. lib. 3. de Sacrament. cap. vlt.* Et ratio est, quia Baptis- I mus est ianua omnium Sacramentorum, & per ipsum disponuntur homines ad suscipienda cætera sacramenta, vnde confessionis Sacramentum, præcedere non debet Sacramentum baptismi.

S. Thomas. Coninch. Sotus. Ledesm. Canis. Bonac. Henriq.

Nec obstat si complures Doctores referant, olim ante baptismi susceptionē confessionem generalem homines præmisisse, quemadmodum legimus apud K *Nazianz. orat. 40. in Sanct. Baptism. Tertullian. de baptism. cap. 20. Tripartit. lib. 9. cap. 29. Chrysostom hom. l. 3 imperfect. Basilius 1. opere de Baptism. par. 2. à princip. & in Psalm. 29, Beauxam. tom. 1. Harmon. fol. 134. D. Thom. q 68. art. 6. ad 3. & quæst. 38. art. 3. ad 2. Abulens. in comment super Matth. cap. 3. Vualdens. tom. 2 de Sacrament. cap. 136. Palac. distin. 4. q. 3. & alij, quos citat, & sequitur Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap. 26. in comment. lit. I.* Nam respondemus hoc non fuisse sub

Nazianz. Tertull. Tripartit. Chrysost. Basil. Beauxam. Harmon. Abulens. Vuald. Palac. Henriq.

se sub

A se sub præcepto, sed tantum de consilio, quatenus per illam confessionem generalem instruerentur homines de modo, & obligatione restitutionis, de emendatione vitæ, & de his quæ ad fidem, & obseruantiam legis pertinebāt. Quapropter *Caetan. in Matth.* 3. falsò denegat illam fuisse confessionem voca lem; & asserit eam fuisse, qua ipsi baptizati confitebantur se esse peccatores.

Baptizato nulla satisfactio est imponēda.

Secundum dubium est, an suscipientibus baptismum aliqua satisfactio sit imponenda. Ad quod negatiuè respōdemus cum *S. Thom. 3. p q. 68. art. 5. Valent. tom. 4. disp. 4. qu. 3. pun 4. ad finem Nugn. d. q. 68. art. 5. Coninch. ibid. Suar. ibid & Bonacin. tom. 1. de Sacrament. baptism. disp. 2. q. 2. pun. 6. proposit. vlt.* Et ratio est, quia in Baptismo non solum remittitur culpa, sed etiam pœna, quæ pro ipsa culpa debetur; satisfactio autem imponi solet ad hoc, vt pœna luatur in hac vita; cum ergo nulla pœna post baptismi susceptionem, luenda remaneat, hinc sequitur non esse necessarium, vt satisfactio imponatur.

S. Thomas Valent. Nugn. Coninch. Suar. Bonac.

B

C Tertium dubium est, an si quis post baptismi susceptionem; confessionem sacramentalem efficere intendat, teneatur confiteri omnia peccata mortalia ante baptismum commissa. Respondeo non teneri, quemadmodum docet *Suarez disp. 28 sect. 3. conclus. 5. Emanuel Sà in summa verb. Baptismus in fin. Valent. tom. 4. disput. 4. q. 4 pun 2. & alij, quos citat, & sequitur Bonacin. de Sacrament. baptism. disp. 2. q. 2. pun. 7. propos. 3. num 14.* Et ratio est, quia illa peccata tenetur homo Christianus confiteri, quæ Ecclesiæ clauibus sunt subiecta, peccata autem ante baptismum commissa clauibus Ecclesiæ non subduntur, quia homo ante baptismum est extra potestatem Ecclesię, & per consequens extra eius iurisditionem, ergo &c. Item hæc peccata ante baptismum commissa possunt sufficienter auferri per baptismum sublata fictione quemadmodum ex infra dicendis patebit.

Suarez Sà Valen. Bonac.

D

Peccata ante baptismum commissa non subduntur clauibus Ecclesiæ.

E

Quartum dubium est an homo confiteri teneatur illud peccatum mortale, quod fortassis in ipsa susceptione baptismi fuit perpetratum. Ad quod affirmatiuè respondent *Suarez, & alij Doctores, quos paulo ante citauimus*; dicentes, peccatum in ipsa susceptione Baptismi commissum subijciendum esse clauibus Ecclesiæ, nam quodammodo est susceptione Baptismi posterius.

Adultus confiteri tenetur peccatum in susceptione baptismi commissū. Suarez.

F

Quintum dubium est an per cōplacentiam alicuius peccati venialis in ipsa susceptione Baptismi habitam, impediatur infusio gratiæ, & donorum supernaturalium, necnon, & peccatorū remissio. Respondeo in hoc casu, gratiam, & dona supernaturalia infundi, & omnia peccata dimitti preter illud peccatum veniale, quod fuit in ipsa susceptione Baptismi commissum. Ita *Pitigian. dist. 1 q 6. ar. 2. & Bonacin. tom. 1. de Sacrament. baptism. disp. 2. q. 2. pun. vlt. prop. 3. num. 15.* Et ratio est, quia impossibile videtur, vt idem peccatum eodem tempore simul efficiatur, & auferatur.

Peccatum veniale nō impedit effectus Sacramenti.

G

Pitigianus Bonacina

CAPVT VI.

An Baptismus cum fictione susceptus, ipsa recedente, suum producat effectum.

H

APud antiquos Doctores ferè communis sententia fuit, Baptismum cum fictione susceptum, ipsa fictione iam recedente, suum producere effectū quem in principio ratione impedimenti, & obicis non habuit. Hanc opinionem de effectu Baptismi recedente fictione, sic in vniuersum intellectam, ex scholasticis tenuerunt *D. Thomas 3. par. q. 69. art. 10. Caietan. in comm̄entar. super eund. art. 10. Bonauent. in 4. dist. 4. p. 1. art. 2. quæst. 3. Scot. ead. dist. 4. quæst. 5. §. Respondeo, vers. & si obijcitur. Alexand. Alens. 1. par. q. 8 memb. 7. art. 2. vers. Consequenter quæritur vtrum recedente fictione, & vers. sequenti Richard. in 4. dist. art. 1. q. 2. Durand. q. 4. Paludan. q. 5. Maior q. 2 §. Contra 6. propositionem Gabriel q. 1. art. 3. dub. 2. Dominic. Sot. in 4. dist. 6. q. 1. art. 8. Ledesm prima p. 4. art. 10. q. 10 Petr Sot. l. de Institution. Sacerdot. lect. 4. de Baptism circa finem Tabien. verb. baptism. 8. num 9. Angel. Baptism. 6. num. 1. Syluest. in Summa verb baptismus 4. num. 17. & alij.*

Affirmatiua sententia

I

S. Thomas Caietanus. Bonauent. Scotus. Alexand. Richard. Durandus Paludanus Maior

K

Gabriel Dom. Sot. Petr. Sot. Ledesm. Tabiena Angelus Syluester Augustin.

Hæc eadem sententia tribuitur *Augustin. lib. 1. de baptism. contr. Donatist. cap.*

12. vbi

A 12. vbi hæc scribit. *Non iterum baptizandus est* (inquit) *quia ipsa reconciliatione, ac pace præstatur, vt ad remissionẽ peccatorum eius in vnitate iam prodesse incipiat Sacramentum, quod acceptum in schismate iam prodesse non potuit.* Et idem *Augustin. lib 6. cap. 5.* eandem sententiam confirmat his verbis. *Et ideo* (inquit) *si ab illa peruersitate correctus, & à separatione conuersus venerit ad catholicam pacem sub eodem baptismo, quod acceperat, eius peccata di-* B *mittuntur propter vinculum charitatis, sub quo baptismate peccata eius tenebantur propter sacrilegium diuisionis, quia illud & in homine iusto, & in homine iniusto semper sanctum est, quod neque equitate alicuius augetur, neq; alicuius iniquitate minuitur.* Item & *lib. 3. capit. 13.* hæc scribit verba. *Tunc incipit valore* (inquit) *idem Baptismus ad dimittenda peccata cum ad Ecclesiæ pacem venerint non vt iam dimissa non retineantur, neque vt ille bap-* C *tismus quasi alienus, aut alius improbetur, aut alter tradatur, sed vt idem ipse, qui propter discordiam foris operabatur mortem, propter pacem intus operetur salutem.* Hæc est sententia *D. Augustini* de qua mentionem facit *Hugo Victorin. in elucidatorijs annotationibus quæstionum ad Roman. quæst. 157.* Necnon & eiusdem sententiæ explicatio adeò perdifficilis Theologis scholasticis apparuit, vt ingem, ac subtilissimam quæstionem inter ipsos generauerit. Vide *Vazquez in comment. super* D *3. par. S. Thom. q. 69. art. 10. disput. 150. cap. 1. 2. & 3 Suarez disp 28. sect. 4. & 5.*

Augustin.
Hug. Vic.

Vazquez.
Suarez
Cyprian.

Accedit tandem *Author sermonis de Passion. Domin. apud Cyprian. aliquantulum ante fin.* cuius hæc sunt verba. *Et licet* (inquit) *indigni sint qui accipiunt hoc est baptismum) sacramentorum tamen reuerentia, & propinquiorem ad Deum parat accessum, & vbi redierint ad cor, constat ablutionis donum, & reddit effectus munerum.*

E Hæc itaque sententia in vniuersum sic intellecta communis est, non solum apud Theologos, sed etiam apud Canonistas; sed dum modus operationis explicatur, protinus magna dissentio inter ipsos exoritur. Nam *Glos. Ioann. Andr. in can. Tunc valere de consecration. dist. 4. & alij Iurisperiti* cum quibus conuenit *Medin. Codice de confession. q. de confessione ficta iteranda*, quamuis fateantur recedente fictione protinus effectum baptismi produci; tamen hanc remissionem peccatorum fieri volunt, non virtute baptismi; sed virtute pænitentiæ, per quam fictio expulsa est; vnde nihil peculiare in hoc casu baptismo tribuunt, quod manifestè sententiæ *D. Augustini* repugnat, quemadmodum *Duraud. Paludan. Syluest. Vazquez, & alij locis citat. notarunt* Quapropter hæc opinio sequenda non est, sed alia quę sic verior, ac probabilior, quam pręstante Domino inferius trademus. F G

Hęc sententia est communis apud omnes
Ioa. Aud.

Antequam autem nostra opinió producatur, diligenter inquirendum est, quid sit fictio, & quotuplex sit. In hoc autem doctrinam *D. Thom. 3. par. q. 69. ar. 9.* sequentes, dicimus quod, Fictio de qua loquimur ea est, quæ nullo modo aduersatur substantię, & essentiæ Sacramenti, ac proinde non obest quominus cum illa integrum, quoad substantiam maneat, & characterem imprimat, sed iustificationem impedit, quam Sacramentum tribueret. Denique hæc fictio, quæ effectum Sacramenti impedit duplex est. Prima est fictio cum peccato, & tunc accidit, quando quis doctus, & prudens ad baptismi Sacramentum accedit, absque debita dispositione doloris, vel cum complacentia alicuius peccati mortalis distincti, de quo nullum dolorem habet, sed potius delectationem. Secunda est fictio sine peccato, & tunc accidit, quando quis absque idonea dispositione ad baptismum accedit bona tamen fide credit se habere sufficientem dispositionẽ. *Vazquez super 3. par. S Thom. q. 69. art. 10. disput. 159. cap. 2. Suarez disput. 28. sect. 4. Bonacin. 1. tom. de sacram. baptis. disput. 2. q. 2. pun. 7. prop. 3. vers. Qui verè recipit &c. & alij.* H I

Fictio quid est & quotuplex
S. Thom.
Fictio duplex
Prima quę
Secunda qua
Vazquez.
Suarez
Bonacina

His positis dupplex conclusio fieri potest, & prima hæc est. Si baptismi Sacramentum fuerit susceptum cum prima fictione, quæ est cum peccato, tunc necessaria est contritio, vel Pœnitentia adhoc vt baptismi Sacramentũ suum producat effectum. Et ratio est, nam cum peccatum in ipsa receptione Baptismi commissum, & post ipsam susceptionem perseuerans sit posterius baptismo, saltem natura; quia est Sacrilegium commissum ob indignam baptismi susceptionem, non potest deleri, nisi per Sacramentum pænitentiæ, K

Prima conclusio

A vel per contritionem; ergo posita cõtritione, vel suscepta Pœnitentia, directè deletur peccatum in susceptione baptismi commissum. Ità *S. Thom.* 3. *p. q.* 69. *art.* 10. *Suarez disput.* 28. *sect.* 4. *Vazquez super* 3 *par. S. Thom. q.* 69. *art.* 10. *disput.* 159. *cap.* 2. *Tolet. lib.* 2. *cap.* 21. *Bonacin. lib.* 2. *de Sacrame. baptism. disp.* 2. *q.* 2. *pun.* 7. *propos.* 3. & *alij quos inferius citabimus*.

S. Thom. Suarez Vazquez. Tolet. Bonacin.

Secunda conclusio

Secunda conclusio hæc est. Si baptismus fuerit susceptus cum secunda fictione, quæ est sine peccato, & tunc ad B hoc vt baptismus suum producat effectum, nihil aliud requiritur, quam contritio, & fides, quæ in susceptione baptismi defuerat. Et ratio est nam nihil aliud requiritur ad dignam, & validam huius Sacramenti susceptionem, quam vt obex, seu impedimentum auferatur; sed rectè tollitur obex, seu impedimentũ sublata fictione per contritionem, & fidem, quæ desiderabatur in ipsa susceptione baptismi. Ergo sufficienter baptismus suum producit C effectum, si sublata fuerit fictio cum bona fide, quæ est sine peccato; per contritionem, & fidem. Ità *Suarez disput.* 28. *sect.* 4. *Valent. tom.* 4. *disput* 4. *q.* 4. *pun.* 2. *Victor. de Sacramen. quæst.* 23. *Vazquez* 3. *par. q.* 69. *art.* 10. *disput.* 159. *cap.* 2. & 3. *Henriq. lib.* 2. *de Sacrament. cap.* 27. *Reginald. lib* 27. *num.* 74. *Scotus in* 4. *dist.* 4. *q.* 5. *Phyliarch. de instruction. Sacerdot tom.* 1. *cap* 9. *Toletus lib.* 2. *cap.* 21 *num* 5. *Sayr. de Sacrament. in gener. lib.* 5 *cap.* 3. *art.* 11. *q. vnic. Angles in florib. Theolog. tit. de baptis.* 4. *q.* 4. *art.* 3. *con-* D *clus. vnic. Chamerot. de Baptism. cap.* 6. *dub.* 3. *Coninch. de Sacrament. in gener. quæst.* 62. *art.* 1. *Filliuc. de Sacrament. baptism. tract.* 2. *cap.* 6. *q.* 9. & 10. *vbi citat Palac. dist.* 4. *num.* 24. *Durand. ead. dist.* 4. *q.* 4. *Sot.* & *alios complures etiam Doctores adducit*, & *sequitur Bonacin. tom.* 1. *de Sacrament. Baptism. disput.* 2. *q.* 2. *pun.* 7. *prop.* 3. *num.* 14.

Ad tollendam 2. fictionem requiruntur contritio, & fides.

Suarez Valentia. Vazquez. Victoria Henriq. Reginald. Scotus Phyliarc. Toletus Sayrus Angles Chamer. Coninch. Filliuc. Palacius Durand. Sotus Bonacina.

Sed quæres, primo an sublata fictio- E ne redeat effectus baptismi, quoad omnia. Ad quod breuiter respondens dico redire omnia, ac si dum recedit fictio applicaretur Baptismus. Quapropter verum est remitti peccatum originale, nec non & peccata omnia tam mortalia, quam venialia antecedentia baptismum, condonari debitam pœnam, & infundi gratiam non solum virtute Baptismi, sed etiam, virtute contritionis, per quam fictio fuit sublata. Vide *Filliuc. tom.* 1. *de Sacrament. baptism. tract.* 2. *cap.* 6. *p.* 9. *n.* 112.

Sublata fictione redit effectus baptismi quoad omnia.

F *Filliuc.*

Queres secundo, an recedente fictione peccata commissa post baptismum remittantur virtute ipsius baptismi, vel virtute contritionis, per quam fictio aufertur. Respondeo remitti ab ipsò Baptismo per accidens, quatenus ipsa conritio habita in baptismo includit saltem sub voto Pænitentiam. Et tunc non remittitur omnis pœna, quæ prò peccatis debetur, sed prò qualitate & quantitate dispositionis G ex parte suscipientis. Ita docent communiter Doctores apud *Suarez d. disp.* 28. *sect.* 4. & 5. & *Filliuc. tract.* 1. *de Sacrament. baptism. cap* 6 *q.* 9.

Recedente fictione peccata remittuntur per baptismum.

Suarez Filliuc.

Queres tertio, an existente fictione ex parte suscipientis, teneatur minister ei Sacramentum baptismi denegare. Respondeo, quod minister tenetur remouere, ac repellere à susceptione Baptismi eum, quem scit cum fictione accedere. Ità *Tolet. in summa lib.* H 2. *cap.* 21. *num.* 3. Et ratio est, quia minister tenetur Sacramentum ministrare ijs, qui debitam habent dispositionem, non autem indispositis, & indignis; ne sanctum, & sacrum detur canibus, sed qui fictè accedit, necessariã dispositionem non habet, & est indignus; ergo &c.

Toletus Indignus repellendus est à susceptione sacramẽti

Quæres quarto, an recedente fictione per Pœnitentiam, & contritionem, siue attritionem, in confessione sint ex I primenda illa peccata, quæ fuerunt ante Baptismum commissa. Respondeo hoc non esse necessarium, nam huiusmodi peccata optimè, ac omninò delentur virtute baptismi, qui suum producit effectum, ipsa fictione recedente, interueniente tamen attritione, & confessione, quæ de peccatis in baptis- K mi susceptione, & post baptismum commissis fieri debet. Ità *Tolet. d. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 3. *in fin.* Et ratio est, quia adhoc vt baptismus suum producat effectum, nihil aliud desideratur, quam vt fictio recedat virtute Contritionis, & Pænitentię; nam huiusmodi obice, Sacramenti effectus impediebatur, sed effectus baptismi est, vt omnia peccata ante ipsius susceptionem deleantur, non autem ea quę post susceptionem commissa sunt, ergo, &c.

Peccata ante baptismum commissa non sunt aperienda in cõfessione Toletus.

CA-

CAPVT VIII.

An ad tollendam fictionem, & ad consequendos effectus Baptismi sufficiat attritio.

IN hac quæstione, quam in præsenti cap. dissoluendam aggredimur, variæ sunt scholasticorum opiniones, quas hic sigillatim referre, moxq; communiorem, ac probabiliorem sententiam subinferre decreuimus, vt animus legentis omni deposita ambiguitate certior, ac securior fiat. Primo loco referenda est opinio *Scoti in 4. dist. 4. q. 5. §. Respondeo, vers. Et si obijcitur*. Vbi hãc difficultatem proponit dicens. Quod si quis habens septem peccata mortalia baptizaretur, sed dum baptizatur haberet contritionem de sex tantum; de septimo vero nec contritionem, nec dolorem; seu haberet aliquam complacẽtiam, itã vt in hoc postremo peccato caderet fictio, per quam impeditur effectus Sacramenti. Tunc (inquit) ad remouendam fictionem, & assequendũ effectum Sacramenti impeditum, idest remissionem cæterorum peccatorum, & illius septimi simul, sufficere pœnitentiam de illo solo septimo, quod fictionem contraxerat. Propria eius verba hæc sunt. *Et secundum hoc esset dicendum quod illa sex peccata delentur, & quantum ad culpam, & quantum ad pœnam, nec de eis oportet habere contritionẽ nec confessionem, nec satisfactionem, sed solum de illo septimo, quod fuit causa fictionis*. Ex quibus verbis colligitur ad tollendam fictionem necessariam esse pœnitentiam perfectam, quæ in contritione, confessione, & satisfactione consistit. An vero sola attritio ad tollendam fictionem sufficiat, nunquam explicauit, quemadmodum accuratè notat *Vazquez q. 69. art. 10. disp. 160. cap. 1.*) Nam semper loquitur de vera pœnitentia, per quam fictio tolli debet.

Prima opinio. Scotus.

Hæc opinio censet ad tollendam fictionem nec confessionem esse necessariam pœnitentiam perfectam.

Vazquez

Secunda sententia Paludan.

Secunda sententia est *Paludan. in 4. dist. 4. q. 5. nu. 24.* vbi probabile putat, quod si daretur indigna susceptio Baptismi, & cæteris peccatis, aliud peccatum post Baptismum commissum adiungeretur, sufficeret attritio de omnibus peccatis postea adhibita, ad hoc, vt baptismus omnia illa saltem consequenter deleat, nam (prout ipse docet) attritio ad delendum illud postremum peccatum post Baptismum commissum non sufficeret, nisi virtus Baptismi ad operandum adhuc permaneret.

Tertia sententia est *Ledesm. 1. p. 4. q. 10. art. 10. dub. 1. propositione 2.* vbi probabile esse existimat, quod ad tollendã fictionem, & consequendos effectus Baptismi sufficit attritio de omnibus peccatis ante Baptismum commissis. Quod si aliquod peccatum in ipsa susceptione, vel post susceptionem Baptismi fuerit adiunctum, tunc necessaria est contritio, adhoc vt hæc per contritionem, illa vero ante Baptismum commissa per attritionem operante virtute ipsius Baptismi, perfectè deleantur. Quapropter opinio *Ledesm.* est, sufficere solam attritionem ad remouendam fictionẽ, & cõsequendos effectus Baptismi; quod intelligendum est si fictio fuit absque peccato, nec aliud nouum peccatum post Baptismum commissum fuit, alioquin de his necessario requireretur contritio.

Tertia sententia Ledesm.

Hac opinio censet sufficere solam attritionem

Quarta opinio tribuitur *Tolet. in summa lib. 2. cap. 21. num. 3.* vbi opinatur, quod si quis fictè ad Sacramentum Baptismi accederet, & postmodum per Confessionem Sacramentalem, præfatam fictionem tolleret, non tenetur peccata ante Baptismum commissa in Confessione exprimere, nec vllam pænitentiæ satisfactionem de ipsis agere, nam sufficit attritio, per quam fictio remouetur, & ipsa peccata penitus delentur. Itaq; existimat *Toletus*, sufficere attritionem ad tollendam fictionem, & consequendos effectus Baptismi, quando nullum peccatum post Baptismum, vel in ipsius susceptione commissum fuit. Quod nimirum vt clarius hæc opinio legenti innotescat, eius propria verba hic apponam. *Tamen* (inquit) *considerare oportet, quod qui fictè accedunt, & postea confessione remouent fictionem, non debent peccata ante Baptismum commissa confiteri (non enim est confessio facienda vlla de illis, nec vlla imponenda est pænitentia) sed cum sola attritione accedente Baptismo, totaliter delentur, quamuis si erant peccata obnoxia restitutioni, non liberentur à restituendo.*

Quarta opinio Toletus

Quinta opinio, quæ est communior, ac probabilior asserit ad delendam

A quamcunque fictionem, & consequendos effectus Baptismi, solam attritionem non sufficere, sed necessario requiri perfectam contritionem; vel attritionem Sacramento Pœnitentiæ coniunctam, quod intelligendum est si ex parte suscipientis extent peccata post Baptismum commissa. Hæc opinio tribuitur *S. Thom. 3. par. quæst. 69. art. 10.* Vbi ad consequendum effectum baptismi recedente fictione, supponit necessariã esse Pœnitentiam. Per pœnitentiam autem intelligenda est solummodo attritio Sacramento Pœnitentiæ coniuncta; vel perfecta contritio, prout notat *Vazquez in comment. super dictum* B *art. 10. disp. 560. cap. 2.* Hoc idem sentire videntur cum *S. Thom. Bonauent. in 4. dist. 4. 1. par. art. 2. q. 3. Richard. eadem dist. 4. art. 1. q. 2. Durand. quæst. 4. num. 9. Maior. q. 2. §. Circa sextam, Domin. Sot. in 4. dist. 6. q. 1. art. 8. §. Secundo arguitur Vazquez d. disput. 190. cap. 2. num. 10.* Nec desunt, qui asserunt solam attritionem sufficere, quãdo fictio fuit absq; peccato. Sed tutior, ac probabilior est C nostra opinio, quã infra probabimus.

Quinta opinio verior. *Requiritur perfecta contritio* *S. Thom.* *Sufficit etiam attritio Sacramento coniuncta.* *Bonauen.* *Richard.* *Durãdus.* *Maior.* *Dom. Sot.* *Vasquez.*

Nostra igitur sententia probatur primo ex *D. August. lib. 1. de Baptism. cap. 12.* vbi hæc habentur verba. *Sicut enim in illo qui fictus accesserat fit, vt non denuo baptizetur, sed ipsa pia correctione, & vera confessione purgetur.* Et deinde hoc idem repetit dicens; *Cum illa fictio veraci confessione recesserit.* Quibus verbis apertè indicat *D. Augustinus* ad remouendam fictionem, & consequendos effectus Baptismi necessariam esse confessionem Sacramentalem, quæ absque D vera contritione, vel saltem attritione fieri non potest. Probatur secundo, quia si ponamus fictionem esse cum peccato mortali, iam confiteri debemus ipsam fictionem nõ tolli, nisi prius peccatum fuerit ablatum, sed peccatũ mortale non aufertur, nisi per veram contritionem, vel per attritionem Pœnitentiæ coniunctam; ergo &c. Non per hoc autem illam opinionem repellere intendimus, quę asserit sufficere E solam attritionem, quando fictio est sine peccato, nam potest esse, vt probabilis existat, eam tamen nec reprobare, neque approbare hoc in loco audemus. Denique de his quæ in secunda probatione diximus vide *Scot. in 4. dist. 4. q. 5. Paludan. in 4. dist. 4. q. 5. num. 24. Durand ead. dist. 4. quæst. 4. Sot. loc. cit. & Suarez quæst. 69. art. 10. disp. 28. sect.* F *5. vers. Dico secundo &c. Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap. 27. num. 4.*

Probatur hæc opinio. *August.* *Peccatũ mortale aufertur per contritionem.* *Scotus.* *Palud.* *Durand.* *Sotus.* *Suarez.* *Henriq.*

CAPVT IX.

De Baptismo sanguinis.

Clarissimum apud omnes est, tria dari Baptismata, idest Baptismũ aquæ, Baptismum flaminis, & baptismum sanguinis, prout docet *S. Thom. 3. p. q. 66. art. 11. Coninch. ibid. Suarez disput. 29. Bonacin. & alij communiter.* Sed solum Baptismus fluminis dicitur proprie, ac verè baptismus, Baptismus G verò flaminis, & sanguinis, methaphoricè hoc nomine appellantur. Hinc sequitur vnum tantum baptismum dari in ratione specifica, prout colligitur ex illis verbis *Apostoli ad Ephes. 4. Vnus Dominus vna fides vnum baptisma, &* docet *D. Hieronym. tom. 6. in comment. super Epistol. ad Ephes. cap. 4.* Propterea *(inquit) & fides vna dicitur, quia similiter in Patrem, & Filium, & Spiritum* H *sanctum credimus, & Baptisma vnum eodem enim modo in Patrem, & in Filiũ, & in Spiritum sanctum baptizamur.* Quam sententiam communiter sequuntur omnes Theologi, & pręcipuè *Suarez disp. 22. sect. 1. conclus. 1. vers. Respõdetur, Coninch. super 3. par. S. Thom. q. 66. art. 11. Vazquez ead. q. 66. art. 9. disp. 146. c. 1. Bonacin. & alij quos citauimus in hoc 2. tom. lib. 2. cap. 14.* Hinc sequitur secundo solum baptismum fluminis I esse verum Sacramentum, cætera verò propriè, ac verè non esse Sacramenta, sed in tantum dici Baptismata in quantum baptismi fluminis defectum supplent, illud scilicet præcedendo. Quod si illud subsequantur, Baptismata iam appellari non debent, nec possunt, quia eius vicem non supplent, nec eius effectum conferunt, quia nimirum peccatum originale, & peccata actualia semel per baptismum fluminis dimissa, K noua remissione per alium baptismum non indigent.

Baptismus triplex. *S. Thom.* *Coninch.* *Suarez.* *Bonacin.* *Ephes. 4.* *Hieron.* *Suarez.* *Coninch.* *Vasquez.* *Bonacin.* *Solum baptismus fluminis est verum Sacramẽtum.*

His positis inquirendum est quęnam sit diffinitio baptismi sanguinis, seu Martyrij, de quo in præsenti *cap.* agimus *Martyriũ est passio, seu cruciatus lathalis susceptus prò Christi fide, aut pro vera virtute.* Dicitur *(passio, seu cruciatus lathalis)* adhoc vt intelligatur nequaquam posse aliquem, appellari martyrẽ, qui vulnus lęthale non recipit. Optimè tamẽ appellatur martyr, qui cruciatum lætha-

Martyriũ quod. *Assignatur diffinitio martyrij.*

Alæthalem pro Chriſti nomine ſubſtinet, vnde, & in ipſa definitione additur (ſeu cruciatus æ. halis.) Nam poteſt eſſe vt quis moreem abſq; aliquo vulnere ccleret, et tamen verus martyr exiſtat. Hinc de B. Marcello legimus, eum verum martyrem extitiſſe, ac perinde numero ſanctorum aſcriptum; quia iuſſu Tyranni in ſtabulum coniectus, ta be confectus eſt. Deniq; additur (pro fide Chriſti ſuſceptus, aut pro vera virtute) ad excludendam illam mortẽ, ſeu paſſionem, quę propter ambitionem, aut confirmandum errorem fidei toleratur; vnde & qui hanc paſſionem ſubſtinet, martyr appellari non debet, nec poteſt. Igitur cum martyrium ſit actus virtutis elicitus ob amorem Chriſti, vel veræ virtutis; hinc motiuum martyris debet eſſe honeſtum, & ſupernaturale; ita vt pro Chriſti fide, vel pro amore veræ virtutis vitam temporalem amittere, & mortem paſſionis ſubire intendat. Vide *D. Thom. 2. 2. q. 124. art. 5. Henriq. lib. 2. cap. 37. Suarez diſput. 29. tom. 3. ſect. 1. & 2. Bonacin. to. 2. de ſacrament. baptiſm. diſp. 2. q. 1. pun. 1. prop. 1.*

Martyrium eſt ſuſcipiendũ pro fide Chriſti

B

S. Thom. Henriq. Suarez. Bonacin.

C

Hæc autem vox (Martyr) in Græca lingua, teſtem ſignificat, eo quod iuxta illud *Matth. 10.* confiteatur Chriſtũ coram hominibus, & ſuo teſtimonio confirmet ueritatem fidei, & veram Eccleſiæ religionem. Vide de hoc *D. Auguſtin. lib. 13. de Ciuit. Dei cap. 7. D. Thom. 2. 2. quæſt. 142. Bellarmin. lib. 4. de Eccleſ. cap. 6. & lib. de baptiſm cap. 6. Doctores in 4. diſt. 49. ibique Richard. Paludan. & Sot. Henriq. lib. 2. de Sacramen. cap. 3. §. 1. Aſlenſ. lib. 2. cap. 33. ar. 2. Angel. Syluest. Tabien. & Armill. verb. Martyrium.* Hinc & Martyrium ſi in linguã noſtram vertatur, teſtimonium ſignificat.

Matt. 10

Auguſt. S Thom. Bellarm. Richard. Paludan.

D

Sotus Henriq. Aſlenſis Angelus. Syluester Tabiena. Armilla.

Porrò notandum eſt Baptiſmum ſanguinis ideſt martyrium eſſe potiſſimũ inter alia Baptiſmata; non quidem in ratione Sacramenti (non eſt enim Sacramentum) ſed in ratione effectus, ſiue efficacitatis, prout communiter docent Doctores, & præcipuè *D. Tho. 3. par. q. 66. art. 12. Coninch. ibid. Suarez ibid. diſp. 21. & Vazquez in comment. ſuper dictum art. 12.* & colligitur ex *D. Auguſt. in Epiſt. ad Fortunat. & habetur in lib. de Eccleſiaſt. dogmat. cap. 74.* vbi loquens de comparatione baptiſmatũ ſic ait. Baptizatus confitetur fidem ſuã coram ſacerdote, martyr coram perſecutore, ille poſt confeſſionem aſpergitur aqua, hic ſanguine; ille per impoſitionem manus Pontificis recipit Spiritum ſanctum, hic templum efficitur ſpiritus ſancti. Quod ſi inquiras rationem audi *D. Thom. d. q. 66. art. 12. in corpore. Effuſio ſanguinis (*inquit*) prò Chriſto, & operatio interior Spiritus ſancti dicuntur baptiſmata inquantum efficiunt effectum baptiſmi aquæ; Baptiſmus autẽ aquæ efficaciã habet à paſſione Chriſti, & à Spiritu ſancto. Quæ quidem duæ cauſæ operantur in quodlibet horum trium baptiſmatum, excellentiſſimè tamen in baptiſmo ſanguinis. Nam paſſio Chriſti operatur quidem in Baptiſmo aquæ per quandam figuralem repræſentationem, in baptiſmo autem flaminis; vel pænitentiæ per quandam affectionem; in baptiſmo ſanguinis per imitationem operis. Similiter etiam virtus Spiritus ſancti operatur in baptiſmo aquæ per quandam virtutem latentem, in baptiſmo autem pænitentiæ per cordis commotionem, ſed in baptiſmo ſanguinis per potiſſimum dilectionis, & affectionis feruorem, ſecundum illud Ioann. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis prò amicis ſuis.* Hæc *D. Thomas.*

S. Thom.

Baptiſm. aquæ habet efficaciam ex Chriſti paſſione.

G

S. Thom. Coninch. Suarez Vazquez Auguſt.

E

H *Ioan. 15.*

Notandum eſt ſecundo Martyrium eſſe opus internum, & externum charitatis, & dilectionis erga Deum, quia per paſſionem martyrij homo ponit vitam ſuam, & quidquid in hoc mundo habet, propter Deum, quem ſuper omnia diligit. Hunc autem actum charitatis adiuuant aliæ uirtutes, vt fortitudo, qua patienter, & conſtanter aſperitas paſſionis toleratur; fides, qua veritas Religionis Chriſtianæ pandi tur, & comprobatur; veracitas, qua ipſe martyr veritatem fidei per effuſionem ſui ſanguinis, & per verba ſinceræ loquutionis teſtatur; ac deniq; dilectio proximi, qua ipſi perſecutores, & interfectores diliguntur, & orationibus adiuuantur; quemadmodum de *S. Stephano Prothomartyre* legimus, qui dum iudeorum lapidantium vulnera lethalia tolerabat, pro eorum ſalute, feruenter exorauit Dominum Ieſum Chriſtum dicens, *Domine nè ſtatuas illis hoc peccatum.* Præcipuè autem (vt diximus) martyrium inchoatur, & completur per actum charitatis, ſeu dilectionis erga Deum, iuxta illud *Ioann. 15. Ma-*

Martyriũ eſt opus perfectæ charitatis erga Deum

I

K *Ipſum pariter omnes virtutes comitantur*

S.Thom. Henriq. Bonacin.

A 15. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis;* Vide *D.Thom.2.2.q.124. art. 2.Henriquez lib.2.de Sacrament.cap.34 §.1.& Bonacin tom.1.de Sacramen.baptism.disp.2.q.1.pun.1.propos.1.num.2.*

CAPVT X.

B *Quæritur, quot conditiones requirantur adhoc ut uerum Martyrium suscipiatur.*

MVlta siquidem impedimenta accidere possunt, quibus martyrium, frustratorium; & inutile, ac inualidum redderetur, idcirco in præsenti capite inquirendum est, quotnam conditiones requirãtur adhoc, vt quis verum baptismum sanguinis, idest mar C tyrium suscipiat.

Prima conditio

Prima conditio est hæc, quæ sequitur. In adultis requiritur voluntas, seu intentio suscipiendi baptismum sanguinis. Et ratio est, quia Martyrium non baptizatis baptismo fluminis est medium necessarium ad obtinendã æternam salutem, sed Deus non saluat nos sine nobis, vel (vt ait *D. Augustinus*) sine nostro consensu, & voluntate; ergo &c. Præterea martyrium est verus baptismus, sed in baptismo fluminis ad eius validitatem necessario re- D quiritur ex parte suscipientis intentio, seu voluntas suscipiendi Sacramentum alioquin non remaneret baptizatus, ergo pari ratione in Baptismo sanguinis ad eius validitatem requiritur ex parte martyris voluntas, seu intentio suscipiendi martyrium. Ità docent communiter Doctores, & præcipuè *D. Thom. 1.2.quæst.124 art.1.Caietan.ibidem art. 2.Henriquez lib.2 de Sacrament.cap.34* E *num.2.Coninch sup 3.par. D. Thom.q. 66.art.11.dub.2 conclus.2.Sotus dist. 3. art.11.& Bonacin.de Sacrament.Baptis. disp.2.q.1.pun.1.prop.2.& alij.*

August. — *Regritur intentio in persona martyris.* — *D.Thom Caietan. Henriq. Coninch. Sotus. Bonacina*

In infantibus hæc intentio non requiritur.

Sed hęc voluntaria acceptatio martyrij necessario non requiritur in infantibus vsu rationis carentibus, quemadmodum exemplum Sanctorum Innocentium nos docet, qui verè martyres fuerunt, quamuis per voluntarium consensum, martyrij passionem non acceptauerint. Vnde tam sancta Ec- F clesia, quam veteres Patres, eos tanquam sanctos, & veros martyres coluerunt, Vide *D.Chrysostom.homil.2.in varios Euangelist.Cyprian.lib.4.q.6.Augustin.lib.4.de symbol. Bernard. sermon. de Innocentib. Hylar. super Matth.cap.* 2. vbi de ipsis Innocentibus loquẽs eos sanctos, & beatos martyres appellat his verbis. *Herodis vero furor, & infantium mors populi Iudaici in Christianos sæuientis est forma, existimantis se beatorum martyrum cæde posse in omniũ fide, & possessione Christi nomen extinguere.* Et paulo inferius testatur eos per martyrij gloriam in Regni cælestis G beatitudinem fuisse translatos. *Deinque* (subiungit) *consolari se noluit quæ dolebat, non enim non erant ij, qui mortui putabantur; in æternitatis enim profectum per martyrij gloriam efferebantur* Sed præclarius est testimonium *Orig. homil.3.in diuersos*, vbi eorum martyrium gloriosum celebrans sic effatur. *Quæque paruuli, & ad memoriam æternæ laudis a beato Euangelista in sancto* H *Euangelio conscribuntur, horum & memoria semper (vt dignum est) in Euangelijs celebratur secundum integrum ordinem sanctorum, & primorum martyrum pro Domino occisorum, & vt ipsa Bethlem primitias Domino martyrum in qua natus est ipse Saluator obtulisse videatur.* Et paulo post subiungit dicens. *Ideoque hi beati, & sancti martyres infantes in æternum sociati sunt in numero omnium sanctorum, & beatorum.* Denique vide de hoc *D.Hieron. in Matth.* I *cap.3. Auctor Imperf.homil.2.in Matth. Petr.Chrysolog. serm.150. Bed.Presbyt. in Matth cap.3.Theophilact. Euthym. Zigabon.& Christian. Druthm.ibid.& alios quos citant Vazquez 3.par.disp 153.cap. 7.num. 70.Suarez tom.3.disput. 26 sect. 1.conclus.1 & 2.Emanuel Sa verb. Martyrium num.3* Henriquez *lib.2.cap. 38. Coninch.quæst.66 art.3. dub.1.num.219 Valen. tom.4.disp.4.quæst.3.pun.4.conclus.4.Tolet.lib. 2.cap.22 & Bonacin.* K *tom.1.disp 2.quæst.1.pun.1.proposit. 2. num.5.*

Chrysost. Cyprian. Augustin. Bernard. Hilarius — *Innocentes sanctos martyres* — *Hoc testantur* — *Origenes* — *Hierony. Pet.Chr. Beda Aymon Theoph. Euthym. Christian. Vazquez. Suarez Sà Henriq. Coninch Valent. Toletus Bonacina*

Secunda conditio.

Secunda conditio est, vt martyr passionem martyrij sustineat ob amorẽ Christi, vel detentionem fidei, vel alicuius veræ virtutis, vel ad fugiendum aliquod graue peccatum. Et tunc martyr nullo modo resistere debet, si ei mors in odium Christi, vel fidei infe-

ratur,

A ratur. Et quod hoc sit verum martyrium ex his quæ in exordio *præcedentis cap.* diximus patet. Nam non pœna sed causa facit martyrem (prout optimè aduertit *Coninch. 3. par. q. 66. art. 12. dub 2. conclus. 2.* Alioquin damnati ad supplicia, vel in conflictu belli morientes, martyres appellarentur, quod vtique falsum est. Hinc pariter dicendum est non esse martyres, qui ab aliquo Tyranno non in odium Christi, vel fidei, vel alicuius verę virtutis occidun-
B tur, quamuis ipsi interius ob talem finem passionem substineant. Vide *Bonacin tom. 1. disput 2 q. 1 pun. 1. propos. 2.* Ex his denique infertur non esse martyres eos, qui in persequutione hæreticorum, vel infidelium dimicantes occumbunt, etiam si huiusmodi infideles; vel hæretici ad euertendam fidem pugnent. Et ratio est, quia illi fideles occumbunt resistentes magis victorię causa, quam in odium Christi. Vide
C *Coninch. d. dub. 2. concl. 2.*

Coninch.

Bonacin.

Tertia conditio est, vt qui susceptu rus est martyrium, si conscientiam peccati mortalis habeat, actum contritionis eliciat. Et ratio est, quia in martyrio gratia iustificans confertur; hæc autem non datur quotiescunq; ex parte suscipientis obex ponitur, sed verè obice m ponit qui conscienciam peccati mortalis habet, de quo nullam præ ritentiam egit; ergo huic martyrium minimè proderit. Adde quod homo peccator est inimicus Dei iuxta illud. *Quoniam & altissimus odio habet peccatores*; ergo hæc actio quamuis ex se sit bona, tamen quia in inimicitia
D Dei est facta, nullomodo ei placere potest. Necessario itaque requiritur, vt peccator martyrium toleraturus, actum contritionis eliciat, per quem voluntas à peccatis auertatur, & ad
E Deum amanter conuertatur. Si autem contritio haberi non possit, sufficit attritio supernaturalis. Et ratio est, quia hæc sufficit ad diuertendam voluntatē à peccato, & ad conuertendam ad Deū creatorem. Insuper martyrium est verus Baptismus, & quoad effectus salutares, Baptismo fluminis æquiparatur; sed in hoc sufficit attritio supernaturalis, prout in præcedentibus probauimus; ergo pariter sufficiet in Baptismo sanguinis. Itá tenent communiter Doctores, & præcipuè *Suarez disp. 24. sect. 3. conclus. 2. Bellarmin. lib. 2. de Baptism. cap. 6. Henriquez lib. 2. de Sacrament cap. 34. num. 3. & cap. 36. num. 1. Coninch. quæst. 66. art. 2. dub. 2. num. 140. Vazquez disp. 158. cap. 4. Bonacina tom. 1. disput. 2. quæst. 1. pun. 1. propos. 3. num. 7. & alij*, quamuis contritionem sufficere teneant *Paludan. in 4. quæst 3. art. 1. conclus. 1. & Bannes 2. 2. quæst. 24. art. 6. dub. 5. ad 7.*

Tertia cōditio Martyr si est in peccato mortali tenetur ante mortem de illo habere contritionem vel saltē attritionē.

Susceptu rus martyrium prę mittere debet contritionem de peccatis.

Suarez. Bellarm.

F *Henriq. Coninch. Vazquez Bonacina Paludan. Bannez*

Ex his patet non esse verum martyrem eum, qui absq; vlla peccati pœnitentia, aut martyrij præuisione, aut voluntate, vel voto suscipiendi martyrium, dormiens occiditur ab infidelibus nam quamuis in odium Christi, vel Christianæ Religionis interficiatur, tamen quia necessariam dispositionē non habet, ei imputatur, quod sine præmeditatione futurorum euentuum dormiat. Ita tenent *Ledesm. & Vega, quos citat, & sequitur Henriquez lib. 3. de Sacrament. cap. 24. §. 2.*

G *Aliquando contingit, vt quis occidatur, ab infidelib. & non sit martyr.*

Ledesm. Vega Henriq.

H Sed si quis habuerit supernaturalem attritionem, & voluntatem, vel præparationem suscipiendi martyrium, quamuis dormiens in odium Christi interficiatur, dum detinetur in vinculis, verus martyr efficitur; quia in hoc casu omnia concurrunt, quæ ad martyrium sunt necessaria, nec obstat quod intentio actualis in ipsa passione non adsit, sed sufficit illa virtualis, quæ etiā in somno perseuerat. Vide *Caietan. 3. par. q. 85. art. 2. Sot. in 4. dist. 5. art. 4. conclus. 3. Henriq. lib. 2. de Sacram. cap. 24. §. 2. Suarez disput. 20. sect. 2. & Bonacin. tom. 1. pisp. 2. q. 1. pun. 1. propos. 2. & Coninch. q. 66. art. 2. dub. num. 136.* Neque ab hac regula excluditur ille, qui cum sit vir iustus omnia, quæ ei accidere solent, ad gloriā Dei refert, & propter honorem nominis eius patienter tolerat; quamuis enim iste non habuerit ante somnum actualem voluntatem suscipiendi martyrium, tamen censetur eum habuisse voluntatem virtualem, atque interpretatiuam; quia supponitur, quod si in vigilia interfectus fuisset in odium Christi, ob eius honorem profectò mortis passionem substinuisset. Ità opinantur *Suarez. Coninch. Sot. Henriquez, & alij locis cit.*

I *Caietan. Sotus Henriq. Suarez Bonacina Coninch.*

K

Quarta conditio est, vt cruciatus, seu passio sit lethalis, ità vt martyr veram mortem naturalem ob fidei defensionem, vel in odium Christi patienter, & constanter toleret. Huiusmodi, autem mors multipliciter potest inferri

Quarta conditio

A ferri pro varietate tormentorum; quæ crudeles Tyramni ad augendum passionem sanctorum martyrum, inuenerunt.

Cruciatus debet esse letha lis.

Quinta conditio est vt Tyramnus passionem martyrij in odium Christi vel in contemptum fidei, aut alicuius veræ virtutis inferre intendat. Nam non est martyr si catholicus ab aliquo infideli, vel hæretico. ob aliquam inimicitiam particularem, vel lucrum pecuniæ consequendum interficiatur.

5. conditio Passio inferri debet in odium Christi, vel fidei.

B Vnde huiusmodi existente causa, vel alia simili, verum martyrium perfici non potest, quamuis patiens ad iustā causam idest ad defensionem fidei referat.

CAPVT XI.

C ### *An infantibus Baptismus sanguinis prodesse possit.*

1. opinio negans

MAgna cōtrouersia est inter scholasticos, an baptismus sanguinis absque eo quod Baptismus aquæ suscipiatur sufficiat infantibus ad consequendam æternam salutem. Cuius sententiæ authorem traditur fuisse *Alexand. Al̃ens. 4 par. q. 22. memb. 5 art. 1.* vbi docet baptismum aquæ extensiuè excedere in effectu baptismum sanguinis, ex eò quod pluribus personis prodesse possit, idest infantibus, & adultis; cum tamen baptismus sanguinis prodesse non possit paruulis, sed saltem adultis. Sed sub hac regula includere non intendit infantes ab Herode in odium Christi occisos; sed de omnibus in vniuersum, & secundum legem, & institutionem vniuersalem loquutus est, quemadmodum refert *Vazquez in commentar. super 3. par. D. Thom. quæst. 68. art. 3. disput. 153. cap. 7 num. 72.*

Alexand.

D

Vasquez.

E

Pro hac sententia etiam citatur *Armacanus lib. 7. de quæstionib. Armenor. cap 37. in fin.* vbi probabile existimat infantibus, ab Herode occisis baptismum sanguinis nihil sanctitatis, aut gratiæ contulisse; imò eos qui circumcisi adhuc non fuerant, æternam salutem minimè fuisse consequutos, ac proinde fuisse damnatos illos infantes gentilium filios, qui circumcisionem non susceperant. Et subiungit dicens incircumcisos non posse nūcupari Innocētes ex eo quod à peccati originalis macula per circumcisionem non fuerint emundati, sed solum eos appellari Innocentes, qui ante mortis passionem fuerāt circumcisi, & per ipsam circumcisionem à peccato originali emundati; vnde festum Innocentium ad eos tantum referri opinatur.

Armacan

F

G

Denique eandem opinionem in vniuersali refertur tenuisse *Adrian. in 4. q. vlt. de baptism. quæ incipit Quinto & vlt. §. ad rationes*, necnon *Bonauen.* quemadmodum testatur *Sotus*, sed re vera *D. Bonauentura*, id apertè non docuit nec huiusmodi sententia in eius scriptis inueniri potest, prout cō testantur *Suar. disput. 29. sect. 1. & Vazquez d. disput. 153. cap. 7.*

Adrian.

Bonauen.

Sotus

Suarez.

Vazquez

Etenim hanc sententiam veram esse, posset permultis rationibus ostendi, quibus fortasse adducti præfati Authores eam amplexi sunt. Prima ratio est, quia in baptismo sanguinis necessariò requiritur ex parte martyris intentio suscipiendi martyrium (quemadmodum in præcedenti cap. docuimus) sed in infantibus hæc intentio adesse non potest, nam cum vsu rationis careant sicut nec malum respuere, ità nec bonum eligere sciunt. ergo. Secunda ratio est, quia martyrium (iuxta omnium Doctorum opinionem) est actus virtutis fortitudinis, & charitatis, sed infantes nullius virtutis actum elicere possunt, ex eo quod vsum rationis non habeant, ergo &c. Tertia ratio est, nam si paruulis sufficeret ad salutem baptismus sanguinis, nullo modo, eis esset necessarius baptismus aquæ in re, vel invoto susceptus, quod nimirum esset contra Christi verba, *Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non poterit introire in Regnum Dei*, à qua generali regula nullam personam absque sufficienti, & cogente necessitate excludere licet; ergo &c.

Probatur rationib.

H

1. ratio.

2. ratio.

3. ratio.

Ioan. 3.

I

K

Sed his non obstantibus dicendum est, baptismum sanguinis non solum infantibus ab Herode in odium Christi occisis profuisse ad salutem, sed etiam omnibus generaliter prodesse posse; vnde absque dubio tenendum esse existimo, infantes esse capaces Bap-

2. opinio vera affirmans

S. Thom. Scotus. Gabriel. Palud.

A Baptiſmi ſanguinis, ſeu martyrij. Hanc ſententiam tenet *D. Thomas 2.2. quæſt. 124. art. 1. ad 1. & quodlib. 6. ar. 4. Scot. in 4. diſt. 4. q 3. §. dicitur, Gabriel in 4. diſt. 4. q. 2. art. 3. dub. 2. & Paludan. in 4. diſt. 6. q. 1. art. 3. dub. 2.* qui expreſſe loquuntur de infantibus qui à quocunque Tyranno in odium Chriſti quouis tempore interficerentur, ac proinde de infantibus ab Herode occiſis idem ſentire debent; imo magis de iſtis quam de illis B hoc quod dicimus indubitatum eſt, quemadmodum fuſius probat *Vazquez loc. infra citand.* De omnibus autem infantibus vniuerſaliter loquentes hanc noſtram ſententiam ſequuntur *Richard. in 4. diſt. 4. art. 2. q. 3. Maior ead. diſt. 4. qu. 3. §. Tertio arguitur propoſit. 1. & 2. Caietan. ſuper 2. 2. S. Thom. q. 124. art. 5. ad 1. §. in eodem primo Sotus in 4. diſt. 3. qu. vnic. art. 11. §. Præter hæc autem propoſit. 2. Ledeſm. 1. par. 4. qu. 7. art. 11. dub. 4. §. Tertio dico Bonauent. in 4. diſt. 4. par. 2.* C *art. 1. qu. 2.* qui limitat ſententiam *Alexandri Alenſis* dicentis Baptiſmũ aquę prodeſſe pluribus, quam Baptiſmum ſanguinis. Item accedunt nonnulli Recentiores, vt *Suarez diſput 29. ſect. 5. verſ. Dicendum eſt ergo primo, Ioſeph Angles in florib. Theolog. 1. part de recipientib. Baptiſm. q. 2. art. 3. concl. 2 Vazquez ſuper 3. part. S. Thom qu. 68. art. 3. diſput. 153. cap. 7. Coninch. qu. 66. art. 2. dub. 1. nu. 125. Tolet. in ſumma lib. 2. cap. 22. nu. 7. Reginald. lib. 27. nu. 18. Bartholom. ab Angel de Sacrament. Baptiſmi* D *Dialog. 2. §. 12. Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap. 38. nu. 3. Bonacin. tom 1. de Sacrament. Baptiſm. diſp. 2. qu. 1. pun. 1. propoſ. 2. num. 6. & alij.*

Richard. Maior. Caietan. Sotus. Ledeſma. Bonauen.

Suarez. Angles. Vaſquez. Coninch. Toletus. Reginal. Ab Angelo. Henriq. Bonacin.

Probatur opinio primo.

Noſtra autem ſententia probatur primo ex perantiqua traditione ſanctę Eccleſię quæ veritatis magiſtra exiſtẽs, infantes ab Herode in odium Chriſti occiſos, ſanctos ac veros martyres appellat, atque eos vt ſanctos & beatos colit, ac veneratur; vnde eorum feſtum E ſingulis annis ſolemniter celebrans in propria oratione cum Deo loquens ſic ait, *Deus cuius præconium Innocentes Martyres, non loquendo ſed moriendo confeſſi ſunt, &c.* Et rurſum in hymno eadẽ Eccleſia cum ipſis Innocentibus loquẽs ſic pangit; *Saluete flores martyrũ; Quos lucis ipſo in limine; Chriſti inſequutor ſuſtulit, ceu turbo naſcentes roſas, Vos prima Chriſti victima. Grex immolatorum tener, Aram ante ipſam ſimplices, Palma, & coronis luditis.* Quę videlicet verba non ſolum ad circumciſos, ſed etiam ad incircumciſos (ſi aliqui ibi fuerint) referri debent; quia principalis cauſa, ob quã F Regnum cæleſte obtinuerunt, & vt ſancti, ac veri martyres ab Eccleſia excoluntur, eſt mors in odiũ Chriſti à Tyranno illata, & ab ipſis patienter tolerata, ſed hæc mors fuit cõmunis, atq; æqualis tam circumciſis, quam incircumciſis, ergo, &c.

Probatur ſecundo.

G Hæc eadem veritas probatur ſecundo ex cõmuni Sanctorum Patrum doctrina, qui pulchris encomijs eorum ſanctitatem, martyrium ac beatitudinẽ celebrant, atque laudibus efferunt. Nam *S. Leo 1. ſerm. 1. de Epyphan. parum ante fin.* ſic ait. *Illi potuerunt prò eo mori, quem nondum poterant confiteri; itaque Chriſtus nè illud ei tempus eſſet abſq; miraculo, ante vſum linguæ, poteſtatem linguæ tacitus exercebat, & quaſi iam diceret, Sinite paruulos venire ad me, talium enim eſt Regnũ* H *cælorum. Noua gloria coronabat infantes, & de initijs ſuis paruulorum primordia conſecrabat, vt diſceretur neminem hominum diuini incapacem eſſe Sacramenti, quando etiam illa ætas gloriæ eſſet apta martyrij.*

S. Leo.

Deinde accedit *Author libri de operib. Cardinalib. Chriſt. in ſermon. de Stella, & Magis poſt med.* vbi clariſſimis verbis oſtendit ſanctos martyres Innocentes non ratione Circumciſionis; ſed I ratione mortis martyrij ad palmam glorię cæleſtis perueniſſe. Eius autem verba hæc ſunt. *Sic ſanctorum perſequutionibus Tyrannus crudelis illuditur, qui dum putat perdere quos occidit, melioris vitæ ſtatum eis procurat, & quod ille in perditionem molitur, hi vtuntur pro beneficio, quibus lucra perpetuæ vitæ per hæc momentanea damna acquiruntur.* Protinus autem non obſcure inſinuat, K ſanguinem martyrij, quo ſancti Innocentes fuerunt aſperſi (ſuffragante gratia ſancti Spiritus) eamdem prorſus virtutem, eamdemque operationem habuiſſe in martyribus, quam habere ſolet baptiſmalis ablutio in baptizatis. *Hi nuper (inquit) cruore lacteo loti primitias baptiſmi martyrio conſecrarunt, tradentes poſteris formam vbi neceſſitatis articulus excluſerit moram, non minus ad lauacrum animæ ſanguinem efficacem, quam ſanctificatas verbis ſolẽnibus aquas.* Et poſtmodum ſubiungit dicens. *Maximè*

Eandem virtutem habet ſanguis martyrũ, quã habet ablutio baptiſmalis.

ximè

A *ximè cum nec sanguinis hoc elemento careat, sed aquarum motu per totum corporis alucum fluat; Spiritus vero sanctus & aquis, & sanguini superfertur; qui subiectos sibi fonet, & abluit, quo baptizante, idem occisio, quod mersio operatur, qua extinctam peccati vitam, virtutemq; emortuam vtrinsq; rei continet Sacramentum.*

Cyprianus Præclarum est pariter testimonium Cyprian. *in sermon. de Stell. & Magis*, vbi B hoc modo effatur. *Ecce (inquit) paruuli isti, quos inaudita crudelitatis monstrum Herodes occidit, subitò sunt martyres*. Et infra. *Ætas nondum habilis ad pugnam idonea extitit ad coronam. Vt appareat Innocentes esse, qui prò Christo necantur, infantia innocens ob nomen eius occisa est*. Nec ignobilius est testimonium *Augustin. lib. 2. & 3. de symbol. ad cathecumen cap. 5.* qui clarissimis ver *Augustin.* bis asserit, impium Hærodem per passionem martyrij fecisse infantes, hære- C des Regni cælestis. Vnde liquido constat, ex Baptismo sanguinis eis prouenisse, & meritum sanctitatis, & gratiæ, & præmium gloriæ sempiternæ. Quapropter *cap. 5. parum ante medium*, hæc profert verba. *Ille autem fons gratiæ (idest Christus) paruus, & magnus, qui in præsepijs iacet thronum tuum terret, agit per te nescientem causas suas, & à captiuitate diaboli animas liberat, suscipit filios inimicorum in numerum adoptorum. Ecce quomodo regnat, qui sic re-* D *gnare venerat. Ecce iam liberat liberator, & salutem præstat saluator*. Quæ *Infantes in circũcisi, ante martyriũ erãt sub potestate diaboli.* videlicet verba Innocentibus illis, qui nondum fuerant circumcisi applicari possunt, isti enim sunt, de quibus loquitur *Augustinus* dicens, *Et à captiuitate diaboli Christus animas liberat*. Nam infantes illi, quos circumcisos passio martyrij inuenit sub potestare diaboli tunc minimè erant. Et sic sententia aduersariorum reijcitur. Et idem *Au-* E *gustin. lib. 2. de liber arbitr cap. 23.* de Innocentibus loquens ait. *Eos in honorem martyrum receptos veneratur Ecclesia*. Hoc idem significat *lib. 2. de Symbol. ad Cathecumen. cap. 5. & lib. 3. cap. 4. & sermon. 8. de sanctis, & sequentib. & Epist. 28. ad Hieronym.*

Origenes Deniq; fauet *Origen. hom. 3. in varios locos Euãgel.* hæc verba proferens. *Horum (inquit) memoria semper vt dignũ est in Ecclesijs celebratur secundum ordinem integrum sanctorum, vt primorum martyrium pro Christo occisorum, vt ipsa Bethleem, in qua natus est Dominus primitias martyrum Domino obtulisse videatur*. Vide *D. Chrysostom. homil. 2. in varios Euangelist. Hylar super Matth c.* 2. cuius propria verba *in præcedent. cap.* citauimus, *Bernard. serm. de Innocentib. Hieronym. Bed. Besbyt Petr. Chrysolog. Theophylact. Euthym. Zigabon. & Christian. Druthm. præd. cap. 10. citatos*. *Chrysost. Hylar. Bernard. Hieron. Beda Chrysolog. Theophil. Euthimius*

Ex his quæ hactenus diximus infertur, quod si aliquis infans etiam in vtero matris existens in contemptum fidei G vel in odium Christi simul cum matre occidatur, est verus martyr. Cum enim proles reputetur vnũquid cũ matre; par est vt eiusdẽ martyrij particeps efficiatur. Et in hoc datur quædã differentia inter Baptismũ aquæ, & baptismũ sanguinis, quia infans in vtero matris non põt baptizari, eo quod nõ põt ablui, sed optimè potest baptismum sanguinis suscipere si in odium Christi simul cum matre interficiatur. Ità *Richard. in 4.* H *dist. 4. art. 2. q. 3. Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap. 38. num. 2 Angles in florib. Theolog. de recipientib. Baptism. quæst. 2. art. 3. conclus. 2. Bartholom ab Angel. de Sacrament. baptism. Dialog 2. §. 12. Coninch. quæst. 63. art. 2. dub. 1. num. 123. Tolet. lib. 2. cap 22. num. 7. Bonacin. lib. de Baptism. quæst. 1. disput 2. pun. 1. prop. 2. num. 6. & Reginald. lib. 27. num. 18. & aliy*. *Richard. Henriq. Angles Ab Angel. Coninch. Toletus Bonacina Reginald.*

I

CAPVT XII.

An Baptismus sanguinis absque Baptismo fluminis, infantibus sufficiat ad salutem.

COmmuniorem Doctorum opinionem sequentes quoad efficaciam Baptismi sanguinis in infantibus; dicimus eis sufficere ad salutem Baptismũ sanguinis, seu martyrium, absque eo, quod baptismus fluminis suscipiatur. Ita docent communiter Doctores, & præcipuè *Suarez super 3. par. D. Thom. quæst. 69. art. 10. disput. 29 sect. 1. vers. Secundo igitur, Henriquez lib. 2. de Sacrament. baptism. cap. 34. §. Primo, Bellarm. de* K *Affirmatiuè responsdetur.* *Suarez Henriq. Bellarm.*

A *de baptism. cap. 6. colum. 3. Vazquez disp. 153. cap. 6. & alij.*

Probatur primo. Ad cuius sententiæ confirmationem complures adduci possunt rationes. Prima est, Nam sanctis Innocentibus martyrium fuit sufficiens ad salutem, absque eo quod circumcisio susciperetur, (quemadmodum in præcedenti cap. probauimus) ergo nec nunc (suscepto martyrio) necessarius est Baptismus, qui in locum Circumcisionis

Secundo. successit. Secunda est, nam baptismus

B sanguinis, siue martyrium duplicem præstat effectum, scilicet confert gratiam, & omnem culpam, & pœnam remittit (prout communiter docent

Bellarm. Medina. Valentia. Suarez. Vazquez. Nugnus. Coninch. Reginal. Bonacin. Henriq.

Bellarmin. de baptism. ca. 6. Medin. C. de Pœnitent. q. 2. Valent. tom. 4. disput. 4. q. 5. pun. 4. conclus. 4. Suarez 3. p. disput. 29. sect. 2. conclus. 1. Vazquez disput. 153. c. 1. Nugnus 3. par. quæst. 66. ar. 12. conclus. 4. Coninch. quæst. 66. art. 12. dub. num. 143. Reginald. lib. 27. num. 3. & Bonacin. tom. 1. de Sacrament. baptism. disput. 2. quæst. 1. pun. 2. propos. 1. num. 1. & Henriquez

C *lib. 2. de Sacrament. baptism. cap. 34. num. 4.* Sed nihil aliud ad salutem æternam requiritur, quam vt gratia iustificans conferatur, & omnis culpa, & pœna auferatur; ergo baptismus sanguinis sine baptismo fluminis infantibus sufficit ad salutem, Vide *Henriquez d. c. 34. §. 1.* dicit Martyrium in infantibus supplere vicem baptismi. Tertia est, quia illa mors Innocentibus illata, eos veros martyres, ac proinde honore & veneratione dignos effecit; quod ni

Martyriũ in infantibus vicẽ Baptismi supplet.

D mirum non sequeretur, nisi prius per martyrium, sancti effecti fuissent, sed sanctitas ex collatione gratiæ & ex remissione culpæ procedit, ergo martyrium hos duos operatur effectus, & per consequens est sufficiens ad salutem.

Quamuis autem martyrium in infantibus non perficiatur per actum fortitudinis, ex eo, quod ipsi ob defectum ætatis, & vsus rationis nullum actum alicuius virtutis elicere possunt; perficitur tamen ex eo, quod est propter

E Christum, & in honorem ipsius toleratur. Vnde mors ab ipsis in honorem Christi suscepta habet effectum martyrij, & per consequens sufficiens est ad salutem. Et per hoc patet responsio ad difficultatem in exordio præcedentis cap. propositam.

Martyriũ profuit in infantibus Denique baptismus sanguinis non solum fuit sufficiens infantibus ad salutem, ante Christi passionem, sed etiã post eius passionem, ac ascensionem.

F Nam quemadmodum Sancti Innocentes in odium Christi ab Herode occisi ante Christi passionem, fuerunt veri martyres, sancti, atque beatitudinis cælestis participes: ità nunc si aliqui infantes in odium Christi occiderentur, nondum suscepto baptismo fluminis, ueri martyres, sancti, ac regni cælestis hæredes efficerentur. Et ratio est, quia Christus non diminuit in suo aduentu virtutem martyrij, quam ipsum martyrium antiquitus habebat, nec eam reuocauit, sed potius confirmauit, quem admodum colligitur ex illis verbis, Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor, & ego eum coram Patre meo. Imo existimat *Suarez disp. 29. sect. 1. vers. Secundo igitur, &c.* non solum fuisse virtutem martyrij à Christo confirmatam, sed etiam auctam, Nam ità (inquit) decet statum, & perfectionem legis gratiæ, in quo vberius, & liberalius Christi gratia communicatur.

ante & post Christi passionem.

Si nunc infans in odiũ Christi occideretur, verus martyr esset.

G

Suarez.

H Sed ante Christi aduentum martyrium in paucis reperiebatur, vnde in veteri testamento habemus pauciora exempla tantæ fortitudinis, quia fides erat obscurior, & minor diuinæ gratiæ communicatio. Erat autem martyrium maximum opus, & quodammodo magis laudabile, quapropter Sacra Scriptura, sanctos martyres Machabæos, qui in contemptum diuinæ legis fuerant occisi, maximis laudibus effert.

Ante Christi aduentum pauci martyres extiterũt.

CAPVT XIII.

I

Quæritur, quosnam effectus producat Baptismus sanguinis.

Primus effectus Martyrij.

Baptismus sanguinis, siue martyrium in suscipientibus complures producit effectus, quos hic præstante Domino sigillatim enumerabimus. Primus effectus est gratiæ

K spiritualis collatio, per quam homo iustificatur, si in statu peccati prius permaneba, sin autem, augmentum ipsius gratiæ suscipit. Est communis sententia Doctorum, quam tenent *Bellarmin. de baptism cap. 6. Medin. C. de pœnitent. quæst. 2. Vazquez 3. par. q. 68. art. 3. disput. 153. cap. 1. Suarez 3. par. disp. 24. sect.*

Bellarm. Medina. Vazquez. Valentia.

A *sect.2.conclus.1.Valent.tom.4.disput.4. quæst.3 pun.4.conclus.4 Coninch.quæst. 68.art.2.dub.1.num.148.Henriquez lib. 2.de Sacrament cap 34.num.4. Nugn.3. par.quæst 66.art.12.conclus.4.Reginald. lib.27.num.3.& Bonacin. 1.par. disput. 2.quæst.1.pun.2.prop.1.num.1.& alij.* Et ratio est, quia plerique SS.Patres, quos in superioribus citauimus æquiparant, immò & quandoque præferunt martyrium baptismo fluminis; sed per hunc gratia confertur (quemadmodū in exordio huius tom 2. probauimus)

B ergo confertur pariter per martyrium.

Valentia. Coninch. Henriq. Nugnus. Reginal. Bonacina.

Secundus effectus Martyrium omnē culpam remittit. August.

Secundus effectus est remissio omnis culpæ; vnde virtute martyrij ipsi martyri omnia peccata condonantur. Ità docent communiter Doctores, quos supra citauimus. Hinc *D. Augustin. lib. 1. de baptism. ca. 5. & 18.* de B. Cypriano errante in rebaptizandis hæreticis docuit, Si quid errauerat ex culpa, id martyrij falce amputatum esse. Et ratio est ea, quam supra adduximus, martyrium namque æquiparatur Baptismo

C aquæ, sed hic omnem culpam remittit; ergo pariter hunc effectum baptismus sanguinis præstabit. Item Martyr in passione martyrij propter Christum tolerata perficit actum summæ dilectionis, quia videlicet honorem Dei omnibus rebus creatis, ac propriæ vitæ anteponit; vnde congruum est, vt Deus correspondeat ei per hunc actum liberalitatis, quo condonantur omnia crimina & anima de potestate diaboli eripitur, iuxta illud, Qui perdiderit animam suā

D propter me saluam faciet illam.

Peccatū veniale non impedit effectus martyrij.

Sed dubium est, an si martyr in ipsa susceptione martyrij aliquod peccatū veniale perpetrauerit voluntariè; impediatur effectus Baptismi sanguinis. Adhoc breuiter respondendum est, non impediri remissionem cæterorum peccatorum, de quibus iam formalem pœnitentiam habuerat, sed illius tantum peccati venialis, quod in susceptione martyrij perpetrauit. Ità docet *Henri-*

E *quez lib.2.de Sacrament.cap.36. §.3. in fin. & in comment lit. X* citat *Caietan. q. 83.1.ad 2.* qui hoc quidem fatetur de martyrio, sed negat baptismum, vel aliud Sacramentum conferre effectum ei, qui tunc venialiter peccat. Insuper *cum Henriquez* concordat *Bonacin. to. 1.de Sacrament.baptism.disp.2.q.1.pun. 2.propos 1.num 2.* quamuis *Cano relect. de pænitent.par.3.* hoc neget de baptismo sanguinis, sed concedit quò ad baptismum aquę. Sed probabilior mihi videtur opinio, quam plerique recentiores tenent; hoc nimirum de vtroque baptismo affirmantes.

Henriq. Caietan. Bonaciñ. Cano

F

Ratio autem quæ hanc sententiam probabiliorem, ac veriorem esse suadet est, Quia Sacramentum baptismi, & per consequens martyrium (baptismo enim aquę quoad effectus æquiparatur) gratiam, & cæteros effectus cōfert omnibus non ponentibus obicem; obex autem, quo impeditur infusio gratię, & remissio peccatorum mortalium non est peccatum veniale; sed mortale, ergo, &c. Impeditur autem remissio illius peccati venialis, quod tunc voluntariè perpetratur; quia nimirum, eo tempore ponitur obex, vt tale peccatum non remittatur; ex eo enim quod homo habet actualiter affectum ad tale peccatum: eius remissionem procul dubio ex parte sua impedit. Imò censet *Henriquez loc. cit.* non solum non remitti hanc venialem culpam, sed nec reatum pœnæ temporalis sibi respondentem. Ad cuius sententiæ comprobationem nonnullos alios Doctores citat. H

Impeditur remissio illius peccati venialis, quod perpetratur.

Tertius effectus.

Tertius effectus est remissio omnis pęnæ temporalis, quæ pro peccatis debetur. Ità *Henriq lib.2.de Sacram.cap. 36.§.3.Bonacin.tom.1.disp.2.q.1.pun.2. prop.1.in princip.& alij recentiores, quos superius citauimus.* Et ratio est, quia I permulti Patres efficaciam martyrij, æquare videntur cum baptismo aquæ, dum aiunt in martyrio omnia peccata extingui, sic *Augustin.de Ecclesiastic.dogmatib.cap.74.& lib.1. de anima, & eius origin cap.9.Cyprian in Oration. Domin. Dimitte nobis, Prosper.lib sententiar.sen. 149.& probat Bellarm.de baptism.cap.6. & Henriquez d.lib.2.cap.34.§ 4.* Sed baptismus aquæ remittit omnem pænam, K quemadmodum *in præsenti tom. lib.3. cap 22.* fusius probauimus; ergo similiter hoc præstabit, & baptismus sanguinis. Hinc quidam Sanctus Pater dixit, quod qui orat pro martyre, iniuriam ei facit. Supponit enim sanctos Martyres post tolerantiam spiritualis certaminis, igne tribulationis, adeò esse emundatos ab omni rubigine culpæ, atque expiatos ab omni reatu pænæ, vt nullo purgatorij cruciatu tolerato, illico illa beata Patria, cælestisque Ciuitas in amplissimum sinum suū

Henriq. Bonacina. August. Cyprian. Prosper. Bellarm. Henriq.

Qui pro martyre orat, iniuriam ei infert.

eos

A eos feliciter, atque gaudenter recipiat. *Martyribus cæli aditus patet.* Hinc gloriosissimus Stephanus Prothomartyr in agone martyrij constitutus cernens cælos apertos ad suscipiendam eius animam paratorum dicebat; *Actor.7. Ecce video cælos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei.* *Actor.7.* Vnde *D. Augustin.tom. 10. serm.3. de S. Stephan.* ait, *Vidit Christum consistens Christum moriturus pro Christo porrectus ad Christum.* *August.* Et idem *Augustin ser. 95. de diuersis* clarius hoc indicat his B verbis. *Beatus homo* (loquitur de S. Stephano) *cui cæli patebāt, Sed quis cæliū aperuit? Ille, de quo in Apocalypsi dicitur, Qui aperit, et nemo claudit, claudit, et nemo aperit. Quando Adam de Paradiso eiectus est post illud primum, nefandumque peccatum, contra humanum genus clausum est cælum; post passionem Christi latro primus intrauit; postea Stephanus apertum vidit. Quid miramus? Quid fideliter vidit, fideliter indicauit, & videnter insasit.*

C Quartus effectus Martyrij est Aureola, quę in cælesti Patria omnibus martyribus datur, vt ad eorum gloriam, & honorem in ipsis permaneat in æternum. *Quartus affectus.* *Martyribus datur aureola.* Dicitur autem Aureola quasi parua corona aurea. Corona, quia præmium victoriæ Aureola, quia præciosa, & excellens, parua tamen respectu coronę primariæ. Datur autem Aureola, non solum Martyribus, sed etiam Doctoribus, necnon & Virginibus, *Datur pariter Doctoribus, & Virginibus.* Aureola, quæ datur martyribus, ex multis locis Sacræ Scripturæ colligitur, & primo ex illo *Apocal. 7.* D *Amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum.* *Apoc.7.* Quod planè de martyribus intelligi permulti Doctores, & præcipuè *Lessius in suis Opusc. de summo bono lib. 2. cap 21.* *Lessius.* Et hoc patet ex illis verbis, quæ mox sequuntur. *Hi sunt qui venerunt ex tribulatione magna, &c.* Item ex illis verbis Christi *Matth. 10. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor ego eum corā Patre meo.* *Matt.10.* E Aureola Doctorum insinuatur *Daniel.12. Qui ad iustitiam erudiunt multos tanquam stellæ firmamenti fulgebunt in perpetuas aeternitates, & Matth.5. Qui fecerit, & docuerit hic magnus vocabitur in Regno cælorum.* *Dan. 12.* *Matth.5.* Aureola Virginum indicatur *Apoc. 14.* vbi de Virginibus dicitur *Et cantabant canticum quasi nouum ante sedem, & ante quatuor animalia, & senio-* *Apoc.14.*

F *res, & nemo poterat dicere canticum nisi illa centum quadraginta quatuor millia.* Vbi peculiare quoddam præmium Virginibus tribui apertè, ac dilucidè cōstat.

Cur autem tres tantum constituantur Aureolæ, & non plures, nec pauciores rationem affert D. *Thomas in 4. dist. 49. q. 5. & Less. in Opuscul. lib. 2. de summo bono cap. 21. num. 169.* *S. Thom. Lessius.* *Datur ratio cur tres aureolę tantum constituantur.* Aureola enim cum sit corona, proculdubio est præmium insignis victoriæ. Insignis autem victoria datur aduersus insignes hostes, de quorum prostratione triumphum deferitur. G Hi autem insignes hostes sunt tres, nempe mundus caro, & diabolus. De mundo triumphat martyr, quando omnia tormenta ab hominibus illata, propter Christum patienter tolerat. De carne triumphat Virgo quando ab omnibus illicitis concupiscentijs se abstinet, & carnalibus illecebris, amplexibusq; venereis, nec mente; nec corpore se immiscet. *Virgo de carne triumphat, quando illecebras carnales fugit.* De diabolo triumphat Doctor quando populum Christianum per doctrinam tam H & prædicationis erudit, cælestibus disciplinis imbuit, eiq; Sacramenta salutis ministrat. Ergo his tribus personis tantum Aureola tribui debet.

Denique inquirendū est quid sit hæc Aureola *S. Thom. loc. cit.* existimat nihil aliud esse, quam singula re gaudium, quod Beati habituri sunt de huiusmodi victorijs. *Aureola quid? Prima opinio, S. Thom.* Alij verò putant in animabus beatis fore qualitates quasdam spirituales representantes illas victorias, & in his consistere rationem Aureolę. *2. opinio.* I *Bonacina tom. 1. disput. 2. quæst. 1. pun. 2. prop. 1. num 3.* dicit Aureolam esse prémium quodam accidentale, quod martyribus tribuitur consistens in quibusdam insignibus, & decore cicatricum, & in quodam gaudio accidentali; & pro hac sententia citat *Sot. dist 46. quæst. 5 art. 2.* *3. opinio. Bonacin. Sotus.* Sed melius dicamus cum *Lessio d. lib. 2. de summo bono c. 21. vers. Sed difficultas est, &c.* K Aureolam esse specialem quamdam dignitatem, & eminentiam, quæ tribus illis victoribus tribuetur, quatenus hi præ cæteris erunt conformes Christo, in *4. opinio. Lessius.* quo perfectissimè fuit totius virginitatis, & martyrij, & doctrinæ excellentia & victoria. *Possidentes aureolam Christo similes sunt.*

His quæ hactenus diximus assentitur *Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap. 36. §. 3. & in comment. liter. S.* vbi ait Mar- *Henriq.*

Henriq. Richard. Alenf. S.Thom. Bergom. Glof.

A tyrem habere Aureolam cum insignibus quibusdam, & decore cicatricum. Accedunt pariter *Doctores in 4. dist.49. Richard.ibid.Alenf.lib 2.tit 45 art.3.de Aureol.Virgin D.Thom.Addit q.96.art. 6.& 2.2.q.152.art 5.Bergom.§.262.Sotus dist. 49.q.5.art.2.& Glof in Exod.c. 25.* vbi iubetur vnam coronam super alteram imponi..

CAPVT XIV.

B

Quęritur quam gratiam conferat Martyrium, an ex opere operato, vel ex opere operantis.

Primaopinio ex opere operantis.

Sotus.

Baptismus sanguinis suscipientibus gratiam spiritualem confert, quēadmodum in *precedenti cap.* probauimus (quapropter opportunè hic quæritur, an hæc gratia, quę confertur, sit ex opere operato, vel ex opere operantis. Nam *Sotus in 4.dist.15 q 1.art.2.& alij apud Nugn.3 part.q.66.art 12. q.4. & Bonacin.tom 1. disput.2.quæst 1. pun. 2 proposit 2.& Pitigian in 4.dist 4 q. 3. art.1.vers.Cæterum probabilior.* negant conferri gratiam ex opere operato.

C

D

Secunda opinio vero ex opere operato.

S.Thom.

Sed in contrarium est communior sententia, quæ mihi verior, ac probabilior videtur, asserens Martyrium conferre gratiam ex opere operaro Ità docet *D. Thom 3.par. q 68.art.2.ad 2. & quæst.87.art.1 ad 2.* Etenim in *prædicto art. 2.* hæc scribit *Nullus* (inquit) *peruenit ad vitam æternam, nisi absolutus ab omni culpa, & reatu pænę. Quæ quidem generalis absolutio fit in perceptione baptismi, & in martyrio; propter quod dicitur, quod in martyrio omnia Sacramenti baptismi complentur scilicet quantum ad plenam liberationem à culpa, & pæna.* Ex quibus verbis apertè colligitur, Martyrium conferre gratiam ex opere operaro, nam hoc est pręcipuum munus baptismi, quo homo à culpa, & pæna totaliter liberatur. Hanc eādem sententiam sequuntur *Valent.tom. 4.d.3 vers.Et si vero, Bellarmin. de Baptism. lib.1 cap.6.Coninch.quæst 66.ar.12 n 132.Suarez to.3.disp.29.sect.3.Nugn. q 66.art. 2 conclus 4. Henriquez lib 2. cap.34 num 3.& Bonacin.1 par. disput. 2.quæst.1.pun.2 proposit. 2.*

E

Valentia Bellarm. Coninch. Suarez Nugnus Henriq. Bonacin.

F

Probatur sententia Primo

Ad cuius sententiæ comprobationē duæ adduci possunt rationes. Prima est illud enim dicitur conferre gratiam ex opere operato, quod vltra meritum, & dispositionem suscipientis eam cōfert; hoc autem præstat martyrium, quemadmodum verificari videmus in infantibus in odium Christi interfectis, qui videlicet cum non possint ex proprijs actionibus gratiam ex opere operantis acquirere liquido constat eis per martyrium gratiam ex opere operato conferri. Secunda ratio est, nam videmus adultum per solam attritionem absque Sacramento non posse peccatum mortale delere, & gratiam gratum facientem adipisci; ergo sola attritio non est per se sufficiens. Sed optimè hoc poterit obtineri, si attritioni coniungatur martyrium; ergo martyrium confert gratiam ex opere operato.

Hoc probatur exemplo SS.Innocent.

G

Secundo.

H

Confert gratiam ex opere operantis adultis.

Non per hoc tamen negamus martyrium conferre gratiam ex opere operantis, qui videlicet effectus non inuenitur in infantibus, sed tantum in adultis qui vsum rationis habentes permultos; ac diuersos virtutum actus elicere possunt; nempe fortitudinis, charitatis, patientiæ, fidei, spei, obedientiæ, castitatis & paupertatis Per hoc enim quod passionis acerbitatem viriliter substinēt, nec minis diabolici Tyranni à constantia fidei amouentur; fortitudinis actum proculdubio eliciunt. Et dum martyrij mortem ob amorem omnipotentis Dei alacriter tolerant; charitatis virtute pulcherrimè fulgent. iuxta illud. maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat, quis prò amicis suis. Dum autem læthalis passionis calicem bibunt, patientiæ virtute pollent. Dum verò idolis sacrificare recusant, & in confessione verę ac sempiternæ Deitatis, atque Catholicæ fidei constanter persistunt; fidem habent. Et per hoc quod confitentes Iesum Christum esse verum Deum, verumque hominem; ad cœlestem beatitudinem tandem sè esse peruenturos sperant; spei virtute profectò emicant. Dum autem quasi victimæ ad óccisionem ducuntur; & quidquid eis imponitur ad augendum cruciatum adimplent, obedientię actus siquidem operantur. Dum autem carnalibus illecebris, quas callidus Tyrannus ad decipiendam animam fraudolenter offert

I

Perfectus martyris passione, omnium virtutum actus operatur.

K

Præcipuè elucet spes futuræ gloriæ.

A fert, minimè assentiuntur; castitatis virtutem planè possident. Dum denique diuitias huius mundi, & omnia commoda temporalia propter Christũ contemnunt, paupertatis virtute sanè pollent

Martyriũ cõfert gratiam ex opere operato moraliter.

Denique quærendum est an martyrium hanc gratiam ex opere operato conferat physicè, an vero moraliter. Ad quod breuiter respondemus conferre eam moraliter; quatenus Deus intuitu martyrij, quod est optimũ opus, eique gratissimum hanc gratiam con-
B fert. Hinc perspicuum est Martyrium conferre gratiam ex opere operato sicut, & cætera Sacramenta ob speciale priuilegium, peculiaremq; promissionem, quam fecit Christus illis verbis

Matt. 10.

Matth. 10. *Qui perdiderit animam suam propter mè inueniet eam*: Sed non per hoc est Sacramentum, quia Sacramen-
C tũ est actio quædam sacra, ac sancta ad cultum veri Dei ordinata & à Christo Domino instituta; Martyrium verò dum ex impietate Tyramni, satellitũq. prouenit, non solum non est actio sacra; sed scelestis, sacrilega, crudelis, ac impia; quia serui Dei crudeliter interficiuntur, & ipse Deus. ac omnium Dominus grauiter offenditur. Vide *Henriquez lib. 2. de Sacrament cap. 33. num. 4. & cap. 39. num 4. & Bonac. tom. 1. de Sacrament. Baptism disput. 2. q. 1. punct. 2.*
D *proposit. 2. in fin.*

Henriq.
Bonacina

CAPVT XV.

Quæritur quonam tempore Baptismus sanguinis suos producat effectus.

E IN presenti cap. quædam ambiguitas resoluenda est, nempe, quonam tẽpore Baptismus sanguinis, seu martyrium suos præstet effectus. Ad quod respondens *Caietan. 2. 2. qu. 125 art. 4. ad quartam* ait prestare suos effectus in vltimo instanti mortis. Quam opinionẽ nonnulli alij sequũtur. quos tacitis nominibus recenset *Bonacin. tom. 1. de Sacrament. Baptism. qu. 1. disp. 2. pun. 2. prop. 3. in princip.*

Prima opinio Caietan.

Sed probabilius, ac verius est martyrium suos effectus producere eo tem-
F pore, quo sanctus martyr vulnera recipit læthalia, quæ naturaliter ad mortem necessario conducunt. Ità communiter tenẽt *Doctores* & præcipuè *Suarez tom. 3. disput. 29. sect. 3. versus finem Henriquez lib. 1. cap. 39. num 1. & lib. 2. cap. 9. nu. 1. Vega lib. 6. in Tridentin. Bonacin tom. 1 disput. 2. q. 2. p. 3. proposit. 1.* quamuis *Coninch. 3. p. q. 66. art. 12.* con-
G trariam partem teneat. Ratio autem quæ hanc sententiam veram esse suadet hęc est, nam quando Martyr vulnera læthalia recipit dicitur mortuus in causa, & secundum ordinem naturæ, mori debet, non propter aliam causam nisi quia hęc vulnera læthalia passus est; vnde congruum; iustumq; est vt eo tempore effectum martyrij consequatur. Item si hæc sententia vera non esset, sequeretur, vt martyr nullum fructum conse-
H queretur ex tolerantia vulnerum læthalium, si miraculosè de morte eriperetur, quod nimirum contingere posse infra patebit. Præterea aliud instans congruum ad hunc effectum præstandũ assignari non potest; ergo &c. Probatur antecedens, Non enim esse potest illud instãns, quod illationem vulnerum læthalium præcedit, quia faciliter euenire potest; vt eo tempore, quo per patien-
I tiam passionis Christum conteri quis debeat; acerbitate tormentorum perterritus, a confessione fidei Christianæ recedat, quod nimirum permultis accidisse legimus. Nec potest esse vltimum instans (quemadmodum censet *Caietanus loc. cit.* nam vltimum instans hominis (iuxta opinionem omnium Phylosophorum) est id, in quo homo desinit esse id, quod immediatè antea fuerat, per consequens in hoc vltimo instanti aliquod meritum acquirere non potest. Manifestum est itaque illud
K instans esse congruum ad consequendum effectum martyrij, in quo homo vulnera læthalia recipit.

Secunda opinio.

Suarez.
Henriq.
Vega
Bonacina
Coninch.

Producit suos effectus martyrium quando martyr accipit vulnera læthalia.

Multi tormentorũ immanitate perterriti, idolis sacrificauerunt.
Caietan.

Denique aliud dubium hoc loco resoluendum superest, & est an quando martyr post accepta vulnera incurabiliter læthalia superuiuit, in gratia confirmatus remaneat. Ad quod respondens dico, hoc non posse accidere nisi miraculosè, & ex particulari permissione Dei, & tunc piè credendum est in gratia confirmatum remanere; nam nullum dubium est, hoc superueniens

Quid dicendum si læthaliter vulneratus superuixerit.

mi-

A miraculum effectum martyrij non impedire; vnde ex hoc martyr gloriam æternam infallibiliter consequuturus esset, nisi miraculosè, detineretur in vita; ergo &c. Ità opinatur *Suar. loc. cit. versus finem*. Sed hęc regula infallibilis non est, nam nobis est incognitum, quid diuina prouidentia in his casibus agat: veruntamen illa opinio, quā antea retulimus probabilior existit, quemadmodum notat *Bonacin. tom. 1 disput. 2. quæst. 2. punc. 3. proposit. 1.*

Suarez. *Bonacin.*

B

CAPVT XVI.

An Baptismus sanguinis aliquando sub præcepto suscipi debeat.

C

Permultæ siquidem, ac variæ causæ promouere possunt hominem ad suscipiendum martyrium, sed non omnes ad eius susceptionem, sub præcepto alligant; idcirco hæc quęstio differenda proponitur; an scilicet baptismus sanguinis nonnunquam sub pręcepto peccati mortalis suscipi debeat. Ad quod absque vlla contradictione respōdemus, martyrium eo tempore esse sub præcepto, quando grauis necessitas, & vrgens causa se offert, puta ad defendam fidem Christianam, si infideles eam conculcare, & extinguere nitantur, vel ad euitandum aliquod peccatum mortale, si ad hoc agendum homo fidelis, persequutione infidelium Saracenorum, vel hæreticorum impellatur. Tunc enim alacri animo, & indeficienti constantia, inuincibilique fide toleranda est læthalis martyrij passio. Vide *Bonacin. tom. 1. disput. 2. qu. 2. pun. 3. propos. 2.*

Datur tunc præceptum quādo ad est necessitas defendendi fidem.

D

Bonacin.

E

Raró tamen occurrit pręceptum subeundi martyrium, quia raró hæc necessitas insurgit, sed ea iam succedente promptè se offerre debet fidelis passioni martyrij. Et ratio est, quia tunc agitur de bono publico totius Ecclesię ac fidei Christianę, vnde dictum bonum publicum pręponendum est bono priuato, quod est vita ipsius martyris. Item vita spiritualis animę anteponenda est vitę corporali corporis; sed si in prędicta necessitate Christianus recusaret martyrium, mortaliter peccaret, quia necessarium esset, vt idolis sacrificaret præceptis Tyranni obtemperando, ergo &c. Prętereà Christianus debet quærere gloriam Dei, magis, quam propriam vtilitatem, vnde & ipsa gloria Dei omnibus incommodis, & damnis temporalibus præferenda est; sed hoc contingit in persequutione Sanctæ Ecclesiæ quando confiteri debemus corā infidelibus Iesum Christum esse verum Deum, eiusque fidem Christianam esse veram, ac sanctam fidem iuxta illud *Nam qui me erubuerit, & meos sermones, hunc erubescet filius hominis in maiestate sua, & Patris, & sanctorum Angelorum.*

Bonum publicum est antepo nendum bono priuato.

F

Vita spiritualis est anteponēda vitæ temporali.

G

Bonum igitur, ac laudabile est, vt vnusquisque fidelis omni tempore, sed præcipuè tempore persequutionis paratum animum teneat, ad tolerandum quodcunque martyrium ob amorem Christi, si occasio se offerret, sed hanc occasionem quærere nemo tenetur, quemadmodum docet *D. Thomas in 4. dist. 49.* quem sequitur *Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap. 39. num. 4. ad finem, Summa Coron. de Sacrament. Baptis. fol. 7. num. 31. Bonacin. de Sacrament. Baptis. tom. 1. q. 1. disp. 2. pun. 3. proposit. 2. num. 5. & alij apud Henriquez loc. cit.*

H

S. Thom. Henriq. Sum. Cor Bonacin.

Sed dubium est, an mortaliter peccent, qui se spontanea volūtate ad suscipiendum martyrium offerunt, & ad id inferendum hostes irritant. Ad quod breuiter respondemus eos mortaliter peccare, quando absque necessitate præcepti, vel consilij id faciant. Ità tenet *Diuus Thom. 2. 2 q 124 art. 1. ad 3* quem sequitur *Henriq. lib. 2. de Sacrament. cap. 39. num. 4. Nauarr. cap. 11 num. 40. Sanchez in Summa lib. 2. cap. 34 num. 15. & Bonacin. tom. 1. q. 1. pun 3. num. 6. vbi citat Conarr. Symanch. & Nazianz.*

I

S. Thom. Henriq. Nauarr. Sanchez Bonacin. Symanch Conarr. Nazianz

K

Ratio autem, quæ hanc sententiam veram esse persuadet, est, quia quicunque ad suscipiendum martyrium absq; rationabili causa præcepti, vel saltem consilij, se offert tentat Deum; sed tentare Deum ex genere suo est peccatum mortale; ergo &c. Secus autem dicendum est, quando occasio aduenit, vt fides Christiana defendatur, aut exaltetur, vel maior gloria Deo exhibeatur; quia tunc absque vlla ambiguitate martyrium suscipiendum est, & hæc insta, ac rationabilis causa esse videtur.

Tentare Deum est peccatum mortale

Hic autem notandum est, quod martyrium

Susceptio Martyrij duplex.

A tyrium dupliciter suscipi potest. Primo modo propriè, & in effectu. Secundo modo improprie, & in desiderio. Vnde quisquis martyrium propter amorem Christi suscipere ardenti animo cōcupiscit, martyr vtique dici potest, quemadmodum de S. Francisco, S. Teresa, permultisque alijs Sanctis legimus, qui amoris diuini flamma succensi, vt martyrij coronam acciperent remotissimas paganorum regiones penetrarunt. Isti vero propriè martyres vocari non pos-

B sunt, sed impropriè; quia animum paratum habent ad subeundum quodcunque læthale tormentum ob amorem Christi vel fidei Christianæ dilatationem. Sed illi verè ac proprie dicendi sunt martyres, qui cruciatum læthalem vere ac realiter propter Christum tolerant.

Peccatū mortale cognitum impedit gloriam martyrij.

Denique inquirendum est, an verum suscipiat martyriū, qui in statu peccati mortalis permanens; nec actū contritionis, neq. attritionis elicere studet, dum ad martyrij passionem properat. Ad quod regulariter loquendo, negatiuè

C respondendum est (si id malitiosè, & scienter fiat. Si autem inaduertenter, vel ignoranter hunc actum elicere martyr omiserit; puta si ad expellendum mortis timorem, vel ad corroborandā animi constantiam, vel ad superandas hostium insidias; vel ad propagandam fidei catholicæ doctrinam, toto animo intentus fuerit, & de peccatis nullam recordationem habet, tunc verum susci-

D pit martyrium, eiusque effectus consequitur, quia virtualis contritio, quam in hoc casu adesse supponimus; formalis contritionis vices supplet. Hæc autem formalis contritio in voluntate suscipiendi martyrium propter Christum concluditur, quia si martyr ob Christi amorem mortis passionem tolerat, quāto magis peccata, quæ inimicitiam inter animam, & Deum ponunt; detesta-

E retur, si memoriæ occurrerent. Ità tenent *D. Thom. 2. 2. q. 69. art. 10. Bellarmin. lib. 1. de pænit. cap. 9. ad 1. Suarez super D. Thom. 3. par. disp. 29. sect. 3. concl. 3. Henriq. loc. cit. cap. 36. num. 1. Sot. in 4. sent. dist. 6. sect. 1. art. 7. Less. lib. 3. cap. 1. dub. 4. num. 50. Pitigian. de penitent. par. 2. dist. 14. q. 3. artic. 4. conclus. 2. Fillincc. tract. 2. de Sacrament. baptism. cap. 1. q. 7. & Bonacin. tom. 1. disp. 2. q. 1. pun. 1. prop. 2. num. 10.*

S. Thom. Bellarm. Suarez Henriq. Sotus. Lessius. Pitigian. Fillincc. Bonacina

Hanc autem sententiam tanquam probabilem tenendam esse arbitror; certam esse non promitto; vnde tutius est, vt martyr actum contritionis, vel attritionis formalis elicere studeat, quemadmodum prudenter aduertunt *Sot. Henriquez, & Bonacin. loc. cit.* F

CAPVT XVII.

An excellentior sit Baptismus sanguinis Baptismo fluminis. G

Prima opinio.

RAtio dubitādi ex eo oritur, quod nonnulli Doctores asserunt, inter Baptismum fluminis, flaminis, & sanguinis nullam esse præeminētiam, nec nullum horum baptismatum, alijs antecellere, sed habere se omnia vt excedens, & excessum. Ità tenent *Alexand. 4. p. q. 22. memb. 5. Bonauent. super 4. sent. dist. 3. art 1. q. 2. Palud. ead. dist. 3. q. 3. Durand. ibid. q. 8.*

Alexand. Bonau. Paludan. Durand.

H

Probatur

Ad comprobandam autem hanc sententiam, huiusmodi ratione vtuntur. Baptismum aquæ prçstantiorem esse dicunt baptismo sanguinis, quia confert gratiam remittentem peccatum mortale, ac veniale, baptismus autem sanguinis non, sed conseruat gratiam, quam homo per actum interiorem adipiscitur, & remittit veniale.

Secunda opinio.

Sed his non obstantibus, probabilior mihi videtur illa sententia, quæ asserit baptismum sanguinis, esse baptismo fluminis, & flaminis, excellentiorem, atque prçstantiorem Ita tenet *D. Thom.* I *quem citat, & sequitur Sot. tom. 1. super 4. sent. dist. 3. q. vnic. art. 12 §. 2.* qui existimant baptismum sanguinis simpliciter esse perfectiorem baptismo aquæ, & Flaminis, necnon baptismum flaminis baptismo aqueo esse excellentiorem.

S. Thom. Sotus.

Probatur primo August.

Probatur primo hçc sententia, authoritate *D. Augustin. lib. ad Fortun.* vbi sic ait. *Baptizatus confitetur fidem suam coram Sacerdote, martyr* K *coram persequutore, quod difficilius est. Ille post confessionem aspergitur aqua, quod est suaue; hic sanguine, quod est acerrimum. Ille per impositionem manuum Pontificis, recipit Spiritum Sanctum; hic templum efficitur Spiritus sancti, quod magis est honorificum.* Hoc idem significat *D. Clemens lib. 5. constitut. Apostol. cap. 6.* vbi martyrium, in-

D. Clem.

com-

A comparatione Baptismi aquei, veriorem Baptismum appellat; ex eo quod baptizati Baptismo fluminis, in figura cōsepeliuntur Christo in morte; martyres vero, re ipsa Christo commoriuntur. *Passio enim* (inquit) *quam martyr prò Christo substinet cedit ei in veriorem Baptismum, quoniam ipse reipsa commoritur Christo, alij in figura*.

Secundo. Probatur secundo ratione. Ille enim est dignior prestantiorque Baptismus, B in quo diuina virtus Spiritus sancti efficacius operatur, sed hoc accidit in Baptismo sanguinis; ergo. Probatur minor; Nam Spiritus sancti virtus in Baptismo fluminis operatur per latentem virtutem actionis aquæ, in Baptismo vero flaminis per cordis commotionem, quod est dignius: sed in Baptismo sanguinis, per potissimum dilectionis, affectum, insuper, & effectum, iuxta

Ioan. 15. illud *Ioan.* 15. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis* C *pro amicis suis*.

Secunda ratio est, nam dignius est, atque prestantius quod exercetur in veritate, quam quod exercetur in figura; quia figura cedit veritati; sed qui Baptismo fluminis baptizantur passionem Christi in figura gestant, eique in figura consepeliuntur per modum cuiusdam figuralis representationis; martyres verò Baptismo sanguinis aspersi, passio-D nem Christi in veritate portant, eique verè ac realiter per effectiuam passionem mortis consepeliuntur.

Ad argumentum autem contrariæ sententiæ respondemus esse falsum id quod asseritur; s. virtute Baptismi sanguinis tantum conseruari gratiam: quis enim negare potest, quod martyr ex affectu interioris charitatis, primam gratiam, vel augmentum ipsius mereatur habere? hic autem affectus interior, ex exteriori actione cognoscitur, per E quam martyr sanguinem suum fundit, vitamque suam prò Christo tradit.



CAPVT. XVIII.

An post susceptionem martyrij, statim perueniat martyr ad vitam æternam.

Baptismus sanguinis post susceptionem complures effectus producere assolet, quemadmodum in *cap.* 13. probauimus, precipue autem quācunq; pænam peccati remittit. Ita *Bellarmin. lib.* 1. *de Sacrament. c.*6. *Henriq. lib.* 2. *de Sacrament. cap.* 36. §. 3 *Bonacin. tom.* 1. *disput.* 2. *qu.* 1. *pun.* 2. *proposit.* 1. *& alij recentiores*. Hec autem pæna, tota remittitur, siue sit prò peccato originali, siue actuali. Dicendum est ergo martyrem post passionem martyrij statim ad gloriam cælestem euolare; itaut nullo modo in Purgatorio detineatur, nec aliquam pænam sentiat. Quod nimirum ex hoc clarissimè patet; quia sancta Ecclesia nunquam pro animabus martyrum ad Deum preces, supplicationesq; fundit; sed potius eorum orationibus ac meritis continuo se commendat. Vnde *Augustin. serm.* 17. *de verb. Apostol. Iniuriam* (inquit) *facit Martyri, qui orat prò martyre*. Hoc idem significat *Innocent. cap. cum Marthæ extra de celebration. Missar*. Sed clarius hoc docuit *Cyprian. lib.* 4. *Epist.* 2 *ad Antonian.* vbi permultas differentias ponens inter martyres, & cæteros fideles in transmigratione huius vitæ, sic effatur. *Aliud* (inquit) *est ad veniam stare, aliud ad gloriam peruenire; aliud missum in carcerem non exire inde donec soluat nouissimum quadrantem; aliud statim fidei, & virtutis accipere mercedem; aliud prò peccatis longo dolore cruciatum emundari, & purgari diu igne, aliud peccata omnia passione purgasse; aliud denique pendere die iudicij ad sententiam Domini, aliud statim à Domino coronari*.

Hoc autem quod vsque adhuc diximus, compluribus rationibus probari potest. Primo quia summa Dei dilectio; quasi ignis conflagrans, rubiginem peccatorum consumit; Vnde *D. Gregor. homil.* 33. *in Euang.* ait. *Quid dilectionem esse credimus nisi ignem? Et quid culpam nisi rubiginem? Vnde nunc dicitur remittūtur ei peccata multa quia dilexit multum.*

Ac

Marginalia (right column): G; Bellarm. Henriq. Bonacin.; Affirmatiue respōdetur. H; August.; Innocent.; Cyprian. I; K; Probatur primo.; Gregor.

A *Ac si apertè diceretur, Incendit planè peccati rubiginem, quia ardet validè per amoris ignem. Tanto namq; amplius peccati rubigo consumitur, quanto peccatoris cor magno charitatis igne concrematur.* Quandocunque autem Christianus passionē martyrij patienter pro Christo tolerat, proculdubio, actum summæ dilectionis erga Deum efficit; ergo animam suam ab omni fœditate cuiusuis peccati emūdat. B Illud quod supra diximus ex verbis *Ioann.* 15. patet: *Maiorem charitatem nemo habet, quam vt quis animam suam ponat prò amicis suis.* Ergo si ab omni rubigine peccati martyr remanet emundatus, per summam dilectionem martyrij: non debet vtique pœnis Purgatorij subiacere, per quas maculæ peccatorum diluuntur; ergo ad sempiternam gloriam Regni cęlestis statim debet euolare.

Martyriū includit actū summæ dilectionis.

Ioan. 15.

Martyr patiens Purgatorij nō subijcitur

Secundo. Secunda ratio est, nam virtus bap- C tismi fluminis non est maior virtute baptismi sanguinis; ergo quemadmodum in baptismo fluminis peccata condonantur, & tota pœna tollitur, sicut in præcedentibus cap. probauimus; ità in baptismo sanguinis martyr vtrumque effectum consequetur, quia baptismus sanguinis, baptismo fluminis in validitate, virtute, ac efficacia, minimè cedit. Vnde *Cyprian. in Epist. ad Iubaian.* pulchrè ait, *Nunquid potest vis baptismi* D *esse maior, aut potior, quam confessio, quam passio?* Hoc idem significare voluit *Augustin. lib.* 13. *de Ciuit. Dei cap.* 7. his verbis. *Quicunque etiam non percepto regenerationis lauacro, pro Christi confessione moriuntur, tantum eis valet ad dimittenda peccata, quantum si abluerentur sacro fonte Baptismatis.* Hæc ille.

Cyprian.

Augustinꝰ

Tertio. Tertia ratio fundamentum habet in exemplis, quę in sacris voluminibus catholicæ Ecclesiæ leguntur; vbi traditur sanctos Martyres, post susceptionem martyrij illico, ad cæleste Regnum euolasse. Vnde *August. serm.* 9 *de sanct.* de sanctis Innocentibus, qui propter Chri- E stum occisi fuerant, sic ait. *Quam feliciter nati, quibus in primo nascendi limine, æterna vita obuiam venit. Incurrunt quidem inter ipsa primordia acceptæ lucis periculum, & finem salutis? sed de ipso protinus fine, capiunt principia æternitatis.* Hæc similia legimus de B. Stephano Prothomartyre, qui lapidibus Iudæorum percussus, dum oculos ad cælum attolleret: vidit cœlos apertos, F vt eius animam triumfantem, in sinum perennis gloriæ lætanter reciperent. *Ecce* (inquit) *video cælos apertos, & filium hominis stantem ad dexteram Dei.* Vnde *D. Augustin. tom.* 10. *serm.* 52. sic ait, *Vidit Christum confitens Christum, moriturus pro Christo, perrectarus ad Christū, & in extremis cū illus crebrescerent lapidum, & dura vulnera à duris cordibus iactarentur, vidit se vicinum non exitio, sed exitui, vidit animam suam iam exituram, & commendauit eam. Cui?* G *illi, quem vidit, illi, quem coluit, illi cui seruiuit, illi cuius nomen predicauit, illi prò cuius Euangelio animam posuit illi, commendauit ipsam animam; Domine* (inquit) *Iesu accipe spiritum meum. Fecisti me victorem recipe me in triumphum. Accipe spiritum meum; Illi persequūtur, tu suscipe, illi eijciunt, tu intromitte. Dic spiritui meo, intra in gaudium Domini tui: Hoc est enim, Accipe spiritum. Sed spiritum illius quo accipit Iesus? In quam mansionē?* H *In quod Cælum cæli. Quis comprehendit? Quis explicat? Vis audire compendium? Audi ipsum Christum, Pater volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum.*

Martyr statim post passionem in cælum euolat.

August.

B. Stephanus vidit cælos apertos.

August.

Ioan. 13.

CAPVT XIX.

An ad consequendam æternam salutem, requiratur vera susceptio Martirij, vel sufficiat fides Martyris.

I

PRæsens quæstio post præcedentes opportunè subditur ad refellendos nonnullorum hæreticorum errores, qui ausi sunt dicere; Martyrium non esse necessarium, adhoc, vt Martyr coronam ęternę glorię promereatur obtinere; K sed sufficere solam fidem, quam ipse Martyr in passione Martyrij exercet. Quapropter volunt, Martyrium esse quodam instrumentum, per quod fides in corde Martyris excitatur. Ita docuit *Kemnitius*; & *alij*, quemadmodum refert *Bellarmin. lib.* 1. *de Sacrament. Baptism. cap.* 6. *proposit.* 3.

Hęreticorū error.

Hæretici asseruntsolam fidem sufficere.

Kemnit.

Bellarm.

Sed in contrarium est Catholica veritas, asserens, non sufficere fidem martyris ad cōsequutionem effectuum Baptismi sanguinis, sed necessario requiri veram, ac realem passionem Martyrij, fi-

Refellitur error, & veritas probatur.

A dei Catholicæ confessioni coniunctam; ita vt si Christianus verè ac realiter prò Christi nomine non occidatur, nec martyr appellari, nec martyrij coronam adipisci possit.

Hæc autem veritas contra hæreticos probatur authoritate sacræ scripturæ. Primo *Matth.* 10. & 16. vbi Christus mo rientibus propter ipsum, non autem solum credentibus in ipsum, vitam æternam promittit, *Qui perdiderit* (inquit) *animam suam propter me inueniet eam*.

Primo ex authoritatibus.

Matt. 10.

B Hoc idem repetit *Mar* 8. *Qui perdiderit animam suam propter me saluam faciet eam*. Præterea *Apostolus Paulus* certantibus propter Christum, non solum vocis confessione, sed sanguinis etiam effusionem, coronam Martyrij spondet. *Non coronabitur* (inquit) *nisi qui legitimè certauerit*. Vnde & alio loco *ad Tim.* de seipso ait *Bonum certamen certaui, cursum consumaui*.

Marc. 8.

Certantibus prò Christo corona martyrij debetur.

Hæc eadem veritas probari potest ex C communi sententia *SS. Patrum*, qui semper in martyrio passionem mortis supponunt Vide *Augustin. de Ciuit. Dei lib.* 13. *cap.* 7. *Et tom.* 10. *serm.* 52. *Cyprian. in Epist. ad Iubaian.*

Augustin. *Cyprian.*

Comprobatur denique rationibus. Prima est ex ipsa enim denominatione Baptismi eadem veritas desumitur; Baptismus namque ablutionem significat quemadmodũ probat *Cyprian.* & *Chrysost. homil.* 28. Non poterit igitur dici Baptismo sanguinis baptizatus, qui effusione D sanguinis propter Christum non fuerit ablutus. Secunda ratio est, quia quandocunque SS. Patres de Baptismo pertractant, tres species Baptismi proculdubio ponunt, Baptismum scilicet fluminis, Baptismum sanguinis, & Baptismum flaminis, sed si sola fides sufficeret ad consequendum martyrium, superfluè poneretur Baptismus sanguinis, Ergo necessaria est passio sanguinis ad consequendos effectus Baptismi sanguinis.

Secundo rationibus.

Prima ratio.

Chrysost.

Secunda ratio.

E Tertia ratio est, in martyrio pro fectò præcipuum actum summæ dilectionis martyr exercet; iuxta illud *Ioan.* 15. *Maiorem charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis*, sed actus summæ dilectionis fieri nõ potest per solam fidem, sed per effusionem sanguinis fidei coniunctam ergo necessaria est passio læthalis, ad hoc vt martyr coronam martirij obtinere promereatur. Quarta ratio est, si enim sola fides sufficeret ad consequendos effectus martyrij, proculdubio omnes fideles; martyres dici possent, quia nimirũ, omnes in Christum credunt, vnde non esset aliqua distinctio inter martyrem, & non martyrem; Sed datur magna distinctio, ac differentia inter martyres, & non martyres, seu inter baptizatos Baptismo fluminis, & baptizatos baptismo sanguinis, quemadmodum docet *Cyprian. lib.* 4. *Epist.* 2. *ad Antonian. Aliud est* (inquit) *aduenam stare aliud est ad gloriam peruenire; aliud missum in carcerem non exire inde, donec soluat nouissimũ quadrantem; aliud statim fidei, & virtutis accipere mercedem aliud prò peccatis longo dolore cruciatum emendari, & purgari diu igne aliud peccata omnia passione purgasse; aliud denique pendere die iudicij ad sententiam Domini; aliud statim à Domino coronari*. Hæc ille.

Tertia ratio.

Ioann. 15

Fides effusioni sanguinis cõiungenda est.

F *Quarta ratio.*

Magna differetia datur inter martyrem, & nõ martyrem

Cyprian.

Si igitur magna differentia ponitur inter eos qui proprio sanguine aspersi, Christum confessi sunt: & eos, qui tantum corde, per actum fidei confitentur; H non sufficit vtique sola fides ad consequendam coronam martyrij, sed necessaria est proprij sanguinis lethalis effusio.

Insuper, & quinta ratio ad comprobandam præfatam veritatem adduci potest, & profectò desumitur ex illis verbis Christi *Marc.* 10. *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum, aut Baptismo quo ego baptizor, baptizari? Et quo modo coarctor, donec perficiam illud*: In quo calice, amarum poculum martyrij contineri, permulti Patres opinantur quemadmodum ex *Tertullian. lib. de Baptism. August.* & *Prosp. in Epigram. Hier. lib.* 3. *in Matt. Chrysost. hom.* 66. *in Matth.* colligit *Bellarm. de Sacram. Bapt. lib.* 1. *c.* 6. Ex illis igitur verbis Christi, enucleatè apparet, necessarium esse, vt calix mortiferæ passionis bibatur, adhoc vt corona martyrij, & Regnum cæleste acquiratur. Nam cum mater filiorum Zebedei Regnum à Christo pro filijs suis petijsset, his verbis *Die vt vnus à dextris tuis, alter à sinistris sedeat in Regno tuo*. K Ei responsum est, *Potestas bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* Ac si aperte diceret. Si ad dexteram meam in Regno meo concedere cupitis, necessarium est vt calicem passionis prius mecum bibatis. Vnde *D. Chrysost. hom.* 66. *in Matth.* in persona Christi alloquens ait, *Vos* (inquit) *de honoribus, et coronis cogitatis, ego vero de luctamine atque sudore disserо*.

5. ratio.

Marc. 10.

Nomine calicis intelligitur Martyriũ

I

Tertull. *August.* *Prosp.* *Bellarm.* *Hieron.* *Chrysost.*

Chrisost.

ro. *Non præmiorum hoc tempus est, nec illa gloria mea modo apparebit: Sedbella pericula, & necem, præsens continet vita. Magna vobis certè bona prædico, martyrij enim corona potiemini, & violenta morte, sicut, & ego à vita decedetis, & in his mihi communicabitis.*

CAPVT XX.

An martyr suscepturus martyrium; possit omittere Baptismum fluminis.

C IN præcedentib. cap. sufficienter, probatum fuisse reminiscor, baptismum aquæ sub præcepto obligare omnes fideles; vnde quis ambigere posset, an hæc obligatio cadat in personam martyris, quando suscepturus est martyrium, an scilicet teneatur sub præcepto, peccati mortalis suscipere baptismum aquæ, antequam baptismum sanguinis suscipiat. Et ratio dubitandi ex hoc exoritur, nam videtur martyrem non teneri ad susceptionem Baptismi aquæ, cum mox suscepturus sit D baptismum sanguinis, qui (vt in superioribus diximus) eandem efficaciam habet ad delenda peccata, & ad conferendam gratiam, & ad dimittendam omnium peccatorum pœnam; imo in dignitate, præstantior existit.

Baptism. aquæ sub præcepto ab omnibus est suscipiēdus

Ad cuius dubitationis resolutionē, cum quadam distinctione respondendum est. Aut enim martyr habet locum, tempus, & com nodicatem suscipiendi baptismum aquæ, antequam ad susceptionem martyrij procedat; & tunc sub præcepto tenetur ad susceptionem baptismi fluminis. Ità opinatur *Cyprian. in epist.* 54. vbi de hac quæ- E stione fusè disputat. Hoc idem probat *Suar. in D. Thom quæst.* 69. *art.* 10. *disput.* 29. *sect* 2.

Quando martyr potest suscipere baptismum aqua omnino tenetur.

Cyprian. Suarez

Hęc autem sententia pluribus rationibus comprobari potest. Prima ratio est, nam obligatio suscipiendi baptismum aquæ, omnes credentes in Christum indifferenter obligat; eo quod sit sacramentum, ad æternam salutem obtinendam simpliciter neces- F sarium; quapropter ab hac obligatione martyr minimè excluditur, quandocunque aliquo legitimo impedimento non detinetur; quia nimirū hæc duo baptismata, non sunt incompatibilia, sed in eodem subiecto stare simul possunt.

Probatur multis rationibus 1. ratio.

Secunda ratio est, quando enim martyr ad subeundum martyrium se accingit, proculdubio ad tolerandum magnum certamen diabolicæ suggestionis se præparare debet, quapropter ei sunt necessaria maiora remedia salutis. Sed optimum remedium est Sacramentum baptismi fluminis; tum quia per gra- G tiam spiritalem animam suscipientis roborat; tum quia ab omni fœditate peccati eam emundat; ergo martyr ad spiritale prælium proedens, tali ac tanto adiutorio se debet præmunire.

2. ratio Requiritur præparatio in persona martyris ante passionem.

Tertia ratio est; spiritualis gratia, quanto citius acquiri potest, eo melius, ac vtilius est; quia per hanc homo, Regno cœlesti fit propinquior. H Vnde *Apostolus ad hæbr. Festinemus* (inquit) *ingredi in illam requiem &c. Et Luc. cap.* 21. *Et vos estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet*; ergo martyr antequam passionem mortis substineat, debet baptismum suscipere, quia citius gratiam spiritualem adipiscitur, & per consequens ab omni periculo se tutiorem redit. Posset enim contingere, vt martyrium inde non sequeretur, & tunc melius est vt baptizatus; quam non baptizatus re- I maneat.

3. ratio

Luc. 21.

Quarta ratio est; Dum enim martyr properat ad martyrium, tanquam fortis athleta in militari Palestra currit ad triumphum; vnde eo dignior existet, quo ornatior apparebit. Sed quam maiorem dignitatem, & quod pulchrius ornamentum habere potest, quam, vt baptismi signaculum gestet in anima, per quod inter oues Christi, & milites Ecclesię numeratur? K Vnde *Basil. in Exord. ad baptizand.* appellat baptismum; Tesseram militum Christi, & amictum splendentem, quo signatur super nos lumen vultus Domini. Igitur nullo modo omittendum est baptismi sacramentum, quandocunque illud martyr suscipere potest.

4. ratio

Martyr procedēs ad mortē currit ad triūphum

Basil.

A Quinta, & vltima ratio est, Si enim martyr voluntariè, & scienter Baptismũ fluminis omitteret, eo tẽpore, quo posset illum commode suscipere, profectò videretur tacitè contemnere id, quod ad omnium hominum salutem institutũ est, nam hoc ipsum, quod voluntariè omittit, tanquam frustratorium existimat. Vnde quandiu in hac voluntate persistit, vtique non est idoneus ad suscipiendum martyrium, nec eius fructus consequitur. Vide *Cyprian. dicta Epist.* 54. *& Suarez disp.* 29. *sect.* 2. §. 1. Ad euitandum ergo hunc tacitum contemptũ B suscipiendus est Baptismus fluminis, antequam ad susceptionem martyrij procedatur, quando videlicet tempus hoc concedit. Quid autem dicendum sit, quando nec tempus suppeditat, vel commoditas adest, in sequenti cap. prestante Domino explicabitur.

Quinta ratio.

Si non susciperetur baptismus aqua dum occasio adest, tacite contemneretur. Cyprian.

Suarez. *Ad euitandum tacitum contẽptum, suscipiẽdus est baptismus.*

CAPVT XXI.

C

An quando facultas tollitur suscipienti Baptismum aquæ, sufficiat ad salutem adultis Baptismus sanguinis.

D

IN hac quæstione varias esse Theologorum opiniones reperio, plerique .n. nolunt cõcedere Baptismũ sanguinis facultatem habere per se, & ex propria efficientia iustificandi hominem; vnde Baptismo fluminis inferiorem efficiunt, quo ad infusionem gratiæ, & remissionẽ culpæ. Nam docent; Baptismum fluminis producere præfatos effectus ex se, & E ex propria efficientia, quam habet ex primaria vi suæ institutionis Baptismũ sanguinis vero, producere hos effectus, scilicet infusionem gratiæ, & remissionem culpę, non ex propria efficientia, sed tantummodo, si charitati coniungatur.

Prima opinio negat.

Hæc autem sententia duo principalia fundamenta habet. Primum est, Martyrium non est Sacramentum, ergo ex se non potest habere facultatem conferendi gratiam, & dimittendi peccata. Ideo enim vtraque facultas Baptismo fluminis tribuitur, quia nimirum est propriè, ac realiter Sacramentum, Sacramenta autem nouæ legis ex propria efficientia, & ex vi suæ institutionis tanquam instrumenta physica causant gratiam, quam significant, & peccata dimittunt. Cum igitur martyrium non sit Sacramentum, prout omnes Theologi communi consensu concedunt, necessarium G est dicere, Martyrium ex propria efficientia nõ causare gratiam, sed charitati coniunctum. Secundum fundamentum est, Martyrium enim absque charitate, omnino infructuosum, & inutile videtur, iuxta *Apostoli* vocem 1. *ad Corinth.* 13. *Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero nihil mihi prodest*. Si ergo martyrium iustificat charitati coniunctum; non autem à charitate separatum; videtur vtique H hanc virtutem non habere ex se, sed ex charitate, seu dilectione martyris, cui est coniuncta ipsa passio martyrij.

Fundamẽta quibus præfata opinio innititur.

1. Cor. 13

Huius sententiæ præcipuus author fuit *Alex. Alens.* 4. *par. q.* 22 *memb.* 5. vbi expressè denegat martyrium posse adultis primam gratiam conferre. Huic sententiæ pariter adhærere videtur *Paludan. dist* 4. *q.* 3 *art.* 3. vbi negat Baptismum sanguinis habere effectum ex opere operato, nec prodesse posse ad salutem absque præuia contritione. Hanc I eandem opinionem amplexus est *Bonauent. in* 4. *sentent. dist.* 4. 2. *part. distinctionis art.* 1. *q.* 2. ibi enim, opinatur Baptismum sanguinis ex se non posse dare gratiam gratum facientem, nec posse culpam lęthalem condonare. In fauorem eiusdem sententiæ pariter disputat *Cano relect. de Pœnitent. part.* 3. *Denique Durand. in* 4. *dist.* 4. *q* 8. in hac controuersia ad vtramque partem inclinantem se ostendit.

Alexand. *Paludan.* *Bonauen.* *Cano.* *Durand.*

K Sed his non obstantibus, contrariam sententiam tenendam esse existimo, quæ verior ac probabilior existit. Quę siquidem docet Baptismum sanguinis eandem habere efficaciam, eosdemque producere effectus in adultis, ac si eis conferretur Baptismus fluminis, quod intelligendum est si ex rationabili causa Baptismus aquæ omittatur. Ita tenet *D. Thom.* 4. *part. q.* 87 *art.* 2. *ad secundum* vbi ait, Passio pro Christo suscepta obtinet uim Baptismi, & purgat ab omni culpa,

Opinio vera. *S. Thom.*

A culpa, & veniali & mortali, niſi actualiter voluntatem peccato inuenerit inhærentem. Hoc idem validioribus verbis confirmat idem *D. Thom. ibi q.3.art.3. quæſtiuncul.* 4. vbi ait baptiſmum ſanguinis, quo ad infuſionem gratiæ, & remiſſionem culpæ eſſe baptiſmo aquæ æqualem, imo in collatione gratiæ efficaciorem, quia nimirum martyr poſt ſuſceptionem martyrij, non poteſt gratiam collatam amictere, cum iam ad portum æternæ beatitudinis peruene-

B rit. Non ſic autem baptizato baptiſmo aquæ contingit, qui dum in corruptione huius vitæ viuit, ſemper ad lapſum peccati poteſt incidere, & per conſequens gratiam ſacramentalem amictere. Quia & gratia (inquit *D. Thom.*) in baptiſmo ſanguinis magis augetur habenti, & amplior datur nõ habenti, ſi impedimentum non adſit; & remiſſio peccatorum, quamuis non ſit plenior, quia vterque baptiſmus omnem culpam, & pœnam tollit, tamen

C in baptiſmo ſanguinis efficacior eſt, & fructuoſior, quia ſecundis maculis non inquinatur, vt Damaſcenus dicit. Hanc eandem ſententiam repetit *in 4. diſt. 16. q.2. art. 2. quæſtiunc. 2. ad tertium.* ſequentibus verbis, *Paſſio* (inquit) *pro Chriſto ſuſcepta uim baptiſmi obtinet, & ideo purgat ab omni veniali, & mortali, niſi actualiter voluntatem renitentem inuenerit.* Præterea hanc eandem opinionem ſequuti ſunt fere omnes D. Thomæ diſcipuli. *Caietan. ſuper D. Thom. qu. 87. art. 1. Sot. in 4. diſt. 15. q. 1. art. 1. & q. 21. art. 1. & lib. 2. de natur. & grat. cap. 16. Ledeſm in 4. 1. par. q. 25. art. 5. dub. 1. Vega lib. 6. in ſeſſion. Concil. Trident. cap. 36. & 37. Suarez in 3. par. D. Thom. quæſt.*

D *69. art. 10. diſput. 29. ſect. 2. Bellarmin. de Sacrament. baptiſm. lib. 1. cap. 6.* Citatur etiam in fauorem prædictæ ſententiæ *Gabriel in 4. diſtin. 4. quæſt. 2. Item Durand. ſupradicta quæſt. 8. num. 10.* Item in fauorem præfatæ ſententiæ citari poſſunt omnes Doctores recentiores, qui aſſerunt martyrium conferre adultis gratiam ex opere operato. Et hi ſunt. *Valent. tom. 4. diſput. 4. quæſt. 3.*

E *verſ. Etſi vero. Coninch. de Sacrament. quæſt. 66. art. 12. num. 143. Nugn. quæſt. 66. art. 12. concluſ. 4. Henriquez de Sacrament. lib. 2. cap. 34. num. 3. & Bonacin. 1. par. diſput. 2. quæſt. 1. pun. 2. propoſ. 2. & alij.*

S. Thom.
Caietan.
Sotus
Ledeſm.
Vega.
Suarez
Bellarm.
Gabriel
Durand.
Valent.
Coninch.
Nugn.
Henriq.
Bonacin.

F Hæc autem opinio probari poteſt permultorum ſanctorum Patrum authoritate, qui ex Sacris Scripturis deducunt, martyrium eoſdem effectus producere, quos baptiſmus aquæ producere aſſolet. *Cyprianus Epiſt. 73.* Hæc verba ſcribit. *Nunquid vis baptiſmi poteſt eſſe maior, aut potior, quam confeſſio? quam paſſio? vt quis coram hominibus confiteatur Chriſtum, & ſuo ſanguine baptizetur.* Similia ſcribit idem

Probatur primo.

Cyprian.

G *Cyprianus in expoſitione orationis Dominicæ ſuper illa verba, Et dimitte nobis debita noſtra &c.* vbi apertè edocet Baptiſmum ſanguinis, omne delictum, omneque crimen delere. Eius verba hęc ſunt. Quale (inquit) *delictum eſt, quod nec Baptiſmo ſanguinis poteſt ablui? quale crimen eſt, quod nec martyrio poteſt expiari?* Accedit etiam *Clemens Papa lib. 5. Conſtit. Apoſtolicar. cap. 7.* vbi martyrium, veriorem Baptiſmum appellat, ipſoſq;

Clemens.

H Martyres ad lætitiam hortatur, eo quod tantam coronam adipiſci promeruerint, eiſque annuntiat veriori, efficaciorique Baptiſmo fuiſſe baptizatos, quia, & ſi cæteri in figura, ipſi tamen in veritate baptizantur, ac Chriſto commoriuntur. Propria eius verba hæc ſunt. *Qui martyrium conſequi meruit, gaudeat in Domino, quod tantam coronam eſt adeptus, & quamuis fuerit catechumenus, lætus abſcedat; paſſio enim quam pro Chriſto ſubſtinet, cedet ei in veriorem Baptiſ-*

I *mum, quoniam ipſe reipſa commoritur Chriſto, alij in figura.* Similia ſcribit *Auguſtin. lib. 13. de Ciuit. Dei cap. 7.* vbi docet per martyrium prò Chriſto ſuſceptum omnia peccata dimitti. *Quid pretioſius* (inquit) *quam mors per quam fit, vt delicta omnia dimittantur.* Et idem *Auguſtin. eod. loc.* hęc alia verba adiungit. *Quando* (inquit) *ſine abundantia gratiæ, & ſpiritus tantum Chriſtum amare poſſit homo; vt eum, in tanto vitę diſcrimine ſub tanta ſpe veniæ negare non poſſit?* Hanc eandem doctrinam exponit diuerſis ver-

Auguſt.

K bis idem *Auguſtinus lib. de Eccleſiaſtic. dogmatib cap. 74. & lib. 4. de Baptiſm. c. 2. & lib. 1. de anima, & eius origine cap. 9.* Item accedit *Tertullian. lib. de Baptiſm. c. 16.* qui de martyrio loquẽs ſic ait, *Hic* (inquit) *eſt Baptiſmus qui lauacrum regenerationis non acceptum refert, vel perditum redit.* Clarius hoc idem docuit *Proſper. in lib. ſentent. in 149* Qui non *percepto* (inquit) *regenerationis lauacro*

Tertull.

Proſper

pro

A pro Christi confessione moriuntur, tantum eis valet ad abluenda peccata quantum si ablueretur fonte baptismatis. Eandemq; doctrinam exposuit idem Cyprianus in Epigrammat his carminibus. Et quidquid sacri fert mystica forma lauacri.

Cyprian.

Id totum impleuit gloria Martyrij.

Gennad. Gennadius de Ecclesiastic. dogmat. c.74. ait per Baptismum aquæ omnia peccata remitti, per Baptismum autem sanguinis extingui. Cyrillus Alexandrinus docet, primum remedium ad remissionem peccatorum esse Baptismum aquę, secundum vero remedium esse Baptismum sanguinis. Ambrosius in Psal. 118. serm.3. tria Baptismata distinguit, vnum aquæ, alterum sanguinis, tertium Purgatorij in alia vita. Citari etiam solet Origen. in lib. de singularitat. Clericor. cap 20. vbi sic habetur, *Martyrium (inquit) appellatur tam Baptisma, quam corona, quia baptizat pariter, & coronat.*

Cyrill. Alex. B Ambros. Origen.

C Similiter in fauorem præfatæ opinionis citari possunt omnes illi Patres, qui à communi pœna omnibus non baptizatis debita, solos martyres excipiunt. Et hi sunt Cyrillus Hierosolymitanus cathechesi.3. *Si quis* (inquit) *non baptizatur salutem non habet præter solos martyres.* Bernardus Epistol.77. & Fulgentius de fide ad Petrum cap.3. vbi sic ait. *Absque Sacramento Baptismatis, præter eos, qui in Ecclesia Catholica, sine Baptismate prò Christo sanguinem fundunt,* D *nec Regnum cælorum potest quisquam accipere, nec vitam æternam.* Et Ambrosius similia scribit lib.1. de Pœnitent. cap.2.

Cyrill. Hieros. Bernard. Fulgent.

Ruffin. Hieron. Damasc. Hugo Vict.

Ruffinus in expositione Symboli cap.16. dicit per aquam, & sanguinem, quæ ex latere Christi manasse traditur, duo Baptismata significata fuisse, idest baptismum aquæ, & baptismum sanguinis. Hieronymus in cap.4. ad Ephes in illud *vnum baptisma*, baptismum aquæ E à baptismo martyrij distinguit. Similia scribit Damascenus lib.4. cap.10. necnon & Vgo de S. Victore lib.2. de Sacrament. part.6. cap 7. Gregorius Nazianzenus oratione.39.

Præterea in fauorem nostræ sententiæ citari possunt omnes illi Patres, qui tradunt martyres post expletum passionis gloriosæ certamen statim ad Regna cęlestia euolare. Nam si ad Regnum cælorum post acceptam coronam martyrij illico perueniunt, manifestum est, eis omnia peccata virtute F baptismi sanguinis fuisse condonata. Non enim in Regnum cęleste introire valet, qui fœditate peccatorum fuerit inquinatus, donec ab omni macula culpæ fuerit ablutus, & hoc facit vel baptismus aquæ, vel baptismus sanguinis pro Christo susceptus. Vnde supponitur martyres virtute martyrij totaliter ab omni culpa emundatos, ad G Cęlum statim euolare. Hinc Innocentius 3. de celebrat. Missar. cap. cum Martha, ait, *Iniuriam facit martyri, qui orat prò martyre.* Et Augustinus tract.84. in Ioan. ait, *Iniuria est prò martyre orare, cuius nos debemus orationibus commendare, certauit enim pro peccato vsque ad sanguinem.* Vide pariter Augustin. serm. 5. de martyribus, & sermon.27 de verbis Apostoli. Similia scribit Cyprianus in lib. de laudib. martyrij, vbi sic ait. H *Igitur cum ad exemplum Dominicæ passionis, atque ad omne testimonium Christi, animam tuam ponas, refundere sanguinem metuas, martyrio necesse est, vt totum cadat, martyrij inæstimabilis gloria infinita mensura.*

Innocent. August. Cypria.

Insuper Tertullian. in Apologetico in fine docet virtute martyrij omnia peccata ipsis martyribus condonari. *Quis* (inquit) *non pati expetat, vt totam Dei gratiam redimat, vt omnem veniam ab eo compensatione sui sanguinis expediat? omnia enim huic operi delicta donantur.*

Tertull. I Martyribus omnia pecca ta condonantur.

Hoc idem significare voluit idem Tertullianus in Scorpiaco cap.6. *Propriè enim* (inquit) *martyribus nihil potest imputari, quibus in lauacro vita ipsa deponitur.* Ex his igitur Sanctorum Patrum testimonijs clarissimè constat virtute martyrij, absque eo quod baptismus fluminis suscipiatur, omnia peccata deleri, gratiam spiritualem infundi, & quoscunque effectus produci, quos baptismus aquæ conferre assolet.

Denique hæc nostra sententia permultis rationibus comprobari potest. Prima est, baptismus sanguinis excellentior est, atque prestantior baptismo aquę, quemadmodum in cap 17. præsentis libri probauimus, & colligitur ex D. Augustin. lib. ad Fortunat. ex D. Clement. lib.5. constitution. Apostolicar. c.6.

Probatur secundo: Prima ratio.

August. Clement.

Sed

A sed Baptismus aquæ dimittit peccata, & confert gratiam ex propria efficientia, ergo tanto magis hos effectus producit Baptismus sanguinis, quia, & si in dignitate præcedit; in collatione effectuum proculdubio cedere non debet.

Secunda ratio. *Cyprian.*

Secunda ratio est, Martyr enim post expletum mortiferæ passionis certamē illico ad Regna celestia euolat, quemadmodum docet D. *Cyprianus lib 4. Epist. 2. ad Antonian.* Sed hoc contigisse B permultis martyribus legimus, qui non dum Baptismum fluminis susceperant, sed tantum Baptismo proprij sanguinis fuerant baptizati; ergo virtute Baptismi sanguinis, omnia peccata eis cōdonata sunt, & gratia diuina infusa est, per quam ad Regnum cælorum statim peruenerunt. Nec potest dici quod charitas coniuncta martyrio hæc obtinere promeruerit, vel patientia in pœnis tolerata; nam quemadmodum accuratè animaduertit *Bellarmin. lib. 1. de Sacra-* (*Bellarm*) C *ment. Baptism cap. 6. vers. Secundo probatur)* per multi martyres ante martyrium fuerant homines scelestissimi, & innumera peccata perpetrauerant, prò quorum expiatione nimis leuis pœna erat; mors quæ capitis obtruncatione perficitur, vnde ex se talis tolerantia, non poterat omnem pœnam peccatis debitam dimittere, & tamen tota hæc pœna eis dimissa est, ergo hoc fuit virtute Martyrij. Item multi Sancti Confes- D sores habuerunt maiorem perfectionemq; charitatem martyribus, & tamē tota pœna peccatorum non fuit eis dimissa; martyribus autem fuit dimissa; Sic pariter legimus nonnullos Confessores maiorem patientiam habuisse in tolerandis aduersitatibus, & persecutionibus huius mundi, quam martyres; vnde de vita sancti Confessoris dicere solemus, quod est iuge martyrium, & tamen propter tantam tolerantiam, E affirmare non possumus, omnem peccatorum pœnam fuisse eis dimissam; quod nimirum de martyribus asserere nō dubitamus; Ergo non debet hic effectus charitati, vel patientiæ martyris ascribi, sed Baptismo sanguinis. Manifestũ est itaque Martyrium ex se & ex propria efficientia dimittere peccata, totamque pœnam prò ipsis peccatis debitam, & primam gratiam infundere, idest gratiam ex opere operato.

Non per hoc negare possumus, quod maior, feruentior, ac frequentior charitas martyris, maiorem, vberioremq; F infusionem gratię consequi promereatur. Quā videlicet gratiā ex opere operātis nuncupare possumus, puta si martyr antequam ad Martyrium procedat maneat in gratia; tunc enim omnes actus charitatis, & amoris erga Deum, quos in passione operatur augmentum gratiæ habere promerentur ergo habet gratiam ex opere operantis, quia infusio ipsius gratię, merito operantis respondet. Ex hoc colligitur G Martyrium nonnunquam conferre gratiam ex opere operato, & ex opere operantis.

Tertia ratio.

Tertia ratio, est; Martyrium enim, Baptismus sanguinis appellatur, vnde sancti martyres, Baptismo sanguinis abluti dicuntur. Hoc autem nomen (Baptismus) ablutionem significat, quemadmodum docet *Chrysostom. hom. 28. & probant Bellarm. lib. de Sacrament. Batism. cap. 1 & Henriq. lib. 2. cap. 1. nu. 1.* (*Chrysost. Bellarm. Henriq.*)

Si ergo ablutionem significat efficere quippe debet id quod significat, hoc est debet peccata martyris per se, & ex propria efficientia abluere. Postremo ad fundamentum contrariæ opinionis respondemus, quod quamuis Martyriũ H non sit Sacramentum; tamen supplet vices Sacramenti; Imo nobiliori modo omnes effectus producit, quos Baptismus aquæ producere solet quemadmodum in superioribus ex Sanctorum Patrum Doctrina, & ex communi Scholasticorum consensu comprobauimus.

CAPVT XXII.

I

Queritur cur Deus permiserit, vt essent martyres in sancta Ecclesia.

Multæ causæ assignat.

PErmultæ siquidem causæ assignari possunt, cur omnipotens Deus permiserit, vt fideles in sancta Ecclesia amarissimam Martyrij passionem tolerarent. Prima est, vt per patientiam acrimoniæ passionis adhibitam, ad fa- (*Prima causa.*) K stigium veræ perfectionis validius possent pertingere; vnde eo perfectiores existerent, quò duriorem pęnarum cruciatum substinerent. Hinc *D. Gregorius in Iob. cap. 6. lib 9.* sic ait. *Pensandum quoque est, quod aritturus semper versa-* (*Gregor.*)

tur

A *tur, & nunquam mergitur, quia, & sancta Ecclesia persequutiones iniquorum sine cessatione tolerat, sed tamen usque ad mundi terminum sine defectu perdurat; sæpe namque eam reprobi, quia usque ad internicionem persequuti sunt quasi hanc se funditus extinxisse crediderunt, sed eo multiplicius ad statum sui profectus rediit quo inter manus persequentium moriendo laborauit. Arcturus ergo dum versatur, erigitur, quia tunc sancta Ecclesia valen*B *tius in veritate reficitur, cum ardentius pro veritate fatigatur. Vnde aptè quoque post Arcturum protinus Orionas subdidit. Oriones quippe in ipso pondere temporis hyemalis oriuntur, suo quoque ortu tempestates excitant, & maria terrasque perturbant. Quid igitur post Arcturum per Orionas, nisi martyres designantur? Qui dum sanctam Ecclesiam ad statum prædicationis erigunt, pondus persequentium, molestiasque passuri, ad cæli faciem quasi in hyeme venerunt.*

C Secunda causa est, vt Christianæ fidei veritas sanguine martyrum propter Christum effuso, tanquam aureis caracteribus comprobaretur. Quapropter Sancti Martyres tot testimonia ad confirmandam, Christianam Religionem tulerunt; quot guttas sanguinis pro confessione fidei effuderunt. Vnde *Psal.* 93. scriptum est, *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis.* — *Secunda causa* — *Psal. 93.*

Tertia causa est, vt per ardorem charitatis, quæ in pectoribus martyrum D ardebat; frigida mens infidelium ad credendum in Christum verum Dei filium validè excitaretur. Vnde *D. Gregorius lib* 9. *in Iob. cap.* 4. sic ait. *Commota igitur terra cæli extensi sunt, quia cum Iudæa ad vim persequutionis infremuit, Apostolorum vitam Dominus in cunctarum gētium cognitionem dilatauit.* E — *Tertia causa* — *Gregor.*

Quarta causa est, vt fideles Christi prætiosiorem coronam gloriæ in cœlesti Regno assequi promererentur; vt videlicet gloria triumphi augeretur per atrocitatem passionis; & inde eo lucidior corona in capite martyrum resideret, quo acrius contra persequutores Ecclesiæ per tolerantiam tormentorum, & per constantem fidei confessionē decertauerant. Vnde *D. Augustinus serm.* 17. *de sanctis*, de martyribus loquens sic ait. *Quorum confessio quanto in passione fortior, tanto est clarior in honore, quia dum creuit pugna creuit, & pugnantium gloria, & martyrij triumphus multiplici passionum genere adornatur; per quæ grauiora tormenta, gratiora fuere, & præmia, dumque catholica mater Ecclesia per totum orbem longè, lateq. diffusa, in ipso capite suo Christo Iesu edocta contumelios crucis, & mortem didicit non timere; magis, magisque roborata est non resistendo, sed p. rferendo. Vniuersos autem quos agmine inclito carcer pœnalis inclusit; pari, & simili calore virtutis ad gerendum certamen gloria triumphalis inspirauit. O verè beata mater Ecclesia quam sic honor diuinæ dignationis illuminat, quam Vincentium gloriosus martyrum sanguis exornat, quam inuiolatæ confessionis candida induit virginitas, floribus eius nec rosa, nec lilia desunt. Certent nunc singuli ad vtrosque honores amplissimas accipere dignitatum coronas, vel de virginitate candidas, vel de passione purpureas.* — *Quarta causa* — F — *August.* — G — H



DE

A F



DE SACRAMENTIS TOMVS SECVNDVS

B C

LIBER QVINTVS

CAPVT PRIMVM

G

Quæritur quid sit cognatio spiritualis; & an sit de iure diuino, vel de iure Ecclesiastico.

Cognatio quod. & quotupl.



Vm in præsenti tractatione, de cognatione spirituali, frequenter memoria agatur; paruã explicationem de ea hoc capite efficere opportunum duximus. Hoc igitur nomen (cognatio) diuiditur in cognationem carnalem, & cognationem spiritualem. Cognatio carnalis est, quædam sanguinis coniunctio omnes consanguineos seriatim connectens, ex quo impedimentum oritur, matrimonium dirimens antequam fiat. Hinc dicuntur, Consanguinei, idest eodem sanguine coniuncti; Cognatio autem spiritualis ex cognatione carnali suam similitudinem trahit, eamque quoad eius fieri potest imitatur. Nam cum baptismus, fit quædam regeneratio spiritualis; per quam homo baptizatus renascitur ad spiritualem vitam gratiæ; qui antea per peccati mortem extinctus fuerat; hinc sequitur, vt qui prius per peccatum erat filius diaboli; nunc per baptismum filius Dei efficiatur. Vnde scriptum est *Ioann.* 1. *Quot quot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri ijs, qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Ex quibus verbis notandum est, Euangelistã has duas cognationes distinguere, nam cognatio carnalis ad eos pertinet, qui ex sanguinibus, ex voluntate carnis, & ex voluntate viri nati sunt, cognatio autem spiritualis ad eos tantum pertinet, qui ex Deo per baptismi Sacramentum renascuntur. Quapropter quemadmodum ex generatione carnali, cognatio carnalis inter ipsos consanguineos oritur; ita ex regeneratione spirituali; cognatio spiritualis inter susceptores, & regeneratum, seu baptizatum oriri debuit.

D H I

Cognatio carnalis, quid.

E

Cognatio spiritualis quid.

Ioann. 1.

Cur autem hæc cognatio spiritualis fuerit ab Ecclesia introducta, lege *D. Thom. 4. dist. 42. q. 1. art. 1. in corpore.* vbi plenam rationem redit, cur ex administratione, & susceptione baptismali, cognatio spiritualis oriatur. Ego autem existimo hanc cognationem spiritualem fundamentum habere in illa similitudine, quam inter generationem carnalem, & generationem spiritualem adesse, paulò superius explicauimus. Vnde sicut inter matrem, & filiũ in generatione carnali, cognatio carnalis exoritur; ita cognatio spiritualis inter baptizatũ, & susceptorem oriri debuit, qui videlicet tanquam pijssima mater, dum ipse infans ad vitam gratiæ renascitur, eum in gremio Sanctæ Ecclesiæ reponit, eique materna vbera sa-

S. Thom.

K

A ra salutaris doctrinæ opportunis temporibus suggenda præbet.

His explicatis ad secundum quæsitũ propositæ quæstionis deuenire opus est. Secundo loco namque quærebatur; an cognatio spiritualis, quę in baptismo contrahitur, sit de Iure diuino, vel de Iure Ecclesiastico. Ad quod breuiter respondentes, dicimus non esse de Iure diuino naturali, neque de Iure Diuino positiuo, sed tantum de Iure Ecclesiastico. Ita docet *D.Thom. 4.dist.43.quæst.1.art.1.in corpor.* cuius doctrina in hac parte ab omnibus Theologis communiter recipitur, quemadmodum animaduertit *Sanchez de matrimon.tom.2.lib.7.de impedimen. disput.54.num.2.*

Cognatio spiritualis est tantum de iure Ecclesiastico.

B

S.Thom. Sanchez.

E

Hæc autem sententia, vnica ratione confirmari potest. Hæc enim cognatio spiritualis non est de Iure diuino naturali, quia ex Sacramento exoritur, Sacramenta autem nullum fundamentum habent in Iure diuino naturali,

C

cum omnino dependeant ex voluntate Christi, qui omnium Sacramentorum fuit institutor. Neque hæc cognatio est de Iure diuino positiuo, quia in Sacra Scriptura nullatenus reperimus, de hac cognatione spirituali præceptum imponi. Necessarium est ergo dicere, cognationem spiritualem, quæ in baptismo contrahitur esse de Iure Ecclesiastico.

D

CAPVT II.

An qui per procuratorem suum, de sacro fonte Baptismi infantem leuauerit; spiritualem cognationem contrahat.

E

ACcidere aliquando potest, vt aliquis absens infantem de sacro fonte baptismi leuare desideret. Vnde ad hoc munus implendum, procuratorem suum constituit, vt videlicet infantem de sacro fonte, eius nomine leuet. Quapropter non absque causa quæritur, an iste cognationem spiritualem contrahat. Nonnulli Theologi affirmant, & hi sunt *Eman. Sà in Summa verbo matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus num.5.vers. Cum quis per procuratorem Phyliarc. de Offic. sacerdot. tom.1.par.2.lib.2.cap.11. Supplementũ Gabrielis 4.dist.42.quæst.1. artic.3. dub. 1. & plerique alij Iuristæ apud Sanchez de matrimonio tom.2.lib.7.disput.59.num.2* Insuper in fauorem huius sententiæ citatur *Sotus in 4. sentent. distin. 41. quæst.1. artic.2. propè finem;* necnon, & *Toletus in summa lib. 7. cap. 8. num.3.* Sed contrarium docet *Sotus*.

F

Prima sententia affirmans.

Sa Phyliar. Gabriel Toletus

2. opinio negans. Antonin. Ledesma.

G

Sotus. de Orbell. Henriq. Sanchez. Sylueste. rez. Led. Lopez Vega Vsualdus Azorius. Reginal. Villalob. Bar. Led.

H

Diana Carol. de Baucio

Sed negatiuam opinionem probabiliorem existimo, cui libenter adhæreo; teneatque eam *D. Antoninus 3. par.tit.1.cap.15.§.3. Ledesma 2. par. 4. quæst. 58 artic. 2. ad finem Sotus in 4. sent. distinct. 42. quæst. 1 artic. 2. versic. Consueuit autem. Nicolaus de Orbellis 4.disput 42 quæst.1.§ 4. Henriquez lib. 11. de matrimon. cap. 11. num. vltimo Sanchez de Matrimon. tom. 2. lib. 7. disput.59.num.4. vbi complures Iurisperitos in fauorem nostræ sententiæ allegat Sylnester verb. Matrimonium 8. quæst. 7. Petrus de Ledesma de Matrimonio quæst. 56. artic.3. pagin penultima. Ludouicus Lopez 2. par. Instructorij de matrimon. cap.51. col.5. Vega 1. tom. Summa capit. 33. casu 44. Vivaldus Candelabr. Sacram.1.part. vbi matrimon. num. 160. Azor.lib.2.institution moral.cap.12 Reginald. in 1.tom. 2.lib. 31. capit. 20. sent.3 num.156. Villalob.in Summa tom. 1. tract.14. difficult.9.num. 18. Bartholom. à Ledesma de matrimonio dub. 46. col.4.notab. 3. Et nouissime Diana in resolutionibus moralib. tract. 4. de Sacrament. resolut. 2 vers. Imo ego puto, & Carolus de Baucio in Miscellaneis practicis quæst. 375. petit. 47. versicul. Sed quasi.*

I

Probatur autem hæc sententia ex *cap. De his 30 quæst.1.* quod est ex *Nicolao Papa*, vbi habetur susceptionem patrini necessariam esse ad hoc, vt spiritualis cognatio contrahatur. Propria verba sunt hæc, *De his, qui filiastros suos ad confirmationem coram Episcopo tenent, idest, qui filios vxoris suæ dum chrismantur super se substinent.*

Probatur sententia.

K

Nic. Pap.

Requiritur ergo realis præsentia patrini, qui per propriam personam infan-

Requiritur realis præsentia patrini.

A infantem de sacro fonte baptismatis leuet, adhoc vt spiritualis cognatio contrahatur. Hoc idem colligitur ex cap. *Ad limina* 30.q.1. quod est ex Ioanne Pontifice, vbi sic habetur. *Eam que ipse proprijs manibus retinendo suscepit.*

Confirmatur argumento Soti.

Sotus autem ad confirmandam nostram sententiam hoc vtitur argumento. Ea quæ in actione personali suaptè natura consistunt, nequeunt per pro
B curatorem fieri, sed susceptoris officium in actione personali consistit, quæ est tenere, & suscipere baptizatum, ergo nemo per procuratorem valet esse susceptor, vt cognationem ipse contrahat.

Neque Ciuitas, neque Collegium officium patrini exercere potest.

Denique notandum est cum *Soto in 4. distin. 42. quæst. 1. artic. 2. vers. Simili de causa*, quod neq; Ciuitas, vel Collegiū potest aliquem de sacro fonte leuare; sed tantum ille, qui per delegationem nomine Ciuitatis, vel Collegij missus fuerit. Et ratio est, quia hæc actio suscipiendi non est pluralis, sed singula-
C ris; ideoq; vna tantum persona ad hoc munus peragendum sufficit.

CAPVT III.

Quæritur an saltem ipse procurator cognationem spiritualem contrahat.

D

Prima opinio affirmans.

IN hac quæstione, vtrum ipse procurator ab aliquo missus ad leuandum infantem de sacro fonte baptismatis, spiritualem cognationem contrahat; dissonantes, & inter se discrepantes, reperio Doctorum opiniones, nam alij affirmant, alij verò negant. Affirmat *Toletus lib. 7. cap. 8. num. 3. Sotus in 4. sent. dist. 42. q. 1. art. 2. in fine*, vbi sic ait. *Quare tunc Procurator ille*
E *delegatus est verè susceptor cognationem contrahens, sicuti si Papa officium confirmandi simplici presbytero committeret, tunc non Papa, sed ille presbyter esset confirmator.* Item hanc eandem affirmatiuam sententiam tenuisse nonnullos alios Doctores suppresso proprio nomine refert *Diana in Miscellan. resolut. tract. 4. de Sacrament. resolut. 2. in principio.* Quos ego postmodum reperij apud *Sanchez de Matrimon. lib. 7. disput. 59.* & hi sunt *Petrus de Ledesma de matrimonio quæst. 56. artic. 3. pagin. penult. Ludouic. Lopez 2. par. instructoriū vbi de matrimonio cap. 51. col. 4. Manuel 1. tom. Summa in 2. editione cap. 226. num. 9. & Viualdus Candelabro Sacrament. vbi de matrimonio 1. par. num. 160.* F

Toletus. Sotus. Diana. Sanchez. Petr. Ledesm. Lopez. Manuel. Viualdus.

Secunda opinio negans.

Sed contraria sententia, asserens ipsum procuratorem nullam cognationem spiritualem contrahere, mihi probabilior videtur. Quam tenent *Syluester verbo Matrimonium 8. quæst. 7. dicto 15. Tabiena impedimento. 5. num. vltimo Rosella verb. impedimentum, impedim. 6. num. 19. Armilla verb. matrimonium num. 12. Henriquez lib. 11. de matrimon. cap. 11. in fine Couarruu. 4. decret. 3. par. cap. 6. §. 4. num. 7. Ledesma 2. par. 4. quæst. 58. ad finem. Emanuel Sà in summa verbo. Matrimonium vbi de impedimentis dirimentib. num. 5. versic. Cum quis per Procuratorem, Sanchez de Matrimon. lib. 7. disput. 59. versic. Cæterum multo probabilius existimo. Et nouissimè Diana in Miscellan. resolut. tract. 4. de Sacramen. resolut. 2. & Baucius in Miscellan. practic. quæst. 375. petit. 47. vers. Sed quod certum est. Necnon & Syluius in additionib. ad tertiam par. quæst. 56. art. 5. ad 4.* Denique in Sacra Congregatione Cardinalium in fauorem nostræ opinionis fuisse decisum testatur *Nauarr. lib. 5. Concilior. 2. edition. in fine.* G H

Syluester. Tabiena. Rosella. Armilla. Henriq. Couarr. Ledesma. Sà. Sanchez. Diana. Baucius. Syluius. Nauarr.

Decisum fuit hoc in S. Congregatione Cardinalium.

Probatur primo. I

Ratio autem, quæ nostram sententiam confirmare potest, hæc est. Ad hoc autem vt spiritualis cognatio contrahatur, necessarium est, vt suscipiens infantem intentionem habeat obeundi muneris patrini, & intendat se obligare ad omnia, quæ patrinus facere tenetur; Hanc autem intentionem in Procuratore non adesse supponimus, quia non vt verus Patrinus hanc actionem exercet, sed nomine illius cuius vices gerit; vnde cogitat se verum patrinum remansurum non esse, sed hoc munus transmittere intendit in eum, à quo missus fuerat. K

In patrino quid exigatur.

Secundo

Sanchez

Alia ratio adhuc adduci potest ex *Sanchez de Matrimon. lib 7. disput. 59. num. 12.* vbi sic ait, Secundo quia exercens actum, ex quo inducitur obliga-

A tio, non manet obligatus, si verè constet illum non animo se obligandi exercuisse, vt notat *Glos. final. clem. eos de regularib.* Quod hic contingit. *Glos.*

CAPVT IV.

B *An quis in fonte baptismali suscipiens Filium Caij existimans esse Filium Titij, cognationem spiritualem contrahat.*

C NOnnunquam contingere potest, vt error in ipsa susceptione de sacro fonte committatur circa personam infantis suscepti, putaç si patrinus existimet se suscipere filium Titij, cum re vera filius Caij existat. Et in hoc casu putat *Sanchez de matrimonio tom. 2. lib. 7. quæst. 58. num. 7.* nullam contrahi cognationem. Hoc idem cum *Sanchez* nouissimè tenet *Villalobos in summa tom. 1. tract. 14. difficult. 19. num. 17.* Hanc *Sanchez* sententiam ego probabilem existimo, vnde quis in necessitate posset illi acquiescere.

Prima opinio negat. *Sanchez. Villalob.*

D Sed probabilior mihi videtur contraria sententia, asserens veram cognationem spiritualem in tali casu contrahi. Ità censet *Pontius de matrimonio lib. 8. cap. 3. 39. num. 9.* Cui nouissimè adhæret *Diana in Miscellaneis resolutionibus tract. 4. de Sacrament. resolut. 16.* Et ratio est, quia hic error non est substantialis, sed accidentalis, per quem ipse patrinus non impeditur à

Secunda opinio affirmat. Pontius Diana.

E suo officio. Equidem parum refert an infans sit filius Petri, vel filius Ioannis dummodo omnia, quæ substantialiter sunt necessaria concurrant. Adde quod in casu nostro supponimus nullam esse coniunctionem sanguinis inter suscipientem, & infantem suscep tum; quapropter nullum substantiale impedimentum opponi potest, quin cognatio spiritualis contrahatur.

Hic error est accidentalis, ideo non officit.

CAPVT V.

Quæritur quam ætatem habere debet, qui vult esse patrinus in Baptismo, & cognationem contrahere.

IN hac quæstione diuersæ sunt Doctorum opiniones circa ætatem necessariam ad hoc munus Patrini peragendum, & ad cognationem spiritualem contrahendã. Nonnulli opinantur requiri ætatem quatuordecim annorũ completam, vel supra; quia in hac ætate quispiam potest esse pater, & est pubes. Ità *Ancharan. de baptismo cap. debitum num. 7.*

Prima opinio. *Anchar.*

Alij verò volunt hanc ætatem esse sufficientem, si videlicet suscipiens decimum octauum annum excedat. Ità tenent *Abbas cap. debitum num. 3. de baptismo, & Ludouic. Lopez 2. par. instruction. vbi de baptismo. cap. 62. §. At nota.*

H *2. opinio. Abbas. Lopez.*

Vltima opinio, quæ mihi probabilior videtur, edocet ad contrahendam spiritualem cognationem, definitam ætatem non requiri, nec necessarium esse, vt patrinus baptizantem, ætate superet, sed quamcunque ætatem sufficere. Ità tenet *D. Thom. 4. dist. 42. q. 2. art. 1. ad 5.* vbi docet quemlibet indifferenter posse effici patrem spiritualem alterius. Item accedunt *Henriq. lib. 11. de matrimon. cap. 11. num. 2. Nauarr. lib. 4. consilior. tit. de cognation. spiritual. in 1. edition. consil. 3. num. vnico Vega 1. tom Summa c. 33. casu 39. Sanchez de matrimon. tom. 2. disput. 61. num. 3. Manuel. 1. tom. Summa in 2. edition. cap. 226. num. 1. col. 4.*

3. opinio. Quæcunque ætas in patrino sufficit I *S. Thom. Henriq. Nauarr. Vega. Sanchez. Manuel.* K

Aduertendum est autem, quod hæc ætas debet esse talis, vt vsum rationis habeat. Quapropter illi tantum ad suscipiendum infantem, contrahendamq; spiritualem cognationem sunt idonei, qui septennarium ætatis suæ annum habent. Hæc enim ætas (regulariter loquendo) necessario requiritur, ad hoc vt quis rationis sit capax. Nam hanc ætatem esse sufficientem

Requiritur, vt saltem habeat vsum rationis.

ad

B ad perpetrandum mortale peccatum, Theologi Scholastici opinantur. Vide *Sanchez de Matrimon. tom.1. disput.61. num.4.* Quapropter concludimus non posse esse patrinum in Baptismo, enim qui septem annos nondum attigerit. Et ratio est, quia in tali ætate quis rationis est expers, vnde brutis comparari potest; ac proinde ad suscipiendum infantem in Baptismo est ineptus. Nam quamuis illam exteriorem actionem materialiter exerceret, tamen significationem rei, obligationemque huic muneri annexam ignoraret. Denique alia ratio accedit; Officium patrini est, vt infantem susceptum debito tempore instruat, eumque in viam salutis, & mandatorum Dei dirigat; sed hoc efficere minime potest, qui septem annos nondum habet. Quomodo enim alios instruet, qui seipsum instruere non potest? Hic enim defectus tam teneræ ætati regulariter ascribitur.

In qua ætate quis peccare possit. Sanchez.

Requiritur ætas septem annorum.

C Denique notandum est, quod si in eo, qui septem annos nondum habet vsus rationis acceleretur, ad peccatum læthale perpetrandum necessarius, tunc iste poterit infantem de sacro fonte Baptismi suscipere; ac proinde cognationem spiritualem contraher. Ità tenent *Sanchez de Matrimon. tom.1. disput.61. num.5. & Henriquez lib.11. de matrim. cap.11.*

Quid dicendum si vsus rationis acceleretur.

Sanchez. Henriq.

D

CAPVT VI.

Quæritur, an spiritualem cognationem contrahat, qui infantem in Baptismo priuato suscipit.

E

Antequam ad resolutionem propositæ quæstionis deueniamus, explicandum esse existimo, quidnam sit Baptismus solemnis, & quid Baptismus priuatus. Baptismus solemnis est, quando infans in publica Ecclesia per Parochum præsentibus patrinis cum debitis cæremonijs baptizatur. Baptismus priuatus est, quando in aliquo loco priuato, in casu extremæ necessitatis per ministrum priuatum absque solemnibus cæremonijs aliquem baptizari contingeret.

Baptismus solemnis, & priuatus quis.

F

His præmissis ad propositam quæstionem respondemus, quod nonnulli Doctores existimant, spiritualem cognationem contrahere eum, qui infantem in baptismo priuato tenet. Quam videlicet sententiam probabilem esse opinor; eamque tenent atque tuentur G *Vinald. Candelabr. Sacram.1.par. vbi de Matrim. num.154. Angel. verb. Matrimon.3. impedimento 7. num.21. Lopez 2. par. instructor. vbi de Matrimonio cap.51. col.3 §. Ex quo corollariè sequitur. Item accedunt Ledesm. Nauarr. Phyliarc. apud Sanchez de Matrimon. tom.2. disput.62. num.13.*

Prima opinio affirmans.

Vinaldus. Angelus. Lopez. Ledesma. Nauar. Phyliarc.

Sed probabilior est contraria sententia, quam tenent, ac defendunt plerique Doctores, & præcipuè *Suarez 3. par. quæst.67. art.8. dub. vlt. Sot. in 4. dist. 42. quæst.1. art.1. col. penult. vers. Profecto rationes, Gallego de cognat. spiritual. cap.11. num.6. Vega 1. tom. Summa cap. 33. casu vlt. ad finem, Sanchez de Matrimon. tom.2. disput.62. num.14. Manuel 1. tom. summa 2. editione cap. 226. num.2. conclus.2. Diana vol.1. tract.4. de Sacrament. resol.18. vers.* Sed mihi contraria sententia.

Secunda opinio negans.

Suarez. Sotus. Gallego. H Vega. Sanchez. Manuel. Diana.

Sed difficultas est, an hęc cognatio spiritualis contrahatur, si tenens puerum in Baptismo priuato, habeat intentionem se huic obligationi spirituali submittere. Adhoc negatiuè respondet *Diana d. resolut.18. vers. difficultas vero est, & vers. Sed mihi contraria, Sanchez de Matrimon. tom.2. lib.7. disput. 62. num.15. & Rodriquez apud Dian. loc. cit.* Affirmatiuam sententiam tenet *Nauarr. in Manual. cap.22. num.4. Coninch. de Sacrament. disput.32. num.2. conclus.2. Zambran. de Sacrament. Baptism. dub.18. num.17. Armill. verb. Matrimonium num.14. Emanuel Sà, Suarez, Vinaldus, & alij.* Et hęc vltima opinio mihi probabilior atque communior videtur. Et ratio est, quia omnis obligatio ex nostra libera voluntate procedit, dummodo sit ad opus bonum peragendum inclinata. Sed hæc omnia in casu nostro concurrunt, quia nimirum optimum opus est, vt quis onus suscipiat instruendi infantem in via mandatorum Dei, eumque dirigendi ad obseruationem legis Euangelicę. Et hoc proculdubio est proprium

Etiam si habeat intentionem se obligandi. I

Diana. Sanchez. Rodriq.

Contraria opinio Nauarr. Coninch. Zambranus. Armilla. Sà. Suarez. Vinaldus K

Obligatio procedit ex nostra voluntate.

A prium officium patrini. Adde quod hęc sententia est magis congrua, ac consentanea intentioni Ecclesię, quæ decreuit, vt ad vtilitatem, & protectum baptizatorum constituerentur patrini, qui eos de rebus fidei tanquam proprios filios naturales salubriter instruerent, dirigerent, atque diligerent, ex quo spiritualis cognatio oriretur.

B

CAPVT VII.

An in Baptismo priuato de necessitate sit adhibendus patrinus.

C

Primaopinio. Zambranus.

IN pręsenti quęstione affirmatiuam sententiam tenet *Zambranus de casu accurrenti tempore mortis cap. 11.* Ad cuius sententiæ confirmationem hanc rationem adducit, Patrinus (inquit) non tantum pertinet ad solemnitatem Baptismi; sed etiam ad necessitatem infantis baptizati, quem ipse patrinus instituere debet, ergo in quocunque Baptismo siue publico, siue priuato necessario interuenire debet patrinus.

In baptismo necessario interuenire debet patrinus.

Pręterea necessarium esse videtur, vt aliquis infantem teneat, quando eis Baptismus priuatus confertur; ergo semper interuenire debet patrinus.

D

Secunda opinio.

Sed his non obstantibus contraria sententia mihi probabilior videtur, asserens non esse de necessitate pręcepti, vt in baptismo priuato patrinus adhibeatur. Ita tenent *Henriquez lib. 2. de Sacrament. cap. 18. Sotus in 4. dist. 42. quæst 1 art. 2. Suarez 3 par. quæst 67. art. 8. dub. vltim. Sanchez tom 2. lib. 7. disp. 62. num. 15. & Rodriquez, quem citat, & sequitur Diana tract. 4. de Sacrament. resolut. 18.*

Henriq. Sotus. Suarez. Sanchez. Rodriq. Diana.

E

Probatur

Ad cuius sententię confirmationem hęc ratio adduci potest, Incredibile enim esse videtur, vt Ecclesia hoc præceptum, hancque necessitatem adhibendi patrinum in Baptismo priuato parentibus imponat; cum parentes ipsi hanc commoditatem habere non possint; istæ enim solemnitates in Baptismo solemni commodè disponuntur; nam tempus, & occasio hoc permittunt.

In baptismo priuato non est necessarius patrinus.

F

Item in extrema necessitate etiam si baptizans vellet adhibere patrinum, tamen minimè posset; puta si infans in fluuium protectus, esset statim baptizandus; vel si ex vtero semiuiuus exiens, imminentis mortis periculo proximus existeret; tunc nimirum adhiberi patrinus commodè non potest; & tamen verus, ac validus Baptismus ei conferretur; ergo in Baptismo priuato non est de necessitate præcepti, vt patrinus adhibeatur.

In articulo mortis commode adhiberi nō potest.

G

CAPVT VIII.

An si duo ad tenendum infantem in Baptismo solemni concurrant; quis eorum spiritualem cognationem contrahat.

H

Quid fuerit statutū in Iure antiquo.

ANtequam propositæ quæstionis difficultas enodetur, pręmittendum est, quod in Iure antiquo statutum erat, ne plusquam vnus vir, vel vna mulier ad suscipiendum infantem in baptismo solemni concurrerent, sed vnus solus siue vir, siue mulier sufficiebat. Hoc patet ex *cap. non plures, quod est Leonis Pontificis de consecrat. distin. 4. Et ex cap final de cognat. spiritual. in 6* Hoc idem contestantur permulti Doctores, *vt Sotus 4. distint. 42. quæst. 1. art. 2. column. 5. Syluest. verb. Matrimonium 8. quæst. 7. dicto 11. Rosella verbo Impedimentum impediment. 6. num. 4. & Sanchez de Matrimon. lib. 7. de impediment. disput. 57. num. 1.*

I

cap. non plures de consecr. d. 4. Sotus. Syluest. Rosell. Sanchez.

K

Cur hæc prohibitio fuerit facta. Prima ratio. Secunda ratio.

Hæc autem prohibitio ob triplicem causam efficiebatur. Primo vt regeneratio spiritualis, ex generatione carnali similitudinem traheret; nam sicut in generatione carnali vnus tantum pater adhibetur, sic pariter in generatione spirituali vnus tantum patrinus adhiberi debebat.

Secundo

A Secundo ne cura instruendi infantem, obliuioni traderetur; faciliter namque accidere assolet, vt quod permultis personis mandatur, in exhibitione operis, animus vniuscuiusque tepescat, nam vnusquisque in spe laboris sociorum quiescens, laborem propriæ obligationis exhibere negligit; vnde ipse infans à debitis suffragijs Christianæ eruditionis defraudabatur. Tertio ne cognatio spiritualis, matrimonium dirimens, B inter tot personas oriretur, quapropter impedimentum nuptiarum frequenter succedere poterat.

Tertia ratio.

Sed huius Iuris antiqui obseruantia, iam sublata est per Decretum *Sacri Concilij Tridentini session.* 24. *de Matrimon. ca.* 2. vbi statuit, vt vnus tantum vir, siue mulier; vel ad summum vnus vir & vna mulier simul, infantem de fonte baptismi leuent. Propria verba Concilij hæc sunt. *Sancta Synodus statuit, vt vnus tantum siue vir, siue mulier iuxta sacrorum* C *Canonum statutum, vel ad summum vnus & vna baptizatum de Baptismo suscipiant.*

Sublatū est hoc Ius antiquum à Concil. Trid.

Quapropter clarissimè constat in baptismo non posse esse patrinos nec duos viros, nec duas fœminas; quia hoc nimirum menti *Concilij Tridentini* obstaret; sed si duo adhibeantur; diuersi sexus esse debent; quemadmodum accurate animaduertunt *Suarez* 1. *par. q.* 67. *art.* 8. *col.* 2. *§. sed quares, Tolet. lib.* 2. *Summa cap.* 23. *num.* 4. *Gallego de cognation spiritual. cap.* 7. *num.* 9. *& Anton.* D *Cuccus, quem citat, & sequitur Sanchez de Matrimon. lib.* 7. *de impediment. disput.* 57. *num.* 4. *vers. Nouissimè autem.*

Non possunt esse Patrini, nec duo viri, nec duæ fœminæ. Suarez. Tolet. Galleg. Cuccus. Sanchez.

Ratio autem euidentissima esse potest, quam paulo superius tetigimus; Generatio enim spiritualis, generationem carnalem quoad eius fieri potest, imitatur; vnde sicut in generatione carnali interuenire non debent duo viri, vel duæ fœminæ; sed necessarium est ibi interesse vnum tantum virum, & vnam E tantum fœminam; ità pariter in generatione spirituali obseruandum esse ratio suadet.

Generatio spiritualis imitatur carnalem.

Ex his hquæ actenus diximus, faciliter ad propositam quæstionem patet responsio. Dicendum est itaque, quod tantummodo cognatio spiritualis contrahitur, quando ad suscipiendum infantem de sacro fonte Baptismatis vnus vir, vel vna mulier concurrit, vel saltem vnus vir simul, & vna mulier. Cæteri F vero etiam si corpus baptizati tangant, vel quouis alio modo suscipere infantem intendant; nullo modo cognationem spiritualem contrahunt. Hoc profectò patet ex verbis eiusdem *Concilij Tridentini dicta sess.* 24. *cap.* 2. *Parochus (inquit) antequam ad Baptismum conferendum accedat, diligenter ab ijs, ad quos spectabit sciscitetur quem, vel quos elegerint, vt baptizatum de sacro fonte suscipiant, & eos, vel eum tantum ad suscipiendum admittat. Quod si alij vltra designatos baptizatum tetigerint, cognationem spiritualem nullo pacto contrahant.* G

Resolutio propositæ quæstionis

Duo tantum contrahunt.

Concil. Trid. Cæteri vero nequaquam.

Demum ex his concludimus, quod si duo viri ad suscipiendum infantem simul concurrant; ille tantum, spiritualem cognationem contrahit, cui à parentibus sciente Paracho, onus, suscipiendi iniunctum fuerat. Colligitur ex *Concil. Trident. dicta sess.* 24. *cap.* 2.

Quid dicendum si duo viri simul ad suscipiendū concurrāt. Concil. Trid. H

CAPVT IX.

An si maritus, & vxor ad suscipiendum infantem de fonte baptismali simul concurrant; cognationem spiritualem contrahant; & an sit licitum hoc facere absq; peccato. I

Frequenter accidere potest vt pater, & mater vnius sobolis, vel vt melius dicam vir, & vxor ad tenendum infantem in baptismo solemni concurrant, vnde quis dubitare posset, an vterque cognationem spiritualem contrahat, & Officio Patrini alligetur. Ad quod omni seclusa disputatione, affirmatiuè respondeo. Ità *D. Thom. in* 4. *dist.* 43. *quæst.* 1. *art.* 3. *quæstiunc.* K

Affirmatiuè respondetur. S. Thom.

A *quaestiunc.2. ad 4. Maior ead.dist.42.qu. vnic. ad fin. Nauarr. Summa latin. nouior. cap.22 num.39. Astens.2.par. Summae lib.8.tit.18.ar.vnic.q.5. Syluest. verb. Matrimonium 8.quaest.7. dicto 10. Angel. Rosell. Viuald. Emau. Sâ. Lopez. Sanchez. & alij paulo inferius citandi.*

Maior. Nauar. Astensis. Syluester. Angelus. Roselle. Viualdus. Sâ. Lopez. Sanchez. Tabiena.

Et ratio est quia nullibi prohibitum esse legimus, vt vterque coniux susceptioni baptizandorum assistat. Vnde Vrbanus II. cap. fin.30. quaest.4. dicit nullibi reperiri id prohibitum. Et quāuis postmodum fidelibus prohibeat, ne hoc facere praesumant, tamen protinus subinfert (propter maiorem decentiam. Itaque decentius est secundum mentem Vrbani Pontificis, vt tenentes infantem in Baptismo non sint eodem matrimonio coniuncti; propter maiorem conuenientiam atque decentiam. Sed post factum ab vtroque coniuge cognatio spiritualis contrahitur, & ambo Patrini munus obeunt. Huic doctrinae quam vsque adhuc explicauimus, omnes ferè Theologi; atque Doctores vnanimi consensu adherent. Imò hoc in praxi nostris temporibus obseruari refert *Sanchez de Matrimon. lib.7.disp.57.num.5.*

B *Adducitur ratio. Vrb.II.*

C *Quid in praxi obseruetur.*

Prima opinio.

Sed magna quaestio est inter Theologos, An videlicet, hoc fieri possit absque peccato. Ad quod respondens *Suarez 3.par.q.67.art.8.col.3.§.Secundo explicat.* dicit hoc ex genere suo esse peccatum; & quia est leuis materia; idcirco eius transgressionem, esse peccatum veniale existimat. Hanc eandem opinionem tenet *Gallego de cognatione spirituali cap.9.num.8.*

Suarez.

D

Gallego.

Alij vero Doctores opinantur in hoc nullum esse peccatum nec mortale, nec veniale; *D.Thom.4.dist.42.quaest.1.art.3. quaestiuncula 2. ad 4. Maior ead. dist.42. quaest. vnic. ad fin. Syluest. verb. Matrimonium 8.quaest.7.dicto 10. Angel. verbo Matrimonium 3. impedim.6. num.9. Astens. 2.par. Summae lib.8.tit.18.art. vnico qu. 5. Rosell. verb. Impedimentum, impedimento 6. num.8. Tabien. impedimento 5. num.3. quaest.2. conclus.7. Lopez 2.par. instructionis vbi de Baptism. cap.62. §. secundo recolendum est. Nauarr. in Summa cap.22.num.39.*

Secunda opinio. Nullum adesse peccatum multi Theologi tenent.

E

CAPVT X.

An infideles sint capaces cognationis spiritualis, quae in Baptismo contrahitur.

ANtequam ad resolutionem propositae quaestionis deueniamus, breuis expositio praemittenda est, nempe quidnam hoc verbum (infidelis) significet. Equidem dupplicem habere significationem opinor. Primo significat quandam infidelitatem, quam homo habet, dum fidem non seruat. Vnde quis infidelis dicitur, hoc ipsum, quod fidem promissam frangit. Hinc illud vulgatum pronerbium exortum est. *Frangenti fidem, fides frangatur eidem.* Hinc pariter de eo, qui de acceptis talentis fidem seruauerat scriptum est. *Matth.25. Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam.* Secundum autem hanc primam significationem, de infideli, in presenti quaestione non agimus, quia ad nostrum propositum non facit. Secundo significat infidelitatem, quam homo habet, dum fidei non credit. Vnde quisquis à fidei Christianae credulitate alienus est, propriè ac verè infidelis dicitur, & existit, & secundum hanc significationem nostra quaestio discutitur.

Infidelis quid significet. A

Matt.15.

His explicatis, quaeritur, an infidelis baptizans, vel infantem filium fidelis, in Baptismo suscipiens, spiritualem cognationem contrahat. Equidem quoad administrationem Baptismi in persona infidelis, faciliter accidere potest; nam in extrema necessitate quemlibet infidelem posse baptismi Sacramentum validè conferre, in praecedentibus cap. sufficienter probauimus. Notandum est, itaque quod duplicitèr haec cognatio spiritualis exoriri potest, vel ex administratione Sacramenti; vel ex susceptione infantis baptizati,

E

A tizati, quæ in ipſo baptiſmi fit. Etenim in hac quæſtione permultas reperio Doctorum opiniones; inter ſe minimè concordantes; quas hic ſigillatim apponere congruum duxi.

Prima opinio. Prima opinio tenet infidelem baptizantem filium fidelis, in ipſa adminiſtratione baptiſmi; cognationem ſpiritualem minimè contrahere. Et protinus rationem adducunt in fauorem huius ſententię dicentes, quod hic infidelis non baptizat nomine proprio, B ſed nomine Spiritus ſancti; Propterea ſubinferunt dicentes infidelem, contrahere cognationem ſpiritualem, ſi filium infidelis in baptiſmo ſuſcipiat; quia tunc (inquiunt) non ſuſcipit nomine Spiritus ſancti, ſed nomine proprio. Ità *Guillelm. quem citat & ſequitur Roſell. verb. Impedimentum, impedim. 9. num. 26.* *Guill. Roſell.* C

Secunda opinio. Secunda opinio docet infidelem baptizantem filium fidelis, ſpiritualem cognationem contrahere; non autem ſi baptizatum de fonte baptiſmatis ſuſcipiat. Permultas ſiquidem rationes ad confirmandam hanc opinionem adducunt, ex quibus duas præcipuas elegi, quas legentibus proſpiciendas hic appono. Prima ratio eſt; quia cum infidelis, fidelis filium baptizat, verum Sacramentum ei confert; ergo D ex hoc procedit, vt baptizatus ad vitam ſpiritualem gratiæ renaſcatur; & per conſequens, eius filius ſpiritualis dici poſſet; per quem ad vitam ſpiritualem productus eſt. Si ergo eius filius eſt ſpiritualis; vtique cognatio ſpiritualis inter baptizatum, & infidelem baptizantem contrahi debet. Secunda ratio eſt, nam infidelis dum ſuſcipit infantem in baptiſmo; non validè ſuſcipit cũ in *c. in baptiſmate de conſecration. diſt. 4.* E eum poſſe eſſe ſuſceptorem prohibeatur; Sed ſi baptizet; validè baptizat; ergo ex hac diſparitate actionis, diſpar ſententia perferenda eſſe videtur, vt videlicet non per ſuſceptionem in baptiſmo, ſed per collationem baptiſmi, cognatio ſpiritualis contrahatur. Huius ſententię Authores ſunt *Sotus in 4. diſt. 4. qu. vnic. art. 5. col. penult. Ledeſm. part. 4. quæſt. 8. art. 7. dub. vnic. concluſ. 4. Henriquez lib. 12. de Matrimon. cap. 3. num. 4. verſ. 3. & Angel. verb. Matrimonium 3. impediment. 7. num. 10. & verb. Baptiſmus 8. num. 1.* F *Sotus. Ledeſma. Henriq. Angelus.*

Tertia opinio. Alij vero aliter opinati ſunt, nam non erubuerunt aſſerere infidelem baptizantem filium infidelis, vel ſuſcipientem, cognationem ſpiritualem in quolibet actu contrahere; ac proinde ſi eos ad fidem Chriſtianam conuerſos fuiſſe contingat, non poſſe ad inuicem matrimonium contrahere. G

Quarta opinio verior. Quarta opinio, quæ mihi verior, ac tutior videtur, tenet, quemlibet infidelem eſſe incapacem ad contrahendam huiuſmodi cognationem ſpiritualem. Ita *D. Thom. 4. diſtinct. 42. quæſt. 1. art. 3. quæſtiunc. 1. ad 3. Richard. ibidem art. 1. quæſt. 3. Duraud. ibidem quæſt. 1. num. 9. in fin. Gabr. ead. diſt. quæſt. 1. art. 3. dub. 2. Petrus de Soto lect. 11. de Matrimon. §. eſt autem huius cognationis Valent. 4. part. diſp. 4. quæſt. 2. pun. 3. §. penultimo, & diſput. 10. quæſt. 5. punct. 3. vbi de impedimento cognationis Petrus de Ledeſma de Matrimon. quæſt. 56. art. 1. & ſummę Sacrament. vbi de Baptiſmo cap. vltimo concluſ. 6. Emanuel Sá in ſumma verb. matrimonium vbi de impediment. dirimentib. numero 5. verſ. Cum non baptizato Angl. in florib. Theolog. 1. parte vbi de Matrimon. quæſt. ſin. art. 1. concluſ. 1. Palac. in 4. diſt. 7. diſput. 3. verſ. Ego vero Viuald. Candelabr. Sacrament. 1. part. vbi de Matrimon. num. 157. Lopez 2. part. Inſtructor. vbi de Baptiſm. cap. 62. ad fin. Vega 1. tom. ſummæ cap. 33. conſ. 35. Syluest. verb. Matrimonium 8. quæſt. 7. dicto 12. Aſteuſ. 2. part. ſummæ lib. 8. tit. 8. art. vnico quæſt 6. Tabien verb. Impedimentum impediment. 5. num. 2. quæſt. 1. Nauarr. ſumma latina cap. 22. num. 36. & num. 4. verſ. tertium; Turrecr. cap. Ita diligere num. 3. 30. quæſt. 3. Armil. verb. Matrimonium num. 11. & Sanchez tom. 2. lib. 7. de Matrim. diſput. 60. num. 7. verſic. Quinta ſententia.* *S. Thom. Richard. Gabriel. Pet. Soto. Valentia. Petr. Ledeſm. Sà. Angles. Palac. Viuald. Lopez. Syluester.* H *Vega. Aſteuſis. Tabiena. Nauarr. Turrecremata. Armilla. Sanchez.* I K

Probatur hæc opinio Ad cuius ſententiæ comprobationem hæ rationes, adduci poſſunt. Cognatio enim ſpiritualis non eſt de Iure diuino naturali, neque de Iure naturali poſitiuo; ſed tantum de Iure Eccleſiaſtico quemadmodum in *cap. 9. huius lib. 5.* ſufficienter probauimus,

Ddd vnde

Maior. Nauar. Astensis. Syluester. Angelus. Roselle. Vinaldus. Sà. Lopez. Sanchez. Tabiena.

A *quæstiunc.2.ad 4. Maior ead.dist.42.qu. vnic. ad fin. Nauarr. Summa latin. nouior. cap.22 num.39. Astens.2.par.Summæ lib.8.tit.18.ar.vnic.q.5.Syluest.verb. Matrimonium 8.quæst.7. dicto 10.Angel. Rosell.Vinald.Eman.Sà.Lopez Sanchez, & alij paulo inferius citandi.*

Et ratio est quia nullibi prohibitum esse legimus, vt vterque coniux susceptioni baptizandorum assistat. Vnde Vrbanus II. cap. fin.30. quæst.4. dicit nullibi reperiri id prohibitum. Et quā-

Adducitur ratio. Vrb.II.

B uis postmodum fidelibus prohibeat, ne hoc facere præsumant, tamen protinus subinfert (propter maiorem decentiam. Itaque decentius est secundum mentem Vrbani Pontificis, vt tenentes infantem in Baptismo non sint eodem matrimonio coniuncti; propter maiorem conuenientiam atque decentiam. Sed post factum ab vtroque coniuge cognatio spiritualis contrahitur, & ambo Patrini munus obeunt. Huic do-

Quid in praxi obseruetur.

C ctrinæ quam vsque adhuc explicauimus, omnes ferè Theologi; atque Doctores vnanimi consensu adherent. Imò hoc in praxi nostris temporibus obseruari refert *Sanchez de Matrimon. lib.7.disp.57.num.5.*

Prima opinio.

Sed magna quæstio est inter Theologos, An videlicet, hoc fieri possit absque peccato. Ad quod respondens

Suarez.

Suarez 3.par.q.67.art.8.col.3.§.Secundo explicat. dicit hoc ex genere suo esse

D peccatum; & quia est leuis materia; idcirco eius transgressionem, esse peccatum veniale existimat. Hanc eandem opinionem tenet *Gallego de cognatione spirituali cap.9.num.8.*

Gallego.

Secunda opinio. Nullum adesse peccatū multi Theologi tenent.

Alij vero Doctores opinantur in hoc nullum esse peccatum nec mortale, nec veniale; *D.Thom.4.dist.42.quæst.1.art.3. quæstiuncula 2. ad 4. Maior ead. dist.42. quæst.vnic.ad fin.Syluest.verb.Matrimonium 8.quæst.7.dicto 10.Angel.verbo Matrimonium 3. impedim.6. num.9. Astens.*

E *2.par. Summæ lib.8.tit.18.art.vnico qu. 5. Rosell. verb. Impedimentum, impedimento 6. num.8. Tabien.impedimento 5. num.3. quæst.2. conclus.7. Lopez 2.par. instructionis vbi de Baptism. cap.62. §. secundo recolendum est. Nauarr.in Summa cap.22.num.39.*



CAPVT X.

An infideles sint capaces cognationis spiritualis, quæ in Baptismo contrahitur.

ANtequam ad resolutionem propositæ quæstionis deueniamus, breuis expositio præmittenda est, nempe quidnam hoc verbum (infidelis) significet. Equidem dupplicem habere significationem opinor. Primo significat quandam infidelitatem, quam homo habet, dum fidem non seruat. Vnde quis infidelis dicitur, hoc ipsum, quod fidem promissam frangit. Hinc illud vulgatum prouerbium exortum est. *Frangenti fidem, fides frangatur eidem.* Hinc pariter de eo, qui de acceptis talentis fidem seruauerat scriptum est. *Matth.25. Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam.* Secundum autem hanc primam significationem, de infideli, in presenti quæstione non agimus, quia ad nostrum propositum non facit. Secundo significat infidelitatem, quam homo habet, dum fidei non credit. Vnde quisquis iā fidei Christianæ credulitate alienus est, propriè ac verè infidelis dicitur, & existit, & secundum hanc significationem nostra quęstio discutitur.

Infidelis quid significet. H *Matt.15.*

K His explicatis, quæritur, an infidelis baptizans, vel infantem filium fidelis, in Baptismo suscipiens, spiritualem cognationem contrahat. Equidem quoad administrationem Baptismi in persona infidelis, faciliter accidere potest; nam In extrema necessitate quemlibet infidelem posse baptismi Sacramentum validè conferre, in præcedentibus cap. sufficienter probauimus. Notandum est, itaque quod dupliciter hęc cognatio spiritualis exoriri potest, vel ex administratione Sacramenti; vel ex susceptione infantis baptizati,

A tizati, quæ in ipſo baptiſmi fit. Etenim in hac quæſtione permultas reperio Doctorum opiniones; inter ſe minimè concordantes; quas hic ſigillatim apponere congruum duxi.

Prima opinio.

Prima opinio tenet infidelem baptizantem filium fidelis, in ipſa adminiſtratione baptiſmi; cognationem ſpiritualem minimè contrahere. Et protinus rationem adducunt in fauorem huius ſententię dicentes, quod hic infi- B delis non baptizat nomine proprio, ſed nomine Spiritus ſancti; Propterea ſubinferunt dicentes infidelem, contrahere cognationem ſpiritualem, ſi filium infidelis in baptiſmo ſuſcipiat; quia tunc (inquiunt) non ſuſcipit nomine Spiritus ſancti; ſed nomine proprio. Ità *Guillelm. quem citat & ſequitur Roſell. verb. Impedimentum, impedim.9.num.26.*

Guill. Roſell. C

Secunda opinio.

Secunda opinio docet infidelem baptizantem filium fidelis, ſpiritualem cognationem contrahere; non autem ſi baptizatum de fonte baptiſmatis ſuſcipiat. Permultas ſiquidem rationes ad confirmandam hanc opinionem adducunt, ex quibus duas præcipuas elegi, quas legentibus proſpiciendas hic appono. Prima ratio eſt; quia cum infidelis, fidelis filium baptizat, verum Sacramentum ei confert; ergo D ex hoc procedit, vt baptizatus ad vitam ſpiritualem gratiæ renaſcatur; & per conſequens, eius filius ſpiritualis dici poſſet; per quem ad vitam ſpiritualem productus eſt. Si ergo eius filius eſt ſpiritualis; vtique cognatio ſpiritualis inter baptizatum, & infidelem baptizantem contrahi debet. Secunda ratio eſt, nam infidelis dum ſuſcipit infantem in baptiſmo; non validè ſuſcipit cũ in *c. in baptiſmate de conſecration. diſt.4.* eum poſſe eſſe ſuſceptorem pro- E hibeatur; Sed ſi baptizet; validè baptizat; ergo ex hac diſparitate actionis, diſpar ſententia perferenda eſſe videtur, vt videlicet non per ſuſceptionem in baptiſmo, ſed per collationem baptiſmi, cognatio ſpiritualis contrahatur. Huius ſententię Authores ſunt *Sotus in 4. diſt. 4. qu. vnic. art.5. col. penult. Ledeſm. part.4. quæſt.8. art.7. dub. vnic. concluſ.4. Henriquez lib. 12. de Matrimon. cap 3. num.4. verſ.3. & Angel. verb. Matrimonium 3. impediment.7. num.10. & verb. Baptiſmus 8. num.1.* F

Sotus. Ledeſma. Henriq. Angelus.

Tertia opinio.

Alij vero aliter opinati ſunt, nam non erubuerunt aſſerere infidelem baptizantem filium infidelis, vel ſuſcipientem, cognationem ſpiritualem in quolibet actu contrahere; ac proinde ſi eos ad fidem Chriſtianam conuerſos fuiſſe contingat, non poſſe ad inuicem matrimonium contrahere. G

Quarta opinio verior.

Quarta opinio, quæ mihi verior, ac tutior videtur, tenet, quemlibet infidelem eſſe incapacem ad contrahendam huiuſmodi cognationem ſpiritualem. Ita *D. Thom. 4. diſtinct. 42. quæſt.1. art. 3. quæſtiunc.1. ad 3. Richard. ibidem art.1. quæſt.3. Durand. ibidem quæſt. 1. num.9. in fin. Gabr. ead. diſt. quæſt.1. art.3. dub.2. Petrus de Soto lect.11. de Matrimon. §. eſt autem huius cognationis Valent.4. part. diſp.4. quæſt.2. punct. 3. §. penultimo, & diſput.10. quæſt.5. punct. 3. vbi de impedimento cognationis Petrus de Ledeſma de Matrimon. quæſt. 56. art. 1. & ſummę Sacrament. vbi de Baptiſmo cap. vltimo concluſ. 6. Emanuel Sá in ſumma verb. matrimonium vbi de impediment. dirimentib. numero 5. verſ. Cum non baptizato Angl. in florib. Theolog. 1. parte vbi de Matrimon. quæſt. fin. art. 1. concluſ.1. Palac. in 4. diſt.7. diſput. 3. verſ. Ego vero Viuald. Candelabr. Sacrament. 1. part. vbi de Matrimon. num.157. Lopez 2. part. Inſtructor. vbi de Baptiſm. cap.62. ad fin. Vega 1. tom. ſummæ cap.33. conſ. 35. Syluest. verb. Matrimonium 8. quæſt.7. dicto 12. Aſtenſ. 2. part. ſummæ lib.8. tit. 8. art. vnico quæſt 6. Tabien verb. Impedimentum impediment.5. num.2. quæſt.1. Nauarr. ſumma latina cap.22. num.36. & num. 4. verſ. tertium; Turrecr. cap. Ita diligere num.3. 30. quæſt.3. Armil. verb. Matrimonium num.11. & Sanchez tom.2. lib.7. de Matrim. diſput.60. num.7. verſic. Quinta ſententia.*

S. Thom. Richard. Gabriel. Pet. Soto. Valentia. Petr. Ledeſm. Sá. Angles. Palac. Viuald. Lopez. Syluester. H *Vega. Aſtenſis. Tabiena. Nauarr. Turrecremata. Armilla. Sanchez.* I K

Probatur hæc opinio

Ad cuius ſententiæ comprobationem hæ rationes, adduci poſſunt. Cognatio enim ſpiritualis non eſt de Iure diuino naturali, neque de Iure naturali poſitiuo; ſed tantum de Iure Eccleſiaſtico quemadmodum in *cap.9. huius lib.5.* ſufficienter probauimus,

A *quaestiunc.2. ad 4. Maior ead.dist.42.qu. vnic. ad fin. Nauarr. Summa latin. nouior. cap.22 num.39. Astens.2.par.Summa lib.8.tit.18.ar.vnic.q.5.Syluest.verb. Matrimonium 8.quaest.7. dicto 10.Angel. Rosell.Vinald.Eman.Sà,Lopez Sanchez, & alij paulo inferius citandi.*

Maior. Nauar. Astensis. Syluester. Angelus. Roselle. Vinaldus. Sà. Lopez. Sanchez. Tabiena.

Et ratio est quia nullibi prohibitum esse legimus, vt vterque coniux susceptioni baptizandorum assistat. Vnde Vrbanus II. cap. fin.30. quaest.4. dicit nullibi reperiri id prohibitum. Et quā-B uis postmodum fidelibus prohibeat, ne hoc facere praesumant, tamen protinus subinfert (propter maiorem decentiam. Itaque decentius est secundum mentem Vrbani Pontificis, vt tenentes infantem in Baptismo non sint eodem matrimonio coniuncti; propter maiorem conuenientiam atque decentiam. Sed post factum ab vtroque coniuge cognatio spiritualis contrahitur, & ambo Patrini munus obeunt. Huic do-C ctrinae quam vsque adhuc explicauimus, omnes ferè Theologi; atque Doctores vnanimi consensu adherent. Imò hoc in praxi nostris temporibus obseruari refert *Sanchez de Matrimon. lib.7.disp.57.num.5.*

Adducitur ratio. Vrb.II.

Quid in praxi obseruetur.

Prima opinio.

Sed magna quaestio est inter Theologos, An videlicet, hoc fieri possit absque peccato. Ad quod respondens *Suarez 3.par.q.67.art.8.col.3.§.Secundo explicat.* dicit hoc ex genere suo esse peccatum; & quia est leuis materia; id-D circo eius transgressionem, esse peccatum veniale existimat. Hanc eandem opinionem tenet *Gallego de cognatione spirituali cap.9.num.8.*

Suarez. Gallego.

Secunda opinio. Nullum adesse peccatū multi Theologi tenent.

Alij vero Doctores opinantur in hoc nullum esse peccatum nec mortale, nec veniale; *D.Thom.4.dist.42.quest.1.art.3. quaestiuncula 2. ad 4. Maior ead. dist.42. quaest.vnic.ad fin.Syluest.verb.Matrimonium 8.quaest.7.dicto 10.Angel.verbo Matrimonium 3. impedim.6. num.9. Astens. 2.par. Summae lib.8.tit.18.art.vnico qu.* E *5. Rosell. verb. Impedimentum, impedimento 6. num.8. Tabien.impedimento 5. num.3. quaest.2. conclus.7. Lopez 2.par. instructionis vbi de Baptism. cap.62. §. secundo recolendum est. Nauarr.in Summa cap.22.num.39.*



CAPVT X.

An infideles sint capaces cognationis spiritualis, quae in Baptismo contrahitur.

ANtequam ad resolutionem propositae quaestionis deueniamus, breuis expositio praemittenda est, nempe quidnam hoc verbum (infidelis) significet. Equidem dupplicem habere significationem opinor. Primo significat quandam infidelitatem, quam H homo habet, dum fidem non seruat. Vnde quis infidelis dicitur, hoc ipsum, quod fidem promissam frangit. Hinc illud vulgatum prouerbium exortum est. *Frangenti fidem, fides frangatur eidem.* Hinc pariter de eo, qui de acceptis talentis fidem seruauerat scriptum est. *Matth.25. Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam.* Secundum autem hanc primam significa- I tionem, de infideli, in presenti quaestione non agimus, quia ad nostrum propositum non facit. Secundo significat infidelitatem, quam homo habet, dum fidei non credit. Vnde quisquis jà fidei Christianae credulitate alienus est, propriè ac verè infidelis dicitur, & existit, & secundum hanc significationem nostra quaestio discutitur.

Infidelis quid significet.

Matt.25.

His explicatis, quaeritur, an infidelis K baptizans, vel infantem filium fidelis, in Baptismo suscipiens, spiritualem cognationem contrahat. Equidem quoad administrationem Baptismi in persona infidelis, faciliter accidere potest; nam in extrema necessitate quemlibet infidelem posse baptismi Sacramentum validè conferre, in praecedentibus cap. sufficienter probauimus. Notandum est, itaque quod dupliciter haec cognatio spiritualis exoriri potest, vel ex administratione Sacramenti; vel ex susceptione infantis baptizati,

rizati, quæ in ipso baptismi fit. Etenim in hac quæstione permultas reperio Doctorum opiniones; inter se minimè concordantes; quas hic sigillatim apponere congruum duxi.

Prima opinio.

Prima opinio tenet infidelem baptizantem filium fidelis, in ipsa administratione baptismi; cognationem spiritualem minimè contrahere. Et protinus rationem adducunt in fauorem huius sententię dicentes, quod hic infi-

B

delis non baptizat nomine proprio, sed nomine Spiritus sancti; Propterea subinferunt dicentes infidelem, contrahere cognationem spiritualem, si filium infidelis in baptismo susciplat; quia tunc (inquiunt) non suscipit nomine Spiritus sancti, sed nomine proprio. Ità *Guillelm. quem citat & sequitur Rosell. verb. Impedimentum, impedim. 9. num. 26.*

Guill. Rosell.

C

Secunda opinio.

Secunda opinio docet infidelem baptizantem filium fidelis, spiritualem cognationem contrahere; non autem si baptizatum de fonte baptismatis suscipiat. Permultas siquidem rationes ad confirmandam hanc opinionem adducunt, ex quibus duas præcipuas elegi, quas legentibus prospiciendas hic appono. Prima ratio est; quia cum infidelis, fidelis filium baptizat, verum Sacramentum ei confert; ergo

D

ex hoc procedit, vt baptizatus ad vitam spiritualem gratiæ renascatur; & per consequens, eius filius spiritualis dici posset; per quem ad vitam spiritualem productus est. Si ergo eius filius est spiritualis; vtique cognatio spiritualis inter baptizatum, & infidelem baptizantem contrahi debet. Secunda ratio est, nam infidelis dum suscipit infantem in baptismo; non validè suscipit cũ in *c. in baptismate de consecration.*

E

dist. 4. eum posse esse susceptorem prohibeatur; Sed si baptizet; validè baptizat; ergo ex hac disparitate actionis, dispar sententia perferenda esse videtur, vt videlicet non per susceptionem in baptismo, sed per collationem baptismi, cognatio spiritualis contrahatur. Huius sententię Authores sunt *Sotus in 4. dist. 4. qu. vnic. art. 5. col. penult. Ledesm. part. 4. quæst. 8. art. 7. dub. vnic. conclus. 4. Henriquez lib. 12. de Matrimon. cap. 3. num. 4. vers. 3. & Angel. verb. Matrimonium 3. impediment. 7. num. 10. & verb. Baptismus 8. num. 1.*

Sotus. Ledesma. Henriq. Angelus.

F

Tertia opinio.

Alij vero aliter opinati sunt, nam non erubuerunt asserere infidelem baptizantem filium infidelis, vel suscipientem, cognationem spiritualem in quolibet actu contrahere; ac proinde si eos ad fidem Christianam conuersos fuisse contingat, non posse ad inuicem matrimonium contrahere.

G

Quarta opinio verior.

Quarta opinio, quæ mihi verior, ac tutior videtur, tenet, quemlibet infidelem esse incapacem ad contrahendam huiusmodi cognationem spiritualem. Ita *D. Thom. 4. distinct. 42. quæst. 1. art. 3. quæstiunc. 1. ad 3. Richard. ibidem art. 1. quæst. 3. Durand. ibidem quæst. 1. num. 9. in fin. Gabr. ead. dist. quæst. 1. art. 3. dub. 2. Petrus de Soto lect. 11. de Matrimon. §. est autem huius cognationis Valent. 4. part. disp. 4. quæst. 2. punct. 3. §. penultimo, & disput. 10. quæst. 5. punct. 3. vbi de impedimento cognationis Petrus de Ledesma de Matrimon. quæst. 56. art. 1. & summę Sacrament. vbi de Baptismo cap. vltimo conclus. 6. Emanuel Sá in summa verb. matrimonium vbi de impediment. dirimentib. numero 5. vers. Cum non baptizato Angl. in florib. Theolog. 1. parte vbi de Matrimon. quæst. fin. art. 1. conclus. 1. Palac. in 4. dist. 7. disput. 3. vers. Ego vero Vinald. Candelabr. Sacrament. 1. part. vbi de Matrimon. num. 157. Lopez 2. part. Instructor. vbi de Baptism. cap. 62. ad fin. Vega 1. tom. summæ cap. 33. cons. 35. Syluest. verb. Matrimonium 8. quæst. 7. dicto 12. Astens. 2. part. summæ lib. 8. tit. 8. art. vnico quæst 6. Tabien verb. Impedimentum impediment. 5. num. 2. quæst. 1. Nauarr. summa latina cap. 22. num. 36. & num. 4. vers. tertium; Turrecr. cap. Ita diligere num. 3. 30. quæst. 3. Armil. verb. Matrimonium num. 11. & Sanchez tom. 2. lib. 7. de Matrim. disput. 60. num. 7. versic. Quinta sententia.*

S. Thom. Richard. Gabriel. Pet. Soto. Valentia. Petr. Ledesm. Sá. Angles. Palac. Vinald. Lopez. Syluester. H *Vega. Astensis. Tabiena. Nauarr. Turrecremata. Armilla. Sanchez.* I K

Probatur hæc opinio.

Ad cuius sententiæ comprobationem hæ rationes, adduci possunt. Cognatio enim spiritualis non est de Iure diuino naturali, neque de Iure naturali positiuo; sed tantum de Iure Ecclesiastico quemadmodum in *cap. 9. huius lib. 5.* sufficienter probauimus,

vnde

A *quaestiunc. 2. ad 4. Maior ead. dist. 42. qu. vnic. ad fin. Nauarr. Summa latin. nouior. cap. 22 num. 39. Astens. 2. par. Summae lib. 8. tit. 18. ar. vnic. q. 5. Syluest. verb. Matrimonium 8. quaest. 7. dicto 10. Angel. Rosell. Vinald. Eman. Sà, Lopez, Sanchez, & alij paulo inferius citandi.*

Maior. Nauar. Astensis. Syluester. Angelus. Roselle. Viualdus. Sà. Lopez. Sanchez. Tabiena.

Et ratio est quia nullibi prohibitum esse legimus, vt vterque coniux susceptioni baptizandorum assistat. Vnde Vrbanus II. cap. fin. 30. quaest. 4. dicit nullibi reperiri id prohibitum. Et quaB uis postmodum fidelibus prohibeat, ne hoc facere praesumant, tamen protinus subinfert (propter maiorem decentiam. Itaque decentius est secundum mentem Vrbani Pontificis, vt tenentes infantem in Baptismo non sint eodem matrimonio coniuncti; propter maiorem conuenienciam atque decentiam. Sed post factum ab vtroque coniuge cognatio spiritualis contrahitur, & ambo Patrini munus obeunt. Huic doC ctrinae quam vsque adhuc explicauimus, omnes ferè Theologi; atque Doctores vnanimi consensu adherent. Imò hoc in praxi nostris temporibus obseruari refert *Sanchez de Matrimon. lib. 7. disp. 57. num. 5.*

Adducitur ratio. Vrb. II.

Quid in praxi obseruetur.

Prima opinio.

Sed magna quaestio est inter Theologos, An videlicet, hoc fieri possit absque peccato. Ad quod respondens *Suarez 3. par. q. 67. art. 8. col. 3. §. Secundo explicat.* dicit hoc ex genere suo esse D peccatum; & quia est leuis materia; idcirco eius transgressionem, esse peccatum veniale existimat. Hanc eandem opinionem tenet *Gallego de cognatione spirituali cap. 9. num. 8.*

Suarez.

Gallego.

Alij vero Doctores opinantur in hoc nullum esse peccatum nec mortale, nec veniale; *D. Thom. 4. dist. 42. quaest. 1. art. 3. quaestiuncula 2. ad 4. Maior ead. dist. 42. quaest. vnic. ad fin. Syluest. verb. Matrimonium 8. quaest. 7. dicto 10. Angel. verbo Matrimonium 3. impedim. 6. num. 9. Astens.* E *2. par. Summae lib. 8. tit. 18. art. vnico qu. 5. Rosell. verb. Impedimentum, impedimento 6. num. 8. Tabien. impedimento 5. num. 3. quaest. 2. conclus. 7. Lopez 2. par. instructionis vbi de Baptism. cap. 62. §. secundo recolendum est. Nauarr. in Summa cap. 22. num. 39.*

Secunda opinio. Nullum adesse peccatũ multi Theologi tenent.



CAPVT X.

An infideles sint capaces cognationis spiritualis, quae in Baptismo contrahitur.

Antequam ad resolutionem propositae quaestionis deueniamus, breuis expositio praemittenda est, nempe quidnam hoc verbum (infidelis) significet. Equidem dupplicem habere significationem opinor. Primo significat quandam infidelitatem, quam H homo habet, dum fidem non seruat. Vnde quis infidelis dicitur, hoc ipsum, quod fidem promissam frangit. Hinc illud vulgatum prouerbium exortum est. *Frangenti fidem, fides frangatur eidem.* Hinc pariter de eo, qui de acceptis talentis fidem seruauerat scriptum est. *Matth. 25. Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam.* Secundum autem hanc primam significationem, de infideli, in praesenti quaestione non agimus, quia ad nostrum propositum non facit. Secundo significat infidelitatem, quam homo habet, dum fidei non credit. Vnde quisquis à fidei Christianae credulitate alienus est, propriè ac verè infidelis dicitur, & existit, & secundum hanc significationem nostra quaestio discutitur.

Infidelis quid significet.

Matt. 15.

K His explicatis, quaeritur, an infidelis baptizans, vel infantem filium fidelis, in Baptismo suscipiens, spiritualem cognationem contrahat. Equidem quoad administrationem Baptismi in persona infidelis, faciliter accidere potest; nam in extrema necessitate quemlibet infidelem posse baptismi Sacramentum validè conferre, in praecedentibus cap. sufficienter probanimus. Notandum est, itaque quod dupliciter haec cognatio spiritualis exoriri potest, vel ex administratione Sacramenti; vel ex susceptione infantis baptizati,

A tizati, quæ in ipso baptismi fit. Etenim in hac quæstione permultas reperio Doctorum opiniones; inter se minimè concordantes; quas hic sigillatim apponere congruum duxi.

Prima opinio.

Prima opinio tenet infidelem baptizantem filium fidelis, in ipsa administratione baptismi; cognationem spiritualem minimè contrahere. Et protinus rationem adducunt in fauorem huius sententię dicentes, quod hic infidelis non baptizat nomine proprio,

B

sed nomine Spiritus sancti; Propterea subinferunt dicentes infidelem, contrahere cognationem spiritualem, si filium infidelis in baptismo suscipiat; quia tunc (inquiunt) non suscipit nomine Spiritus sancti, sed nomine proprio. Ità *Guillelm. quem citat & sequitur Rosell. verb. Impedimentum, impedim.9.num.26.*

Guill. Rosell.

C

Secunda opinio.

Secunda opinio docet infidelem baptizantem filium fidelis, spiritualem cognationem contrahere; non autem si baptizatum de fonte baptismatis suscipiat. Permultas siquidem rationes ad confirmandam hanc opinionem adducunt, ex quibus duas præcipuas elegi, quas legentibus prospiciendas hic appono. Prima ratio est; quia cum infidelis, fidelis filium baptizat, verum Sacramentum ei confert; ergo

D

ex hoc procedit, vt baptizatus ad vitam spiritualem gratiæ renascatur; & per consequens, eius filius spiritualis dici posset; per quem ad vitam spiritualem productus est. Si ergo eius filius est spiritualis; vtique cognatio spiritualis inter baptizatum, & infidelem baptizantem contrahi debet. Secunda ratio est, nam infidelis dum suscipit infantem in baptismo; non validè suscipit cũ in *c. in baptismate de consecration. dist.4.*

E

eum posse esse susceptorem prohibeatur; Sed si baptizet; validè baptizat; ergo ex hac disparitate actionis, dispar sententia perferenda esse videtur, vt videlicet non per susceptionem in baptismo, sed per collationem baptismi, cognatio spiritualis contrahatur. Huius sententię Authores sunt *Sotus in 4. dist. 4. qu. vnic. art.5. col. penult. Ledesm. part.4. quæst.8. art.7. dub. vnic. conclus.4. Henriquez lib.12. de Matrimon. cap.3. num.4. vers.3. & Angel. verb. Matrimonium 3. impediment.7. num.10. & verb. Baptismus 8. num.1.*

Sotus. Ledesma. Henriq. Angelus.

F

Alij vero aliter opinati sunt, nam non erubuerunt asserere infidelem baptizantem filium infidelis, vel suscipientem, cognationem spiritualem in quolibet actu contrahere; ac proinde si eos ad fidem Christianam conuersos fuisse contingat, non posse ad inuicem matrimonium contrahere.

Tertia opinio.

G

Quarta opinio, quæ mihi verior, ac tutior videtur, tenet, quemlibet infidelem esse incapacem ad contrahendam huiusmodi cognationem spiritualem. Ita *D. Thom. 4. distinct. 42. quæst.1. art. 3. quæstiunc.1. ad 3. Richard. ibidem art.1. quæst.3. Durand. ibidem quæst. 1. num.9. in fin. Gabr. ead. dist. quæst.1. art.3. dub.2. Petrus de Soto lect.11. de Matrimon. §. est autem huius cognationis Valent.4. part. disp.4. quæst.2. pun. 3. §. penultimo, & disput.10. quæst.5. punct. 3. vbi de impedimento cognationis Petrus de Ledesma de Matrimon. quæst.56. art.1. & summę Sacrament. vbi de Baptismo cap. vltimo conclus.6. Emanuel Sá in summa verb. matrimonium vbi de impediment. dirimentib. numero 5. vers. Cum non baptizato Angl. in florib. Theolog. 1. parte vbi de Matrimon. quæst. fin. art. 1. conclus.1. Palac. in 4. dist.7. disput. 3. vers. Ego vero Vinald. Candelabr. Sacrament. 1. part. vbi de Matrimon. num.157. Lopez 2. part. Instruction. vbi de Baptism. cap.62. ad fin. Vega 1. tom. summæ cap.33. cons. 35. Syluest. verb. Matrimonium 8. quæst.7. dicto 12. Astens.2. part. summæ lib.8. tit. 8. art. vnico quæst 6. Tabien verb. Impedimentum impediment.5. num.2. quæst.1. Nauarr. summa latina cap.22. num.36. & num. 4. vers. tertium; Turrecr. cap. Ita diligere num.3. 30. quæst.3. Armil. verb. Matrimonium num.11. & Sanchez tom.2. lib.7. de Matrim. disput.60. num.7. versic. Quinta sententia.*

Quarta opinio verior. S. Thom. Richard. Gabriel. Pet. Soto. Valentia. Petr. Ledesm. Sà. Angles. Palac. Vinald. Lopez. Sylnester.

H

Vega. Astensis. Tabiena. Nauarr. Turrecremata. Armilla. Sanchez.

I

K

Ad cuius sententiæ comprobationem hæ rationes, adduci possunt. Cognatio enim spiritualis non est de Iure diuino naturali, neque de Iure naturali positiuo; sed tantum de Iure Ecclesiastico quemadmodum in *cap.9. huius lib.5.* sufficienter probauimus,

Probatur hæc opinio

A prium officium patrini. Adde quod hęc sententia est magis congrua, ac consentanea intentioni Ecclesię, quæ decreuit, vt ad vtilitatem,& protectum baptizatorum constituerentur patrini, qui eos de rebus fidei tanquam proprios filios naturales salubriter instruerent, dirigerent, atque diligerent, ex quo spiritualis cognatio oritetur.

B

CAPVT VII.

An in Baptismo priuato de necessitate sit adhibendus patrinus.

C

Primaopinio. Zambranus.

IN pręsenti quęstione affirmatiuam sententiam tenet *Zambranus de casu accurrenti tempore mortis cap.11.* Ad cuius sententiæ confirmationem hanc rationem adducit, Patrinus (inquit) non tantum pertinet ad solemnitatem Baptismi; sed etiam ad necessitatem infantis baptizati, quem ipse patrinus instruere debet, ergo in quocunque Baptismo siue publico, siue priuato necessario interuenire debet patrinus. Preterea necessarium esse videtur, vt aliquis infantem teneat, quando eis Baptismus priuatus confertur; ergo semper interuenire debet patrinus.

In baptismo necessario interuenire debet patrinus.

D

Secunda opinio.

Sed his non obstantibus contraria sententia mihi probabilior videtur, asserens non esse de necessitate pręcepti, vt in baptismo priuato patrinus adhibeatur. Ita tenent *Henriquez lib.2.de Sacrament. cap.18. Sotus in 4.dist. 42. quæst 1 art.2. Suarez 3 par.quæst 67.art. 8.dub. vltim. Sanchez tom 2. lib.7.disp. 62.num.15. & Rodriquez, quem citat, & sequitur Diana tract.4. de Sacrament.resolut.18.*

Henriq. Sotus. Suarez. Sanchez. Rodriq. Diana.

E

Probatur

Ad cuius sententię confirmationem hęc ratio adduci potest, Incredibile enim esse videtur, vt Ecclesia hoc præceptum, hancque necessitatem adhibendi patrinum in Baptismo priuato parentibus imponat; cum parentes ipsi hanc commoditatem habere non possint; istæ enim solemnitates in Baptismo solemni commodè disponuntur; nam tempus,& occasio hoc permittunt. Item in extrema necessitate etiam si baptizans vellet adhibere patrinum, tamen minimè posset; puta si infans in fluuium proiectus, esset statim baptizandus; vel si ex vtero feminino exiens, imminente mortis periculo proximus existeret; tunc nimirum adhiberi patrinus commodè non potest; & tamen verus, ac validus Baptismus ei conferretur; ergo in Baptismo priuato non est de necessitate præcepti, vt patrinus adhibeatur.

In baptismo priuato non est necessarius patrinus.

F

In articulo mortis commode adhiberi nō potest.

G

CAPVT VIII.

An si duo ad tenendum infantem in Baptismo solemni concurrant; quis eorum spiritualem cognationem contrahat.

H

ANtequam propositæ quæstionis difficultas enodetur, præmittendum est, quod in Iure antiquo statutum erat, ne plusquam vnus vir, vel vna mulier ad suscipiendum infantem in baptismo solemni concurrerent, sed vnus solus siue vir, siue mulier sufficiebat. Hoc patet ex *cap. non plures, quod est Leonis Pontificis de consecrat. distin. 4. Et ex cap final de cognat. spiritual. in 6* Hoc idem contestantur permulti Doctores, *vt Sotus 4. distint. 42. quæst.1. art.2. column. 5. Sylnest. verb. Matrimonium 8. quæst.7. dicto 11. Rosella verbo Impedimentum impediment.6. num. 4. & Sanchez de Matrimon lib.7. de impediment. disput.57.num.1.*

Quid fuerit statutū in Iure antiquo.

I

cap. non plures de consecr. d.4. Sotus & Sylnest. Rosell. Sanchez.

K

Hæc autem prohibitio ob triplicem causam efficiebatur. Primo vt regeneratio spiritualis, ex generatione carnali similitudinem traheret; nam sicut in generatione carnali vnus tantum pater adhibetur, sic pariter in generatione spirituali vnus tantum patrinus adhiberi debebat,

Cur hæc prohibitio fuerit facta. Prima ratio. Secunda ratio.

Secundo

A Secundo ne cura instruendi infantem, obliuioni traderetur; faciliter namque accidere assolet, vt quod permultis per sonis mandatur, in exhibitione operis, animus vniuscuiusque tepescat, nam vnusquisque in spe laboris sociorum quiescens, laborem propriæ obligationis exhibere negligit; vnde ipse infans à debitis suffragijs Christianæ eruditionis detraudabatur. Tertio ne cognatio spiritualis, matrimonium dirimens, B inter tot personas oriretur, quapropter impedimentum nuptiarum frequenter succedere poterat.

Tertia ratio.

Sed huius Iuris antiqui obseruantia, iam sublata est per Decretum *Sacri Concilij Tridentini session. 24. de Matrimon. ca. 2.* vbi statuit, vt vnus tantum vir, siue mulier; vel ad summum vnus vir & vna mulier simul, infantem de fonte baptismi leuent. Propria verba Concilii hæc sunt. *Sancta Synodus statuit, vt vnus tantum siue vir, siue mulier iuxta sacrorum* C *Canonum statutum, vel ad summum vnus & vna baptizatum de Baptismo suscipiant.* Quapropter clarissimè constat in baptismo non posse esse patrinos nec duos viros, nec duas fœminas; quia hoc nimitum menti *Concilij Tridentini* obstaret; sed si duo adhibeantur; diuersi sexus esse debent; quemadmodum accurate animaduertunt *Suarez 1. par. q. 67. art. 8. col. 2. § sed quares, Tolet. lib. 2. Summæ cap. 23. num. 4. Gallego de cognation spiritual. cap. 7. num. 9. & Anton.* D *Cuccus, quem citat, & sequitur Sanchez de Matrimon. lib. 7. de impediment. disput. 57. num. 4. vers. Nouissimè autem.*

Sublatū est hoc Ius antiquum Concil. Trid.

Non possunt esse Patrini, nec duo viri, nec duæ fœminæ. Suarez. Tolet. Galleg. Cuccus. Sanchez.

Ratio autem euidentissima esse potest, quam paulo superius tetigimus; Generatio enim spiritualis, generationem carnalem quoad eius fieri potest, imitatur; vnde sicut in generatione carnali interuenire non debent duo viri, vel duæ fœminæ; sed necessarium est ibi interesse vnum tantum virum, & vnam E tantum fœminam; ità pariter in generatione spirituali obseruandum esse ratio suadet.

Generatio spiritualis imitatur carnalem.

Ex his hucusque actenus diximus, faciliter ad propositam quæstionem patet responsio. Dicendum est itaque, quod tantummodo cognatio spiritualis contrahitur, quando ad suscipiendum infantem de sacro fonte Baptismatis vnus vir, vel vna mulier concurrit, vel saltem vnus vir simul, & vna mulier. Cæteri F vero etiam si corpus baptizati tangant, vel quouis alio modo suscipere infantem intendant; nullo modo cognationem spiritualem contrahunt. Hoc profectò patet ex verbis eiusdem *Concilij Tridentini dicta sess. 24. cap 2. Parochus* (inquit) *antequam ad Baptismum conferendum accedat, diligenter ab ijs, ad quos spectabit sciscitetur quem, vel quos elegerint, vt baptizatum de sacro fonte suscipiant, & eos, vel eum tantum ad suscipiendum admittat. Quod si alij vltra designatos baptizatum tetigerint, cognationem spiritualem nullo pacto contrahant.* G

Resolutio propositæ quæstionis

Duo tantum contrahunt.

Concil. Trid. Cæteri vero nequaquam.

Demum ex his concludimus, quod si duo viri ad suscipiendum infantem simul concurrant; ille tantum, spiritualem cognationem contrahit, cui à parentibus sciente Paracho, onus, suscipiendi iniunctum fuerat. Colligitur ex *Concil. Trident. dicta sess. 24. cap. 2.* H

Quid dicendum si duo viri simul ad suscipiendū concurrāt. Concil. Trid.

CAPVT IX.

An si maritus, & vxor ad suscipiendum infantem de fonte baptismali simul concurrant; cognationem spiritualem contrahant; & an sit licitum hoc facere absq; peccato. I

FReqnenter accidere potest vt pater, & mater vnius sobolis, vel vt melius dicam vir, & vxor ad tenendum infantem in baptismo solemni concurrant, vnde quis dubitare posset, an vterque cognationem spiritualem contrahat, & Officio Patrini alligetur. Ad quod omni seclusa disputatione, affirmatiuè respondeo. Ità *D. Thom. in 4. dist. 43. quæst. 1. art. 3. quæstiunc.* K

Affirmatiuè respondetur. S. Thom.

A tizati, quæ in ipso baptismi fit. Etenim in hac quæstione permultas reperio Doctorum opiniones; inter se minimè concordantes; quas hic sigillatim apponere congruum duxi.

Prima opinio. Prima opinio tenet infidelem baptizantem filium fidelis, in ipsa administratione baptismi; cognationem spiritualem minimè contrahere. Et protinus rationem adducunt in fauorem huius sententiæ dicentes, quod hic infidelis non baptizat nomine proprio, B sed nomine Spiritus sancti; Propterea subinferunt dicentes infidelem, contrahere cognationem spiritualem, si filium infidelis in baptismo suscipiat; quia tunc (inquiunt) non suscipit nomine Spiritus sancti, sed nomine proprio. Ità *Guillelm. quem citat & sequitur Rosell. verb. Impedimentum, impedim. 9. num. 26.* *Guill. Rosell.* C

Secunda opinio. Secunda opinio docet infidelem baptizantem filium fidelis, spiritualem cognationem contrahere; non autem si baptizatum de fonte baptismatis suscipiat. Permultas siquidem rationes ad confirmandam hanc opinionem adducunt, ex quibus duas præcipuas elegi, quas legentibus prospiciendas hic appono. Prima ratio est; quia cum infidelis, fidelis filium baptizat, verum Sacramentum ei confert; ergo D ex hoc procedit, vt baptizatus ad vitam spiritualem gratiæ renascatur; & per consequens, eius filius spiritualis dici posset; per quem ad vitam spiritualem productus est. Si ergo eius filius est spiritualis; vtique cognatio spiritualis inter baptizatum, & infidelem baptizantem contrahi debet. Secunda ratio est, nam infidelis dum suscipit infantem in baptismo; non validè suscipit cū in *c. in baptismate de consecration.* E *dist. 4.* eum posse esse susceptorem prohibeatur; Sed si baptizet; validè baptizat; ergo ex hac disparitate actionis, dispar sententia perferenda esse videtur, vt videlicet non per susceptionem in baptismo, sed per collationem baptismi, cognatio spiritualis contrahatur. Huius sententiæ Authores sunt *Sotus in 4. dist. 4. qu. vnic. art. 5. col. penult. Ledesm. part. 4. quæst. 8. art. 7. dub. vnic. conclus. 4. Henriquez lib. 12. de Matrimon. cap. 3. num. 4. verf. 3. & Angel. verb. Matrimonium 3. impediment. 7. num. 10. & verb. Baptismus 8. num. 1.* *Sotus. Ledesma. Henriq. Angelus.* F

Tertia opinio. Alij vero aliter opinati sunt, nam non erubuerunt asserere infidelem baptizantem filium infidelis, vel suscipientem, cognationem spiritualem in quolibet actu contrahere; ac proinde si eos ad fidem Christianam conuersos fuisse contingat, non posse ad inuicem matrimonium contrahere. G

Quarta opinio verior. Quarta opinio, quæ mihi verior, ac tutior videtur, tenet, quemlibet infidelem esse incapacem ad contrahendam huiusmodi cognationem spiritualem. Ita *D. Thom. 4. distinct. 42. quæst. 1. art. 3. quæstiunc. 1. ad 3. Richard. ibidem art. 1. quæst. 3. Durand. ibidem quæst. 1. num. 9. in fin. Gabr. ead. dist. quæst. 1. art. 3. dub. 2. Petrus de Soto lect. 11. de Matrimon. §. est autem huius cognationis Valent. 4. part. disp. 4. quæst. 2. pun. 3. §. penultimo, & disput. 10. quæst. 5. punct. 3. vbi de impedimento cognationis Petrus de Ledesma de Matrimon. quæst. 56. art. 1. & summæ Sacrament. vbi de Baptismo cap. vltimo conclus. 6. Emanuel Sà in summa verb. matrimonium vbi de impediment. dirimentib. numero 5. vers. Cum non baptizato Angl. in florib. Theolog. 1. parte vbi de Matrimon. quæst. fiu. art. 1. conclus. 1. Palac. in 4. dist. 7. disput. 3. vers. Ego vero Viuald. Candelabr. Sacrament. 1. part. vbi de Matrimon. num. 157. Lopez 2. part. Instruct. vbi de Baptism. cap. 62. ad fin. Vega 1. tom. summæ cap. 33. cons. 35. Syluest. verb. Matrimonium 8. quæst. 7. dicto 12. Astens. 2. part. summæ lib. 8. tit. 8. art. vnico quæst. 6. Tabien verb. Impedimentum impediment. 5. num. 2. quæst. 1. Nauarr. summa latina cap. 22. num. 36. & num. 4. vers. tertium; Turrecr. cap. Ita diligere num. 3. 30. quæst. 3. Armil. verb. Matrimonium num. 11. & Sanchez tom. 2. lib. 7. de Matrim. disput. 60. num. 7. vers. sic. Quinta sententia.* *S. Thom. Richard. Gabriel. Pet. Soto. Valentia. Petr. Ledesm. Sà. Angles. Palac. Viuald. Lopez. Syluester.* H *Vega. Astensis. Tabiena. Nauarr. Turrecremata. Armilla. Sanchez.* I K

Probatur hæc opinio Ad cuius sententiæ comprobationem hæ rationes, adduci possunt. Cognatio enim spiritualis non est de Iure diuino naturali, neque de Iure naturali positiuo; sed tantum de Iure Ecclesiastico quemadmodum in *cap. 9. huius lib. 5.* sufficienter probauimus,

 vnde

A vnde eius obligatio eos tantum constringit qui Ecclesiæ legibus subijciuntur; sed infideles legibus Ecclesiæ minimè sunt subiecti; ergo cognationem spiritualem contrahere non possunt.

Secundo. Secundo ex cognatione carnali, ad cognationem spiritualem possumus similitudinem trahere; sicut enim ex vita carnali, cognatio carnalis; ità ex vita spirituali, cognatio spiritualis exoritur; & quemadmodū non habens vitam carnalem, alteri eam dare non potest; sic B non habens vitam spiritualem, eam alteri tribuere nequit. Manifestum est autem infidelem non habere vitam spiritualem, per quam in gratia Christi viuit; ergo eam dare non potest; & per consequens spirituales non generat; ex quo cognatio spiritualis oriri potest. Ergo, &c. *Nemo dare potest quod non habet.* Quod si contingat infidelem aliquando filium fidelis baptizare, equidem baptismum ab ipso C collatum, esse validum, & ratum, minimè negamus, sed non per hoc habendus est tanquam pater spiritualis baptizati; sed tanquam instrumentum necessitatis; quo sancta, & pia mater Ecclesia vtitur in casu extremæ necessitatis; quando dignior minister haberi non potest; quod non sine magnæ pietatis affectu consuluit; ne videlicet infantes filij Christianorum absque Baptismi Sacramento decederent; ac proinde D Regni cælestis hæreditatem amitterent.

Tertio. Tertio ex cognatione spirituali obligatio exoritur, per quam patrinus baptizatum instruere tenetur; quemadmodum colligitur ex *Concil. Trident. sess. 24. conf. 2. de reformation. & ex cap. In Cathechismo & sequentib. de consecration. dist. 4. & nos in cap. 1. lib. 3. vers. præcipuum autem munus* sufficienter probauimus. *Concil. Trident.* Sed quomodo infidelis poterit baptizatum opportuno tempore E de rebus fidei Christianę instruere, cum hæc ipse penitus ignoret? Dicendum est ergo quemlibet infidelem huius cognationis spiritualis esse omnino incapacem.

Responde tur rationi aliarū opinionum. Denique ad rationes à contraria opinione oppositas respondere opus est. Ad primum respondemus, quod ad hoc, vt quis verus pater dici possit, necesse est, vt eius filius ab eo procedat ex principio coniuncto in similitudinem naturæ. *Aristot.* Nam vt ait *Aristot. Generatio, est productio viuentis à viuente ex principio coniuncto in similitudinem naturæ.* Sed in casu nostro filius fidelis baptizatus procedit à patre infideli baptizante, vel suscipiente; non in similitudinem naturæ. Ergo eius filius dici non potest &. per consequens, inter eos cognatio spiritualis minimè contrahitur. *Iustus viuit, ex spiritu.* Minor probatur. Nam nullam similitudinem habet fidelis cum infideli quoad naturam vitæ spiritualis; quia fidelis viuit ex spiritu, iuxta *Apostoli* vocem *Iustus* (inquit) *ex fide viuit.* Infidelis autem solum viuit ex carne, sed quo ad vitam spiritus, mortuus est. Ex his quę hactenus diximus patet responsio ad secundum argumentum in contrarium adductum; vnde concludendum est; quod quamuis infidelis validè baptizet; non tamen cognationem spiritualem contrahit suscipiendo, vel baptizando; quia est minister necessitatis, & non solemnitatis.

CAPVT XI.

An hæreticus cognationem spiritualem contrahat si filium catholici baptizauerit; vel de fonte baptismali susceperit.

DE infideli baptizante, vel suscipiente, *in præcedenti cap.* sufficienter tractatum fuisse arbitror; superest nunc vt de hæretico baptismum ministrante, vel baptizatum de sacro fonte Baptismatis suscipiente, quęstio resoluatur; Vtrum scilicet spiritualem cognationem contrahat. Sed antequam præfatę quęstionis difficultas resoluatur, præmittenda est quædam distinctio, quæ inter infidelem, hæreticum, & catholicum ponitur. *Datur distinctio inter infidelem, hæreticum, & Catholicum.* Infidelis dicitur ille, quia omnia Ecclesiæ dogmata negat, & à fidei Christianæ professione prorsus alienus est. Hæreticus est quicūque post baptismi susceptionē aliquibus

Ecclesiæ

B Ecclesiæ dogmatibus credit; cæteris verò credere pertinaciter recusat. Ex quo aduertendum est, quod nunquam hæresis dici potest sine pertinacia. Nam si absque pertinacia esset, potius error in fide, quam hæresis appellari posset. Catholicus est, quicunque omnibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ dogmatibus fideliter credit; eiusque præceptis humiliter, constanterque subiacet; vsque ad finem vitæ in confessione catholicæ fidei perseuerans.

Hac posita explicatione ad resolutionem propositæ quæstionis deuenire congruum est. Ad quam breuiter respondens, dico hæreticum baptizãtem, vel de sacro fonte suscipientem, cognationem spiritualem contrahere. Ita *Sanchez de Matrimon. tom. 2. lib. 7. disput. 60. num. 2. vbi dicit hanc esse communem Doctorum opinionem; eosque proprijs nominibus citat.*

Est communis opinio. *Sanchez.*

Probatur. Probatur autem hæc nostra sententia vnica ratione. Hæreticus siquidem est baptizatus; vnde clauibus Ecclesiæ est subiectus; ergo quidquid ipsa Ecclesia præcipit, hæreticus obseruare tenetur; quia (vt diximus) eius legibus subiacet. Manifestum est autem cognationem spiritualem esse de Iure Ecclesiastico; quemadmodum in cap. 9. huius lib. probauimus; ergo non solum Catholicos, sed etiam hæreticos vinculum spiritualis cognationis ligat.

Hæreticus est subiectus Ecclesiæ clauibus.

Obiectio. Obijcies. Hæreticus ab Ecclesiæ Catholicæ obedientia voluntariè se abstraxit; ergo Ecclesiasticis legibus non est subiectus; ergo si baptizauerit, spiritualem cognationem minimè contrahet.

Solutio. Respondeo, non per hoc, quod hæreticus catholicam fidem deserit; idcirco dici potest, eum ab obedientia Ecclesiæ Catholicæ esse absolutum; nam obedientiæ vinculum per characterem, virtute Baptismi impressum; indissolubile factum est. Vnde & quamuis vellet à tali onere per negationem fidei se liberare; tamen non potest; quia quod semel promisit Deo; semper obseruare tenetur.

Conclusio affirmatiua. Conclusio itaque hæc est, quod si hæreticus filium Catholici baptizauerit, vel eum de sacro fonte susceperit; spiritualem cognationem contrahit; tum propter rationes supra allatas; tum quia nullibi contrarium apparet; quemadmodum accuratè animaduertit *Sanchez de Matrim. tom. 2. lib. 7. disput. 6. num. 2.* Vnde hæreticus si baptizauerit, validum, & verum baptismum confert; & pariter si susceperit; verus patrinus remanet; sed cum suscipit, peccat. *Sanchez loc. cit.*

Sanchez. *Sanchez.*

Denique aduertendum est, quod cum officium Patrini, obligationem instruendi baptizatum, annexam habeat; præcauere debent parentes infantis; ne eum sub cura Patrini hæretici relinquant; quia faciliter accidere posset; vt baptizatus pestiferæ Doctrinæ pabulum suscipiens, eodem hæresis morbo infectus remaneat. G

CAPVT XII.

An Sacerdos peccet mortaliter, si habens conscientiam peccati mortalis fœditate inquinatam; baptizauerit infantem in extrema necessitate. H

PResens quæstio est de Baptismo priuato, qui absque solemnitate in casu extremæ necessitatis confertur; I nam de Baptismo solemniter ministrato à Sacerdote improbo, eum peccare mortaliter, indubitata opinio est ab omnibus Theologis communiter recepta. Itaque in dubium vertitur, quando priuatim Baptismus ministratur à Sacerdote, habente conscientiam peccati mortalis.

K In hac quæstione affirmatiuam sententiam tenet *Coninch. super 3. par. D. Thom. quæst. 64. art. 6. dub. 1. vers. Sequitur quarto.* Vbi cum paulo superius asseruisset, peccare mortaliter Sacerdotem, qui cum conscientia peccati mortalis, Eucharistiam ministrat; illico subiungit hæc verba. *Idem dicendum* (inquit) *de sacerdote in necessitate baptizante non solemniter. Quia propriè loquendo vtraq; causa etiam in hunc actum concurrit, quia etiam ad hunc actum ritè obeundum, propriè Sacerdos consecratur, & gratiam accipit.* Hanc eandem opinionem tenent *Vazquez in 3. par. D. Thom.*

Prima opinio affirmat. *Coninch.* *Vazquez.* *Layman.*

Thom.tom.3. disput.136.cap.3.& Layman.in Theolog.moral.lib.5.tract.1.cap.5.num.8.

Ratio autem, cui hæc sententia innititur, vnica est; quia tunc sacerdos (inquiunt) hanc administrationem efficit ex officio ratione suę ordinationis; sed hæc est indigna administratio, quia minister conscientiam peccati mortalis fęditate inquinatam habet; ergo mortaliter peccat. Deinde Conninch. d.dnb 1. conclus.1.num.32. indignũ ministrum Sacramenti assimilat ei, qui in conspectu Regis, in eius mensa, manibus luto infectis, prætiosissima vina funderet. Etenim hic minister contra dignitatem Regis ageret.

Coninch.

Secunda opinio quæ tenet Anthor negat.

Sed contraria sententia mihi probabilior videtur, quam tenet S.Thomas 3. par. quæst.64. art.6. ad 3. vbi sic ait. *In articulo tamen necessitatis non peccaret baptizando in casu, in quo etiam posset laicus baptizare; sic enim patet, quod non exhiberet se ministrum Ecclesiæ, sed veniret necessitatem patienti.* Item in fauorem nostræ sententiæ accedit Durand. in 4. dist.5. quæst.2. art.1. Suarez super 3. par. D.Thom. quæst.64. art.6. disp.6. sect.3. & 4. Valent. super q.64. art.6. dispnt.6. quæst.5. pun.3. Ledesm. in summa de Sacrament. in gener. cap.6. conclus.8. S.Sylnest. verb. Baptismus 3. num.5. Nugn. in 3. par. quæst.64. art.6. Henriquez de Sacrament. lib.1. cap.20. num.4. vbi sic ait. *Sacerdos peccator in necessitate baptizans sine solemnitate, non peccat; quia non agit vt minister ex officio, sed perinde, ac laicus, etiam si aduertat suum peccati statum, aut aduertere debuisset.* Ac nouissimè hanc eandem sententiam amplexus est Diana in suis miscellan. tract.4. de Sacrament. resolut. 10. vbi citat Ioan. de la Cruz in direct. conscien. par.2. de Sacrament. in gener. qu.4. dub.3. conclus.1. Fernand. de Heredia dispnt. de Sacrament. in gener. par.18. dub.3. nu.4. Caietan. 3. par. quæst.64. art.6. & Syln. in 3. par. q.64. art.6. conclus.2.

S. Thom. Durand. Suarez. Valent. Ledesm. Sylnest. Nugn. Henriq. Dian. La Cruz. Hered. Caietan. Syluius.

Probatur rationibus.

Probatur autem hęc nostra sententia duabus rationibus. Prima est illa, quæ ex sententia D. Thomæ loc. praalleg. infertur, Minister enim in casu extremæ necessitatis baptizans, non efficeret hoc ex officio; nec exhiberet se, vt ordinarium ministrum Ecclesiæ, sed vt extraordinarium, & infantis periclitantis saluti succurrentem. Secunda ratio est, quia si huiusmodi Sacerdotem in tali casu baptizantem esse reum peccati mortalis asseueramus, profectò eidaretur occasio ad euitandum peccatum mortale, vt administrationem Baptismi in extrema necessitate subterfugeret, ac proinde sequeretur vt infans absque baptismi Sacramento decedat. Tertio, in nullo Iure scriptum reperimus, talem ministrum in tali casu baptizantem, peccare mortaliter, quod si scriptum inueniatur, intelligendum est de Sacerdote, qui solemniter baptizat. Vnde non debemus peccata mortalia multiplicare, vbi expressa, & clara non sunt; ne animas credentium mortiferis laqueis irretitas ad gehennam infernalem damnemus.

Prima ratio.

Secunda ratio.

CAPVT XIII.

An laicus cum conscientia peccati mortalis in extrema necessitate baptizans, mortaliter peccet.

HÆC administratio Baptismi à laico facta non potest contingere nisi in baptismo priuato: quando nullа persona dignior adest, nam si adesset Sacerdos, vel Diaconus, vel Subdiaconus; tunc sæcularis digniori ministro locum cedere teneretur. Solemniter autem baptizare, non pertinet ad laicum, nec debet, etiam in casu extremæ necessitatis.

Quæstio itaque est de baptismo priuato, idest absque aliqua solemnitate collato. Ad quod respondens Vazquez in 3. par. tom.3. disput.136. cap.3. nn.30. dicit laicos peccare mortaliter, si in extrema necessitate cum conscientia peccati mortalis baptizauerint. Ratio autem huius sententiæ hęc est; Quia laicus in tali casu baptizans est verus minister Sacramenti, & per hoc immediatè repræsentat personam Christi; sed non decet; imo turpissimum est, repræsentantem personam Christi in tam digno Sacramento, esse mancipium diaboli, & Christi inimicum (peccatum mortale namque huiusmodi effectus in anima producit). Ergo contra dignitatem proprij ministerij agit, & excel-

Prima opinio affirmat. Vazquez.

A lentiam, sublimitatemq; Sacramenti offendit; quandocunque baptizat, fœdatur peccati mortalis inquinatus.

Coninch. Hanc primam sententiam probabilem esse, existimat *Coninch. super 3. par. D. Thom. quæst. 64 art. 6 dub. 1. num. 37.* Quia (inquit) primaria causa obligationis in hunc etiam conuenit, quia est verus minister Sacramenti, & in persona Christi eius merita dispensat. Sed ipsemet *Coninch.* contrariam sententiam, quam paulo inferius inferemus, probabiliorem esse opinatur, quod clarius apparebit in sequentibus.

Opinio au thoris negat. Diana. Coninch.

Ego igitur censeo huiusmodi laicū
B in tali casu baptizantem; mortaliter, non peccare. Ità *Diana tom 3. tract. 6. de Sacrament. resol. 10. Item accedit Coninch. super 3. par. D. Thom. quæst. 64. art. 6. dub. 1. versicul. sequitur quinto*; vbi postquam dixit, illam primam opinionem esse probabilem; illico subiungit dicens, hanc nostram esse probabiliorem. Denique in fauorem nostræ sententię, citare possumus omnes illos
C Doctores, qui tenent, Sacerdotem ministrantem baptismum priuatum in extrema necessitate, cum conscientia peccati mortalis, non peccare mortaliter. Nam de maiori ad minus optima fit illatio. Si enim non peccat Sacerdos, ad quem rationabiliter pertinet ministrare hoc Sacramentum; quomodo laicus, qui est minister necessita-
D tis peccabit? Isti autem Doctores sunt *S. Thom. 3. par. quæst. 64. art. 6. ad 3. Durand. in 4. dist 5 quæst. 2 art. 1. Suarez super 3. par. D. Thom. quæst. 64. art. 6. disp. 6. sect. 3. Valentia, Ledesm. Syluest. Nugn. Henriq. Caietan. La Cruz. Hered. & Syluest. quos in cap. præced. citauimus.*

S. Thom. Durand. Suarez. Valent. Ledesm. Syluest. Nugnez. Henriq. Caietan. La Cruz Hered. Syluest.

Probatur opinio. Prima ratio.

Probatur hęc nostra opinio compluribus rationibus. Prima ratio est, Nō enim laicus ministrat ex officio, quando in extrema necessitate baptismi Sa-
E cramentum confert; sed ministrat ex necessitate; neque est minister ordinarius; vnde non tenetur semper manere paratus ad hoc ministerium dignè peragendum. Secunda ratio est, Nam si tali vinculo peccati læthalis conscientiam laici ligare vellemus, saluti infantis minimè prouideretur; nam laicus habens conscientiam peccati mortalis, nè nouum peccatum committat, baptismi administrationem recusaret, & sic infans absque baptismo decederet; vel esset necessarium, vt ipse laicus cō- F fessorem exquireret, a quo beneficium absolutionis habere posset; & tunc hac interposita mora; mors infantis nondum baptizati succedere posset. Secunda ratio est; Status laicorum, statui Ecclesiasticorum comparatus, est imperfectus, & ad peccandum procliuis; vnde pauci sunt, qui absque peccato mortali semper viuunt; vnde generaliter loquendo, ad dignam administrationem baptismi non semper possunt esse parati; cum non pertineat ad eos ex officio baptizare; ergo si laicum in G extrema necessitate, baptizare contingat; non peccat mortaliter, si dignè non ministret. Tertia ratio est; Laicus enim non est minister solemnitatis, sed est minister necessitatis; vnde Sancta Ecclesia debet eo vti in administratione baptismi, etiam sic dispositio, sicut illum reperit in extrema necessitate. Et quia necessitas cogit; debet eius defectum, pranamque dispositionem tolerare. Ponamus exemplum, quod si aliquis Rex in deserto remoto venationis causa constitutus, nullum de famulis & domesticis suis apud se inueniens, H paululum aquæ præ nimia siti expeteret, & tunc aliquis rusticus, tam membrorum, quam indumentorum fęditate confectus, ei vas aquæ propinaret; vtique ille Rex nec aquam oblatam necessitate coactus recusaret; nec accipiendo de immunditia ministrantis offensus remaneret. Nam infima conditio ministri excusaret. Sic pariter in I casu nostro dicendum est.

2. ratio. Ad laicos non pertinet baptizare ex officio.

3. ratio. Probatur dicta opinio quodam exemplo.

Ad argumentum contrariæ opinionis ex his, quæ hactenus diximus infertur responsio.

CAPVT XIV.

An licitè possit quis Baptismū petere à ministro improbo, quem pro certo scit in peccato mortali administraturum. K

IN hac difficultate, varias atque inter se discordantes, reperio Theologorum opiniones, quas hic sigillatim referre congruum duxi. Prima opinio

A opinio est *S. Thomæ 3. par. quæst. 64. art. 6. ad 2.* vbi quandam distinctionem faciens inter ministrum toleratum, & non toleratum; duas conclusiones ponit. Prima conclusio est, quod vnusquisque potest Sacramentum petere à ministro peccatore in peccato mortali manente, dummodo ab Ecclesia toleretur. Secunda conclusio est; quod quis non potest Sacramentum petere ab improbo ministro, qui ab Ecclesia non toleratur; quod est (inquit) si degra- B detur, excommunicetur, aut suspendatur.

Prima opinio. S. Thom.

Secunda opinio, quam tenent *Victor. de Sacrament. num. 30. & Caietan. super 3. par. D. Thom. quæst. 64. art. 6. in responsione ad 2.* illam primam conclusionem *D. Thom.* distinguit dicens; quod si minister toleratus sit proprius pastor, ad quem pertinet cura de anima petentis Sacramentum; & tunc ipse licitè potest ab eo expetere baptismum, C quamuis pro certo sciat eum administraturum in peccato mortali. Et ratio est, quia vnusquisque à suo proprio pastore habet ius accipiendi Sacramenta, quibus propter alienam peruersitatem priuus remanere non debet. Sed contrarium tenendum esse dicunt; quando quis expetit Sacramentum ab eo, qui non est proprius pastor; quia non habet ius ab eo petere sacramenta.

2. opinio. Victor. Caietan.

Tertia opinio tenet, licitè posse aliquem baptismum petere à ministro improbo, qui sponte ad hunc ministrandum se antea obtulerat; quia in hoc casu non inducitur minister ad peccandum à petente; sed ipsemet peccatum amplectitur per improbam, sed spontaneam administrationem. Secus autem dicendum esse docent; si minister ad hoc ministerium agendum à petente inducatur; quia tunc petens daret ministro occasionem peccandi. Hanc opinionem tenuisse nonnullos Doctores suppressis nominibus refert *Coninc.* E *super 3. par. S. Thom. q. 64. art. 6. dub. 2. num. 42. in fin.*

3. opinio. D

Coninch.

His relatis Doctorum opinionibus, nostram subinferre congruum est; quæ in plures conclusiones subdiuidetur.

Opinio Authoris in plures conclusiones diuiditur.

Prima conclusio est, Quod licet petere baptismum à ministro improbo, quem pro certo scio administraturum in statu peccati mortalis, dummodo aliqua necessitas, vel notabilis vtilitas id exigat; quod locum habet, siue minister sit, siue non sit Parochus. Hoc F autem intelligitur de ministro, qui simpliciter habet conscientiam peccati mortalis; nam de excommunicatis, tam toleratis, quam non toleratis in subsequentibus conclusionibus explicabimus. Ità *Suarez tom. 3. disp. 72. sect. 4. vers. Vltimo ex dictis*, vbi hanc doctrinam ad indignam administrationem omnium Sacramentorum extendit. Sed expressius hoc de baptismo docuit *Coninch. super 3. par. S. Thom. quæst. 64. art. 6. dub. 11. & alij apud prædictos Doctores.* G

Suarez. Coninch.

Probatur hæc nostra sententia primo ex *Nicolao Papa in cap. vlt. 25. q. 8.* vbi dicit, Adulterum Sacerdotem ministrando hoc Sacramentum, se tantum modo lædere; & vnde alijs commodū exhibet; inde sibi dispendium præbere. Ex quibus verbis clarissimè constat, non peccare eum qui petit, quia quod sibi commodum, vtileque est, petit; sed peccare eum, qui ministrat; quia indignè ministrat. H

Nicolaus Papa

Probatur secundo permultis rationibus. Prima ratio est; Sacramenta enim quibus Ecclesia Catholica vtitur sunt hominibus saluberrima, vtillima; imò & necessaria; sine quibus salus æterna acquiri non potest. Sed vnusquisque licitè potest, imò & debet petere, quod animæ suæ cognoscit esse vtile, & necessarium; ergo licitè potest petere baptismum ab improbo ministro. Nec obstat quod petens pro certo sciat eū I in peccato mortali administraturum; nam hoc prouenit ex defectu, & peruersitate ministri, qui semper debet esse paratus ad suum officium peragendū, vel saltem cum occasio euenerit, ad functionem proprij officij rectè exercendam se debet preparare. Quod fieri potest per confessionem, vel per cōtritionem.

Probatur hæc prima rationibus. 1. ratio.

Secunda ratio est illa, quam adducit *Coninch. super 3. par. D. Thom. quæst. 65. art. 8. dub. 5.* vbi ait, si ob aliquod lucellum temporale possum petere mutuum ab vsurario, quem scio peccaturum dando; quanto magis ob lucrum K spirituale possum petere Sacramentum à male ministraturo? Nec enim sum causa cur malè ministret, cum possit bene administrare eliciendo actum contritionis; sed sola occasio. Vsque adhuc Coninchus.

2. ratio. Coninch.

Tertia ratio est Charitas enim debet esse

3. ratio.

A eſſe ordinata; & per hoc teneor proximiori benefacere, quapropter maiori diligentia, feruentiorique ſollicitudine debeo propriæ animæ ſaluti prouidere, quam proximi, iuxta illud quod in Euangelio ſcriptum eſt; *Quid proficit homo ſi vniuerſum mundum lucretur, ſe ipſum autem perdat, & detrimentum ſui faciat?* Ergo manifeſtum eſt, poſſe licitè baptiſmum expeti à miniſtro improbo in peccato mortali adminiſtra-B turo; quandocunque aliqua notabilis neceſſitas, vel vtilitas ipſum poſtulantem impellat.

Tenemur euitare damnum ſpirituale proximorum.

Denique aduertere debet vnuſquiſq; nè leui cauſa inducatur ad petendum baptiſmum à miniſtro improbo, quem pro certo ſcit in peccato mortali adminiſtraturum. Nam omnes tenemur non ſolum euitare peccata mortalia in proprijs noſtris actionibus, ſed etiam in actionibus proximorum. Vnde op-C timum conſilium damus, vt vnuſquiſque caueat, occaſionem præbere miniſtris peccandi mortaliter in indigna Sacramentorum adminiſtratione, nulla notabili neceſſitate, vel vtilitate cogente. Vnde noſtra ſententia, quam ſuperius probanimus intelligenda eſt, quando notabilis vtilitas, vel grauis neceſſitas, id expoſtulet, Alioquin ſemper à bono miniſtro dignè adminiſtraturo ſacramentum expetere debe-D mus, vel ſaltem alicuius temporis moram expectare, donec miniſter improbus per pœnitentiam corrigatur.

Quilibet miniſter in dubio præſumitur bonus.

Quandocunque vero certi non ſumus; an ille miniſter, à quo expetimus baptiſmum; ſit adminiſtraturus in peccato mortali; tunc quidem etiam non cogente neceſſitate, vel notabili vtilitate, licitè poſſumus expetere Sacramentum Baptiſmi; nam in dubio vnuſquiſque præſumitur bonus, nec tenemur interiores defectus conſcientiæ mini-E ſtrorum inueſtigare.



CAPVT XV.

An liceat petere Baptiſmum ab excommunicato.

ANtequam propoſitæ quæſtionis difficultatem reſoluamus; præmittenda eſt; quædam diſtinctio, quæ inter excommunicatos apponenda eſt. Quæ ſiquidem diſtinctio ex doctri-G na *D. Thom 3. par. q. 64. art. 6.* deſumitur. Alij igitur ſunt excommunicati ab Eccleſia tolerati; Alij vero ſunt excommunicati non tolerati, & publici Clericorum percuſſores. Hac poſita diſtinctione, ad difficultatem quæſtionis per duplicem concluſionem reſpondemus; vt diuerſitas aſſertionum ex ordine diuiſionis dilucidius appareat.

D. Thom.

Prima concluſio eſt, quod licet petere Baptiſmum ab excommunicato tolerato, dummodo ſit Parochus; & H aliqua notabilis vtilitas, vel neceſſitas ad poſtulandum tale Sacramentum compellat. Huic noſtræ ſententiæ fauet *D. Thom. 3. par. q. 64. art. 6. in reſponſion. ad 2.* vbi ſic ait, *Ad ſecundum ergo dicendum, quod ille, qui petit Sacramenta à miniſtro Eccleſia, non in quantum eſt talis perſona, ſed inquantum eſt miniſter Eccleſiæ, & ideo quandiu tolera-tur ab Eccleſia in miniſterio, ille qui ab eo ſuſcipit Sacramentum, non communicat peccato eius, ſed communicat, qui* I *eum tanquam miniſtrum exhibet.* Item hanc eandem opinionem noſtram tenent *Henriquez de Sacrament. cap. 30. num. 3, & Coninch. ſuper 3. par. D. Thom. quæſt. 64. art. 6. dub. 2. concluſ. 3.* Deniq; in fauorem noſtræ ſententiæ citari poſſunt omnes illi Doctores, qui probabile exiſtimant, licere, vt quis Baptiſmi Sacramentum expetat ab excommunicato tolerato, etiam non parocho, dũmodo alias habeat iuriſdictionem. Et K iſti ſunt *Suarez de Cenſur. diſp. 11. ſect. 4. Eman. Sà verb. Sacramenta Victor. de baptiſm. num. 30. Candelabr. Aureum de Sacram. in gener. cap. 19.* Et deducitur ex Bulla *Martini V.* vbi habetur; Nemine in poſterum teneri eiuſmodi excommunicatos uitare in adminiſtratione, aut ſuſceptione Sacramentorum. Quam Bullam refert *Coninch. ſuper 3. par. D. Thom. q. 64. art. 6. dub. 2. concluſ.*

S. Thom. Henriq. Coninch. Suarez. Eman. Sà Victor. Can. Au.

Martin. 5 Coninch. Sotus.

2. nec-

A 2. necnon, & Sotus in 4. dist. 22. quæst. 1. artic. 4.

Ratio autem, quę hanc nostram opinionem veram esse probat, est illa, quam in præcedenti cap. adduximus, eamque insinuat *D. Thom. dicta q. 64. art. 6.* Possum namque licitè baptismū petere ab excommunicato tolerato, cum aliqua notabilis necessitas, vel vtilitas ad postulandum me compellit; nam si postmodum acciderit, vt improbus minister indignè ministret, hoc facinus ei prorsus imputatur; vel quia debebat esse paratus ad exercendum dignè munus sui Ordinis; vel quia post petitionem saltem debebat ad dignam administrationem, per confessionem, vel contritionem se disponere.

S. Thom.

B

Quando liceat petere baptismum ab excommunicato non tolerato.

Secunda conclusio est; Ab excommunicato non tolerato; vel publico clerici percussore licet petere baptismum in articulo mortis; sed in alijs casibus non licet. Quod autem liceat in articulo mortis, apertè docet *D. Augustin. lib. 1. de baptism. contra Donatist. cap. 2. & refertur cap. Si quem forte 24. quæst. 1. & probat Coninch. super 3. par. D. Thom. quæst. 64. art. 6. dub. 2.* Et ratio est, quia tota causa, propter quam non possumus ab excommunicato non tolerato baptismum petere, est nè demus ei occasionem peccandi, administrandique indignè Sacramentum; nam quo ad essentialem rationem Sacramenti, baptismus ab excommunicato non tolerato collatus, esset validus; sed in articulo mortis si baptismum, quis non peteret, ab huiusmodi excommunicato, maius damnum prouenitet, quia nimirum, absque baptismo talis homo decederet, & per consequens vitam æternam consequi non posset; ergo minus damnum eligendum est, cuius tota culpa, malitia, & negligentiæ improbi ministri imputatur.

C *Augustin. Coninch.*

D

Denique hæc doctrina extenditur etiam ad Sacramentum Pœnitentiæ, quod licitè potest petere à quocunque excommunicato. Hoc apertè docet *Concil. Trid. sess. 14. cap. 7.* Quod intelligendū est solūmodo in articulo mortis, & tunc dicit quolcūq; Sacerdotes posse quoslibet ab omnibus criminibus absoluere. Ità pariter docet *Syluest. verb. confessio. 1. n. 16. Nauarr in Enchirid. c. 72. num. 272 & Coninch. super 3 par. S. Tho. quæst. 64. art. 6. dub. 2. conclus. 2. num. 46.* Et ratio est, quia Pœnitentia est Sacramentum necessitatis, sine quo homo salutem æternam adipisci non potest. Vnde appellari solet secunda tabula post naufragium; vnde peccator debet tale Sacramentum suscipere à quocunque ministro improbo, etiam excommunicato non tolerato; quia iste habet potestatem absoluendi in articulo mortis. Et tunc pœnitens se debet conformare secundum extremitatem temporis, & vrgentiam necessitatis, quæ non permittit digniorem ministrum inueniri. Nam si aliter fieri posset; semper dignior minister est requirendus.

E *Suscipere etiam possumus pœnitentiam in articulo mortis. Conc. Trid.*

Syluest. Nauarr. Coninch.

F

G

In susceptione verò cęterorum Sacramentorum præter baptismum, & Pœnitentiam (vt diximus) semper debemus euitare huiusmodi excommunicatos, nempe publicos Clericì percussores, vel excommunicatos non toleratos. Et ratio est, quia cętera Sacramenta non sunt tam necessaria, sicut baptismus, & Pœnitentia; ideoq; tenemur exquirere dignos ministros, qui ministerium Sacramentorum decenter & absque scandalo exerceant. Adde quod per hoc euitatur peccatum, quod mali ministri male administrando Sacramenta perpetrant.

Non sic dicendum de cæteris Sacramentis.

H



DE

A  F

B

DE SACRAMENTIS G

TOMVS SECVNDVS

LIBER SEXTVS

CAPVT PRIMVM. H

De Circumcisione; & an fuerit figura Baptismi.

D 

E Circumcisione paruam erat stationem agere in præsenti libro congruû est; tum propter multas conuenientias, quę inter Circumcisionem antiquæ legis, & baptismum nouæ legis reperiuntur; tum quia Circumcisio præcessit in figura significãs rem figuratam, id est nostrum baptismum. Primum itaque conuenientias enumerare; postea vero ostendere quo modo fuerit figura baptismi opus est.

In quibus cõueniant Circumcisio & baptismus.

E

Primo conueniunt.

Prima igitur conuenientia quæ inter Circumcisionem, & baptismum ponitur est; quia tam in Circumcisione, quam in baptismo fit protestatio fidei. Hoc optimè insinuat *D. Thom. 3. par. quæst. 70. art. 1. in corpore*, vbi sic ait. *Baptismus dicitur Sacramentum fidei inquantum scilicet in baptismo fit quædam fidei professio, & per baptismum aggregatur homo congregationi fidelium. Eadem autem est fides nostra, & antiquorum Patrum secundum illud Apost. 2. Corinth. 4. Habentes eundem spiritum fidei, credimus. Circumcisio autem erat, quædam protestatio fidei. Vnde dicitur Rom. 4. Quod Abraham accepit, Circumcisionem tanquam signaculum fidei. Vnde, & per Circumcisionem antiqui aggregabantur collegio fidelium.*

S. Thom.

2. Cor. 4.

Rom. 4.

Secunda conuenientia.

I

Secunda conuenientia est, quia sicut in baptismo tollitur originalis culpa; ità & in Circumcisione antiquæ legis; quia ad talem effectum peragendum, fuerat principaliter instituta. Sed hæc ablutio peccati originalis fiebat cum hac differentia; quia nimirum Circumcisio non poterat conferre gratiam, ex opere operato; sed tantum ex opere operantis; Baptismus autem confert gratiam, & ex opere operantis, & ex opere operato.

Tertia cõuenientia.

K

Tertia conuenientia est; quia sicut per Circumcisionem applicabatur homo valeri veri Dei, & à cæteris populis alienigenis distinguebatur; sic per baptismum aggregatur homo congregationi fidelium Christianorum, vèroque Deo dicatur, & à populis gentilibus distinguitur. Hoc colligitur ex doctrina *D. Thom quæst. 70. art. 1. & 2.* Vnde *Suarez in comment super dictum art. 1.* ait. Sicut Circumcisio erat quodam signaculum fidei, quo signabantur homines, qui ad specialem illam congregationem fidelium pertinebant ità nũc per baptismum aggregatur homo

S. Thom.

Suarez.

A mo congregationi fidelium.

Per baptismum peccatum abscinditur.

Quarta conuenientia est; quia sicut per Circumcisionem auferebatur, quædam pellicula carnalis; ita per baptismum abscinditur peccatum nostræ mortalitatis. Vnde *D. Augustinus in lib.16 contra Faust.cap.29.* sic ait, *Quid significat circumcisio carnis, nisi spoliationem mortalitatis, quam de carnali generatione portamus? Et in lib. 16. de* B *Ciuit. Dei cap.6. Quid aliud* (inquit) *circumcisio significat, quam vetustate exuta naturam renouatam?* Similia scribit

Damasc.

Damascen. lib.4.cap.26. Circumcisio (inquit) *Baptismi figura erat; quemadmodum enim circumcisio non vtile aliquod, ac necessarium corporis membrum, sed supervacaneum excrementum abscindit; ita per sanctum Baptisma peccatum nobis amputatur quod cupiditatis excrementū est, non vtilis cupiditas.* Nec dissimilia habes

Chrysost.

apud *Chrysostom.homil 39.in Genes.* circa finem. C Hoc idem confirmatur authoritate *Apostoli Pauli ad Roman.6.* vbi clarissimè insinuat, nos per Baptismum à peccati originalis morte liberari, & ad nouam vitam gratię resurgere. *Con-*

Roman.6.

sepulti enim sumus (inquit) *cum illo per Baptismum in mortem; vt quomodo Christus surrexit à mortuis, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.* Similiter accedit

Iraneus.

Irenæus lib.4. contra hæres.cap.30. vbi sic ait. *Secundum carnem circumcisio, cir-* D *cumcisionem præfigurabat spiritualem.*

August.

Item *Augustin lib.7.contra Faustum cap. 3. In quo* (inquit) *membro congruentius expoliato carnalis, & mortalis concupiscentia figuratur; quam vnde carnalis, & mortalis fætus exoritur?* Hoc idem reperies apud *D. Thom.3.part.qu.70.art.1.*

S. Thom.

Circumcisio fuit figura nostri baptismi.

His enumeratis conuenientijs, quæ inter nostrum Baptismum, & Circumcisionem reperiuntur, opportunum est, vt dixeramus, an Circumcisio fuerit figura Baptismi. Et hęc est secunda pars quæsiti, quod in exordio præsentis cap. proposuimus. Ad quod absque vlla ambiguitate respondemus Circumcisionem veteris legis diuinitus fuisse institutam ad præfigurandum Baptismum E nouæ legis. Probatur hoc ex sacra Scriptura *Coloss.2. Circumcisi estis Circum-*

Colos.2.

cisione non manufacta in expoliatione corporis carnis sed circumcisione Christi consepulti ei in baptismo. Quę verba exponens *Suarez super 3 par. D.Thom.quæst. 1.art.70.* sic ait, In quibus verbis aper-

Suarez.

te Paulus baptismum vocat, circumcisionem Christi, nomine figuræ appellans rem figuratam. F Item adduci potest illud *eiusdem Apostoli 1.Corinth.10. Omnia in figura contingebant illis.* Quę videlicet verba quamuis intelligi possint de transitu maris rubri, per quem pariter noster baptismus præfigurabatur; tamen expressius, ac conuenientius hæc figura fuit repræsentata per Circumcisionem; tum quia Circumcisio maiorem habebat similitudinem G cum Baptismo, quam cæteræ figuræ antiquę legis; tum quia Circumcisio erat Sacramentum legis scriptæ, ac per hoc dignius, quod nimirum non potest dici de transitu maris rubri, nec de alia huiusmodi figura.

1.Cor.10.

Probatur ex Patribus.

Probatur hoc idem authoritate *SS. Patrum Augustin. lib.6. contra Iulian. cap.3.* hæc scribit *Sacramentum* (inquit) *Circumcisionis in figura præcessisse Baptismatis, quis vel mediocriter sacris literis eruditus ignoret? cum apertissimè* H *de Christo dicat Apostolus: Qui est caput omnis Principatus, in quo & circūcisi estis circumcisione non manufacta in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi consepulti ei in Baptismo.* Similia scribit idem *August. lib.1. contra Cresc.on. cap.31.* vbi cum hæreticis decertans hoc modo ad eos loquitur. *Circumcisionem certè præputij* I *in figura futuri Baptismi Christi ab antiquis obseruatam esse, negare vt arbitror non audetis.* Hoc idem insinuat idem *Augustinus Epist.57. & 200. & 203. & lib.2. contra liter. Petilian. cap.77.* Hoc idem testantur alij Patres, *Chrysost. homil.39. in Genes. circa finem, Damascen. lib.4.de fide cap.26. Circumcisio* (inquit *Baptismi figura erat. Iræneus lib.4. contra hæres.cap.30. Secundum carnē* (inquit) *circumcisio, circūcisionē præfigurabat spiritualem. Theodoret. qu.66.in Genes.*

August.

Chrysost. Damasc. Iræneus. Theodor.

Probant hoc idem Scholastici.

Hanc eandem Doctrinam comprobant omnes Scholastici, & præcipuè *S. Thomas 3. par. quæst.70. art.1.* his verbis. *Manifestum est, quod Circumcisio fuit præparatoria ad Baptismum, & præfiguratiua ipsius, secundum quod antiquis Patribus omnia in figuram futuri contingebant* (vt dicitur 1. Cor.10. *sicut & fides eorum erat de futuro.* Item *Suarez super 3. par. S. Thom. quæst.70. art.1. in comment. Vazquez super dictum art.1. D.Thom.pag.458. & Coninch.ibidem.*

S. Thom. Suarez. Vazquez. Coninch.

Denique

A Denique aduertendum est; quod quamuis aliquas similitudines ponamus inter circumcisionem antiquæ legis, & baptismum nouæ legis; per quas indicatur aliquo modo inter se conuenire; non per hoc asserere intendimus conuenire. Quo ad perfectionem effectus; nam circumcisio non conferebat gratiam ex opere operato; sed tantum ex opere operantis; sed noster baptismus suscipientibus confere gratiam B ex opere operantis, & ex opere operato.

CAPVT II.

Quæritur quibus personis præceptum Circumcisionis fuerit iniunctum.

C

ANtequam ad propositę difficultatis resolutionem deueniamus explicare oportet, præceptum Circumcisionis ante tempus Abrahami, nulli homini fuisse datum; nam ad delendũ peccatum originale, remedio legis naturæ homines vtebantur; quemadmodum in tractatione de Sacramentis in genere fusius probauimus. Certum D est igitur primo, & principaliter ex tempore Abrahami circumcisionem, exordium habuisse. Nam ad Abrahamum loquutus est Deus hæc verba *Genes.17* Genes. 17. *Hoc est pactum meum, quod obseruabitis inter me, & vos, & semen tuum post te: circumcidetur ex vobis omne masculinum, & circumcidetis carnem præputij vestri, vt sit in signum fæderis inter me, & vos. Infans octo dierum circumcidetur in vobis; omne masculinum in generationibus vestris, tam vernaculus, quam emptitius circumci*E*detur, & quicunque non fuerint de stirpe vestra.*

Prima cõclusio. His præmissis ad propositum quæsitum per complures conclusiones segregatim respondemus. Prima conclusio est, Abrahamo primo, & principaliter fuit datum præceptum circumcisionis Ratio autem conuenientiæ, cur fuerit datum hoc præceptum Abrahamo, adducitur à *D. Thom* 3. *S.Thom.* par.q 70.art.2. vbi sic ait. *Circumcisio erat præparatoria ad Baptismum in quantum erat quædam professio fidei Christi,* F *quam etiam nos in baptismo profitemur.* Inter antiquos autem Patres, primus Abraham promissionem accepit de Christo nascituro, cum dictum est ei: *Genes.22. In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ.* *Genes* 2. Ipse etiam primus se à societate infidelium segregauit secundum mandatum Dei dicentis sibi; *Egredere de terra tua, & de cognatione tua.* Et ideo conuenienter circumcisio fuit instituta in Abraham. G

Secunda conclusio est, Præceptum circumcisionis fuit impositum pariter *2.conclusio.* quo ad Isaac, Iacob, & descendentes ex ipsis. Probatur hoc ex illis verbis *Genes.* 17. *Et tu ergo custodies pactum meum, & semen tuum post te in generationibus tuis. Hoc est pactum meum &c. circumcidetur ex vobis omne masculinũ &c.* *Genes.17* Et inferius subinfertur. *Sara vxor tua pariet tibi filium, vocabisque nomen eius Isaac, & constituam pactum meum illi in fædus sempiternum, & semini eius post eum.* H Hoc idem probane *Suarez super 3.par.S.Thom.q.70.art.2. disput.29.sect.2.Coninch ibidem, & Vazquez ibidem disp.162.cap.1.* *Suarez. Coninch Vazquez*

Hæc secunda conclusio probatur pariter ratione; Præceptum enim circumcisionis fuit diuinitus impositum, vt populus Dei hoc peculiari signo obsignatus, ab alijs populis alienigenis distingueretur, (quemadmodum in præcedenti capit. ex mente *D. Thomæ* I probauimus) sed Isaac Iacob, & eorum descendentes primo, & principaliter populum Dei constituebant; ergo circumcisionis præceptum à Domino acceperunt. Præterea circumcisio iniuncta est ad protestandam fidem in Christo venturo; sed hæc fidei protestatio maximopere pertinebat ad Isaac Iacob, & eorum descendentes, quia erant serui Dei dilecti ab ipso Deo ad præstandum cultum diuinum electi. K

Tertia conclusio est, ratione stirpis, *3.cõclusio* & generationis, hoc præcepto circumcisionis non fuisse alligatos Ismaelem, & Esau, neque ipsorum descendentes quamuis Abraham, & Iacob circumcidere deberent tanquam vernaculos, & domesticos; filios suos, sicut & reliquos seruos. Hanc opinionem tenent *S.Thom.* *D.Thom.in 4.dist.1.quæst.2.art.2.q.1.ad 3.Hugo Victor.lib.1.de Sacrament. par. 12.cap.2.in fin. Maior in 4.dist. 1. quæst.* *Hugo Victor. Maior.*

A 5.5. *Contra primam, Durand. ibidem q. 6. num. 5. Sot. in 4. dist. 2. quæst. 1. art 2.5. Ad quartum vero, Ledesm. 1. par. 4. q. 11. art. 1. dub. 1. Vazquez super 3. par. D. Thom. quæst. 70. art. 2. disput. 162. cap. 1. num. 2. Suarez ibidem disp. 29. sect. 2. & Coninch. super 3. par. D. Thom. quæst. 70. art. 2. num. 5.* Quamuis in contrarium sit *Alexand. Alens. 4. par. quæst. 4. memb. 4. art. 2.* vbi docet Ismaelem, & Esau fuisse obligatos præcepto Circumcisionis; sed non ipsorum descendentes.

Durand. *Sotus* *Ledesm.* *Vazquez* *Suarez* *Coninch.* *Alexand.* *Vazquez*

B Contra quam opinionem fusè disputat *Vazquez loc. cit.*

Probatur hæc nostra conclusio vnica ratione. Præceptum enim circumcisionis dirigebatur ad solum Abraham, & semen eius, cui promissio diuina facta fuit, quemadmodum ex *Genes. 17.* constat; sed Ismaelem, & Esau ex hoc semine non fuisse computatos, patet ex *Genes. cap. 21.* vbi fertur dixisse Saram ad Abraham: *Ejice* C *antillam hanc & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac*, quod cum tulisset ægro animo Abraham dictum est ei à Domino. *Nō tibi videatur asperum &c omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius, quoniam in Isaac vocabitur tibi semē.* Quod pariter *D. Paulus ad Roman. 9.* confirmat. Ergo Ismael; & Esau præcepto circumcisionis non fuerunt obligati.

Genes. 17 *Gen. 21* *Rom. 9.*

D Quod intellige postquam de patria potestate exierunt. Complures alias rationes, vberioremq; tractationem circa hanc quæstionem reperies apud *Vazquez disput. 162. cap. 1. per totum.*

CAPVT III.

E
An sub præcepto Circumcisionis omnes illi qui erant de familia Abrahami includebantur.

Hæc quæstio est scripturalis, & scholastica.

HAec siquidem quæstio potius ad interpretem scripturę, quam ad Theologos scholasticos pertineret; sed quia non solum Magister sententiarum, & D. Thomas, sed & ferè omnes scholastici eam resoluendam aggrediuntur; idcirco prætermittere nolui id, quod in resolutione, & explicatione F præfatæ quęstionis dicere possum; ne in ordine tractationis aliquid prætermittatur, quod ad rationem Sacramentorum quouis modo spectet. Difficultatem vero quęstionis omni possibili breuitate enodare conabor.

Prima opinio

In hac itaque quæstione, varias, ac non parum inter se dissonantes, opiniones Theologorum reperio, quas hic segregatim apponere, postmodum nostram sententiam inferre congruum est. Prima opinio asserit in lege Cir- G cumcisionis totam familiam Abrahami comprehensam fuisse, quatenus con stare poterat ex filijs proprijs, ex famulis liberis, ex seruis & ex ipsorum filijs. Hanc opinionem tenent *Caietan. in Genes. 17. Lyranus Exod. 12. & Lyppoman. in catena Genes. 17.* Quibus annuere videtur *Ambrosius in lib. 2. de Abraham Patriartha cap. 11 in Epist. 77.* cuius propria verba hęc sunt. *Ergo circumcidi licuit Iudaum, vel domi eius natum, vel pecunia emptum, non possumus deriuare hoc ad alienigenam, aut proselytum, nisi* H *fuerint in domo Abrahæ nati, aut pecunia eius empti, vel seminis eius.*

Caietan. *Lyranus.* *Lyppom.* *Ambros.*

Insuper ad confirmandam hanc sententiam præfati Authores adducunt quandam authoritatem Sacræ scripturæ *Genes. 17.* vbi postquam Dominus præcepit, vt circumcideretur omnis seruus, illico subinfert dicens, *Et quicunque non fuerit de stirpe vestra.* Quæ videlicet verba ad famulos liberos, & mercenarios extendi exponit *Vazquez super 3. part. D. Thom. quæst. 70. art. 2. disp. 162. cap. 2.* alioquin superflua viderentur; nam de præcepto dato quoad seruos, siue emptitios, siue domi natos, sufficienter actum fuerat.

Id confirmant authoritate scripturæ Genes. 17 *Vazquez* I

Circa hanc primam opinionem notat *Suarez super 3. par. S. Thom. quæst. 70. art. 2. disput. 29,* intelligendam esse quatenus attendatur voluntas eorum, qui erant de familia Abrahami; vt libera voluntate legem, & ritum Circumcisionis amplecterentur. Nam si de famulis liberis loquamur, certum est, Abrahamum non potuisse eos compel- K lere ad obseruandum præceptum Circumcisionis, si illud obseruare recusauerint; poterat tamen; imò debebat omnes renuentes, de familia sua expellere, & nouos famulos admittere, qui voluntariè legem Circumcisionis obseruandam susciperent. Vnde præceptum Circum-

Suarez *Quid observandū circa hāc 1. opinionem.*

A cumcisionis principaliter ad personam Abrahami, & ad omnes ex ipso descendentes dirigebatur, quatenus omnes famulos, & domesticos circumcisionem suscipere curarent. Et hoc conuenienter fuerat diuinitùs institutum, adhoc vt omnes qui sub nomine illius peculiaris populi hebraici connumerarentur, aliquo sensibili signo congregarentur (*vt docet D.Thom.* 3.*par.q.*70.*art.*2. *in respons. ad* 2.) quod est necessarium, adhoc quod homines in quacunque religione adunentur, quemadmodum dicit *Augustin. in lib.contra Faustum.*

S.Thom.

August.

B Sed quia ex illo peculiari populo hebreorum Christus erat nasciturus, cuius Baptismum illa antiqua Circumcisio præfigurabat; idcirco omnes qui sub illius populi enumeratione comprehendebantur, circumcisionis legem suscipere debebant.

Omnes, qui subpopulo hebraico enumerabantur, debebant circumcisionem suscipere

Hæc quo ad adultos dicta sufficiant; vnde protinus quis inquirere posset; an idem de infantibus dicendum sit. Ad quod (iuxta interpretationem, quam C deducere possumus ex illa prima opinione) cum quadam distinctione respondendum esse arbitror. Vel enim erant infantes sub cura parentum domesticorum Abrahæ manentes; & tunc ipse Abraham eos inuitis parentibus circumcidere non poterat. Si vero ipsi infantes parentes non habebant, & tunc absque aliquo consensu circumcidi poterant; quemadmodum notat D *Suarez super* 3. *par. S.Thom. quæst.*70. *art.*2. *in comment.vers. Tres igitur.*

Suarez

Secunda opinio censet, Abrahamum non fuisse obligatum ex præcepto circumcidere vernaculos siue famulos, siue seruos, tam emptitios quam domi natos. Quod intelligendum est de adultis, & eorum filijs ipsis parentibus viuentibus. Ita *Alexand. Alens.* 4. *par. q.* 7. *membr* 3. *art.*1. *Bonauent.in* 4 *dist.*1. *art.*3. *& expressius Sot.in* 4 *dist.*2.*quæst.* 1.*art.*2. *necnon & Hugo Victor.lib.*1.*de Sacrament.par.*12.*cap.*2. Citatur in fa-E uorem huius sententię *Ruper. Abbas lib.*1.*de Trinit.cap.*31. Ibi tamen hoc expressè non dicit, quemadmodum accuratè notat *Vazquez super* 3.*par.S. Thom.quæst* 70.*art.*2 *disput.*162.*cap.*2. Sed refert in cap. sequenti hoc apertè dixisse, quod nimirum ex *Exod. capit.* 12. probat.

2.opinio.

Alexan. Alen. Bonau. Hug.Vi. Rup.Ab.

Tertia opinio inter has duas contrarias, tertium locum sibi vendicans tenet non debere dari vnam, eandemque decisionem, cōmunem tã famulis domesticis, quã seruis emptitijs, sed quadam distinctione diuidendam. Hęc enim opinio concedit, omnes seruos emptitios, siue domi natos, siue in bello iusto captos (omnes enim, serui emptitij communi vocabulo nuncupari possunt, iuxta doctrinam *Suarez disput.* 29. *sect.*2) sub præcepto diuino fuisse circumcidendos. Negat tamen sub præcepto circumcisionis fuisse cōprehensos domesticos, & mercenarios G famulos, tam si fuerint domi nati, quã vernaculi. Hanc sententiam tenuisse *Tostatum in Exod.* 12. *quæst.* 56. *& in Matth* 26 *quæst.* 44. *& Genes.* 17. *refert Suarez dicta disput.* 29 *sect.*2.*versic.Tertius modus dicendi.*

3.opinio Qui sint serui emptitij

Tostatus.

CAPVT IV.

Producitur sententia Authoris, quæ probabilior existit.

H

INter prædictorum Doctorum diuersas opiniones, probabiliorem ferre volumus, quam plerique recentiores sequuti sunt, quemadmodum ex infrà dicendis claré patebit. Hoc autem exactè obseruare intendimus, vt veritas rei per pauca verba lectoribus innotescat, nè nimia plolixitas sermonis in animum legentis fastidium I inducat. Mihi namque compertum est, nonnullos recentiores in hac quæstione prolixam texere tractationem, quorum vestigia insequi nolo, sed ad breuitatem libentius inclino, quam studiosis viris gratam esse expertus sum. Itaque ad difficultatem propositæ quæstionis per plures conclusiones respondemus.

Opinio Authoris paucis verbis exponitur

K Prima conclusio est, Abrahamum, Isaac, & Iacob, & eorum posteros fuisse obligatos sub præcepto diuino circumcidere omnes seruos non adultos siue fuissent emptitij, vel bello iusto capti, siue domi nati. Ità tenet *Suarez super* 3.*par.S.Thom.quæst.*70.*art.*2. *disput.*29.*sect.*2.*vers Mihi ergo.* Quod explicat fuisse certum, tam si ipsi infantes fuissent extra curam parentum, quam si sub cura parentum; nec fuisse necessarium ipsorum parentum consen-

1.conclusio,

Suarez Vazquez Coninch.

A sensum, quia etiam parentibus inuitis circumcidi poterant. Quæ videlicet opinio Suarez quò ad solus infantes restringitur; nam de seruis adultis contrarium dixit; quemadmodum ex infra dicendis constabit. Hanc nostram opinionem apertè sequitur *Vazquez super 3.par.S.Thom.quæst.70.art. 2 disp. 162. cap.3.* vbi sub præcepto Circumcisionis indifferenter omnes seruos tam paruulos, quam adultos includit. Hoc

Suarez. Vazquez. Coninch.

B idem docet indifferenter de omnibus seruis *Coninch. in comment.super dictum art.2.S.Thomæ*, nullam distinguens ætatem. Item in fauorem huius conclusionis citari possunt *Caietan.in illud Genes.17. Omne masculinum in generationibus vestris,& Lypoman.in Catena Genes. 17.* quos primam opinionem tenuisse in *præcedenti cap.* retulimus; & ab hac nostra prima conclusione alieni non sunt, nam omnes familiares, ex familia Abrahami consistentes, tam seruos,

Coninch. Caietan. Lypoman

C & eorum filios; quam famulos mercenarios sub præcepto Circumcisionis includunt.

Probatur

Probatur hæc prima conclusio authoritate *D.Ambrosij Epist.77.* vbi explicans illa verba *Genes.17. Circumcidetur ex vobis omne masculinum &c.* sic ait. *Ergo circumcidi licuit Iudæum, vel domi eius natum, vel pecunia eius emptū non possumus deriuare hoc ad alienigenā, aut proselytum, nisi fuerint in domo Abra*

Ambros.

D *ha nati, aut pecunia eius empti, vel semini eius.* Præterea Circumcisio imposita fuit populo Iudæo ad protestandam fidem in Christo venturo; quapropter omnes illi, qui sub ratione, & nomine illius populi Iudaici enumerabantur; ad hoc præceptum implendum tenebantur. Sed filij seruorum nondum adulti, & sub potestate Abrahami, vel descendentium ex ipso permanentes,

E sub nomine populi Iudaici comprehendebantur; ergo poterant, imo debebant circumcidi.

2. conclusio. Mercennarij Abraham non comprahēdebuntur sub circūcisionis Suarez

Secunda conclusio est, sub præcepto circumcisionis non fuisse comprehēsos mercenarios, qui in familia Abrahæ, vel descendentium ex ipso, aliquod opus mechanicum propter pecuniam exercebant. Ita docet *Suarez super 3. par.S.Thom quæst.70.art.2 disp.29.sect. 2.vers.Mihi ergo.* Probatur hæc secunda conclusio vnica ratione. Circumcisio enim erat quædam protestatio fidei, quemadmodum in superioribus probatum est; sed fides non potest esse

F sine voluntate credentis; ergo mercennarij compelli non poterant ad amplectendam legem Circumcisionis. Vnde sequitur nec Abrahamum, neque eius posteros fuisse obligatos circumcidere mercennarios, ipsis inuitis; nec ipsos mercennarios ad obseruandum præceptum Circumcisionis astrictos fuisse. Veruntamen si ipsi mercennarij spontè circumcisionem suscipere voluissent, vtique potuissent, nec eorum libera voluntas, religiosaque determinatio erat

Probatur conclusio.

G reijcienda.

Tertia conclusio est, neque fuisse obligatos sub præcepto Abraham, & eius descendentes circumcidere famulos domesticos. Ità *Suarez d.disput.29.sect.2. lit.G.in comment. super art.2. D.Thom.* Et ratio eadem esse potest, quam superius in secunda cōclusione adduximus. Quod autem dicimus de famulis domesticis non similiter dicendum intelligatur de seruis; nam de his in subsequenti conclusione tractabimus.

3. conclusio. Neque famuli comprahendūtur. Suarez. Probatur.

H

Quarta conclusio est, seruos siue emptitios, siue domi natos in ætate adulta existentes, sub præcepto Circumcisionis non fuisse comprehensos, vnde nec Abraham, nec eius descendentes poterant eos compellere ad suscipiendam legem Circumcisionis. Quod si libera voluntate vellent suscipere, reijciendi non erant; sed in numerum circumcisorum erant admittendi. Hæc conclusio est contra *Vazquez super 3. par.S.Thom quæst.70.art.2. disput.162. cap.4. in princip.* vbi sic ait; Opinamur seruos ex præcepto Domini non solum circumcidendos fuisse, si spontè consensissent, sed etiam inuitos, & coactos ità vt necessitas incumberet Abrahamo & posteris eius præceptum illud omnino opere exequendi. Sed in fauorem nostræ conclusionis aperta est opinio *Suarez in commen super 3.par.S.Thom. quæst.70.art.2 lit.D.* vbi *ex ca.12.Exod.* probat, nec Abrahamum, nec eius posteros potuisse aliquem seruum inuitū circumcidere, idque compluribus rationibus confirmat.

4. conclusio. Neq; serui adulti siue nati dimisiue empti cōprahenduntur. Vazquez. I Suarez. K

Probatur hæc quarta conclusio nostra pluribus rationibus. Prima ratio est. Lex enim antiqua habet quandam similitudinem, & proportionem cum lege Euangelica, quia quidquid in nostra lege nona nunc efficitur, prius in lege antiqua præfiguratum fuerat, tum quia

Probatur rationib. 1. ratio.

A quia vnus, & idem fuit legislator, scilicet Deus, qui vtranque legem iuxta normam suæ iustitiæ, & æquitatis condidit; sed in lege noua non debemus, imo nec possumus seruos adultos contra eorum voluntatem baptizare; ergo
2. ratio. nec Abraham potuit eosdem inuitos circumcidere. Secunda ratio est, Circumcisio non solum fuerat diuinitus instituta ad protestandam fidem in Christo venturo; sed etiam ad obtinen
B dum remedium salutis; quia nimirum per circumcisionem peccatum origina-
3. ratio. le auferebatur; sed Deus nullum hominem saluum facit contradicentem, sed eius liberam voluntatem necessario requirit Ergo &c. Tertia ratio est, quia nullum præceptum inuenitur, quo Deus Circumcisionem suscipiendam seruis contradicentibus præceperit, quemadmodum accuratè adnotat *Suarez loc.*
Suarez. *cit.* ergo nec nos illud fingere debemus;
C quia est res magni momenti. Nec verisimile est, quod pijssimus Deus voluisset tam legem arduam populo suo imponere, vt videlicet Abraham, & eius posteri tenerentur seruos suos ad suscipiendum onus circumcisionis, compellere, vel iam renuentes de domo eijcere.

5. coclus. Quinta conclusio est, omnis alieni-
D gena, qui ad coloniam Iudæorum transire volebat, præcepto circumcisionis subijciebatur; vnde posteros Abrahami, quo ad hoc imitari tenebatur. Quapropter debebat seipsum circumcidere, filios suos, infantes filios seruorum suorum, necnon & cunctos seruos, & famulos domesticos, & mercennarios, quod intellige si consensissent. Probatur hoc ex *Exod. cap. 12.* vbi hæc habentur verba. *Si quis peregrinorum in vestram voluerit*
E *transire coloniam, & facere Phase Domini, circumcidetur prius omne masculinū eius: eritque sicut indigena terræ.* Hoc idem affirmat *Vazquez super 3. par. S. Thom quæst. 70. art. 2. disput. 163. cap 5.* necnon *Coninch in comment. super dictum art. 2. S. Thom. & Suarez loc. cit. lit. E.*

Alienigena apud Iudeos habitare volentes tenebatur.
Exod. 12.
Vazquez. Coninch. Suarez.



CAPVT V.

De cæremonijs Baptismi.

IN Baptismo sollemni nonnullę cæremoniæ adhibentur, quarum aliæ ipsum baptismum præcedunt, nonnullæ comitantur; ac quædam subsequuntur. De quibus inferius agemus distinctè eas enumerando. Has siquidem cæremonias antiquitus fuisse à priscis G Catholicis obseruatas, colligitur ex *Cyrillo in Cathechesibus, & ex Ambrosio in lib. de Sacramentis. Hoc pariter contestantur Rabanus lib. 1. de Institutione Clericorum, Alcuinus in lib. de diuinis officijs cap. de Sabbatho sancto; Amalarius lib. 2. de Officijs Ecclesiasticis, & Bellarmin. in lib. de Sacramentis lib. 1. cap 23.*

Quam antiquus sit cæremoniarū vsus.
Cyrillus. Ambros. Rabanus. Alcuin. Amalar. Bellarm.

Hæretici autem antiqui has nostras cæremonias Baptismi abijcere conati sunt, quorum præcipuus magister fuit *Ioannes Vuiclefus*, qui ferè cunctas Ec H clesiæ Catholicę Romanæ cęremonias repellebat. Aduersus quem acriter decertant *Thomas Vualdensis tom. 3. de Sacramentalib. tit 5. cap. 45. & Bellarmin. tom. 3. de Sacrament lib. 1. cap. 24. & 25.*

Hæreticorum errores.
Vuiclef. Valdens. Bellarm.

Hanc eandem hæresim recentiores hæretici pariter sequuti sunt, qui permultas cæremonias in baptismo solem ni abijciunt, existimantes eas esse superfluas, & à Papistis inuentas. Ità do I cuit *Caluinus lib. 4. Institution cap. 15. §. 19. quem sequutus est Illyricus Centur. 1. lib. 2. cap. 6.* Qui nimirum nullum aliud Sacramentum ad comprobandam hāc hæreticam opinionem adducunt; nisi quia opinantur in sacris literis has cæremonias non reperiri; nec aliquo prę cepto fuisse diuinitus commendatas. Sed contra hos recentiores hæreticos K acerrimè, ac fusè pugnat *Bellarmin. tom. 3. de Sacrament. lib. 1. cap. 24. & 25.* quapropter in prolixioribus disputationibus diutius immorari nolumus; quia perspicax lector prædictarum controuersiarum scripta perlegere poterit.

Caluin. Illyricus. Bellarm.

Sed nè hæreticorum temeritas absq; increpatione, & reprehensione transeat hic duo solum argumenta apponere decreui, quibus hęreticę prauitatis mē dacium conuincatur, ac repellatur. Primum argumentum est. Si enim cæremoniæ sacræ non essent in Sacramento

Reprobantur hæreticorum errores.
Primum argumentum.

bap-

A baptismi conuenientes, ac necessariæ, vtique ipsi hæretici eas tanquam superfluas, & vanas prorsus reijcerent; sed manifestum est; eos aliquas cæremonias in baptismo retinere; ergo proprijs operibus indicant, ac comprobant sacras cæremonias esse vtiles, pias atq; necessarias. Minor probatur; Nam *Caluinus in libello de formula Sacramentorū ministrādorum*, iubet in baptismo paruulorum quinque cæremonias fieri.

Caluinus Quas cæremonias admittāt Hæretici

Primo, vt infans baptizandus adducatur in Ecclesiam die Dominico, vel B alio die, quando populus ad concionē audiendam congregatur. Secundo, vt afferentes infantem baptizandum simul spōdeant se instructuros infantem cum ad adolescentiam peruenerit. Tertio vt infanti nomen imponatur. Quarto, vt forma baptismi proferatur vulgari loquela, qua incolæ illius regionis, vbi baptismus confertur coutuntur. Quinto vt symbolum Apostolicum, Oratio C Dominica, & aliæ preces recitentur. Similiter *Lutherus in suo Catechismo* præcipit, vt infantes baptizandi signo sanctæ Crucis tam in fronte; quam in pectore obsignentur. Vnde, & luthærani non solum quinque cæremonias, quas superius enumerauimus, in baptismo exactè obseruant, sed etiam adijciunt abrenunciationem Sathanę, & pomparum eius, quemadmodum referunt *Vazquez super 3. par. S. Thom. quæst 71. art. 4. disput 166. cap. 1. & Bellarmin. tom. 3. de Sacramen. lib. 1. cap. 24.*

Lutherus

Vazquez Bellarm.

D Secundum argumentum est, vsus sacrarum cęremoniarum, & rituum, quibus nos catholici in collatione baptismi vtimur, non est nouus, sed antiquus in primitiua Ecclesia ab antiquis Patribus diligenter, atque exactè obseruatus, nobisque successoribus per successiuam traditionem commendatus, de qua antiquitate cæremoniarum E & rituum mentionem faciunt *Basil. lib. de Spiritu sancto cap. 27. non longè à principio, Tertullian. lib. de coron. milit. cap. 3 & 4 & Hieronym. in Dialog. contra Luciferian. num 14. & 15.* Sed introducta institutio hæreticorum, qua vsus cæremoniarum catholicarum reijcitur, est noua ab ipsis recenter introducta; Ergo obseruanda est tantum institutio cęremoniarum Catholicæ Ecclesiæ, vt antiquior ab antiquis Patribus, & sanctissimis, doctissimisque viris obseruata; non autem hęc noua opinio hæreticorum, qui execrabiles abusus in Ecclesia introducere nunquam desistunt.

Secundū argumentum

Basilius Tertull. Hieron.

CAPVT VI.

De cæremonijs, quæ baptismum præcedunt.

IAm reiectis hęreticorum opinionibus, imo (vt melius dicam) erroribus inquirere opus est, quænam sint cæremoniæ, quæ baptismi Sacramentum præcedere debent. Etenim in Ecclesia Catholica complures cæremonias antiquitus fuisse obseruatas, & à Sanctis Patribus maximopere commendatas, ex permultis authoribus, tum antiquis, tum recentioribus apertè H colligimus. Vide *Raban. lib. 1. de institution. Clericor. Alcuin. in lib. de diuinis officijs cap. de Sabbatho Sancto Amalar. lib. 1. de officijs Ecclesiasticis Vuadens. tom 3. de Sacramentalib. tit. 5 cap. 45. & sequentibus. Ex recētioribus vide bellarmin. de Sacrament. baptism. lib. 1 cap. 25. Suarez 3. par. q. 71 art. 6. disp. 30. Vazquez 3. par. disp. 166. cap. 1. & Conimb. in comment. super 3. par. S. Thom. qu. 71. art. 2. dub. 1.* & alios. I

Cæremonia Baptismi, quę

Rabanus Alcuinus Amalar. Bellarm. Suarez Vazquez Conimb.

Prima cæremonia, quæ antiquitus in Ecclesia obseruabatur erat; vt Cathecumeni cupientes baptismum suscipere, & Christianam Religionem profesqui, darent nomen suum, ministris Ecclesiæ. Et ex illa hora, competentes, seu electi appellabantur. Recipiebantur pariter ab Ecclesia, vt de rebus fidei christianæ, & præcipuè pertinentibus ad baptismum salubriter instruerentur. Sic nimirum nouis militibus Christi K pabulum salutaris doctrinæ ministrabatur, quo refecti peruenire possent ad assumendum solidum cibum, idest Eucharistiæ Sacramentum, quod post Baptismum suscipitur. Inter hos Cathecumenos quædam distinctio datur, nam alij dicuntur Auditores, seu Audientes, & hi sunt qui conciones audiebāt, Christianam religionem insequi cupientes, sed nondum baptismum expetierant. Illi vero, qui baptismum postulauerant, Competentes appellabantur. De his competentibus præcipuam mentionem facit *Augustin. in sermonibus de tem-*

Prima cæremonia,

Catechumini qui Competētes, seu electi qui

August.

A *tempore ſerm. 116. vbi quid hoc nomen Competentes* ſignificet chariſſimis verbis explicat. *Hodie* (inquit) *Fratres clariſſimi ſpecialiter ad competentes humilitatis noſtra ſermo dirigitur. Et quamuis omnibus etiam fidelibus, vnuſquiſque qui de animæ ſua ſalute ſolicitudinem gerit, vnde proficere poſſit, credimus quod in iſta humili ſuggeſtione noſtra reperiat, peculiariter tamen eos, qui nunc Baptiſmi Sacramenta deſiderant, volumus admo-*
B *nere. Primum ergo competentes iſti, quare hoc nomine vocentur, agnoſcant. Competentes dicuntur ſimul petentes: quomodo conſedentes nihil eſt aliud, niſi ſimul ſedentes, & colloquentes nihil aliud eſt, niſi ſimul loquentes: concurrentes ſine dubio non intelliguntur, niſi ſimul currentes: ita & competentes non poſſunt aliud intelligi, niſi ſimul petentes. Ecce iam quare hoc nomen competentes habeant didicerunt:*
C *nunc vero iſti, qui ſimul petunt, debent ſeire quid petunt. Quid ergo petunt qui Baptiſmi Sacramentum deſiderant? Quid vtique niſi, vt qui erant vaſa diaboli, mereantur effici vaſa Chriſti? Totum in nobis ſpiritualiter impletur miniſterijs Angelorum.* Similiter de his competentibus mentionem facit idem *Auguſt. lib. 9. Confeſſion. cap. 6. & de fide, & operib. c. 6. & lib. de cura pro mortuis cap. 12.* vbi ſic ait, *Paſcha appropinquabat, dedit nomen inter alios competentes.* Item *Hiero-*
D *nymus in Epiſt. ad Pammach. de erroribus Io: Hieroſolymit.* eodem nomine, ſcilicet *Competentes* eos vocat.

Dicuntur Competētes, id eſt ſimul, petentes.

Hieron.

Inſuper iſti Catechumeni, qui Competentes à prædictis Patribus appellantur, ab alijs Patribus alio nomine, id eſt *Electi* nuncupantur. Ita *S. Leo Epiſt. 4. cap. 5. & 6. Pamellius Schol. 1. in lib. Tertull. de Baptiſ. 5. Hi vero in fin.* & ampla tractatione probat *Vazquez ſuper 3. p. S. Thom. q. 71. art. 3. c. 2.* vbi ex Pamellio
E colligit hoc nomē (*Electi*) ortū habuiſſe ex hoc, quod ſcilicet cum multa ſcrutinia præceſſerint, tandem poſt poſtremum ſcrutinium *Electi* appellabantur. Quod nimirum ipſius vocabuli ſignificatio aperte inſinuat, nam peractis cæteris ſcrutinijs, ac diligenter examinatis catechumenorum voluntatibus, ac diſpoſitionibus, inepti reijciebantur, apti vero eligebantur ad ſuſcipiendum Baptiſmnm; vnde poſtmodū *Electi*, id eſt ad ſuſcipiendum Baptiſmū nuncupabantur. De his Electis mentionem facit *S. Leo dicto cap. 6.* his verbis *In baptizandis electis ſecundum Apoſtolicam regulam exorciſmis ſcrutandi &c.*

S. Leo. Pamell.

Vazquez

Cur Competentes appellentur electi.

S. Leo.

F Secunda cæremonia, quæ Baptiſmum præcedit eſt ſcrutinium, quo videlicet nomine inſinuatur examen, ſeu exploratio voluntatis Catechumenorum Competentium, an habeant firmam, & ſinceram fidem de his, quæ ad Catholicam Religionem ſpectant, & quæ vnuſquiſque chriſtianus ſcire debet. Et no-
G ta quod anteqnam Baptiſmus conferretur, ſeptem fiebant ſcrutinia, quorum præcipuum erat illud, quod fiebat feria quarta ante Dominicam Paſſionis. Ità refert *Bellarm. lib. 1. de Sacrament. cap. 25.* necnon *Coninch. ſuper 3. part. S. Thom. quæſt. 71. art. 2. dub. 1. num. 9.* Inſuper *Suarez diſput. 30. ſect. 1. verſ. Quarto notantur*, de his ſeptem ſcrutinijs mentionem facit, additque quod hæc fiebant infra terminum viginti-
H quinque dierum, qui enumerabantur ex illo die, quo nomen dederant, vſque ad diem baptiſmi.

Secūda cæremonia.

Bellarm. Coninch. Suarez.

Prætèrea de hoc ſcrutinio mentionem faciunt permulti Patres, vt *S. Leo magnus in Epiſt. 4. paulo ſuperius citata cap. 6. in fin.* vbi docet *Electos*, ſeu *Competentes* exorciſmis ſcrutandos eſſe. *In baptizandis Electis, qui ſecundum Euangelicam regulam, & exorciſmis ſcrutandi, & ieiunijs ſanctificandi, & frequen-*
I *tibus ſunt prædicationibus imbuendi.* Similiter *Auguſtinus de fide, & operibus cap. 6. de Electis* loquens ſic ait, *Catechizantur, exorcizantur, ſcrutantur.* Hoc idem ſignificat *lib. 2. de ſymb. cap. 1. & lib. 4. cap. 1.* Item *Alcuinus in lib. de diuin. officijs cap. 15. in 3. tom. Bibliothecæ ſacræ, Amalar. & Rabau. quos citant Vazquez ſuper 3. par. S. Thom. quæſt. 71. art. 3. diſput 166. cap. 2. verſ Secunda cæremonia eſt, & Bellarmin. lib. 1. de Sacrament. Baptiſm. cap. 25.*

S. Leo.

Auguſt. Alcuin. Amalar. Rabau. Vazquez Bellarm.

K Illa autem conſuetudo non eſt ſilentio prǽmenda, quæ in Hiſpania antiquitus obſeruabatur; vbi Catechumeni competentes, antequam ad Baptiſmum accederēt, paulo antea capita ſua abluere conſueuerant, quam videlicet cæremoniam in vltimo ſcrutinio fieri contingebat. Ita teſtatur *Iſidorus lib. 1. de Officijs Eccleſiaſticis, & lib. 6. etymologiar. cap. 17. quod eſt de reliquis feſtiuitatibus 5. Dies Palmarum, & refert Vazquez dicta diſput. 166. cap. 2. num. 26.* Quod ſi de die quæras, in quo hæc cæremo-

Antiqua cæremonia ablutionis capitis ante baptiſmum.

Iſidorus. Vazquez

A
remonia fiebat, refert *Isidorus* fuisse Dominicam Palmarum, in qua capita Competentium abluebantur, qua ablutione ad dignam susceptionem Baptismi præpararentur. Vnde hæc Dominica vulgo appellata fuit, dies capitalauium, hoc est capitalauantium.

Alcuinus
Vazquez
B

Hanc eandem consuetudinem antiquis temporibus fuisse obseruatam etiam in Gallia refert *Alcuinus lib. de diuin. offic. cap. 15. in 3. tom. Bibliothecæ necnon & Vazquez dicta disput. 166. cap. 2. vers. Secunda cæremonia est.* Vnde illa Dominica Palmarum in Gallia vulgo fuit dicta, dies capitalauantium.

Quid obseruetur his nostris temporibus in Hispania.
C
Vazquez

Sed in his nostris temporibus in Hispania huiusmodi consuetudo locum non habet; sed solum mos est, vt adulti plenè, ac perfectè de rebus fidei, & præcipuè de pertinentibus ad Sacramentum Baptismi instruantur, non per plura scrutinia, sed per vnum tantum; vnde mox vt Sacerdos præcognouerit plenè, ac perfectè eos fuisse instructos, absque aliqua ablutione solemniter baptizat. Ità testatur *Vazquez loc. cit.* quod fortassis proprijs oculis obseruare potuit.

Tertia cæremonia.
D
S. Dion.
Clemens. Roman.
E
Tertull.

Tertia cæremonia est, abrenunciatio Sathanæ, & operum eius. Hanc siquidem cæremoniam, antiquissimam fuisse in Ecclesia Catholica, ex permultorum SS. Patrum traditione clarissimè constat. De hac enim præcipuam mentionem facit *S. Dionysius Areopagita in lib. de cælisti Hierarchia cap. 2. par. 2. quæ est, de Sacrament. seu mysterio illustrationis*, vbi hæc scribit. *Ei qui ter abrenunciationibus solemnibus verbis propositis, cum toties illud conceptis verbis pronunciauit, &c.* Similiter *Clemens Romanus lib. 7. constitut. Apostolicar. cap. 4. necnon cap. 42.* vbi veram formam assignauit, per quam catechumeni hanc abrenunciationem Sathanæ & operum eius efficere deberent; proprio ore eam pronunciantes. Forma hæc est, *Renuncio Sathanæ, & operibus eius & pompis eius, & cultui eius, & Angelis eius, &c.* Item accedit *Tertullian. in lib. de spectaculis cap. 1. & in lib. de Corona militis cap. 3.* vbi refert olim catechumenos inuiolabilem hanc consuetudinem obseruasse; nempe vt antequam ad Baptismi Sacramentum accederent, abrenunciationē Sathanæ præmiserint. Similia scribit in *lib. ad Martyres cap. 2. & in lib. de idolatria cap. 6. & lib. de habitu muliebri cap. 2. & eodem lib. de spectaculis cap. 4. & 24. Origen. hom. 12. in lib. Numer. prope finem, & homil. 8. in Exod. Cyprian. Epist. 7. ante finem, & lib. de oratione Dominica num. 15. & lib. de disciplin. & habitu Virgin. num. 4. Basilius lib. de Spiritu sancto cap. 11. & 27. ante medium Cyrillus Hierosolymitan. Episcopus catech. 1. Mystagogica. Chrysostom. homil. 21. ad popolum column. 4. non longè à principio, Augustin. lib. 1. de Peccat. merit. & remission. cap. 34. & lib. de fide, & operibus cap. 11. & lib. secundo de symbol. ad catechumen. cap. 2. ante medium, & lib. 4. cap. 1. Ambrosius lib. 1. de Sacrament. cap. 2. & lib. 1. Hexameron cap. 4. Hieronymus in Amos cap. 6. sub finem, & Bernardus in sermon. quem habuit de duplici Baptismo.*

F
Origenes.
Cyprian.
Basilius.
Cyrill. Hieros.
Chrysost.
August.
Ambros.
Hieron.
Bernard.
G

Suarez.
Bellarm.
Coninch.
Vazquez
H
Pamell.

Insuper hoc ipsum contestantur omnes recentiores, & præcipuè *Suarez super 3. par. S. Thom. quæst. 71. art. 1. disp. 30 sect. 3. vers. Quarto notantur, Bellarmin. lib. de Sacrament. Baptism. cap. 25. Coninch. in comment. super articulum art. 2. S. Thom. dub. vnic. num. 9. & Vazquez super 3. par. S. Thom quæst. 71. art. 3. cap. 3.* Inter quos *Suarez* diligentissimus antiquitatum obseruator adnotat, hanc cæremoniam antiquitus solemnissimā extitisse. Et *Gabriel Vazquez* obseruat olim in ipsis scrutinijs effectam fuisse, vel paulo ante susceptionem baptismi, idque colligit ex *Pamellio Scholio in lib. 1. Tertullian. de baptismo §. Post hæc.* Sed his nostris temporibus huiusmodi abrenunciatio fit paulo ante baptismum, idest antequam catechumenus oleo sancto vngatur in pectore, nam vnctio in capite oleo chrysmatis post baptismum efficitur. Sed notandum est, quod si baptizandus sit adultus, hanc abrenunciationem Sathanæ, & operum eius prorio ore efficit; si autem fuerit infans, susceptor eius personam baptizandi gerens abrenunciat. Vnde Sacerdoti interroganti, an velit Sathanæ, & operibus eius abrenunciare, ipse susceptor in persona infantis mox respondet dicens, *Abrenuncio.* Hanc autem cæremoniam ante iannuā Ecclesię fieri consuetudo nostrorum temporum deposcit, etenim non absq; rationabili causa, nam ad Ecclesiam introire non promeretur, qui prius Sathanæ, & operibus eius non renunciauerit. Quod si abrenunciare renuerit ab ingressu Ecclesiæ est excludendus;

I
K
Abrenunciatio Sathanæ, fit ante ianuam Ecclesiæ.

non

A non enim poſſumus duobus Dominis ſeruire.

Antiqua ſpectacula erant hominibus perniciosa

Sed notandum eſt, non abſque rationabili cauſa *Clementem Romanum loc. cit.* in forma abrenunciationis addidiſſe illa verba (*& pompis eius*) ad denotandum, quod nouus Chriſti miles vanas diaboli pompas deberet euitare, quas fieri mos erat in publicis ſpectaculis, ſolemnibuſq; torneamentis, quæ maximam occaſionem peccandi vanis

B

hominibus præbebant. Et quia hæc praua, pernicioſaque conſuetudo priſcis temporibus præcipuè vigebat; idcirco ad eam tollendam illa ſpecialia verba adiuncta fuere.

Ambroſ.
Vazquez.

Illud autem quod antiquitus obſeruabatur, ſilentio prætereundum non eſt, cum non parum delectationis obſeruatoribus antiquitatum ſit allaturũ. Ait enim *Ambroſius in lib. de ijs, qui initiantur cap. 2. in fin.* & conteſtatur *Vazquez diſput. 166. cap. 3. num. 31. ſect.*

C

1. quod catechumenus, dum hanc abrenunciationem efficere volebat, ad Occidentem plena facie conuertebatur. Quo actu deſignabatur catechumenum diabolo plenè abrenunciaſſe. Per Occidentem namque diabolus ſignificatur, quia diabolus Poteſtas tenebrarũ appellatur in Sacra Scriptura; & in Occidente tenebræ oriuntur, quia ibi Sol fulgentiſſimos lucis ſuæ radios tegere aſſolet, & orbem terrarum illuſtrare

D

deſinit. Deinde poſt hanc abrenunciationem factam per conuerſionem ad Occidentem, mox faciem ad Orientem vertebat, quo ſignificabatur ipsũ catechumenum ad Chriſtum totaliter fuiſſe conuerſum. Per Orientem enim Chriſtus deſignatur, quia ſicut ſol in Oriẽte naſcitur, ita Chriſtus, qui eſt ſol

Pſal. 96.

iuſtitiæ, in anima credentis per graciã oritur; iuxta illud *Pſalmiſta Pſal. 95. Lux orta eſt iuſto.* Sed hęc cæremonia

E

his noſtris temporibus non eſt in vſu.

CAPVT VII.

De alijs cæromonijs, quæ Baptiſmum præcedunt.

IN præcedenti cap. tres cæremonias enumerauimus, quæ baptiſmum præcedant; ſed quia nonnullæ aliæ ſuperſunt; idcirco de his agere in pręſenti cap. neceſſarium eſt.

F

Quarta cæremonia.

Quarta igitur cęremonia, quæ baptiſmum pręcedit eſt, Profeſſio fidei, quam Catechumeni adulti proprio ore, paruuli verò per Sponſores efficiebant. Hanc autem profeſſionem fidei fieri mos erat, tam in ſcrutiniis, quam in ipſo die baptiſmatis poſt abrenunciationem. De hac cæremonia præcipuam mentionem efficiunt permulti

Dionyſ.

SS. Patres, *vt Dionyſ. Areopag. de Eccleſiaſtic. Hierarch. par. 2. cap. 2.* vbi ſic ait. *Ipſum ad Orientem transfert, intuentemque in cælum, & manus tendentem iubet Chriſto aſſentire, omnibuſq; ſacris verbis, quæ à Deo tradita ſunt.*

G

Cyprian.
Cyrill. Alex.
Tertull.
Ambroſ.
Auguſtin.
Clemens Rom.
Concil. Carth.

Cyprian. lib. 1. Epiſtolar. Epiſt. 12. nunc in ordine 90. num. 2. Sed & ipſa interrogatio (inquit) *quæ fit in Baptiſmo teſtis eſt veritatis cum dicimus, credis in vitam æternam, & remiſſionem peccatorum per ſanctam Eccleſiam &c. Cyrillus Alexandrinus lib. 12. in Ioann. cap. 64. Hinc (hoc eſt ex trina interrogatione, quam Chriſtus ad Petrum fecit) Eccleſia regulam tertio, interrogandi eos accepit, qui ad baptiſmum accedunt, vt terna Chriſti confeſ-*

H

Hieron.
Iſidor.
Seuer. Alex.
Hylarius.
Vrban. I.

ſione fidelibus adnumerentur. Tertull. lib. de ſpectacul. Aquam (inquit) *ingreſſi Chriſtianam in legis ſuæ verba profitentur. Ambroſ. lib. 1. de Sacrament. capit. 2. Vbi promiſeris, conſidera, vel quibus promiſeris, chyrographum tuum tenetur, non in terra, ſed in cęlo. Auguſtin. de fide, & operib. cap. 11. Cur* (inquit) *baptizandis, vel ſymbolum tradimus, vel reddendum repoſcimus?* Hoc idem repetit *lib.*

I

8. Confeſſion. cap. 2. & in lib. de Symbol. Clemens Romanus lib. 7. Conſtitution. c. 42. quo in loco verba ipſa, quæ ad efficiendam profeſſionem ſunt prænuncianda, diſtinctè refert.

Item hoc idem colligitur ex *Concil. Carthaginenſ. 1. cap. 1. Hieronym. Dialog. contra Luciferian. Iſidor. lib. 2. de Officijs Eccleſiaſticis cap. 24 Seuer. Alexandrin. in lib. de ritib. Baptiſ. 4. tom. Biblioth. ſacr. Hylar. in Can. 15 Matth. ſuper illa verba, Ieſus autem conuocatis, &c. & ex Vrban. I. Epiſt. decretal. cap. 6.* vbi ſic

K

ait. *Hortamur vt ſponſionem, quam Domino feciſtis in Baptiſmo, firmiter teneatis.* Hoc idem referunt nonnulli recentiores Scholaſtici *Bellarmin. de Sacrament. Baptiſm. cap. 25. Suarez diſput. 31. ſect. 1. Vazquez ſuper 3. par. S. Thom qu. 72. art. 4. diſp. 166 cap. 3. verſ. Quarta cæremonia, & Coninc. ſuper 3. par. S. Thom. quæſt. 71. art. 2. dub. 1. num. 9.* vbi

Bellarm.
Suarez.
Vazquez.
Coninch.

A hoc confirmare nititur exemplo *Victorini*, quod enarrat *Augustin.lib.*8. *Confession.cap.*2.

August.

Quinta caeremonia. Quinta cęremonia est signum Crucis,quod fronti, & pectori catechumeni imprimebatur;non quidem oleo,vel chrismate, sed sola manu Sacerdotis baptizantis. Hanc cęremoniam commemorant multi SS. Patres, & praecipuè *August. lib.de catechizand. rudib. cap.*20. vbi sic ait, *Crucis signo in fronte hodie tanquam signo in poste signatus es. Dionys. Areopag. lib de Ecclesiast. Hierarch.par.*2.vbi de Sacerdote Baptizante sic ait, *Rursus ille cum precatus est, benedicit,manusque imponit*. In quibus verbis notandum est,per manus impositionem,signum crucis in fronte catechumeni factam significari. Item accedunt *Basil. lib. de Spiritu sancto cap.*27. *& Seuer. Alexandrin. in libell. de ritib. Baptism.in* 4.*tom.Bibliot.sacr.*

August. Dionys. Areopag. Basil. B *Seuer. Alexan.*

Sexta caeremonia. Sexta caeremonia est exsufflatio dęmonis,quę fit in exorcismo.

C Conguenter autem hęc exsufflatio fit, vt appareat per Exorcistam de catechumenis demones expelli. Hinc *Augustin. lib. de Ecclesiastic. dogmatib. cap.*131.sic ait, *Exsufflationibus Clericorum spiritum immundum abigi,tam a paruulis, quam ab adultis*. Et *lib.*7.*contra Iulian cap* 5.sic dicit. *Qua*(loquitur de Ecclesia)*filios fidelium, nec exorcizaret, nec exsufflaret, si non eos de potestate teu bravum,& à principe m r itereneret* Et paulo inferius subinfert dicens. *Id tu commemorare timuisti tanquam i se ab orbe toto exsufflandus esses, si haec exsufflationi, qua princeps mundi à paruulis ejicitur foras,contradicere volusses*.

August.

D

Septima caeremonia. Septima caeremonia est Exorcismus. De hoc exorcismo loquitur *Calestin.Papa in Epist. ad Episcop. Gallię cap.*12. *Cum siue paruuli (inquit)siue iuuenes ad regenerationis veniant Sacramentum,non prius fontem rite adeunt, quam exorcismis, & exsufflationibus Clericorum spiritus immundos ab iis abigatur*.Item de hoc exorcismo mentionem facit *Dionysius de Ecclesiast.Hierarch.cap* 2 *Chrysostom. homil.de Adam, & Eua, August. lib.*1. *de gratia Christi cap* 40. *& l b.*6. *contra Iulian. cap.*2. *& lib* 2 *de nuptiis, & concupiscent. cap.*17. *& lib.*1. *de peccat orignal. cap.*24. *Cyrill.Hierosolym. catech* 1. *Gregor. Nazianz. orat.*40 *in sanctum Baptismam.* S. *Leo Papa Epist.* 4.*cap.*5. *& Ambros.lib.*1.*de Sacrament. cap.*5.

Calestin. Papa. E *Dionys. Chrysost. August. Cyrillus Hierosol. Nazian. Leo Pap. Ambros.*

Octaua caeremonia. Octaua cęremonia est, Gustatio salis,quod à Sacerdote baptizante ori catechumeni praegustandum offertur.De hac caeremonia praecipuè mentionem facit *Concil. Carthaginens.* 111. *can.*5. his verbis. *Item placuit,vt etiam per solemnissimos Paschales dies Sacramentum catechumenis non detur, nisi solitum sal, quia si fideles per illos dies Sacramentum non mutant,nec catechumenis oportet mutari.* Item *Origenes homil.*6 *in Ezechiel. super illa verba cap* 16 *Aqua non est lota in salutem,nec sale salita, Augustin.lib.* 1.*Confession.cap.*11.vbi sic ait,*Signabar iam signo eius,& condiebar eius sale. Rabanus l.b.*1.*de institutionib.Clericor.cap.*27.*quod continetur in cap.Ex hinc de Consecration.dist.*4. *Datur*(inquit)*baptizando sal benedictum in os, vt per saltypicum sapientia sale conditus, fatore careat iniquitatis, & ne à vermibus peccatorum vltra putrefiat*.

F *Concil. Carthag. Origenes. August. Rabanus.* G

Nona caeremonia. Nona caeremonia est, quod aures, & nares catechumenorum saliua tingantur, & tunc per ministrum eis dicatur, *Ephetha*; quod est adaperire.Hęc autem caeremonia fit, vt muniuntur aures, & cor catechumeni patefieri,ad recipiendam sacram doctrinam fidei Christianę,& virtutum dulcedinem. *D.Thomas* 3.*par. quaest.*81. *art* 2. *Suarez ibidem disput.*30.*sect.*30.*& D.Ambrosius lib.*1.*de Sacrament.cap.*1.*Ideo*(inquit)*tibi sacerdos aures tetigit,vt aperirentur aures tua ad sermonem, & ad eloquium sacerdotis*. Et paulo inferius subinfert. *Quare nares? vt bonum odorem accipias pietatis aeternę,& fit in te fides,deuotionisque plena fragrantia*.

H *S.Thom. Suarez. Ambros.* I

Decima caeremonia. Decima caeremonia est; Impositio manuum super catechumenum cum benedictione sacerdotis. De hac caeremonia loquitur *D. Augustinus lib.*2. *de peccat.merit.cap* 26. *Non vnius modi*(inquit) *est sanctificatio; Nam & catechumenos secundum quendam modum suum,per signum Christi,& orationem manus impositionis puto significari*. Item de hac eadem caeremonia mentionem facit *Dionysius Areopagita de Ecclesiastic. Hierarch.par.*2. *cap.*2.*Clemens Romanus lib.*7. *Constitution. cap.*40. *Concilium Carthaginens.IV.Canone* 85.

August. Dionys. Areopag. Clemens Papa. K

Hęc siquidem caeremonia antiquissima est,quam sancta Ecclesia obseruare consueuit, insequens exemplum Christi, qui *Matth.*19. super paruulos manus imposuit. Quem Apostoli imitati sunt

*Matth.*19

A *Act. Apo. 8.9.13.* ſunt poſt paſſionem ſuam, nam in *Actis Apoſtolorum cap.8. 9. & 13.* legimus, manus ſuper credentes impoſuiſſe adhoc vt Spiritum ſanctam ſuſciperent. *Tunc imponebant* (inquit) *manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum.* In his autem temporibus noſtris non ſolum hæc cæremonia viget, ſed etiam ter ea ſacerdos vtitur, quando catechumenum ante ſuſceptionem Baptiſmi diſponit; quemadmodum accuratè obſeruat *Vazquez ſuper 3. par. S.Thom. quæſt.71.art.4.diſput.166.cap. 4.num.59.*

Vazquez. B

Vndecima cæremonia. *Chryſoſt.* *Dionyſius Areopag.* *Tertull.* *Baſilius.* *Turrian.* *Origenes.* C *Cyrillus* *Auguſtin.* *Iuſtinus.* *Iſidorus* *Seuerus.* *Ambroſ.* *Amalar.* *Rabbanus* *Alcuinus.* *Innocen.*

Vndecima cæremonia eſt, Vnctio, qua Catechumenus oleo benedicto in ſcapulis, & pectore vngitur. De hac mentionem facit *Chryſoſtom.homil.6.in cap.2. Epiſt ad Coloſſ. Inungitur*(inquit) *baptizandus more athletarum, qui ſtadiū ſunt ingreſſuri.* Inſuper accedit *Dionyſ. Areopag. de Eccleſiaſt. Hierarch. par.2. ſuperius citata, quæ eſt de Sacramento Illuſtrationis*; vbi aperte docet catechumenum baptizandum prius per Epiſcopum oleo benedicto fuiſſe vnctum ter ſigno crucis expreſſo. Quam nimirum vnctionem ab Epiſcopo fuiſſe inceptam refert; ſed poſtmodum ipſe Epiſcopus catechumenum ſacerdotibus tradebat, vt eum in toto corpore vngerent. Propria verba Dionyſij hęc ſunt, quæ ſequuntur. *Ipſe* (ideſt Epiſcopus) *cum ingendi, ac perfundendi ter exprimendo ſigno crucis principium fecit, virumque deinceps perfundendum toto corpore Sacerdotibus tradidit, &c.* Præterea de hac eadem vndecima cæremonia loquitur *Tertullian. in lib. de reſurrection. carn. cap.8.num 37. Sed & caro*(inquit)*abluitur, vt animæ maculetur, caro vngitur, vt anima conſecretur* Item *Baſilius lib. de Spiritus ſancto cap.27. Clemens Romanus lib.3.Conſtitution.cap.16.ibique Turrinnus Origenes homil.7.in Ezechiel.Cyrillus Hieroſolymit.cathechef.2.Miſtagogica Auguſtinus ſermon. de tempor.206. Iuſtinus quaſt. 137. ad Gentes Iſidorus lib.2. de Officijs Eccleſiaſt. cap.20. in 3. tom. Biblioth. ſacra Seuerus Alexandrin. lib. de ritibus Baptiſmi Ambroſius lib.1. de Sacrament. in princip. Amalarius lib. 1.de Eccleſiaſtic.Offic.cap.12.& 23.Rabbanus lib. de inſtitutionib. Clericor. cap. 30.et Alcuinus in Epiſt.ad Odnin.de Baptiſmi cæremonijs 3.tom. Biblioth. ſacra. Quibus adde Innocent. in cap. vnico §. Quia vero, de ſacra vnctione,*

D

E

F *S. Thom.* *Bellarm.* *Suarez.* *Vazquez.* *Coninch.*

Denique de hac eadem cæremonia ſcribunt multi ſcholaſtici, & pręcipuè *S. Thom. in 3.par.quæſt.71.art. 2. in corpore*, vbi ſic ait. *Olei vero inunctio ſignificat aptitudinem hominis ad pugnandum contra dæmones. Bellarmin. lib. de Sacram. baptiſ. c 25.Suarez ſuper 3.p S. Thom.quaſt.71. art.2.in comment. propè fin. Vazquez ibidem diſput.166.cap.4.& Coninch.ibidem dub.vnic. verſ. Vndecima eſt vnctio.* Sed notandum eſt ex doctrina *S.Thom.3.par.quaſt.66.art.10. ad 2.* vbi docet merito hanc vnctionem duplicem eſſe, nempe alteram in pectore, qua fides recta animo ſuſcepta ſignificatur; alteram vero inter ſcapulas, ad hoc vt exercitium bonæ operationis ſignificetur; quia fides ſine operibus mortua eſt. Vel iuxta doctrinam *Suarez loc.cit.* Per primam vnctionem in pectore munditia cogitationum ſignificatur; per ſecundam verò in ſcapulis fortitudo laborum.

G

H *Duodecima cæremonia.*

Duodecima cæremonia eſt; Vt cathecumenus à vino, carnibus, & conſuetudine vxoris abſtineat; ad hoc vt dignius ad ſuſcipiendum baptiſmum accedat, atque eius bona diſpoſitio clarius innoteſcat, ſicque quædam certitudo habeatur; ne ſanctum detur canibus. Etenim de abſtinentia vini, & carnium apertè loquitur *Concilium Carthagin.4.can. 85. Baptizandi* (inquit) *nomen ſuum dent, & diu ſub abſtinentia vini, & carnium, ac manus impoſitione crebra examinatione baptiſmum percipiant.* Similiter *Auguſt. lib. de fide, & operibus cap.6.* de hac abſtinentia loquitur, quam catechumenus præmittere debet ante baptiſmi ſuſceptionem, & præcipuè de abſtinentia à conſuetudine vxoris. Sed notandum eſt, quod *D. Auguſtinus* non exiſtimat hoc eſſe neceſſarium ad eſſentiam Sacramenti, quemadmodum eſt neceſſaria contritio; ſed tantum ad perfectionem diſpoſitionis. Et in hoc ſenſu intelligendi ſunt illi Doctores, qui alia huiuſmodi opera pœnalia ante baptiſmum pręmittenda docent. Vide *Vazquez in 3. p. S.Thom.quaſt.71.art.4.diſput.166.cap. 4.num.66.& Coninch.ibidem dub.vnic. num.13.*

Concil. Carth.

Auguſt. I

K *Vazquez.* *Coninch.*

Denique aduertendum eſt, has duodecim cæremonias Baptiſmum præcedentes enumeraſſe, atque authoritate permultorum SS. Patrum comprobaſſe; adhoc vt earum antiquitas agnoſcatur

A scatur; & per hoc hæreticorum mendax assertio reprobetur. Quod si scire cupis, quænam cæremoniæ ante baptismum ab Ecclesia his nostris temporibus obseruentur; lege *Vazquez dicto cap.4.vers.In hoc*; qui 12. cæremonias enumerat his verbis. *Nunc autem* (inquit) *in vsu ita habemus vt.1. catechumeni dicant nomen suum 2. sacerdos exsufflet ter in faciem eius in modum crucis ad fugandum spiritum immundum. 3. signet cum pollice in fronte signo crucis, & in pectore. 4. imposita manu super illum, dicat orationem, & apprehensa manu ipsius, eum in Ecclesiam introducat. 5. exorcizet 6. salem gustandum catechumeno prabeat. 7. imponat manum, & signet frontem illius signo crucis, & inde incipiat exorcismos. 8. dicat illud Ephethala, quod est aperire. 9. catechumenum benedicat. 10 abrenunciationem pronunciet catechumenus. 11. Sacerdos ipsum liniat oleo sancto. 12. interroget de fide ipsius, & ita fiat professio fidei.*

Vazquez.

B

C

CAPVT VIII.

De cæremonijs, quæ Baptismum comitantur.

Prima cæremonia, vt fiat in loco sacro.

IAm omnibus cęremonijs, quę baptismum præcedunt enumeratis, superest vt de illis cęremonijs agamus, quæ baptismum comitantur. Prima est, quod Baptismus pręter casum extremę D necessitatis, debeat celebrari in loco consecrato, & adhoc munus peragendum specialiter deputato. Priscis temporibus consuetudo erat apud nostros Christianos, vt aliquem locum peculiarem extra Ecclesiam constituerent; in quo catechumeni solemniter baptizabantur, ideoque Baptisteria appellabantur; quemadmodum refert *Coninch.super 3.par.S.Thom.quæst 71. ar. 2.dub vnic.num.15.* In cuius veritatis E comprobationem; proprijs oculis me prospexisse reminiscor Baptisterium Constantini Magni in Vrbe Romana, quod non intra Ecclesiam S. Ioannis Lateranensis, sed propè Ecclesiam prædictam in quodam atrio residet. In hoc Baptisterio fertur prædictum Constantinum à S. Syluestro Papa fuisse baptizatum.

Coninch.

Vbi resideat baptisterium Constantini

Sed his nostris temporibus hæc consuetudo minimè obseruatur; nam quotidie catechumenos prospicimus in templo baptizari. Vbi in aliquo angulo post introitum ianuæ maioris fons aqua benedicta plenus stare solet, vbi omnes tam adulti, quam paruuli baptizantur. In magnis Ciuitatibus non solum Ecclesia principalis hunc fontem baptismalem habet; sed etiam Ecclesiæ Parochiales, quemadmodum in hac Ciuitate Neapolis videmus; sed exiguæ Ciuitates in sola Ecclesia principali. In hoc itaque fonte baptismali omnes baptismum suscipere tenentur; præter casum extremæ necessitatis, in quo qualitas cuiuscunque loci ad decentiam Sacramenti sufficit, nam extrema necessitas requiri decentiorē locum minimè permittit; ideoq; vnusquisque excusatur.

F

Quid obseruetur in magnis Ciuitatibus.

G

Ab hac generali regula pariter excluduntur, Regum, ac Principum filii, quos ob reuerentiam supremæ dignitatis domi baptizari Sancta Ecclesia permittit. Vide *Can.59. Trullanum & Clement.vnic.de Baptismo.* Nomine autem Principum intelliguntur solum illi, qui sunt supremi Principes absoluti, nec alterius superioris Principis vasalli; quemadmodum optimè notat ibi *Glosa, quam citat, & sequitur Coninch.loc.cit.*

H

Glosa.

Coninch.

Secunda cæremonia est, vt Patrini adhibeantur, ad quos pertinet in baptismo paruulorum respondere ad ea, de quibus per Sacerdotem interrogantur. Isti Patrini, alio nomine susceptores appellantur, quia curam suscipiunt de instruendo baptizato; vel quia suscipiunt infantem de manibus diaboli; & iam spiritualiter renatum, & viuificatum in gremio Sanctæ Matris Ecclesiæ collocant. Sed hęc sufficiunt de Patrinis, nam de his in præcedenti lib. egimus, vbi lector vberiorem tractationem reperiet. Vide etiam *Vazquez super 3.p.S.Thom.q.67.art.4.*

Secūda cæremonia.

I

Vazquez.

K

Tertia cæremonia est, quod aqua fontis baptismalis per infusionem chrismatis, aliasque cæremonias necessarias consecretur. Quod fieri solet pridie Paschæ Resurrectionis, vel Pentecostes. Quæ siquidem aqua singulis annis mutatur; nam antiqua de sacro fonte eiecta; noua aqua consecratur. De hac consecratione, & benedictione aquæ mentionem facit *Dionys. de Ecclesiastic. Hierarc.par.2.cap.2.*

Tertia cæremonia.

Dionys.

Quæ-

Quarta ceremonia.

A Quarta ceremonia eſt, quod in baptiſmo catechumeno nomen imponatur. Hoc proculdubio fit, vt figuratum ſimilitudinem habeat, cum figura. In circumciſione enim, quæ tanquam figura Baptiſmum præceſſit, proprium nomen ipſis circumciſis imponebatur. Vnde *Luc.* 2. de Saluatore noſtro ſcriptum eſt, in Circumciſione fuiſſe ei nomen *Ieſu* impoſitum. *Poſtquam* (inquit) *conſummati ſunt dies octo,*
Luc. 1.
B *vt circumcideretur puer, vocatum eſt nomen eius Ieſus.* Sic pariter vnicuique infanti in baptiſmo proprium nomen imponi debet; quia ex ipſa generatione ſpirituali, quæ fit per baptiſmum incipit eſſe ſpirituale, id quod prius erat carnale; vnde ille qui ante baptiſmum nullum nomen habebat, decens eſt, vt in baptiſmo ſanctum nomen habeat, adhoc vt ſanctitas vitæ ſpiritualis, quam virtute Sacramenti obtinuit ex ipſa nominis impoſitione
Cur in baptiſmo an ſignum nomen imponatur.
C inſinuetur. Hinc ſancta Eccleſia infantibus baptizatis, non nomina Gentiliũ, vel Iudæorum, ſed Sanctorum Chriſtianorum imponere conſueſcit; quemadmodum notat *Vazquez ſuper* 3. *par. S. Thom. quæſt* 71. *art* 4. *diſp.* 166. *cap.* 5.
Vazquez.

Catechumenis adultis nomen antiquum permutare, & nouum imponere Sancta Eccleſia aſſolet. Hanc conſuetudinem piam hæretici contemnunt, & abijciunt. Iſti ſunt *Illyricus*, *& Centuriatores cent.* 1. *lib.* 2 *cap.* 6. *col.* 497. Vtun
Illyricus Centuriatores.
D tur autem hoc argumento ad ſuam opinionem comprobandam. Dicunt enim nos debere ſequi morem antiquorum Chriſtianorum; ſed *Actor.* 8. ſcriptum eſt *Eunucum Reginæ Candacis baptiſmũ de manibus S. Philippi Apoſtoli ſu'cepiſſe, nec nouum nomen ei fuiſſ: impoſitum*; Sed antiquum confirmatum; nam in Sacra Scriptura contrarium minimè apparet. Ergo &c. Item *Actor.* 9. legimus Paulum Apoſtolum fuiſſe bap-
Argum. hæreticorum. Actor. 9.
E tizatum, nec nomen priſtinum permutaſſe.
Reſpondetur.

Sed his non obſtantibus argumentis optimum, ac laudabile eſt id, quod ſancta Eccleſia efficit in imponendis nouis nominibus ipſis baptizatis. Primo, quia per hoc honorabilius redditur nomen illius ſancti, apud omnes fideles; vnde eo maiorem exiſtimationem habet; quo maior eſt multitudo illud ſuſcipiens. Secundo, quia ad deuotionem illius Sancti excitamur, quotieſcunque eius nomen geſtare reminiſci-
F mur. Tertio, quia per talia nomina Chriſtiana, à paganis diſtinguimur; aliter enim nomina antiquorum gentilium nobis Chriſtianis, & ipſis paganis eſſent communia.

Soluitur argum.

Ad argumenta hæreticorum reſpondemus, noui nominis impoſitionem in primitiua Eccleſia non fuiſſe adeo neceſſariam, ſicuti eſt his noſtris temporibus; nam olim antiqui Patres noſtri, nullos antiquiores Patres inuene-
G rant, vetuſtate temporis in Eccleſia præcelſiſſe; ex quibus nomina traherent; nam ipſi erant primi; ideoq; priſtina nomina poſt baptiſmum retinebant. Item decens fuit illa retentio priorum nominum; adhoc vt poſteri tantorum virorum memoriam pio amore complecterentur.

Quinta cæremonia.

Quinta cæramonia eſt, trina merſio, quæ adhiberi in baptiſmo ſolemni debet. Ter igitur infans in ſacro fonte baptiſmali mergitur, ad repræſentandos, illos tres dies, quibus
H Saluator noſter Ieſus Chriſtus; mortuus in ſepulchro reſedit. Baptiſmus enim ſepulturam Chriſti repræſentat, iuxta illud *Apoſtoli; Conſepulti ei per Baptiſmum.* Et non immeritò; nam ſicut Chriſtus in ſepultura mortuus eſt mundo; & ad cœleſtem vitam reſurrexit; ſic nos in Baptiſmo morimur peccato; & ad vitam ſpiritualem reſurgimus. Vnde per tres merſiones, illos tres dies ſepulturæ Dominicæ imitari debemus, vt cognoſcamur ſepulti peccatis
Per baptiſmum morimur peccato, & ad vitam gratiæ reſurgimus.
I per baptiſmum; ac poſtmodum conſurgamus cum Chriſto in gloria.

Sexta cæremonia.

Sexta, & vltima cæremonia eſt, quod catechumeni in die profeſto Paſchatis, vel Pentecoſtes baptizabantur. Hæc autem conſuetudo antiquitus obſeruabatur. Sed his noſtris temporibus in quocunque die poteſt baptiſmus conferri; dummodo catechumeni ſufficientem diſpoſitionem ha-
K beant.



A

CAPVT IX.

De cæremonijs, quæ Baptismum subsequuntur.

CÆremoniæ, quæ subsequuntur baptismum, etiam sex a Scholasticis enumerantur; quarum nonnullæ nunc B extant in vsu; reliquæ verò quamuis antiquitus viguerint; hodie tamen in vsu non sunt. Sed nos cunctas enumerabimus, quia ad ordinem nostræ tractationis spectat, vt de vnaquaque mentio efficiatur.

Prima cæremonia.

Prima cæremonia est, Osculum pacis, quod baptizato post susceptionem baptismi illico datur. Quod nimirum ab omnibus circumstantibus olim fieri solebat, ad denotandum, quod baptizatus per osculum pacis in fratrem C communem recipiatur. Hanc cæremoniam in Ecclesia olim fuisse obseruatā, apertè testatur *Cyprianus lib. 3. Epist. 8. quæ est ad Fidum, & nunc est in ordine Epist. 59* Ibi.n.cōtra *Fidum* acerrimè disputat, qui docebat infantes ante octauum diem baptizari non debuisse, eo quod eos osculari exhorreamus. Contra quem *Cyprianus loc.cit.* hæc scribit. *Nec aliquis nostrum id debet horrere, quod Deus dignatus est facere, nam & ipse ad-* D *huc infans à partu nouus est, non ità est tamen, vt quisquam illum in gratia danda, atque in pace facienda horrere debeat osculari.* Ex quibus verbis apertè colligitur tam *D. Cyprianum*, quam *Fidum* pro certo supposuisse, hanc consuetudinem eo tempore extitisse; nempè, vt baptizato osculum pacis tribueretur. Vide etiam *Vazquez super 3.par.S.Thom.quæst.71.art.4.disp. 166.cap 6. num.75. & Coninch. super* E *dictam quæst.71.art.2.dub.vnic.nu. 17.*

Cyprian. — *Hæc cæremonia iam antiquitus obseruabatur* — *Vazquez. Coninch.*

Secūda cæremonia.

Secunda cæremonia est; Vnctio chrismatis in vertice baptizati.

Solus Episcopus cōfert Confirmationem.

Hæc autem cæremonia fuit introducta propter absentiam Episcopi; quapropter Chrisma Confirmationis baptizato mox post baptismum conferri non poterat. Solus enim Episcopus potest ex lege ordinaria Confirmationis Sacramentum conferre. Vnde ne baptizati, absque chrismate penitus remanerent, introductum fuit, vt post baptismum mox chrismate ab Episcopo consecrato, non in fronte, sed in vertice vngerentur. Vide *Bellarmin. de* F *Sacrament. Baptism.lib.1.cap.vltimo.* De hac cæremonia præcipuè loquuntur *Ambros.lib.3.de Sacrament.cap.1. Hieronym.in Dialog.contra Luciferian. Damasus in vita Syluestri, & Innocent.1.Epist. 1.cap.3.*

Bellarm. Ambros. Hieron. Damas. Papa. Innocen. Papa.

Tertia cæremonia.

Tertia cæremonia est, quod post baptismum baptizato cereum accensum tribuitur. Quod fit ad designandum, iam baptizatum de tenebris infidelitatis, & peccatorum ereptum; ad lumen G gratiæ diuinæ, & ad claritatem veræ fidei fuisse adductum. Vnde *Gregor. Nazianz.oration. 40. in sanctum baptismum* docet, per huiusmodi cęremoniam significari, quod baptizatus cunctis diebus vitæ suæ semper fidem viuam tenere debet, quemdmodum in cereo accenso semper lux clara indefessè permanet. Potest insuper per hanc cæremoniam designari lux bonorum operum, quæ in pectoribus fidelium Chri- H stianorum semper splendescere debet. Vnde Dominus *Matth.5.* ait. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est.* Deniq; de hac cæremonia, vide *Gregor. Nazianz.loc.cit. Augustin.in Psalm.65. in illud: Transiuimus per ignem, & aquam Nicephor.lib.3.histor.cap.vltimo, Alcuin. de diuinis Officijs cap. de Sabbatho sancto Gregor. Turon.lib.5. Histor. cap. 11.* vbi ad hanc cæremoniam alludens ait: *Flagrabant cerei, lampades refulgebant.* I *Bellarmin.dicto cap.vlt. & Suarez disp. 31.sect.2.vers. Præter has.*

Nazianz. Matth.5. August. Niceph. Alcuinus. Gregor. Turon. Bellarm. Suarez.

Quarta cæremonia.

Quarta cæremonia est; quod baptizati post baptismi susceptionem veste candida induebantur. Quæ siquidem cæremonia nihil aliud efficiebat, quam significare nouitatem vitæ ipsius baptizati, quemadmodum docent *D.Thom. 3.par.quæst.71.art.3.ad 4. & Suarez super dictum art. disp.31.sect.2.* Quam ve- K stem candidam gestare solebant baptizati à Sabbatho sancto, vsque ad Dominicam in Albis. Ex quo hæc Dominica nomen desumpsit. Ex hoc enim quod baptizati vestem albam deponebant in hac die; Dominica in Albis nuncupari incæpit. *Suarez loc.cit.* vbi etiam refert hanc cæremoniam esse antiquissimam. De qua mentionem efficiunt *Dionys. Areop. de Ecclesiast. Hierarch.cap. de baptismo, Augustin. serm. 157.*

S. Thom. Suarez. Dionys. August.

A *Ambroſ. Rabanus. Gregor. Turon. Amphil.*

157.*de tempore*, *Ambroſ. lib. de his qui initiantur cap.7. Raban.lib.1. de Inſtitution.clericor. cap.20.& lib.2.cap.39.Gregor. Turon.lib.5.Hiſtor.cap.11.& Bellarmin.lib.1.de Baptiſmo cap. vlt.* Sed præclarius eſt teſtimonium, quod affert *Amphilochius in vita S. Baſilij*, vbi refert Maximinum Epiſcopum baptizaſſe S. Baſilium, & Eubulum, eoſque veſte candida induiſſe. *Baptizauit* (inquit) *Maximinus Epiſcopus Baſilium, & Eubulum, & veſtiuit albis, atque vngens* B *eos ſancto Chriſmate, tradidit eis viuificã communionem*.

Quinta cæremonia. Hieron.

Quinta cæremonia erat; quod olim baptizatis mel, & lac prægustanda præbebantur, ad ſignificandum infantiæ ſpiritualis exordium; quemadmodum docet *Hieronym.in Dialog.contra Luciferian.* Hinc cõſuetudo exorta eſt, vt in Dominica in Albis, illud *ex Epiſt. Petri* legatur in Miſſa; *Quaſi modo geniti infantes lac concupiſcite*. Eiuſdem cæremoniæ meminit *Tertullian. lib. contra Marcion. Ac tandem Hieron. in cap.55. Iſaiæ* teſtatur, vſque ad ſua tempora in Eccleſijs Occidentalibus perduraſſe. Sed his noſtris temporibus non eſt in vſu; quemadmodum *Bellarmin. & Suarez loc.cit. conteſtantur*. C *Tertull. Suarez Bellarm.*

Sexta cæremonia.

Sexta, & vltima cæremoniã erat ablutio pedum Neophytorum; quemadmodum refert *Ambroſ.lib.3.de Sacram. cap.1.* Sed hodie non eſt in vſu; nam teſte *Auguſtin.Epiſt.119.cap.18.* fuit reiecta, ne putaretur hanc pedum ablutionem ad ſubſtantiam baptiſmi pertinere. Vndè in *Concil Elibert.cap.* 48. fuiſſe hanc cæremoniam prohibitam, refert, *Suarez diſp.31.ſect.2.in comment. ſuper art.3.* D *Ambroſ. Auguſtin. Con.Elib. Suarez.*

FINIS.





INDEX

Rerum, & Verborum, quæ in hoc opere de Sacramentis in Genere, & Baptiſmo continentur.

Primus numerus paginam, L. literam deſignat.

Attri-

B

Baptismus.

Baptisterium.

Beatitudo.

Beatus.

Bonitas.

Bonus

INDEX

Chri-

INDEX

INDEX

Fructus.

G

Gratia.

Græcus.

H

Hæreticus.

Homo.

Hostia.

Humanitas Christi.

I

Ianua.

Ieiunium.

Ignorantia.

Ignis.

Impedimentum.

Indignus.

Iniquitas.

INDEX

INDEX

Pon-

INDEX

INDEX

INDEX

FINIS.





Errata ſubſequenti emendatione corrige.

	Errores	Correctio
Tom. 1. pag 152. lit. F.	rebaptizandum eſt	rebaptizandus eſt
Tom 1.lib.1.c.27.p. 38.	imperfectionem	perfectionem
Tom.1.lib.1.c.1.p.2.l.C	Samento	Sacramento
Tom.1.lib 1.c.1.p.2.l.A	Sacramıum	Sacramentum
To.1.lib 2.c.16.p.69.l.E	ſtare poſſunt	ſtare non poſſunt
To.1.lib.2.c.15.p.68.l.E	contineri	continere
To.1.lib.2.c.17.p.69.l.I	efiſciunt	efficiunt
To. r.lib. 2.c.9. p.59.l. I	&	ex
To.1.lib.2.c 10 p.61.l.C	illa in ſacramenta	illa ſacramenta
To.1.li.2.c.10.p.61.l.G	elteri	alteri
Tom.2.lib.1.cap.24.l.G	debent	debeat
Tom.2.lib.1.cap.24.l.E	paccatum	peccatum
Tom.2.lib.1.cap.24.l.F.	moltitudo	multitudo
Tom.2.lib.1.cap.23. l.H	an	in
Tom.1.lib.3.cap.27.l.C	ſi ſiquidem	ſiquidem
Tom 2.lib.3.cap.3.lit.G	antiqua	antiquæ
Tom. 2. lib.3.cap 3. l.G	antiquæ	antiqua
Tom.2.lib.3. cap 5. l.E.	ſuſcıpera	ſuſcipere
Tom.2.lib.1.cap. 13.l.I.	elegeretur	eligeretur
Tom.2.lib. 1. cap.13.l.I.	adminiſtrandum	ad miniſtrandum
Tom.2.lib 1.cap 13.l.G	ad ciuium	ad viuum
Tom.2. lib.1.cap.13.l.I	adminiſtrandum	ad miniſtrandum
Tom.2.lib.3. cap. 8.l.K.	ac fidei	ac fides
Tom 2.lib.3.cap. 8. l.K	fides	fidei
Tom.2.lib.3.cap.3.lit.G	antiqua	antiquæ
Ibidem	antiquæ	antiqua
Tom.2.lib.3.cap.17.l.D	domıæ	domı
Tom 2.lib.3.cap.25.l.A	puniatur	puniantur
Ibidem	innumuratum	inremuiıcratum
To.2.lib.1.cap r4.lit.H	ſuo	tuo
Tom.2.lib.3.cap.21.l.K	Cymbolo	Symbolo
Tom.2.lib 2.ca. 25.l.D.	vinc olo	vinculo
Tom. 1. lib. 4.cap.5.l.A	quæ	quod
Tom.2 lib.2.cap.2.l.K.	prædeſtimatione	prędeſtinatione
In Indice l.I.	Ius diuinus	Ius diuinum

Prænotatos errores prudens Lector poſt modicam reuiſionem adinueni, quos incuria operariorum admiſit; exiſtimo nonnullos alios reperiri; nec non pluribus in locis virgulas, & punctum deeſſe, quæ omnia in impreſſione librorum euitari non poſſe, ipſa experientia edocet; ſed tu prudenti iudicio hæc omnia corrige.



REGISTRVM.

§ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp
Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zx. Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff
Ggg Hhh Iij Kkk.

Omnes sunt duerniones, præter Ggg Hhh
Iij Kkk sunt folij simplex.



